

UNIVERSITY OF TORONTO




3 1761 00007146 4

Handwritten text, possibly a signature or name, written diagonally across the page.









Philipp. get. v. ang. 12

# P. T E R E N T I I

CARTHAGINIENSIS AFRI

## COMOEDIAE SEX

EX RECENSIONE

FRID. LINDENBROGII

CVM EIVSDEM

MSTORVM LECTIONIB. ET OBSERVATIONIBVS

ATQVE

AELII DONATI, EVGRAPHII ET CAL-  
PVRNII COMMENTARIIS INTEGRIS.

HIS ACCESSERVNT

BENTLEII ET FAERNI

LECTIONES AC CONIECTVRAE OMNES, SED  
IN COMPENDIVM REDACTAE

ITEM

WESTERHOVII IN SCHOLIASTAS LE-  
CTIONES AC CONIECTVRAE

QVIBVS ET SVAS ADSPERSIT

M. IO. CAR. ZEVNIVS.

ADIECTO INDICE IN DONATVM ET TE-  
RENTIVM LOCVPLETISSIMO

TOM. I.

---

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO SERENISSIMI ELE-  
CTORIS SAXONIAE.

---

LIPSIAE

IMPENSIS G. THEOPHILI GEORGI

C1212CCLXXIV.

PA  
6755  
A2  
1774  
t. 1



853080



VIRO MAGNIFICO  
SUMME VENERABILI  
IOANNI AVGVSTO  
ERNESTI

THEOLOGIAE DOCTORI ET PROFESSORI ORDINARIO, EPISCOPATVS CITICENSIS CANONICO, CONSIST. LIPS. ASSESSORI, EPHORO STIPENDIATORVM ELECTORALIVM, VILLARVM ACADEMICARVM PRAEPOSITO, SOCIETATIS GOETTINGENSIS LITTERARIAE SODALI ETC.



V I R M A G N I F I C E  
SVMME VENERABILIS  
PATRONE AC PRAECEPTOR  
OMNI PIETATE COLENDE

**N**on diu dubitavi et haesitavi, cui  
hanc Terentii editionem dedica-  
rem. Etenim cum in TE, VIR  
MAGNIFICE, praeter multas alias eas-  
que summas animi ingeniique virtutes,  
quibus ornatum TE esse satis inter omnes  
constat, summam in scribendo eleganti-  
am et perspicuitatem, exquisitam in iu-

dicando differendoque subtilitatem et acumen, atque in locis scriptorum corruptis emendandis et castigandis diligentiam cautionemque plane admirabilem, et TVA doctrina dignam, omnium consensu maximopere et verissime laudari meminissẽm: statim decreui, iudicio subiicere TVO quicquid hic mea effectum sit opera, adhibuerimne aut in notis Bentleyi Faernique in compendium redigendis satis perspicuitatis cum iusta breuitate, aut in scholiis, quae interdum vel aliunde compilassẽm, vel ipse addidissẽm, idoneam diligentiam, aut in locis Scholiastrarum, quae corrupta et manca viderentur, restituendis, iustam cautionem et prudentiam; vt adeo quicquid TIBI, VIR DOCTISSIME, displicere intellexissẽm, in posterum corrigeretur euitareturque, vel si quid forte TIBI probari audiussẽm, TVA, VIR GRAVISSIME, auctoritate, quae

quae apud omnes maxima est, satis defenderetur ac confirmaretur. Huc accessit alia causa, mea quidem sententia haut leuis, quae me ad hoc inuitaret consilium. Cum enim olim TVA, PRAECEPTOR FIDELISSIME, disciplina esse usus, et usque posthac prudentissimis TVIS consiliis et patrocínio adiutus et subleuatus: animi grati esse (et hunc imprimis spectes velim) duxi, hunc TVAE institutionis fructum, qui fere primus a me edi existimandus est, offerendum esse TIBI, vt, si bonus esset, TVAE fidei acceptus referretur, aut, si immaturus, a TE castigaretur. Quod si vero et in posterum TVA cura, PATRONE OPTIME, me dignum iudicaueris: profecto non frustra in litterarum curriculo aluisse ac fuisse me existimabo. Equidem, sanctissime confirmo et polliceor, omnem curam ac diligentiam adhibebo, ne TVA

disciplina et caeteris beneficiis indignus  
reperiar; atque si non re et palam gra-  
tum animum declarare potuero, certe  
precibus pro TVA, SENEX SVMME  
VENERABILIS, valetudine recta et se-  
nectute placida clam faciendis Deo me  
TVI studiosissimum et Reipublicae aman-  
tissimum probare studebo. Vale, et  
in litterarum bonarum salutem vale diu-  
tissime

V I R M A G N I F I C E


A T Q V E

SVMME VENERABILIS

TIBI

addictissimus

Io. Car. Zeunius.



# LECTORI ERVDITO

S. P. D.

IO. CAR. ZEVNIVS.

**Q**uod in mercatoribus forte non valde reprehenditur, si laudant, quas cupiunt extrudere merces, aut etiam ab Editoribus librorum interdum recte fieri potest, vt libros suos commendent, et omni ratione hominum animos ad lectionem inuitent et alliciant; id sane hic quam alienissimum et ineptissimum puto. Etenim quis quaeso est ab omni humanitate ita remotus, vt sibi Terentii laudari desideret fabulas, quas pueri auide legunt, magnopere admirantur adulti, et senes ipsi non sine magna animi laetitia relegunt? Igitur agamus potius, quod iure a nobis postulatur, vt, quam rationem in hac Editione curanda secuti simus, aperiamus. Cum Bibliopola mihi consilium, quod dudum cepisset de *Lindembrogii* Editione, quam adhuc optimam et vsui discentium accommodatissimam esse ex viris rerum peritis audiuisset, typis repetenda, mihi significasset, petiissetque, vt exemplar a vitiis operarum purgarem, in suum quodque locum redigerem, et, si quid haberem, quod commode accedere posse existimarem, adderem: occasionem a me minime quaesitam, sed vltro oblatam Terentium, quem semper summo habueram in pretio, edendi et curandi dimittere nolui. Itaque exemplar, quod operis tradendum erat, Editionis Lindembrogii, quae Francofurti anno superioris seculi ter-

tio et vicesimo prodiit, cum incertitia et negligentia Correctorum, imprimis in Observationibus, satis corruptum et interdum etiam mutilum intellexissem: vbique omni diligentia, non sine magno taedio, cum Westerhouiana Editione, cuius vsum Cl. Clodius benignissime mihi concesserat, contuli, et inde omnia restitui; loca Auctorum vel laudavi, vel male laudata correxii; vitia typographica, quae imprimis in Graeca irrepserant, nec ab ipso Westerhouio sublata, emendavi; interpunctiones et distinctiones ita constituere studui, vt quaedam constantia, a Lindenbrogio aut eius Correctoribus neglecta, seruetur; orthographiae denique rationem cum in singulis litteris, veluti *Set, aput, accersui* etc. tum in compositionibus verborum, vbi Lindenbrogium aliosque fluctuasse videbam, stabiliorem, et rei naturae Graecaeque linguae analogiae conuenientiorem reddere sum conatus, adeo vt v. c. pro *inridere* reponerem *irridere* etc. sed saluis archaismis, quos profanis manibus attingere nefas putabam; atque omnino omnem curam diligentiamque adhibui, ne haec Editio conspurcetur vitis, quae per vulgares mercede et lucro fere paruo conductos Correctores, vbi fides quaedam, quae requiritur et diligentia, ne quid grauius dicam, admodum rara deprehenditur, interdum committuntur, et adeo virtus Editionum, quam primam iudico, tollitur. Haecenus de iis, quae fere omnia non nisi ad repetitionem Lindenbrogiana Editionis pertinent. Explicemus nunc deinceps, quae tanquam noua illi accesserunt. *Faërrum* quidem olim, et postea *Bentleium* cum intellexissem multam Terentiano textui emendando et lectionum

aucto-



auctoritate confirmando operam dedisse; ab usu huius Editionis critico, praesertim cum multae Lindenbrogii notae eundem spectent, non alienum duxi, vbiq̄ue vtriusque viri sententiam adiungere; sed, ne liber magnitudine et scholiorum nube molestus lectoribus, et forte pretio emtoribus incommodus existeret, hoc temperamento sum usus, ut fere verbis meis, ad rem breuius, salua perspicuitate, significandam, vtriusque viri sententiam in compendium redigerem, et vni nomini tribuerem Bentleii; adeo ut copia locorum omissa, et verborum formularumque ambagibus detractis et crebris eiusdem rei repetitionibus vitatis, nihil nisi sententiae argumentorumque, siue a codicum auctoritate, siue metri legibus, siue loquendi usu, et elegantia sermonis sumtorum, summam spectandam sequendamque mihi esse existimarem. Etsi igitur non negauerim, Bentleium cum alias tum in Terentio corrigendo interdum paulo audaciorem videri, adeo ut nonnunquam vix mihi temperarem, quin contradicere auderem: cum tamen ille et magna copia librorum scriptorum eorumque antiquissimorum, quibus Angliam in omni genere abundare dudum inter omnes constat, fuerit instructus, et ipsis Faëni lectionibus haut contemnendis mirifice adiutus, et praeterea ipse ingenio acutissimo elegantissimoque ornatus, non ingratum Lectori docto me fecisse spero, quod illas coniecturas et lectiones hic exhibuerim; praesertim cum eam breuitatem vbiq̄ue spectarem, qua ad summam rei cognoscendam lectoribus non opus esset vniuersas paginas, saepe cum magno taedio, perlegere,  
et

et inde colligere, quid sibi Auctor vellet. Satis de Benteio. Dicendum est, quid acciderit *Donato*, qui sane, ob antiquitatem et doctrinam, primum tenet inter Scholiastas locum. Verum sane dolendum est, eius scholia, qualia quidem hodie extant, imprimis duplici laborare vitio, interpolationis et corruptionis. Illa enim esse interpolata accessione nonnullorum aliorum scholiorum, quod fatum quoque in Aristophanem scholiis euenit, ita clarum est, ut non nisi leui inspectione sit opus. Hoc vitium autem cum tolli sine summa temeritate, aut inani disputatione non posse videretur, a nobis intactum relictum est, nec attulimus notatunculas superuacuas, quas Westerhouius interdum adiunxit. Verum alterum vitium, quantum in nobis fuit, imprimis post Actum primum Fabulae primae, (quoniam ab initio hoc consilium nobis nondum erat captum) tollere sumus conati. Igitur primum interferui et signo ( ) a textu Scholiastae distinximus coniecturas et lectiones, quas Westerhouius vel debet Abr. Wielingio Viro Consul-tissimo, vel ipse collegit non modo ex codice Sam. Hulsii Haganae Ciuitatis Viri Consularis, codice Theod. Boendermakeri Canonici S. Martini apud Ultraiectinos, et codice edito Cardinalis Du Bois, (posteriores nos compendii causa interdum diximus *Librum utrumque*), sed etiam ex Editionibus antiquissimis Venetis. Deinde ego ipse locis corruptis, a Westerhouio neglectis, manum admoui, eaque vel corrigere vel supplere sum conatus; atque ne mea coniectura aliis forte inuitis obruderetur, eam addita littera Z notavi. Post Donatum

tum et tempore et dignitate sequitur *Eugraphius*, qui, quantum ex Gerberti, seu Syluestris, ad Airardum epistola colligitur, sub finem seculi decimi, Othone III. imperante, vixit, homo pro ratione illorum temporum haut indoctus. Huius Commentarii in Terentium, qui apud Lindenbrogium admodum corrupti et mutili deprehenduntur, hic partim ex Editione Westerhouii, qui duobus codicibus, sed his ipsis corruptis et mutilatis, Bibliothecae Leidenfis est vsus, et veteres Editiones contulit, partim nostris coniecturis qualibuscunque aucti prodeunt. Cum Donati in Heautontimorume non Scholia videantur periisse, in locum illorum *Calpurnii* Brixienfis, qui seculo quinto decimo Laurentii Vallae aetate vixisse videtur, substitui-  
 mus Scholia, vt non modo vbique esset haut ingrata Fabularum aequalitas, sed etiam quoniam illa lectu haut indigna existimabamus, quae saepe ad similitudinem Donatianorum quam proxime accedunt. In hoc Scholiafse, fateor, vt breuitati confuleretur, interdum loca aperte corrupta, et facillima emendatu tacite correxi, ductus vel Editionibus antiquis, vel legibus linguae et contexti. Quoniam *Diatribas* virorum eruditorum, quae et in Westerhouiana Editione reperiuntur, intelligebamus Lectori haut iniucundas fore, et vsui huius libri accommodatissimas, hic quoque eas repetere placuit. Caeterum si quid praeterea adiiciendum visum fuerit, ad Tomum alterum differendum esse censemus. Vale igitur, Lector Erudite, et si quid humani passus sumus, ignosce. Scripsi Lipsiae in Nundinis vernis  
 CIOIOCCCLXXIV.

---

## PRAEFATIO LINDENBROGII.

**P**VB. TERENCEM Afrum, Comoediae Latinae scriptorem vndecunq̄ue elegantissimum, atque ingenii festiui, curatiore studio recentitum bono publico exhibere visum fuit. Quem enim pueri amauimus, eiusdem amoenitate ac Venere vel hac quoque aetate nos capi, non erubescimus: a cuius lectione etiam ipsos Romani eloquii principes, eosque grauissimos viros, non abhorruisse constat; quorum sane elogia suo loco digessimus, vt omnium oculis, qualenam aestimium veterum doctissimi quique de eo semper fecerint, velut in tabula exponeremus. Nam recentiorum encomia colligere, aut commendatitiam illius nouam conscribere, insuper habendum duximus; ne laudatum ab omnibus concelebrare si vellemus, actam rem agere potius, quam noui aliquid dicere videremur. Quippe cuius ea gloria est, vt nullius laudibus crescere, nullius minui possit. Ergo igitur id mihi in hac Editione potissimum curae fuit, ne ad nitelam eius et splendorem quod faceret, quicquam scienter omitteretur. Non denegarunt nobis hac in re operam suam amici nostri, viri litterati. Inprimis vero multum adiuti sumus favore celeberrimi Iurisconsulti Franc. Pithoei Triouassinensis, qui duo nobis Terentii exemplaria suppeditauit; alterum fratris B. M. alterum manu sua emendatum: adscriptis interdum Menandri, Apollodori, aliorumque versibus; quos Terentium exprimere voluisse putamus. His accessit Mss. codex qui in Bibliotheca Regis Galliae adseruatur: cuius ea visa est antiquitas, nec minor bonitas, vt vel solus sufficeret, cuius fidem sequeremur. in quo etiam Terentii imago, plane vt eam ex Vaticana Bibliotheca Fuluius Ursinus V. C. edidit, antiqua manu depicta erat. Vsi sumus et aliis scriptis libris, sed qui perparum profuerunt: nam et recentiores erant; et si quid variarent, id leuidense admodum atque exigui momenti.

**DONATI** duo exemplaria habuimus, et illa Pithoeorum accurata diligentia ad Mss. codd. Antonii Contii et Iacobi Cuiacii Antecessorum Bituricensium collata; quorum auxilio in hoc commentario plurimae lacunae suppletae, aliaque infinita errata integritati suae restituta sunt. Iuuerunt etiam nonnihil collectanea quaedam, quae in Bibliotheca Regia Parisiensi, et schedae vet. Pet. Danielis Aureliani, viri humanissimi. Sed  
nescio

nescio qui veluti de compacto factum, vt Graeca fere omnia in omnibus libris adeo vitiose scripta, vt raro quid inde boni extricare licuerit, vel indagare, quod specie recti placeret. Itaque non nostro saltim, sed aliorum quoque iudicio, characteres vitiosos proponere voluimus, vt cuilibet pro captu ac lubidine emendandi causa relinqueretur integra.

**EVGRAPHIVM** non vni debemus. Praeter pauca enim illa, quae huius Scholiastae Faernus vir diligentissimus olim in Italia prouulgauit, alia longe plura ex antiquissimo libro Ant. Loifelli I. C. nunc primum edita; et quae huic deerant, ex nobiliss. Franc. Oliuarii codice suppleta sunt. Caetera vero quae desiderantur, si tanti videbuntur, a felicioribus meliori seculo fors fuit an in lucem proferri poterunt: nam vt nos hic Italici plura praestitimus, sic alii diligentiam nostram si supplebunt, non inuidebimus. laus est publica. Extat quidem Parisiis in Bibliotheca Regia commentum in hunc Comicum, Eu-graphii titulo; insignitum: sed adeo ineptum, adeoque nugis plenum, vt vere quis ex Luciorum Schola detonsi cuiusdam tenebrionis dixerit blatteramentum. idcirco etiam eiusmodi affamnis Editionem hanc contaminare nobis religio fuit.

Postremo: Observationes quasdam adiecimus, breues illas, et nostro more modoque factas; magis vt de varietate lectionis et fide veri constaret, quam vt prolixè hic omnia explicarentur. Quod rectius hercle vero facient magistri in ludo et umbra, ne publice τὴν ἀκρισίαν ἐνδεικνύειν necessarium habeamus, aut cum insanientibus furere; qui nullum amplius librum prodire patiuntur, nisi ingentibus commentariis oneratum, ὡς ἂν ἄχθος εἶναι ἡμιόνων πολλῶν. Proinde, Lector, si probus es, laus nobis tribuenda est quod egimus, venia danda quod reliquimus. Feliciter.

ELOGIA VETERVM  
DE PVB. TERENTIO.

Varro, Parmenone; Nonius in Poscere.

**I**n argumentis Caecilius poscit palmam; in ethesi Terentius;  
in sermonibus Plautus.

Cicero de optimo genere oratorum.

In re quod optimum sit quaeritur: in hominibus dicitur, quod est. Itaque licet dicere, et Ennium summum Epicum Poetam, si cui ita videtur; et Pacuivium Tragicum; et Caecilium fortasse Comicum. Vnum vero est genus perfecti, a quo qui absunt, genere differunt, vt ab Accio Terentius, sed in eodem non sunt pares.

Et infra.

Iidem et Andriam et Synephebos, nec minus Terentium et Caecilium, quam Menandrum legunt. Quod est igitur eorum in orationibus e Graeco conuersis fastidium, nullum cum sit in versibus.

Lib. VII. Epist. 3. ad Attic.

Secutus sum, non dico Caecilium, Mane vt ex portu in Pireaeum, malus enim auctor latinitatis est, sed Terentium, cuius fabellae, propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi, Heri aliquot adolescentuli coimus in Pireaeum.

In Laelio.

In Andria familiaris meus Terentius dixit.

Horatius lib. Epist. ad Augustum.

Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro;  
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,  
Vincere Caecilius grauitate, Terentius arte;  
Hos ediscit, et hos arte stipata Theatro  
Spestat Roma frequens.

Ouidius lib. II. Tristium.

Nec liber indicium est animi; sed honesta voluntas  
Plurima mulcendis auribus apta refert.  
Accius esset atrox: conuiuia Terentius esset;  
Essent pugnaces qui fera bella canunt.

Volcatius Sedigitus, apud A. Gell. lib. xv. cap. 24.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,  
 Palmam Poetae comico cui deferant.  
 Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi:  
 Vt contra si quis sentiat, nihil sentiat.  
 Caecilio palmam Statio do comico.  
 Plautus secundus facile exsuperat caeteros.  
 Dein Naevius qui seruet, pretium tertiu'st.  
 Si erit, quod quarto, dabitur Licinio.  
 Post insequi Licinium facio Atilium.  
 In sexto sequitur hos loco Terentius.  
 Turpilius septimum, Trabea octauum obtinet.  
 Nono loco esse facile facio Luscium.  
 Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

Velleius Paterculus, lib. 1.

Dulcesque Latini leporis facetiae per Caecilium, Terentiumque, et Afranium suppari aetate nituerunt.

Fab. Quintilian. lib. x. cap. 1.

In Comoedia maxime claudicamus; licet Varro dicat, Musas Aelii Stolonis Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent: licet Caecilium laudibus ferant: licet Terentii scripta ad Scipionem Africanum referantur: quae tamen sunt in hoc genere elegantissima, et plus adhuc habitura gratiae, si intra versus trimetros steriflissent.

Idem Declamat. 1 x. siue Gladiator.

Terentium, quem inter caeteros captiuos, secundo Punico bello, Scipio Africanus vinculis exsoluerat, memoriae tradidere maiores, insigne receptae libertatis pileo testantem in triumpho ducis esse conspectum.

Plinius lib. 1. Epist. 16.

Legit mihi nuper epistolas, quas vxoris esse dicebat, Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi.

A. Gellius lib. vii. cap. 14.

Vera autem et propria huiusmodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro esse dicit, vbertatis Pacuuium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem lib. vii. cap. 21.

Neque magno interuallo postea Q. Ennius, et iuxta Caecilius et Terentius, ac subinde Pacuuius: et Pacuuius iam

sene Accius, clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.

Aufonius in protreptico ad Nepotem.

Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti  
Comis et adstricto percurris pulpita focco,  
Ad noua vix memorem diuerbia coge senectam.

Lactant. de falsa sap. cap. 4.

Nemo potest de se recte iudicare, quod nobilis Poeta testatur, Ita enim comparatam esse hominum naturam, etc.

Hieron. in Chronico, Olymp. 155. ann. 3.

P. Terentius Carthaginiensis Comoediarum scriptor ob ingenium et formam libertate donatus, in Arcadia moritur: qui primam Andriam antequam Aedilibus, Caecilio multum se miranti legit.

Idem: de optimo genere interpretandi.

Terentius Menandrum, Plautus et Caecilius veteres comicos interpretati sunt: numquid haerent in verbis? ac non decorem magis et elegantiam in translatione conseruant, quam veritatem interpretationis.

Idem ad Suniam et Fretellam.

Hanc esse regulam boni interpretis, vt idioma alterius linguae, suae linguae exprimat proprietate: quod quidem et Tullium in Protagora Platonis, et in Oeconomico Xenophonis, et in Demosthenis contra Aeschinem oratione fecisse conuincimus, et Plautum, Terentium, Caeciliumque, eruditissimos viros in Graecis Comoediis transferendis.

Idem ad Paulinum.

Habet vnumquodque propositum principes suos. Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones: Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem: Poetae aemulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.

Paulus Orosius lib. i v. cap. 19.

Scipio iam tunc cognomento Africanus, triumphans urbem ingressus est, quem Terentius, qui postea Comicus, ex nobilibus Carthaginiensium captiuis pileatus, quod indultae sibi libertatis insigne fuit, triumphantem post currum secutus est.



Liuius lib. xxx. non Comicum hanc intelligit, sed ad Terentium Culleonem fenatorem Rom. refert, qui pileo capiti impofito fecutus eft Scipionem triumphantem. certe de alterutro Quinciliani etiam locus ex declam. ix. intelligendus eft.

Sidonius Apollinar. Carm. xx.

Quid vos eloquii canam Latini,  
Arpinas, Patauine, Mantuane,  
Et te Comica qui doces Terenti,  
Et te, tempore qui fatus fevero,  
Graios, Plaute, fales lepore tranfis.

Rufinus Grammaticus Antiochenfis.

Agnouit metrum feruatque Terentius artem;  
Nam prologos trimetro didicit componere verfu,  
Scenarumque actus primos pede claudit eodem.

Seruius in illud lib. i. Aeneid. talibus incufat.

Sciendum eft Terentium, propter folam proprietatem, omnibus Comicis efle praepofitum; quibus eft, quantum ad caetera fpectat, inferior.

Fl. Soffipater Charifius lib. ii.

ἥβη, vt ait Varro de Latino fermone lib. v. nulli alii feruare conuenit quam Titinnio et Terentio. πᾶθῃ vero Trabea, inquit, et Attilius, et Caecilius facile mouerant.

Ifidor. Origin. lib. i. cap. 39.

Fabulas Poetae quasdam delectandi caufa finxerunt, quasdam ad naturas rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati funt. Delectandi caufa fictas, vt eas quas vulgo dicunt, vel quas Plautus et Terentius compofuerunt.

Ex antiquo Cod. Ms. in Bibliotheca Regis Gall.

Natus in excelfis tectis Carthaginis altae  
Romanis ducibus bellica praeda fui.  
Descripfi mores hominum, iuuenumque, fenumque,  
Qualiter et ferui decipiant dominos:  
Quid meretrix, quid leno dolis confingat auarus;  
Haec quicumque legit, fic, puto, cautus erit.

## DE AELIO DONATO.

Hieronym. in Chronico Olymp. 284.

Victorinus Rhetor et Donatus Grammaticus Praeceptor meus, Romae insignes habentur: e quibus Victorinus etiam statuam in foro Traiano meruit.

Idem Apolog. aduers. Rufinum.

Puto quod puer legeris Aspri in Virgilium et Sallustium commentarios: Vulcatii in orationes Ciceronis: Victorini in Dialogos eius, et in Terentii Comoedias Praeceptoris mei Donati, aequae in Virgilium, et aliorum in alios; Plautum, Lucretium, Flaccum, Persium, atque Lucanum. Argue interpretationes eorum, quare non unam explanationem secuti sint, et in eadem re quod vel sibi, vel aliis videatur enumerent.

Hieronym. in Eccles. cap. 1.

Comicus ait: Nihil est dictum, quod non sit dictum prius: unde et Praeceptor meus Donatus, cum ipsum versiculum exponeret, Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerunt.

## DE EVGRAPHIO.

Gerbertus quondam scholasticus ad Airardum

Epist. VII.

Petitionibus tuis annuimus: nostra ut exsequaris negotia, velut propria, monemus. Plinius emendetur, Eugraphius recipiatur.

Gerbertus hic postea P. P. factus, Sylvester dictus fuit, vixitque sub Othone III. Imp. circa A. C. DCCCXCVIII. Vid. Fascicul. tempor. Onuphrius Panuin. in chron. Eccles. et alii.

P V B. T E R E N T I I A F R I  
C A R T H A G I N I E N S I S V I T A.

1) Auctore Aelio Donato V. C.

**P**ublius Terentius Afer, Carthagine natus, seruiuit Romae Terentio Lucano Senatori; a quo ob ingenium et formam, non institutus modo liberaliter, sed et mature manumifus est. Quidam captum esse existimant; quod fieri nullo modo potuisse, Fenestella docet: quum inter finem secundi belli Punici, et initium tertii natus sit, et mortuus: nec si a Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisset, nullo commercio inter Italicos et Afros, nisi post deletam Carthaginem, coepto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano, et C. Laelio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. Quod et ipsum Fenestella arguit, contendens utroque maiorem natu fuisse. Quamuis et Cornelius Nepos aequales omnes fuisse tradat, et Porcius suspicionem de consuetudine per haec faciat:

2) *Dum lasciuiam nobilium et fucosas laudes petit:*

*Dum Africani 3) voce diuina inbiat auicis auribus:*

*Dum ad Furium se coenitare et Laelium, pulchrum putat:*

*Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum 4) rapi*

5) *Ob florem aetatis suae: ipse sublati rebus ad summam Inopiam redactus est.*

*Itaque e conspectu omnium abiit in Graeciam, in terram ultimam.*

*Mortuus est in Stymphalo, Arcadiae oppido: nihil Publius*

b 4

Scipio

1) Alii hanc vitam tribuunt Suetonio Tranquillo. Caeterum quas hic additas vides, Lector beneuole, notulas Tan. Fabri, exceptissimus ex Edit. Westersh. Z.

2) *Lasciuia* hic significat lusus liberiores, iocos, conuiuia, et alia, quae tenuioribus hominibus sunt denegata; sed summis viris, qui eleganti ingenio sint praediti, et concessa sunt, et bene succedunt. *Fab.*

3) Alii legunt *vocem diuinam*, quod praefendum esse videtur. Z.

4) *Rapi* est rheda aut equo vehi. Sic Horat. Serm. 1, 5. *Quatuor hinc rapimur viginti et milia rhedis.* Fab.

5) Hunc et sequentem versum Westersh. duce Fabro, in vnum contractum edidit sic: *Ob florem aetatis suae: ad summam inopiam redactus est.* Z.

*Scipio profuit, nihil ei Laelius, nihil Furius;  
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.  
Eorum ille opera ne aonium quidem habuit conductitiam:  
Saltem ut esset, quo referret obitum domini, seruulus.*

Scriptit Comoedias sex: ex quibus primam Andriam cum aedilibus daret, iussus ante 6) Caerio recitare. Ad coenantem cum venisset, dictus est, initium quidem fabulae, quod erat contemere vestitu, subfello iuxta lectulum residens legisse: post paucos vero versus inuitatus, ut accumberet, coenasse vna; deinde caetera percurrisse, non sine magna Caerij admiratione. Et hanc autem, et quinque reliquas aequaliter populo probauit; quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita scribat, *Sumer Hecyra sexta ex his fabula.*

Eunuchus quidem bis die acta est; meruitque pretium, quantum nulla antea cuiusquam Comoedia, id est, octo millia nummum; propterea summa quoque 7) titulo adscribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri. Non obscura fama est, adiutum Terentium in scriptis a Laelio et Scipione, quibuscum familiariter vixit. Eandem ipse auxit. Nunquam enim, nisi leuiter, se tutari conatur, ut in Prologo Adelphorum:

*Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles  
Hunc adiutare, assidueque vna scribere:  
Quod illi maledictum vehemens existimant,  
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,  
Qui vobis vniuersis, et populo placent:  
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,  
Suo quisque tempore usus est sine superbia.*

Videtur autem se leuius defendisse, quia sciebat Laelio et Scipioni non ingrattam esse hanc opinionem; quae tamen magis et vsque ad posteriora tempora valuit.

Q. Memmius in oratione pro se ait: *Pub. Africanus, qui a Terentio personam mutuatus, quae domi luserat ipse, nomine illius in Scenam deruliz.* Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Laelium quondam in Puteolano 8) Kal. Martiis admonitum ab vxore, temporius ut discumberet, petiisse ab ea ne interpellaretur: ferius tandem ingressum triclinium dixisse, non saepe  
in

6) Westerhouius recte edidit *Caecilio*, ut paulo post *Caecili*. Z.

7) *Titulus*, h. t. Didascaliam

significat. Ergo, ut hodie editur, mutila est. *Fab.*

8) *Kalendis Martiis*] Quia hoc die regnum matronarum erat. *Fab.*

in scribendo magis successisse sibi. deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronunciaſſe verſus qui ſunt in Heautontimorumenno,

*Sais pol proterue me Syri promiſſa buc induxerunt.*

Santra Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione et Aelio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere: quam C. Sulpitio Gallo homine docto 9), et qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, et M. Popilio, conſulari utroque, ac Poeta. Ideo ipſum non iuvenes delignaiſſe, qui ſe adiuuiſſe dicerentur: ſed viros, quorum operam, et in bello, et in otio, et in negotio populus ſit expertus. Poſt editas Comoedias nondum quintum atque trigefimum egreſſus annum, cauſa euitandae opinionis, quia videbatur aliena pro ſuis edere: ſeu percipiendi Graecorum inſtituta moreſque, quos perinde exprimeret in ſcriptis, egreſſus urbem eſt, neque amplius rediit. De morte eius Volcatius tradit;

*Sed ut Afer ſex populo dedit Comoedias,*

*Iter hinc in Aſiam fecit. 10) nauim cum ſemel*

*Conſcendit, viſus nunquam eſt. ſic vita vacat.*

11) Q. Coſconius redeuntem a Graecia periſſe in mari dicit cum centum et octo fabulis, conuerſis a Menandro. Caeteri 12) mortuum eſſe in Arcadiae Stymphalo, ſive Leucadia tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobiliore Coſ. morbo implicitum acri, dolore ac taedio 13) amiſſarum ſarcinarum, quas in nauſ praemiſerat, ac ſimul fabularum quas nouas fecerat. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. Reliquit filiam, quae poſt Equiti Romano nupſit. Item hortulos xx. iugerum, via Appia ad Martis villam: quo magis miror, Porcium ſcribere, — *nihil Publius*

b 5

Scipio

9) *Et qui conſularibus*] Mſ. R. *Cuius conſularibus.* L. Murctus conicit *Conſualibus ludis*: ſed Faber vult legi *Cerealiibus.* Z.

10) *Nauim cum ſemel*] Mſ. Danielis. *Nauim ut ſemel.* L.

11) *Qu. Coſconius*] Ita ex Mſ. edidimus, vulg. haſtenus fuit *Conſentius.* Coſconium laudat Varro de Ling. Lat. lib. v. L.

12) *Mortuum eſſe in Arcadiae*]

Alii in *Arcadia Stympali ſinu.* Aufonius ad Vrfulum de ſenario numero: *Protulis in Scenam quot dramata fabellarum, Arcadiae medio qui iacet in gremio.* L.

13) *Amiſſarum ſarcinarum*] Nil verius hac leſione, quam omnes ſcripti codd. praeferunt, excepto vno in quo *fabularum* erat. Vulgo haſtenus legitur *ſatyrarum*; ſed id ne titiulitii quidem. L.

*Scipio profuit, nihil ei Laelius, nihil Furius;  
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.  
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:  
Saltem ut esset, quo referret obitum domini seruulus.*

Hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert, scribens in Compitalibus, *Terentio non similem dices quempiam.*

Volcatius autem non solum Naeuio, et Plauto, et Caecilio 14), sed Licinio quoque postponit. Cicero 15) in Limone haecenus laudat:

*Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti,  
Conuersum expressumque Latina voce Menandrum  
16) In medio populi sedatis vocibus effers;  
17) Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.*

#### Item C. CAESAR.

*Tu quoque tu in summis, o dimidiata Menander,  
Poneris, et merito, puri sermonis amator,  
Lenibus atque vixam scriptis adiuncta foret vis  
Comica, ut aequato virtus polleret honore  
Cum Graecis, neque in hac 18) despectus parte iaceres!  
Vnum hoc maceror, et doleo tibi deesse, Terenti.*

Haec Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios Poetas fuisse scribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium, Valgius in Actaeone ait.

*Hae quae vocantur fabulae 19), cuius sunt?  
Non has, qui iura populis 20), end' ibus dabat \*  
Honore summo affectus fecit fabulas.*

Duae ab Apollodoro translatae esse dicuntur comico, Phormio et Hecyra: quatuor reliquae a Menandro. ex quibus magno successu et pretio stetit Eunuchus fabula: Hecyra saepe exclusa, vix acta est.

DE

14) *Sed Licinio] Ms. sed Livio. L.*

15) Puto hunc Ciceronis librum nihil continuisse, nisi Epigrammata in viros claros, quocumque in genere praestantiae sibi nomen parassent. *Fab.*

16) *In medio populi] Ms. Dan. In medium nobis sedatis, etc. L.*

17) *Quicquid come] Ms. Quidam come. al. Quicquod. L.*

18) *Despectus parte] Ms. Dan. despecta parte. L.*

19) *Cuius sunt] Sic libr. Dan. al. cuius sunt? L.*

20) *Populis end' ibus dabat] Ita Ms. Danielis. vulg. petentibus dabat. al. recensentibus. L.*

# I) DE TRAGOEDIA ET COMOEDIA.

**I**NITIVM Tragoediae et Comoediae a rebus diuinis est inchoatum: quibus pro fructibus vota soluentes operabantur antiqui. Nam incensis iam altaribus, et admoto hirco, id genus carminis, quod facer chorus reddebat Libero patri, Tragoedia dicebatur, vel ἀπὸ τῆς τραγῆς 2) καὶ τῆς ὠδῆς, hoc est, ab hirco, hoste vinearum, et a cantilena. Eius ipsius rei apud Virgilium plena fit mentio. Vel quod hirco donabatur eius carminis Poeta: vel quod vter eius musti plenus solemne praemium cantoribus fuerat; vel quod ora sua fecibus perlinebant scenici, ante usum personarum, ab Aeschilo repertum. Feces enim 3) dicuntur Graece τρύγες. Et his quidem causis Tragoediae nomen est inuentum. At vero nondum coactis in urbem Atheniensibus, cum 4) Apollini Nomio, vel ΑΨΥΑΘΩ \* id est pastorum

1) Quae hic de Tragoedia et Comoedia referuntur, ea non ut alii ex Cornuto vel Aspro defumta, sed ex Euanthii commentario in Terentium sclecta esse arbitror. Eiusceque rei euidentissimum argumentum est, quod sub huius eruditissimi Grammatici nomine (quem iisdem cum Donato temporibus, hoc est Olymp. 285. regnante Constantio Fil. Constantini, C P. floruisse notat Hieronym.) haec verba afferat Rufinus Antiochenis Grammat. lib. de metris Terentianis: *Concinna argumento, consuetudine congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro.* Et postea sic: *Veteres etsi vsi ipsi quoque metris* etc. Quae ipsissima in hisce prolegomenis nunc leguntur. L.

2) Καὶ τῆς ὠδῆς] Hoc ex Mss. additum. L.

3) DICUNTUR GRACE ΤΡΥΓΕΣ] Athen. lib. 2. Ἀπὸ μέθης,

καὶ ἡ τῆς κωμωδίας, καὶ ἡ τῆς τραγωδίας ἔυρεσις ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς ἔυρέθη, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρὸν, ἀφ' ἧ δὴ καὶ τραγωδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη ἡ κωμωδία. Vid. Etymolog. Magnum in τραγωδία. L.

4) APOLLINI NOMIO VEL ΑΨΥΑΘΩ] Haec est scriptura; priscorum codd. quae refingenda videtur hoc modo: *Apollini Nomio vel Agyieo.* De Apolline Nomio Seru. 4. Georgicor. ad illa verba, *auditque vocatus Apollo.* Ἀγυιάς autem Elei appellarunt, teste Pausania in Eliacis, τὰς ὑπ' Ἀθηναίων καλεμένους στενωπὰς. Et hinc Apollo Agyieus, de quo fusc Graeci. Horat. Carm. lib. 4. Od. 6. *Lenis Agyieus* et ibi Prophy. Macro. Saturnal. lib. 1. cap. 9. Postea sic legitur in Mss. *pastorum vicinorumque praesidi Deo.* L.

storum vicinorumque praefidi Deo, constructis aris in honorem diuinæ rei circum Atticae vicos, villas, pagos, et compita 5) festum carmen sollemniter cantarent: orta est Comoedia ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς composito nomine, vel ἀπὸ τῆ κωμᾶζειν καὶ ζῆειν, quod est, comellatum ire cantantes. quod a Poetis sollemni die, vel amatorie lasciuientibus choris comicis non absurdum est. Itaque vt rerum, ita etiam temporum ipsorum coepto ordine Tragoedia primo prolata esse cognoscitur. Nam vt ab incultis et feris moribus paulatim peruentum est ad mansuetudinem, vrbesque sunt conditae, et vita mitior atque otiosior processit: ita res tragicae longe ante comicas inuentae. Quamuis autem retro prisca voluentibus reperiatur Thespis Tragoediae primus inuentor: et Comoediae veteris pater Eupolis cum Cratino, Aristophaneque esse dicatur. Homerus tamen, qui fere omnis Poeticae largissimus fons est, etiam his carminibus exempla praebuit, et velut quaedam suorum operum lege praescripsit: qui Iliadem instar Tragoediae, Odysseam ad imaginem Comoediae fecisse monstratur. Nam post illius tale tantumque documentum, ab ingeniosissimis imitatoribus et digesta sunt in ordinem, et diuisa ea, quae etiam tum temere scribebantur adhuc impolita, atque in ipsis rudimentis haudquaquam, vt postea facta sunt, decora atque laeuiua. At nos ea, quae proprie de Tragoedia dicenda sunt, titulo propositi operis instantes, in alia tempora differamus: et de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus est. Postquam demonstrandae originis causa de vtriusque generis initio diximus: quod necesse est iam dicemus.

COMOEDIA fere vetus, vt ipsa quoque olim Tragodia, simplex carmen (quemadmodum iam diximus) fuit: quod chorus circa aras fumantes nunc spatiat, nunc consistens, nunc reuoluens gyros, cum tibicine concinebat. Sed primo vna persona substituta est cantoribus, quae respondens alternis choro, locupletauit variauitque rem musicam. tum altera, tum tertia, et ad postremum crescente numero, per auctores diuersos, personae, pallae, cothurni, socci, et caeteri ornatus atque insignia scenicorum reperta: et ad hoc vnicuique suus habitus: et ad vltimum qui primarum partium, qui secundarum, et tertiarum, qui quartarum atque quinclearum actores essent,

5) Festum carmen] In Ms. Dan. Festiuum carmen sollemniter cantaretur; ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς Comoedia vocitata est, vt

opinor a pagis et cantilena composito nomine, vel ἀπὸ τῆ κωμᾶζειν etc. L.



essent, distributa et diuisa quinquepartito tota est fabula. quae tamen in ipsis ortus sui velut quibusdam incunabilis, et vix dum incipiens, 6) κωμῳδία ἐτεώνιος καὶ ἀρχαία dicta est: ἀρχαία idcirco, quia est de nobis parum cognitis vitiis: 7) ἐτεώνιος autem, quia inest in ea velut historica fides verae narrationis, et denominatio omnium, de quibus libere describatur. Etenim per priscos Poetas, non vt nunc, penitus ficta argumenta: sed res gestae a ciuibus palam cum eorum saepe, qui gesserant, nomine decantabantur. Ideo ipsa suo tempore moribus multum profuit ciuitatis: cum vnusquisque caueret, culpa ne spectaculo caeteris esset, et domestico probro. Sed cum Poetae abuti licentius stilo, et 8) passim laedere ex libidine coepissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata siluere. Et hinc deinde aliud genus fabulae, id est Satyra sumit exordium: quae a Satyris, quos illosos semper ac petulantes deos scimus esse, vocitata est. etsi aliunde nomen traxisse praeue putant alii. Haec, quae Satyra dicitur, eiusmodi fuit, vt in ea quamuis duro et veluti agresti ioco, de vitiis ciuium tamen sine vlllo proprii nominis titulo carmen esset. Quod item genus Comoediae multis obfuit Poetis, cum in suspicionem potentibus ciuibus venissent, illorum facta descripsisse in peius, ac deformasse genus stilo carminis. quod primo Lucilius nouo conscripsit modo, vt Poesin inde faceret, id est, vnus carminis plures libros. Hoc igitur, quo supra diximus modo, coacti omittere Satyram, aliud genus carminis τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc est, nouam Comoediam reperere Poetae; quae argumento communi magis, et generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret: et minus amaritudinis spectatoribus, et eadem opera multum delectationis afferret: concinna argumento, consuetudine congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro. Vt igitur superiores illae suis quaeque celebrantur auctoribus: ita haec νέα κωμῳδία cum multorum antea, tum praecipue Menandri, Teren-

6) Κωμῳδία ἐτεώνιος καὶ ἀρχαία] Mss. ἀρχαία κωμῳδία et EPONOMATOS. L.

7) Ἐτεώνιος autem] Mss. EPONOMATOS autem. L.

8) Passim laedere ex libidine] Veteris Comoediae scommata et maledicta eleganter indicat Artemidor. lib. I. cap. 58 τὸ δὲ κωμῳδῶν ἀκρίειν, ἢ κωμικὰ ἔχειν

ἀναπλάσματα, ἢ βιβλία, τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας σκώμματα, καὶ παραχὰς, καὶ γάσεις, καὶ αἰχρολογίας σημαίνει. τὰ δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς κωμῳδίας, τὰ μὲν ἄλλα ἴσα τῇ τραγωδίᾳ σημαίνει, τὰ δὲ τέλη κρητὰ καὶ ἀγαθὰ ὑπαγορεύει τοιαῦτα γὰρ αἱ ὑποθέσεις τῶν δραμάτων. Vid. Schol. Aristoph. L.

Terentiique est. de qua cum multa dicenda sint, sat erit tamen velut admonendi lectoris causa, quod de arte Comica veterum chartis continetur, exponere. Comoedia vetus vt ab initio chorus fuit, paulatimque personarum numero in quinque actus processit: ita paulatim velut attrito atque extenuato choro ad nouam Comoediam sic peruenit, vt in ea non modo non inducatur chorus, sed ne locus quidem vllus iam relinquatur choro. Nam postquam otioso tempore fastidiosior spectator effectus, tunc cum ad cantores ab actoribus fabula transibat, confurgere et abire coepisset: admonuit Poetas primo quidem choros praetermittere, locum eis relinquentes: vt Memander fecit, hac de causa, non vt alii existimant, alia. Postremo ne locum quidem reliquerunt: quod Latini fecerunt Comici, vnde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile est. Tum etiam Graeci prologos non habent more nostrorum, quos Latini habent. Deinde θεοί ἀπό μηχανής, id est, Deos arguentis narrandis machinatos, caeteri Latini instar Graecorum habent: Terentius non habet. Ad hoc προτατικὰ πρόσωπα, id est, personas extra argumentum arcessitas, non facile caeteri habent: quibus Terentius saepe vitur, vt per harum inductiones facile pateat argumentum. Veteres, etli ipsi quoque in metris negligentius egerunt iambici versus, duntaxat in secundo et quarto loco: tamen a Terentio vincuntur resolutione huius metri, quantum potest, comminuti ad imaginem profae orationis. Tum personarum leges circa habitum, aetatem, officium, partes agendi, nemo diligentius Terentio custodiuit. Quinetiam solus ausus est cum in fideis argumentis fidem veritatis assequeretur, etiam contra praescripta Comica meretrices interdum non malas introducere: quibus tamen, cur bonae sint, et voluptas per ipsum et causa non desit. Haec cum artificiosissima Terentius fecerit: tum illud est admirandum, quod et morem retinuit, vt Comoediam scriberet: et temperauit affectum, ne in Tragoediam transiliret. quod cum aliis rebus minime obtentum et a Plauto, et ab Afranio, et Accio, et multis fere magnis Comicis inuenimus. Illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile, quod eius fabulae eo sunt temperamento, vt neque extumescant ad tragicam celsitudinem, neque abiiciantur ad mimicam vilitatem. Adde quod nihil abstrusum ab eo ponitur: aut quod ab historicis requirendum sit, quod saepius Plautus facit, et eo est obscurior in pluribus locis. Adde quod argumenti ac stili ita attente memor est, vt nusquam 9) non cauerit, aut curauerit ea, quae obesse

9) Non cauerit, aut curauerit] Ms. Dan. non aut cauerit, aut curauerit. L.

esse potuerunt: tum quod media primis atque postremis ita nexuit, vt nihil additum alteri, sed aptum ex se totum, et vno corpore videatur esse compositum. Illud quoque mirabile in eo primo, quod non ita miscet personas quatuor, vt obscura sit earum distinctio. Et item quod nihil ad populum facit actorem, velut ex Tragoedia loqui: quod vitium Plauti frequentissimum est. Illud etiam inter caetera eius laude dignum videtur, quod locupletiora argumenta ex duplicibus negotiis delegerit ad scribendum. Nam excepta Hecyra, in qua vnus Pamphili amor est, caeterae quinque binos adolescentulos habent. Illud vero tenendum est, post *νέαν κωμῳδίαν* Latinos multa fabularum genera protulisse: vt Togatas, a Scenicis atque argumentis Latinis: Praetextatas, ab dignitate personarum, et Latina historia: Attelanas, a ciuitate Campaniae, vbi actitatae sunt plurimae: Rhyntonicas, ab actoris nomine: Tabernarias, ab humilitate argumenti et stili: Mimos, ab diuturna imitatione vilium rerum et leuium personarum. Inter Tragoediam autem et Comoediam cum multa, tum in primis hoc distat: quod in Comoedia mediocres fortunae hominum, parui impetus periculaque, laetique sunt exitus actionum. At in Tragoedia, omnia contraria, ingentes personae, magni timores, exitus funesti habentur. Et illic turbulenta prima, tranquilla vltima. In Tragoedia contrario ordine res aguntur. Tum quod in Tragoedia, fugienda vita; in Comoedia, capeffenda exprimitur. Postremo, quod omnis Comoedia de fictis est argumentis: Tragoedia saepe ab historica fide petitur. Latinae fabulae primo a Liuiio Andronico scriptae sunt, adeo vt ad has res etiam tum recentes idem et Poeta et actor fabularum suarum fuisset. Comoediae autem motoriae sunt, aut statariae, aut mistae. Motoriae, turbulenta: statariae, quietiores: mistae, ex vtroque actu consistentes. Comoedia per quatuor partes diuiditur, Prologum, Protasin, Epitasin, Catastrophem. Prologus est velut praefatio quaedam fabulae: in quo solo licet, praeter argumentum aliquid ad populum, vel ex Poetae, vel ex ipsius fabulae, vel ex actoris commodo, loqui. Protasis primus est actus, initiumque dramatis. Epitasis incrementum processusque turbarum: ac totius, vt ita dixerim, motus erroris. Catastrophe conuersio rerum est ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum.

10) *Comoedia* est fabula diuersa instituta continens, affectu-

10) *Comoedia est fabula*] In fed alterius auctoris esse videantur. L. Westerhouius nomine *Mss.* sic est *De Comoedia. Comoedia est f.* Adeo vt quae sequuntur, non Euanthii amplius, *Fragmentsi Donati* edidit. tatis aucter. Z.

festumque ciuiliū ac priuatorum: quibus discitur quid sit in vita vtile, quid contra euitandum. 11) Hanc Graeci sic definiere, *κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν, καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιουχὴ*. Comoediam esse Cicero ait, *imitationem vitae, speculum consuetudinis, imaginem veritatis*. Comoediae autem a more antiquo dictae: quia in vicis huiusmodi carmina initio agebantur, apud Graecos: vt in Italia Compitalitiis ludicris, admisso pronunciationis modulo, quo, dum actus commutantur, 12) populus detinebatur. Aut *ἀπὸ τῶν κωμῶν*, hoc est, ab actu vitae hominum, qui in vicis habitabant, ob mediocritatem fortunarum: non in aulis regiis, vt sunt personae Tragicæ. Comoedia vero, quia poema sub imitatione vitae atque morum similitudine compositum est, in gestu et pronuntiatione consistit. Comoediam apud Graecos dubium est quis inuenerit primus: apud Latinos certum est. Comoediam et Tragoediam Togatam primo Liuius Andronicus reperit: aitque, *Comoediam esse quotidianæ vitae speculum*: nec iniuria. Nam vt intenti speculo veritatis lineamenta facile per imagines colligimus: ita lectione Comoediæ imitationem vitae, consuetudinisque non aegerime animaduertimus. Huius autem originis ratio ab exteris ciuitatibus, moribusque peruenit. Athenienses namque Atticam custodientes elegantiam, cum vellet male viuentes notare, in vicos et compita ex omnibus locis læti, alacresque veniebant: ibique cum nominibus singulorum vitam publicabant: vnde nomen compositum, vt Comoedia vocaretur. Haec autem carmina in pratis primum mollibus agebantur. Nec deerant praemia, quibus ad scribendum doctorum prouocarentur ingenia: sed et actoribus munera offerebantur, quo libentius iucundo vocis flexu ad dulcedinem commendationis vterentur. Caper namque pro donis his dabatur, quia vitibus noxium animal habebatur: a quo etiam Tragoediæ nomen exortum est. Nonnulli autem ex amurca olei fece, quae est humor aquatilis, Tragoediam dici vocarique maluerunt. Qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipsi Comoediarum Tragoediarumque scriptores huius dei, velut patris numen colere venerarique coeperunt. Cuius rei probabilis ratio extitit. Ita enim carmina inchoata proferebantur, vt per ea laudes eius, et facta

11) *Hanc Graeci sic definiere*] 12) *Populus detinebatur*] Mf. Diomed. Gram. lib. 3. vbi eadem definitio habetur, καὶ πολιτικῶν non addit. L.

facta gloriosa celebrari, proferrique constaret: tum paulatim fama huius artis increbuit. Thespis autem primus haec scripta in omnium notitiam protulit. Postea Aeschylus secutus exemplum, publicauit. de quibus ita Horatius in arte Poetica loquitur;

*Ignorum tragicæ genus inuenisse camoenæ  
Dicitur, et planstris vexisse poemata Thespis,  
Quæ canerent, agerentque peruncti fecibus ora.  
Posthunc personæ, pallæque repertor honestæ  
Aeschylus, et modicis instrauit pulpita tignis:  
Et docuit magnumque loqui, niriq; cothurno.  
Successit vetus hic Comoedia non sine multa  
Laude: sed in vitium libertas excidit, et vim  
Dignam lege regi. lex est accepta: chorusque  
Turpiter obicit sublati iure nocendi.  
Nil intentatum nostri liquere Poetae:  
Nec minimum meruere decus, vestigia Graeca  
Ausu deserere, et celebrare domestica facta,  
Vel qui praetextas, vel qui docuere rogatas.*

*Fabula* generale nomen est, eius duae primae partes sunt, Tragoedia et Comoedia. Si Latina argumentatio sit, praetextata dicitur. Comoedia autem multas species habet. Aut enim palliata est, aut togata, aut tabernaria, aut attellana, aut mimus, aut rhintonica, aut planipedia. Planipedia autem dicta, ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem actorum, qui non cothurno aut focco vtuntur in Scena, aut pulpito, sed in plano pede: vel ideo quod non ea negotia continet, quae personarum in turribus, aut in coenaculis habitantium sunt, sed in plano et humili loco. Personati primi egisse dicuntur Comoediam Cincius et Faliscus: Tragoediam 13) Minutius et Prothonius. Omnium autem Comoediarum scripta ex quatuor rebus omnino sumuntur; nomine, loco, facto, euentu. Namine, vt Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus. Loco, vt Andria, Leucadia, Brundusina. Facto, vt Eunuchus, Afinaria, Captiuus. Euentu, Commorientes, Adelphi, Heautontimorumenos. Comoediarum formae sunt tres, Palliatae, Graecum habitum ferentes: quas nonnulli tabernarias vocant. Togatae iuxta formam personarum habitum togarum desiderantes. Attellanae, salibus et iocis compositae, quae in se non habent nisi vetustam elegantiam. Comoedia autem diuiditur in quatuor partes, Prologum, Protasin, Epitasin, Catastrophem.

Pro-

13) *Minutius et Prothonius*] *Mf. Minutius et Prothimus. L.*

Prologus est prima dictio, a Graecis 14) dicta *πρόλογος*, id est, antecedens veram fabulae compositionem elocutio. Eius species quatuor sunt. 1) *ζυχατικός*, commendatitius: quo fabula vel Poeta commendatur. 2) *ἀναφορικός*, relatiuus: quo aut aduersario maledicta, aut gratiae populo referuntur. 3) *ὑποθετικός*, argumentatiuus: fabulae argumentum exponens. 4) *μικτός*, mixtus: omnia haec in se continens. Inter Prologum et Prologium quidam hoc interesse voluerunt: quia Prologus est velut Praefatio quaedam fabulae, in quo solo scilicet praeter argumentum, aliquid ad populum vel ex Poeta, vel ex ipsius fabulae, vel actoris commodo loquitur. Prologium autem est, cum tantum de argumento dicitur. Protasis est primus actus initiumque dramatis, quo pars argumenti explicatur, pars recitetur ad populi expectationem tenendam. Epitasis est incrementum processusque turbarum, ac totius vt ita dixerim nodus erroris. Catastrophe est conuersio rerum ad iocundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum. In plerisque fabulis ipsarum nomina priora ponebantur, quam Poetarum: in nonnullis Poetarum, quam fabularum. Cuius moris diuersitatem antiquitas probat. Nam cum primum aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronunciabantur ante, quam Poetae pronunciarentur, ne aliqua inuidia a scribendo deterrerent possent. Cum autem per editionem multarum Poetae iam esset auctoritas acquisita, rursus priora Poetarum nomina proferebantur: vt per ipsorum vocabula fabulis attentio acquireretur.

*Actus* diuersis ludis manifestum est inscribi. Nam ludorum quatuor sunt species, quos Curules Aediles munere publico curant: Megalenses, magnis Diis consecrati, quos Graeci 17) *μεγαλειῶς* appellant: Funebres, ad retinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricii viri plene instruitur: Plebei, qui pro salute plebis eduntur: Apollinares, Apollini consecrati. In Scena duae arae poni sole-

14) *Δίξια πρόλογος*] Ms. *Δίξια πρῶτος λόγος*. L.

15) *Ἀναφορικός*] Ms. *ἐπιτιμητικός*. L.

16) *ὑποθετικός*] Ms. *δραματικός*. Quae mox sequuntur, ex collectaneis Regii exemplaris immutata sunt. L.

17) *Μεγαλειῶς appellant*] Ms. *Μεπουσιους*. Videtur legendum (vt et in Pith. lib. emendatum erat) *μεγάλως σιῶς*. Vult Megalenses ludos nomen inuenisse ἀπὸ τῶν μεγάλων σιῶν, hoc est, dis magnis. Nam Doribus, vt et Plato et Aristoteles testantur, *σιῶς* est Deus. L.

solebant, dextra Liberi, sinistra eius dei, cui ludi fiebant: unde Terentius in Andria ait, *Ex ara hac sume verbenas.*

Hinc Vlyssēm palliatum semper inducunt: siue quod aliquando insaniam simulauit: quo tempore tectum se esse voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire; seu ob singularem sapientiam, qua tectus munitusque plurimum focius profuit. Huius enim virtutis erat, animi semper decipientis ingenium. Nonnulli Ithacae incolas, sicut Locros, palliatos fuisse commemorant. Achillis et Neoptolemi personae diademata habent: quamuis regalia sceptrā nunquam tenuerint: cuius argumenti probatio talis inducitur, quod nunquam cum reliqua Graeciae iuuentute ad gerenda cum Troianis bella, sacramenta coniurationis inierunt, nec vnquam sub Agamemnonis imperio fuerunt.

*Comicis* senibus 18) candidus vestitus inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur. Adolescentibus discolor attribuitur. Serui Comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquae gratia, vel quo expeditiores agant. Parasiti cum intortis palliis veniunt. Laeto vestitus candidus: aerumnoso obsoletus: purpureus diuiti: pauperi phoeniceus datur: militi clamis purpurea: puellae habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varii coloris vitur. Meretrici ob auaritiam luteum datur. *Syrmata* dicta sunt ab eo, quod trahuntur: quae res ab scenica luxuria instituta est. Eadem in luctuosis personis incuriam sui per negligentiam significant. *Aulaea* quoque in Scena intexta sternuntur, quod pictus ornatus erat, 19) ex Attalica Regia Romam vsque perlatus: pro quibus siparia aetas posterior accepit. Est autem 20) *mimicum velum*, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur. Diuerbia histriones pronunciabant. Cantica vero temperabantur modis non a Poeta, sed a perito artis musicae factis. Neque enim omnia iisdem modis in vno cantico agebantur, sed saepe mutatis. Ut significant qui tres numeros in Comoediis ponunt, qui tres continent mutatos modos cantici illius. Qui huiusmodi

c 2

18) *Candidus vestitus*] De vestitu Comico vid. Pollucem. L.

19) *Ex Attalica Regia*] Sil. Italicus lib. 14. — quaeque Attalica variata per artem Aulaeis scribuntur acu. —

20) *Mimicum velum*] Haec vera est lectio. Apul. *Sipariam*

*mimicum dimoueto.* Quintilian. lib. 6. cap. 4. *Cum eius accusator in sipario omnibus locis, aut nudum eum in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea pinxisset.* Haec eadem vox restituenda est Seruio in Georg. Virgil. Vid. Fest. et Iuuenal. Scholiast. ad Satyr. 8. et alii. L.

modi modos faciebant, nomen in principio fabulae et scriptoris et actoris superponebant. Huiusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis, multi ex populo ante discerent, quam fabulam acturi scenici essent, quam omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pronunciaretur. Agebantur autem tibiis paribus aut imparibus, et dextris aut sinistris. Dextrae autem tibiae sua grauitate seriam Comoediae dictionem pronuntiabant. Sinistrae et ferranae acuminis leuitate iocum in Comoedia ostendebant. Vbi autem dextra et sinistra acta fabula inscribatur, mistim ioci et grauitates denunciabantur.

## PVB. TERENTII VITA

QVAM E CODICE MS. OXONIENSI DESCRIPSIT  
ABR. GRONOVIVS.

**C**omicus genere quidem exlitit Afer, cuius vero Carthaginensis: Scipione autem remeante victore Carthagine ad urbem Romam post interfectionem Hannibalis, iste qui cum aliis multis Carthaginensibus comprehensus fuerat, ante curum Scipionis ligatis retro manibus minatus est, ut captiuus, sed curum illius pileatus prosequutus est in urbem, quod erat in signum libertatis. Nam quicumque captiuorum a victore libertate potiretur, pileum in capite habens curum illius prosequeretur; ut enim a Scipione agnitus est liberali ingenio, sapientia florere, in tanto honore, tanta gratia apud eum habitus est, praesertim cum liberis genitoribus ortus esset, ut ei eandem libertatem concederet, atque inter domesticos suos praecipuam familiaritatem ei donaret. Romae autem dum moraretur, et videret frequenter populum in theatrum ad spectaculum conuenire; ea ratione atque intentione exorsus est Comoediam scribere, ut populo recitationem fabularum suarum conferret, sibi que eum conciliaret: sed quum coepissent Fabulae eius recitari, longe aliter visum est, quam sperasset, quia multos aemulos propter hoc contra se excitauit, qui eius dicta reprehendebant. Scripsit autem nitidissimo stilo sex Fabulas, ex vnaquaque vnum librum determinans; quas licet multi negent, mentiuntur, teste Prisciano, qui de Metris Terentianis loquitur, et insuper in libro Grammaticae saepe dicit, cuius genere metri constat exemplum, quod ponit; nec non etiam teste Ruphino in eo libro, quem de Metris scripsit: ipse quoque nihilominus in Prologis se Poetam vocat. Omnes quidem



quidem eius libri permaxime iambico metro constant, licet non vniformi. Prologi vero omnium librorum ternario iambico catalectio compositi sunt, sex pedibus pro tribus computatis. Nam diuersa sunt genera iambici metri. Est enim monometrum, quod constat duobus iambis: est dimetrum, quod quatuor: est trimetrum, quod sex: est tetrametrum, quod octo: est pentametrum, sed raro inuenitur: in quibus ista lex obseruatur, vt semper duo iambi pro vno pede computentur, ob celeritatem temporis, quam occupant, teste Horatio in libro Poeticae. Imitatur autem Naeuum, Plautum, Ennium, veteres Comicos, praecipueque Menandrum, qui longe ante ipsum duas Fabulas descripsit, in quas transtulit quaedam ex Perinthia illius, quae conuenere tam in sensu, quam in stilo: idcircoque grauiter reprehendebatur ab aemulis. At tamen notandum, inter omnes Comicos istum Terentium ab hoc principalitatem possidere, quum proprietatem verborum prae omnibus obseruauit. Illud etiam animaduertendum, has Fabulas non ab ipso recitatas esse in Senatu (Scena 7.), sed a Callioppio clarissimo Viro, satisque erudito, cui ipse praecipue adhaerebat, cuiusque ope sustentabatur, et auctoritate audiebatur. Modulator autem harum Fabularum fuit Flaccus, quotiescunque enim recitabantur, erat modulator, et alii, qui gestu corporis eisdem affectus agebant. Comoedia enim ita constat, vt non res gestas more historiarum narret, sed ex colloquutione personarum res gesta comprehendatur, quasi inter eos tunc agatur. Hoc quoque notandum, quia non absque re imagines Terentianae turgido et inflato ore pinguntur. Facundia enim et affluens eloquentia Comitorum per hoc innuitur, quia fastuosi loquuntur, vt Horatius,

*Iratusque Chremes tumido delirigat ore.*

Nomina autem Fabularum, siue Librorum huius Comici sunt ista: Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphoe, Hecyra, Phormio.

## PVB. TERENTII VITA

DE DICTIS D. F. PETRARCHAE

QVAE EST IN EDITIONE MEDIOLANENSI ANNI  
MCCCCLXXVI.

**D**e Terentii vita in antiquis libris multa reperiuntur; plura etiam in modernis, scripta per varios Scholasticos rerum ignaros: eoque veris falsa miscentur. Illud primum rei totius fundamentum. Multi ponunt Carthaginiensem patria fuisse

Terentium. Quod haud dubie verum est, sicut epitaphium eius clare indicat. Quamuis hoc ipsum quidam negent, ut inferius patebit. Caeterum et qui hoc dicunt, vero huic falsum illud implicant. Dicunt enim Scipione Romam reuertente euerfa Carthagine, interfecto Annibale, hunc Terentium inter caeteros captiuos solutum et pileatum incessisse post triumphalem Scipionis curram. Quae res multipliciter a veritate semota est. Nam in primis Scipio Carthaginem quidem vicit, et tributariam fecit, non euertit tamen ipsam Carthaginem; sed nepos eius adoptiuus, Africanus minor. Annibalem praeterea bello vicit, fugauitque, sed nequaquam interfecit. Nempe qui victus in Asiam profugit, et sub Antiocho rege Syriae militans consilio atque opera sua et regis potentia nouum cum Romanis bellum denuo gessit. Quae historia omnibus, qui in talibus ingenium exercent, planissime nota est. Deinde Scipionis triumphantis curram non hic Terentius pileatus profectus est, sed alter huius nominis, Romanus ciuis: et ut Valerius Maximus testatur, praetoria familia ortus, et inter paucos Senatorii ordinis splendidus. Qui etiam post id tempus, tunc scilicet quum Scipionis frater accusatus est Romae, praetura gessit. Hic ergo triumphantis curram Scipionis profectus est, pileo capiti imposito, quod donatae libertatis signum erat. Quatuor millia siquidem Romanorum ciuium, qui bello Punico capti erant et in seruitutem redacti, victor Scipio liberatos in patriam reduxit. Inter quos fuit hic Terentius, de quo dixi, et tam memor beneficii accepti, tamque singulariter ante omnes gratus, ut per omnem vitam liberatorem suum Scipionem omni obsequio ac patrocinii debita veneratione coluerit. Triumpho autem die post eum pileatus incessit, hoc est liberti habitu: quasi per illius Viri virtutem se libertati redditum populo Romano pileo testante denuncians. Quae omnia apud Titum Liuium celeberrimum Historicum nota sunt. Sed minus miror Scholasticos hoc errore deceptos, cum Paulus Orosius hoc scripserit: de quo admodum mirarer, nisi quod interdum magna quidem ingenia et in multis occupata et inter difficultates erecta equorum instar propter incautam securitatem in plano cespitant. Identitas nominis, ni fallor, errorem fecit, quod scilicet vterque Terentius. Sed circumspiciendus homo non vidit, quod se oculis ingerebat, in primis diuersitatem cognominum, quae ad discretionem nominum sunt inuenta, quod scilicet ille Terentius Culeo, hic Terentius Afer, ut tituli huius operis indicant; ille Romanus, iste Carthaginien-  
sis: ille e seruitute in libertatem, iste autem contra e libertate  
in

in seruitutem ductus; ille Senator, hic Poeta; ille iam senior eo, hic puer eo tempore, quo a Romanis Ducibus captus est: in qua captiuitate ob elegantiam morum ad magnorum venit amicitias; vtque ait Eusebius libro de Temporibus, ob ingenium et formam libertate donatus est. Inter tot diuersitates fallere vna non debuisset identitas. Hic sane Terentius a principio iuuentutis suae fertur a Terentio quodam Lucano emtus, a quo et nomen ipsum fortasse potuit accipere, aliter antea dictus apud suos. De hoc tamen praeter coniecturam habeo nihil. Id quod constat, litteras Latinas Romae didicit, ad Poeticam pronus, et praecipue Comoediam; quo in genere facile, vt mihi videtur, omnes ante se vicit. Nam sequentes etiam a scribendo deterruit, nec fere, quem nouerim, Comoediae scriptor clarus post Terentium fuit. Scripsit Comoedias forsan plures; sed quae habentur in manibus, sex sunt, quae per ordinem hoc volumine continentur: quamuis ipse ordo non in omnibus voluminibus vnus sit. Vtunque vero sint aliae, vbique prima omnium est Andria: quam Comoediam priusquam Aedilibus venderet, vt Eusebius idem ait, Caecilio multum se miranti legit. De materia Comoediarum loqui prolixum est: de expositione prolixius. Sed cuiusque materiam in argumento eius perbreuiter comprehensam Lector inueniet; expositionem studio et ingenio molietur. Genus Poematis carmen iambicum, sed varium. Iambi enim materiae Comicae apti sunt. In Comoediis quidem nusquam Auctor loquitur, sed introductae personae: quem morem hic ad Prologos transferre nititur; quibus scribendis aemulorum inuidia causam dedit. Respondendum enim erat, ne forte procacitas gloriam mereretur, infamiamque modestia. Horum vero stimulis ac vocibus agitated fertur Athenas petiisse, vt Graecorum penitus ingenia moresque pernosceret: et cum multis in Latinam linguam translatis, post aliquod tempus voti compos Romam reueneret cum sarcinulis et Comoediis, quas ibi scripserat, in nauim impositis, ipse terrestri itinere Patras perrexisset: vnde breui transitu in Italiam nauigaret. Vbi expectatae nauis audito naufragio, quae circa Sinum Illyricum periclitata erat, tantae iacturae dolore permotus Stymphalim in Arcadiam decessisset: ibique defunctus ac sepultus publice fuisse. Periisse eum in Arcadia, ipso eodem teste Eusebio notum est. Et inprimis quidem quatuor Comoediis, scilicet Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphis, Menandrum Comicozum principem Graecorum imitatus creditur; quod et rubricae vetustissimorum codicum innuunt. Quin partem

tem scripturae, quia plus confusionis, quam lucis habere visa est, sciens omisi. Innuunt et Prologi quidam in reliquis duabus Apollodorum Corinthium. Vendidisse eum Eunuchum suam, fama est, viginti millibus nummum: quod pretium ante eum nullus acceperat. Ad summum, suo genere poetandi, tantus Vir fuit, ut Hieronymus inter quatuor Poetarum, duos scilicet Graecorum, et totidem Latinorum duces quartum hunc nominare non dubitet, hoc ordine, Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium: quam sibi excellentiam non stili attribuit altitudo, qua a multis non dubie et Menander apud suos vincitur, et Terentius apud nostros, et quae in Comoediis non modo non necessaria, sed plerumque etiam vitiosa est. Quid ergo humanorum morum exacta notitia et ordo narrationis ab ipso Ciccone laudatur, et stili iucunditas ac gratia? Sed super omnia, ut quibusdam placet, sola proprietas haec facit; ut enim primo Aeneidis commento ait Seruius, sciendum est, Terentium propter solam proprietatem omnibus Comicis esse praelatum: quibus est, quantum spectat ad caetera, inferior. Quod ultimum omnibus, quos legere potui, Commentatoribus excussis, Seruii salua pace non approbo. Haec vel ad notitiam habendam, vel ad errorem declinandum, breuiter de Terentio dicta sunt.

## DANIELIS HEINSII

AD HORATII DE PLAVTO ET TERENCE  
IUDICIUM.

Dissertatio.

*At nostri proavi Plautinos et numeros et  
Laudauere sales; nimium patienter virumque,  
Ne dicam stulte, mirati: si modo ego et vos  
Scimus in urbanum lepido seponere dicto,  
Legitimumque sonum digiris callemus et aure.*

**D**urum equidem iudicium, et quod non nemo hac aetate de leporum omnium parente, summo Critico ac maximo Poeta excidisse nollet: cuius tamen vernae melius de Plauto iudicabant, quam qui nunc familiam in litteris tueri hac aetate creduntur. qui nec seculi, quo vixit, et quo, cum Poesis, tam Latina lingua, ad supremum culmen ac fastigium euecta fuit, ignorare potuit iudicium; vir tantus, et quod rei caput arbitror,

tror, principibus, qui inter se quotidie de iis iudicabant, intime familiaris ac amicus. Augusto autem, optimo ingeniorum iudici tam gratus atque acceptus, ut non raro lepidissimus homuncio ab eo diceretur, et quem, si antiquitati habenda hic fides, etiam habere ab epistolis optauit. Qui cum contra tanti Terentii fecerit Fabellas, ut et integras ex iis ῥήσεις descripserit, et ubique accommodet, soli denique artem tribuat; hominis ἀνθάδης potius quam eruditi esset, ita dissentire a tanto Viro, ut ne causam prius cognoscendam crederet. Quare videamus saltem, quid afferri pro utroque possit. Ne vel Flacci iudicium in posterum, ut solent, aut Terentium secure nimium damnare quidam pergant in Comoedia. Omnia autem pro Horatii iudicio, qui Plautum sic amamus, ut e manibus rarissime putemus deponendum, dicentur potius quam nostro. Ac de numeris quidem nonnulla Donatus. qua etiam in parte haut parum veteribus nonnullis placuit Terentius. Rufino quidem Grammatico, cum inquit:

*Agnouit metrum, seruatque Terentius artem:  
Nam prologos trimetro didicit componere versu,  
Scenarumque actus primos pede claudit eodem.*

Quamquam certe Fabius, non stetit intra trimetros deplorat. De quo forte alias diduri sumus. Ad alterum priusquam veniamus, quaedam praemittenda erunt. Cum eadem Comoediae propemodum sint partes ac Tragoediae, finis quoque ex parte idem, ex parte diuersus, multa esse utriusque communia necesse est. Delectare enim ac docere est Comoediae: neque minus Comici διδάσκαλοι et κωμωδιδάσκαλοι, quam Tragicis, a Graecis dicuntur. Nec mouere risum sane constituit Comoediam, sed plebis aucupium est et abusus. Nam ridiculum, ut recte Aristoteles, *vizium est et foeditas, doloris expers; quae partem in homine aliquam corrumpit absque morbo*. Sicut foeda et detorta facies, si nullo cum dolore hoc fiat, risum mouet. Vnde ipsum quoque risum, omnes fere antiquissimi Philosophi indignum sapiente iudicarunt. Adeo ut Plato, tanquam sacrilegum, traducere non dubitet Homerum, qui ridentes introduxit Deos: quod in homine non τῆς κατὰ λόγον, verum τῆς κατ' ἀσθμῆσιν, quemadmodum Philosophi loquuntur, διαθέσεως fit signum; a qua longe abest Deus: αὐτὴ ἡ ἔσθια λόγος, καὶ αὐτόνομος. Vnde Thespis:

*Ὅρῳς ὅτι Ζεὺς τῶδε πρωτεύει θεῶν,  
οὐ ψευδός, οὐδὲ κόμπων, οὐ μωρὸν γέλων  
Ἀσκῶν, τὸ δ' ἡεὺ μένος ἐκ ἐπίσταται.*

Quare diuinitus ab Aristotele dictum est, partem turpitudinis esse, id quod est ridiculum. Diserte enim ait, ὅτι τὸ γελοῖον, μόνον τῷ αἰσχρῷ ἐστίν. Ita quae vel in verbis auctorum vel sensibus, vel in sermone hominum et factis, aut detorta sunt aut deprauata, animos plebeios vehementer mouent, et hoc ipso risum ut plurimum excutiant. Ideoque inusitata dicta et obscuroena, optimorum cauillationes, singulorum contumelias, sententias peruersas, -ideoque inexpectatas, aliaque id genus (qualis imitatio dictorum vel factorum, et imprimis improborum) risum maxime in Comoedia, quam Veterem dicebant, expressisse constat. Quod intelligunt, qui genium ridiculi intelligunt atque indolem. Cuius segetem largissimam vel vnus Aristophanes suppeditat. Qui non modo Plautum, sed quoscunque hac in parte superauit, omnesque τῷ γελοῖο modos ac figuras lepidissime expressit. Denique ut acetum, nisi vinum sit corruptum, bonum nunquam erit; ita quae sincera sunt et vera, risum nunquam excitabunt. Apposite Quintilianus, ubi de Ridiculo: *Et hercule omnis false dicendi ratio in eo est, ut aliter quam est rectum verumque dicatur.* Quare et compositus ad risum sermo, ab oratione recta, quam πολιτικὴν magistrī vocant, quam longissime abeat necesse est, cuius propriae virtutes, ἡ σαφήςγεια, ἡ ἐπίεικεια, ἡ ἀλήθεια, *perspicuitas, aequitas, simplicitas, veritas*, ponuntur. Qua in parte supra admirationem omnium Menander apud Graecos, Terentius Romanus fuerit necesse est: qui ut viris sapientibus ac eruditis voluptatem potius afferrent, quam quacunque ratione risum extorquerent, duplici iucunditate vtilitatem (imitatione vitae scilicet humanae, et inimitabili lepore) condierunt. Metu enim Macedonicae potentiae, licentia Antiquae, ut obseruant Critici, defecit. Cuius locum occupauit Noua. Cuius et formam nondum penitus vidisse absolutam, sed iam concepisse animo, putatur Aristoteles. Eius vero vnicum propositum, humanos nosse atque imitari mores. Quo et D. Hieron. Epistola ad Furiam, de viduitate seruanda respicit, cum inquit: *Nec mirum, hoc figulum sensisse de vasculo, quod ipse fabricatus est, cum etiam Comicus, cuius finis est humanos mores nosse atque describere, dixerit: SINE CERERE ET LIBERO FRIGET VENVS.* Omnis autem imitatio, ut postea dicemus pluribus, natura placet et delectat. Hoc enim proprium est hominis, ut recte Aristoteles, qui et μιμητικώτατος τῶν ζώων, merito ab eo dicitur. Ioci vero, si petantur vndique, molesti ac frigidi, aut theatrales fiunt, si a vita sint alieni: qui ut plebi forte, ita doctis placere ac sapientibus non possunt. Constantis

stantis enim viri ac sapientis animus, laxari vult, non solui. Illam autem constitutionem, καὶ τὴν, vt cum Stoicis hic loquar, ἐν ταυτῷ τῷ ἤθους μονῆν, risus soluit. Quem praeclare τῆς περιχαρείας ὑπερέκχυσιν τῆς ψυχικῆς antiqui vocant. Ideoque et Socratici, quorum libri penuarium leporum omnium fuerunt, ac facetiarum, quod e Xenophonte et Platone etiam hoc tempore apparet, χαριεντίζεσθαι, non γελωτοποιεῖν, solent. Ac ne ipsi quidem Siculi, ad festiuitatem nati, et qui primi omnium Comoediae putantur inuentores, alium illius finem, quam τὸ χεῖσιμον, id est, vtilitatem posuerunt. De Epicharmo Theocritus:

Πολλὰ γὰρ ποττῶν ζωὴν τοῖς παισὶν εἶπε χεῖσιμα,  
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Id quia secus in Comoedia Antiqua, statim defecit; in qua omnia, a veritate et consuetudine aliena, hoc est, vere γελοῖα, et ad risum erant comparata. Quis non ridet, cum exemplum vitae, pater omnium virtutum, ipsa innocentia, probitas, ac virtus, Socrates ridetur? Cum in corbe festiuissime philosophatur? cum, quot pedes pulex saliat, subtiliter ac geometrice metitur? Pleraque enim falsa de sententiis opinionibusque veterum Philosophorum, et ad risum facta aut excogitata sunt, quae praecipue hunc excitare solent. Ideo nec omnes Plauti, tantam materiam ridendi, quantam vnaquaenvis ex Aristophanicis suppeditat. Alteri enim omnia, alteri pauca per leges licebant. Caeterum, vt modo dicebamus, quicquid maxime ab agendi consuetudine aut dicendi alienum est, risum maxime mouere solet. In sententiis, qualis illa Comici Nebulis,

Καὶ τοι πρότερον τὸν Δι' ἠληθῶς ἤμην διὰ κοσμίως ἔρεῖν.

In verbis, vt cum furacissimus seruus, κλεπτίστατος a domino vocatur, qui laudare taciturnitatem in eodem videtur:

Ἄλλ' οὐ σε κρύψω τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν

Πιστότατον ἠγῶμαι σε καὶ κλεπτίστατον.

Quod ipsum aliquando castigatius Nero extulit, qui de tali seruo, *Nulli apud se plus fidei habere dicebat: nihil enim ei neque inclusum neque signatum esse. Vox enim κλεπτίστατος, tantum abest, vt sermoni conuenire possit, ὥστε ἑδὲ αὐτῷ τὴν διάλυσιν* (dicerent subtiles harum rerum iudices) πολιτικὴν εἶναι, hoc est, vt ne quidem voce alia; quae eam exprimat, consuetudini aut vsui accommodari possit. Itaque corrumpit vocem, plane vt faciem, qui sic mouere risum cogitat: qualia prope infinita Aristophanis. Exemplo sint diminutiuia, quae tam diligenter tertio Rhetoricorum in illius Babylonis Rex Criticorum Aristoteles notauit: χρεσιδάριον, λοιδορημάτιον, ἱματιδάριον, καὶ νοσημάτιον.

μάτιον. Quod et in sermone eius passim et in sensibus obserues, quos non raro risus causa effert corruptissimos; saepe tamen cum illudit aliis. Quare voces, phrasas, sensus, etiam structuram, Nouae, vt imitari cuius tutum est, ita Antiquam si quis imitari velit, maximo delectu ac iudicio est opus: quod si quisquam, recte Aristoteles notauit. Atque haec causa, cur, vt multo perfectior vtiliorque, ita minus ridicula, sit Noua, in qua omnes, vt iam absoluta, acquiescunt. Cum antiqui Comici, iis pariter quae dicunt, et dicendi ratione, vrbauitatem, quia nihil aliud spectarunt, quam ridiculum, plerisque in locis, imprudenter excedant: ideoque et vitium plerumque, quod βωμολοχίαν dixit Aristoteles, incurrant. Qui vir magnus Ethicorum quarto, vbi de vrbauitate agit, quae in primis locum in his habet, eosdem et vrbauos et honestos vocari ait: εὐτραπέλης enim, quasi εὐτρόπης, dici. Sicut autem de corporibus ex motu, ita ex vrbauitate iudicari de animo: vtrum nempe honestus sit, an turpis. Qui de corporibus locus, cum obscurus nobis videretur, neque quicquam in recentibus scriptoribus, qui interpretati eum sunt, praesidii ad manum esset, ad Andronicum Rhodium, cuius Paraphrasin in illos libros plane admirandam, primi et edidimus, et in Latinum conuertimus sermonem, vt saepe alias, confugimus. Qui hoc modo: Ἡ δὲ μεσότης, εὐτραπέλια, καὶ οἱ ἔχοντες, εὐτράπελοι, οἷον εὐτροποὶ καὶ γὰρ τῆ ἡθῆς δοκῆσι τοιαῦται κινήσεις, ἕτοι δὲ εἰσιν οἱ παίζοντες ἐμμελῶς, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε. ὥσπερ γὰρ αἱ κινήσεις τὰ σώματα χαρακτηρίζουσιν οἷον πῦρ μὲν ἢ εἰς τὸ ἄνω κίνησις καὶ πᾶν κοῦφον· βρῦ δὲ ἢ εἰς τὸ μέσον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως· ἕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ φαινομένων τῆ ἀνθρώπου κινήσεων, αἱ ἔξεις τῆς ψυχῆς φαίνονται καὶ τὰ ἡθῆ. Quod est ex interpretatione nostra: *Medium vero, εὐτραπέλια, id est, vrbauitas, quique in eo excellunt, εὐτράπελοι, quasi εὐτροποὶ, hoc est, bene morati, dicuntur. Etenim potissimum a moribus videntur esse hi motus. Hi autem sunt, qui concinne, et quemadmodum, et cum oportet, iocantur. Sicut enim corpora distinguunt sui motus, vt, exempli gratia, ignem et quicquid leue est, motus qui in altum fertur, graue contra, motus qui ad medium, eodemque modo in aliis; ita ex iis qui extra sunt, et qui in oculos incurrunt hominum moribus, habitus quoque apparent animae et mores.* Quia autem risus iis, vt plurimum, qui minus sunt honesti, quales homines plebei sunt aut scurrae, gratus esse solet; hinc fit, inquit idem Aristoteles, vt qui scurriles sunt, vrbani etiam dicantur. Addit autem, quod spectare huc propius videtur: *Discrimen vero ex Antiqua Comoedia apparet et Noua. Nam in illa id quod obsco-*



obscœentum, in hac autem, quod suspicionem tantum eius mouet, risum quoque exprimit; quae non parum differunt ad venustatem. Idem de cauillis quoque addit et conuiciis. Quibus abstinuisse Plautum constat, cum obscœnitate nemini concedat. Huius autem in utroque ex Aristotelis iudicio discrimen videamus. Byrrhina apud Terentium Andria:

*Ego illam vidi virginem: forma bona*

*Memini videre. Quo aequior sum Pamphilo,*

*Si se illam in somnis, quam illum, amplecti maluit.*

Vides in his, non obscœnitatem, sed suspicionem rei parum verecundae, καὶ ὑπόνοιαν, quae tam est honesta, vt a quauis virgine id, vrbauitate salua, dici possit. Quid enim suauius, quam in somnis amplecti? Et quidem si de viro et formosa coniuge dicatur! Non enim dicit βειβέν, quod Aristophanes dixisset, nec quae in re tali Plautus vsurpare solet, qui nec honeste ea dicit, et obscœne circumloquitur. Nam qualia sunt ista Casina!

OL. *Vbi locus sumtus porro est, continuo stricto gladio. azat! papae! papae!* CL. *Quid id papae?*

OL. *Flagitium ob erat maximum. gladium ne haberet metui: id quaerere occupi.*

*Dum Gladium ne habeat quaero, arripio capulum.*

Nam caetera in quibus plane loquitur, praesertim cum de Venerē ἀρέτην agit, ea vero ne commemorare quidem malo. Puto autem satis esse manifestum, etiam cum circumloquitur quae parum sunt honesta, ne honeste quidem, et cum honestarum aurium fastidio, id fieri. Vides ergo passim Veteris imaginem, etiam, de quo mox paullo post, dicacitate ac maledicentia. Quae Athenis partim leges, partim metus, partim ipsa emendauit ratio: cum tamen sola risum felicissime mouerent. Nouae autem rex princepsque Menander fuit: cuius expressa imago ac effigies Terentius. Quem cum vterque accepisset, Aristophanis virtutes hac mercede expressit Plautus, vt nec omnes posset (quod et linguae diuersitas, et Romanorum leges, et tempora, ac Rerumpublicarum ratio vetabat, sublata iam maledicendi libertate, quae praecipua, quod nemo nescit, τῆ γελοῖσιν pars est,) et quaecunque in Aristophane Plutarchus a communi consuetudine loquendi abhorrere notat, retineret. Nam et κατὰ τὸν λεκτικόν, vt Critici loquuntur, καὶ τὸν τῆς διανοίας τρόπον θυμηλικός est, et theatralis, non πολιτικός, neque τῆ κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἰδέα διαπρέπει neque pauciora addidit, in quibus dum ridiculus videri vult, frigidus ac odiosus fit, quod non nostrum, sed Horatii iudicium est, et Donati; quos

quos utrosque emunctae naris, utrosque Criticorum primos suo tempore fuisse, constat. Sed et in dictionibus, de quo iam dicebamus, ita Veterem Comoediam amavit Plautus, ut ad eam saepe flectat, et quod proprium in illa erat, *ἑτεωνύμως*, et expresso nomine, aut circumscribendo, non tam vitam hominum, quam hominem perstringat. Ut in illo:

*Eriam Epidicum, quam ego Fabulam aeque ac me ipsum amo,  
Nullam aeque inuisus specto, si eam agit Pellio.*

Sed et crudelissime infelicem Naeuium Milite exceptit:

*Nam os columnatum Poetae inesse audiui barbaro,  
Cui bini custodes semper totis horis accubant.*

Videtur audire *κράτιος κρατῖος*, et quae reliqua in Veteri Comoedia occurrunt, *ὄση κόνις*. Nam ad Aristophanis τὸ εὐθιχτον frustra sane aspiravit. Quis enim risu uon emoritur, cum uisitatam Cratini exceptit Irene?

ΕΙ. Τί δὲ Κρατῖος ὁ σοφός ἐστιν; ΤΡ. Ἀπέθανεν,  
Ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον. ΕΙ. Τί παθῶν; ΤΡ. Ὅ, τι,  
Ὠρακιάσας (ὅ γὰρ ἐξηγέσχετο)  
Ἰδῶν πῖθον καταγνύμενον οἶνος πλέον.

Id est: P. *Sapientem Cratinus quid agit? T. R. Obiit,  
Cum Lacones huc irruerent. P. Quo morbo? T. R. Quo?  
Miserè pallere coepit (ferre enim hoc non potuit)  
Frangi cum uideret uino plenum dolium.*

Alter enim vitium Cratini ridet: alter Naeuii miseriam. Ridiculum autem a miseria prudenter Aristoteles seiungit. Risus enim cum atroci alicuius malo aut calamitate si coniunctus sit, immanis fit ac barbarus. Illa autem plane extra Nouae legem Comoediae:

*Qui periurum conuenire uult hominem, mitto in comitium;  
Qui mendacem et gloriosum, apud Cloacinae sacrum.*

Et quae deinde sequuntur. Quod profecto est a pulpito ad plaustrum redire. Legat caetera qui uolet. Sed haec, *ὡς ἐν προδραματίας μέρει*, obiter sint dicta. Nunc ingenii exercendi causa ac iudicii ad singula eamus, et utrumque paullo quam plerique accuratius inspiciamus. Primum in Comoedia Tragoediaque est Dispositio. Neque dubitandum, quin cum Aristoteles de Dispositione disputat Tragoediae, etiam Comoediae ex iis conuenire pleraque existimauerit, nisi quod, ut Tragicus disponit, ita Comicus quoque inuenit. Alter enim accipit ab aliis: alter ipse sibi dat quod disponendum est: nisi si ab alio desumat argumentum, certe apud Graecos. Nam Latini Fabulas Graecorum, Dispositione aliquantulum plerumque

imnu-

immutata et personis, expresserunt. Vt cum e Menandri Eunucho suam paucis immutatis Terentius expressit. Ea ratione, ut Dauus Parmeno, Chrysis Thais, Chaerefratus hic esset Phaedria. Plautus in Tragico-comico Amphitryone, more Tragicorum Fabulam accepit et disposuit: sed et nomina retinuit ex parte, quod non solet in Comoedia: ex parte, fecit. Unde raro inuenisse argumentum Tragicus Poeta dicitur, (quod aut e relatione aliorum aut e scriptis, ut plerique ex Homero aut Cyclo Epico, petebant) contra autem Comici. Aristoteles, τὸ δὲ μῦθος ποιεῖν, Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἤρξαν. Ita eam vocem, non ut quidam, hic accipio. μῦθος enim, ut ubique fere Aristoteli, non drama est, sed ea actio, e qua drama constituitur, ἢ πράξις, ἢ τῆς πραγμάτων σύστασις: quomodo et accipit, cum dixit, μῦθος δ' ἐστὶν εἷς, ἕχ' ὡσπερ τινες οἴονται, εἰὰν περὶ εἷα ἦ. Et ipse, πολυμῦθος eos vocat, qui vel varias, vel quae tempore eodem, ab alio, non vno, et eodem gestae sunt, coniungunt. Ideoque Fabulam eligere, et electam recte ac ordine disponere, ut prima virtus, ita primum maximumque opus est. In Amphitryone maneamus. Nam ut argumentum hoc accepit, ita ipse ex animi sententia disposuit. Quare potuit, ut voluit, ligare Fabulam ac soluere. In ea igitur divina δέσις: mira enim ratione impeditur Fabula et intricator actio. At transitio, quae non est Tragica sed Comica (μετάβασιν vocavit Aristoteles) pars quae opponitur τῇ δέσει (quam et λύσει seu solutionem vocant) ex sententia succedere non potuit. Quare impeditus et oblitus sui, ire cogitur ad Deum; hoc est: ἀπὸ μηχανῆς finire: quod est vitimum refugium Poetae, cum τὴν δέσιν hoc est, nodum, quem ligauit ipse, soluere non potest, et rem parum prouide tractauit. Nam caeterae, quae ibi adhibentur machinae, ad scenae et choragii ornatum, καὶ τὴν εὐψιν, ut Philosophus de iis loqui solet, referuntur. Quale est brontium, et ceraunoscopium, quorum altero ad tonitru, hoc ad fulmen exprimendum, in Amphitryone opus fuit. Finem vero quae a machina, lubentius in Tragico quam Comico excusat Aristoteles; quia argumento Tragicus alstringitur, quod accipit. Quamquam ne huic quidem eam fecit gratiam, cum inquit: φανερόν ἐν, ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μῦθων εἰς αὐτὰ δεῖ τῆ μῦθος συμβαίνειν, καὶ μὴ, ὡσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλεον. Id est, *Manifestum ergo est, etiam exitum Fabulae, e Fabula ipsa peri debere, non a machina, ut in Medea, aut quemadmodum in Iliade, in iis, quae circa reditum Graecorum fiunt.* Medeam autem, non Euripideam, sed alterius intelligit Poetae. Idem et Horatius, e Pariano, credo, Neopto.

Neoptolemo, a quo pleraque praecepta sua in hoc scripto hausit, fugiendum monet:

*Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus  
Inciderit.*

Vbi *nodus* est ἡ δέσμη, quae interdum ope humana solui non potest. Qui quidem, nisi praeter Poetae voluntatem aut ex argumenti eueniat necessitate, non a Deo, quod cuiusuis etiam imperitissimi est hominis, verum a Poeta solui debet. Rursus sicut pictor primo ambitum delineat, deinde singula absoluit, ita sapiens Poeta actionem suam circumscribit. Primum, ut sit tota: hoc est, ut principium, ut finem habeat et medium: quae in minimis quoque esse possunt. Minima autem sensum vix admittunt: magna nimium idispergunt. Sic formicam vix videmus: in conspectu elephantis visus vix colligitur. Quare Comoediae Tragoediaeque magnitudo, et periodus, ut cum Philosopho hoc dicam, e natura utriusque et ratione peti debent. Et, mutatione prima, hoc est, cum infelicitate ad felicitatem in Comoedia, contra autem in Tragoedia mutari potest actio: ita ut ex argumento nihil, quod ad rem spectet, praemitti sit necesse. Summus Aristoteli ambitus vnus Solis est: potest esse aliquot horarum. Qua in parte admirandus Sophocles Terentiusque. Plautus vero nouem menses vno dramate complexus est. Ut vix maior ampliorque Homerae Illiados, quam Amphitryonis sit periodus. Alcmena autem concipit et parit. Quod si fieret vbique, nullo episodio iam opus esset: ideoque nec ars esset, scribere Comoediam. Praeterquam quod sit monstri instar, et cum ratione ac natura pugnet, ut quae simul et concipiat et pariat. Qualia nonnulla in scriptore hoc summus Criticorum Caesar Scaliger notauit. Atque haec vitauerant Poetae Graeci, quorum scripta hic tantopere commendat Flaccus: Technici Graecorum, quomodo vitanda essent ac cauenda, saepe inculcarunt suis. Plautus susque deque habuit, ut in Captiuis. Quam incuriam Poeta cum videret, continere se non potuit, quin exclamaret:

*vos exemplaria Graeca*

*Nocturna versate manu, versate diurna.*

Contra negligentiam suorum et incuriam grauissime taxaret. Quidni enim qui hoc tum agebat, quod ante eum Aristoteles: qui vbique Euripidem et alios in illis reprehendit: nam de Comoicis quae scripsit, hodie non exstant. Porro simul ac Poeta Actionem habet, locum quoque ut actioni det, necesse est, quia sine loco fieri nil potest. Hic autem locus *σκηνή δράματος* a Criticis vocatur, cuius finem transilire nefas. Nemo enim tempore

tempore eodem, quod a Plauto recte dicitur, alibi atque alibi versari potest: nisi aliquid monstrosum fiat in Comoedia. Idem tamen, cum Curculionis scenam Epidauri posuisset, Romam transit in eadem, et in Romanorum mores, scenae suae iam oblitus, libere inuehitur; et quidem, ut antiqui Comici, tributim, ita ut et singula describat loca Act. tv, Scena *Aedepol*. Iam τὰ ἄλογα in Fabulis quam multa? ita voco, quae nihil verisimile habent. Tale est, Soficlem Menaechmum, qui veniret e Sicilia, surreptum item qui in Ilyria iam habitaret, habitu, eodem tempore, ita simili fuisse, ut dignosci a spectatoribus non possent; cum nihil simile haberent istae gentes. Quod vitium, ne a chorago quidem emendari potest. Nam Mercurius Amphitryone et Iupiter, Dii sunt; quibus omnia concedi, etiam hic, solent. Quare incurrere τὸ ἄλογον non possunt. Vbi enim Dii agunt, cessat ratio. Quiduis enim posse eos, nemo est, qui non intelligat. In Terentio, cui soli Artem Flaccus noster assignavit, nihil tale. Omnia cum iudicio, cum ratione, circumspecte, ex arte, et cum cura. Nam et Fabulae insignem fere cum agnitione mutationem habent: quae inter τὰς μὴ ἀπλᾶς siue πεπλεγμένας esse perfectissimas necesse est. Qualis et in reliqua ubique Dispositione est. Quod ad Dictionem autem, quis negabit, quaedam esse in Plauto, quae nec locum extra scenam, neque usum nisi inter histriones habent? Vnde solo et exiguo theatri ambitu circumscribuntur. Nam et ἀγωνιστικὸν in foro, neque minus γραφικόν, siue vsitatum in scribendo characterem, longe excedunt: quo ubique Noua, et iam emendata, respicit Comoedia. Quare Varro cum sermonis laudem illi tribuit, idem quod ubique in scriptis, quanti faceret antiquitatem, profitetur: ut qui τὰ ἀπρηχαιωμένα, quae in Plauto partim aeuum quo haec scripsit, partim quae plerisque placet, ipsa desita excusat antiquitas, commendat. Vnde et ipse qui sic iudicauit, ut nimium antiquitatis in scribendo studiosus, neque satis aevi sui memor, Varro ab antiquis Criticis notatur. Qui cum sentiant sic, iudicentque; nobis qui ab illis merito pendemus, equidem tacendum reor. Auctor de causis eloquentiae corruptae: *Neminem nominabo; genus hominum signasse contentus: sed vobis utique versantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, et Lucretium pro Virgilio legant, quibus eloquentia tui Aufidii Bassi, aut Seruili Nouiani ex comparatione Sisenae aut Varronis, sordet.* Quod ex vocibus antiquis patet, quas ex libris eius Critici legerunt, cum non pauca alia ex scriptis eius peti possint. Ideoque Cicero, qui de aetatis suae et sermone et venustate maxima cum cura

iudicabat, laudem hanc Terentio cessisse merito pronunciat. Sic enim ad Atticum: *Securus sum, non dico Caecilium; Mane ut ex portu in Piraeum: malus enim Latinitatis auctor est: sed Terentium, cuius Fabellae propter elegantiam sermonis, putabatur a Laelio scribi:*

*Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeum.*

Et Servius proprietate caeteris propositum hunc notat. Idem de sententiis, quas *διανοίας* vocant, iudicari potest. Omnes enim fere Plauti et *Θυμελικαί* sunt, et ab usu alienae, quales passim habet. Inprimis cum philosophatur *καὶ γνωμοτυπῶν*. Ut ecce:

*Infantum est malum, in hospitium diuorti ad Cupidinem.*

Vere scenicum et illud:

*Et postremo, nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis,*

*Tunc pone te latebis facile, ne inueniat te honor.*

Et quis illud extra Scenam usurpare aulit?

*Benefacta benefactis aliis perregit, ne perpluant.*

Quare nunquam effugient quin sint inepti, qui haec et alia id genus, ad serium dicendi genus transferunt. Consequuntur enim, quod non vident, ut inuiti risum moueant; quod non pauci hodie in scriptis maximo molimine a lectore impetrant. Sequitur τὸ ἦθος, quod, ut docet Aristoteles, in oratione, vniuersiusque institutum indicat et voluntatem. Quod in singulis repraesentare, nisi viri aut prudentis aut Philosophia, nullus est. Nam quemadmodum e singulis experientia, ita nemo singulorum mores sine hac exprimit. Quare omnium accuratissime et optime, quid sit facere ut sit ἡθικὴ oratio, Philosophus ostendit. Quod vel solum tanti est, ut nihil minus nonnulli, qui ad Rhetoricarum suarum leges magnorum quoque et sublimium ingeniorum orationes exigere audent, hac in parte videant: in qua, ad ipsius quoque antiquitatis stuporem, Afer iste regnat. Recte ergo Varro: *In argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesis Terentius.* Significat enim, Caecilium *εὐρητικόν*, aut potius *εὐοικονόμητον* fuisse: quemadmodum *ἀνοικονόμητος* nonnunquam prae reliquis videtur Plautus, cui sermonis idem assignauit laudem. Quod, si quicquam sapimus, Terentium est Plauto praeferre. Ut cum eum, qui excellit in maiori, magis quam qui in minori, dicimus excellere. Neque causa fuit alia, quare, quod obseruant veteres, idem Varro, etiam Menandro, in quibusdam praetulerit Terentium, exempli causa, Adelphorum initio. Neque immerito. Mirifice enim, cum alibi, tum ibi regnat τὸ ἦθος. Idem Varro, cum Tragoediae, Comoediae ac Satyrae effingat formas, quid de

de nostro iudicet, diferte expreffit. Vbertatem enim tribuit Tragoediae, quam dat Pacuio: gracilitatem Satyrae, quam tribuit Lucilio: mediocritatem vero Comoediae, quam dat Terentio. Ut fi quis vberissimo fermonis genere heroicum definiat Poetam: et hoc tribuat Virgilio. Aulus Gellius lib. VI. cap. 13. *Vera autem et propria huiusmodi formarum exempla, in lingua Latina, M. Varro esse dicit, vbertatis Pacuuium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.* Quae est de Comoediae, quemadmodum in fcholis loquimur, effentia. Cum Plautus faepe Tragico, nonnunquam quoque ferio, vtatur. Quamquam ibi sane fermo. vt priore loco a Varrone accipitur. Sermo enim et τὸ ἥθος differunt, vt homo prudentiffimus, et femina quae pure loquitur; qualis dicitur Gracchorum mater. Vnumquemque enim recte exprimere, et humanam optime delineare vitam, fumus atque extremus viri atque auctoris maximi conatus est. Recte Grammatici ad Sophoalem: ἔστι δὲ τὸ το μέγιστον ἐν ποιητικῇ, δηλῶν ἥθος. *Est autem illud maximum in Poetice, exprimere ethos.* Debat addidiffe, in *Dramatica praefertim.* Et Horatius tam multis, vitam Tragoediae τὸ ἥθος esse docuit. Aristoteles vero, etiam in Tragoedia, post Actionem (quam Fabulam plerumque vocat) quae effentiae pars prima, partem effentiae secundam constituit τὸ ἥθος. Mirum est autem, locum Varronis a nemine intellectum. Qui cum palmam in argumentis Caecilio concedit, principem Comoediae haud dubio Caecilium constituit. Quare? Pars Tragoediae praecipua est Argumentum. Aristoteles modo μῦθον, modo τῶν πραγμάτων σύνθεσιν vocare solet. Qui et multis probat, eum qui hac parte excellit, etiamfi caeteris destituatur, Dramaticum Poetam dici posse. Pars secunda est τὸ ἥθος, quod cum Terentio assignet Varro, locum illi proximum concedit. Quod non potest ignorare, qui antiquos Criticos, inprimis autem Aristotelem, cum cura legit ac intelligit. Sermonis enim laus, quam Plauto tribui ab eo volunt, tantum abest vt cum reliquis conferri possit, vt postremo loco, et post τὴν διάνοιαν, ponatur. Quare ex sententia Varronis, qui hic Aristotelem expreffit, primus est Caecilius, secundus est Terentius: quos deinde Plautus sequitur. Quod debebat cogitasse Siren aevi nostri Iustus Lipsius: qui profecto locum summi Romanorum Critici non penetrauit. τὸ ἥθος autem Plauto Horatius abiudicat, cum inquit;

*aspice Plautus*

*Quo pacto partes iuretur amantis epheli.*

Et videatur Charinum habuisse in animo, qui Mercatore τὸ μαυικὸν καὶ τὸ ἔρωτικὸν confundit ἡθός, hoc est, ita amat, ut Menaechmus furit. Furere autem prae amore, Comoediae non ἡθός, sed Tragediae est πάθος: ut ex Phaedria aliisque patet. Quare? quia πάθος aliquod immane expectatur. Quod Tragediam constituit, ut μετὰ βίας conveniat furenti. Sed haec triviales non intelligunt: qui summum Virum Aristotelem tam facile contemnunt, quam nos et iudicia illorum et magistrorum merito contemnimus, quibus persuasum est, omnem veram eruditionem ex hoc vno fonte limpidissimo petendam. Charinus autem Plauti, ad frigiditatem usque calet, quam non potuit vitare. Qualia sunt ista, *Scena Diuum atque hominum: iam Cyprum veni, &c.*

Item,

*Porro proficiscor quaesitum. nunc perueni Chalcidem.*

*Video ibi hospitem Zacyntho. Dico quid eo aduenerim:*

*Rogio quis eam vexerit, quis habeat si ibi inaudiuerit.*

*Hospes respondit, Zacyntho fides fieri non malas.*

Vides hominem tam tristem, ut festinus esse quaerat. At diuinus hac in parte, duos amatores in Eunuchis, suo more, Phaedriam et Chaeream, diuinitus utrumque, ἡθοποιεῖ. Quare cum Poetae omnes, quorum imitatione constat institutum ac consilium, pictorum instar, teste Criticorum Rege ac Principe, aut similes, aut (quod non raro euenit, vel imperite καὶ ἐξ ἀσθενείας vel captandi risus causa) nunc peiores quam sunt exprimant, nunc meliores; seruos peiores Plautus, ut plurimum; Terentius hos semper similes, non meliores; meretrices vero partim similes, partim meliores aliquando introducit. Similes, ut Thaidem; meliores, ut Bacchidem. Parasitos semper deteriores et voraciores Plautus, nunquam meliores. Ut et Dossennus, qui hos solos propemodum curabat, in personis reliquis ἐκπίπτων. Phormio Terentianus plane est admirandus: ut et Gnatho. Plautini quia risum quaerunt, veritatem et sermone et sententiis amittunt. Tres virtutes enim sermo, quem non sine causa ἠθικὸν dixerunt Graeci, nos Moratum dicimus, Aequitatem nempe, Veritatem et Simpliciter postulat: quae τὸ ἐνδιδέσθον, hoc est, id quod vnicuique est insitum, ob oculos proponit. Cum ridiculum, vt violentum, quia a natura alienum, quod recte de eo Aristoteles pronunciat, corruptum sit, et a corruptis causis, quod iam dixi, moueatur. Moratum quia simile est naturae, leniter delectat: quod aetatum singularum, hominum, ac nationum, toti usque vitae, simulacrum quoddam ac imaginem, in Scena praesentat.



rat. Plane ut pictura quae a vero abit, et vel cubitalem nasum, vel distortum os facere repraesentat, risum mouet: similis delectat. Atque hoc est, quod omnes tribuunt Menandro, quem Terentius expressit. Ut Hermogenes: Πικρά τε αὐτῷ Μενάνδρῳ ἂν μυρία εὐροῖς τοιαῦτα καὶ γυναῖκας λεγόνσας, καὶ νεανίσκους ἐρωήντας, καὶ μαγείρας, καὶ παρθένους θρυπτομένους, καὶ τινὰς ἄλλους· ὅπως τε διὰ τὸ ὑποκίπτειν τῷ ἠθικῷ λόγῳ καὶ τῶν ὁμοίων, ταῦτά γε πάντα ἢ τάγε πλεῖστα αὐτῶν, ὑποκεῖσθαι τῇ ἀφελείᾳ δεῖ. Quemadmodum Hieronymus Menandrum et Terentium cum maximo iudicio coniungit. Ad Paulinum enim: *Poetae aemulantur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.* Audi orationem patris irati. Heaut. Act. v, Scena iv:

*non, si ex capite sis meo*

*Natus, iidem ut aiunt Mineruam esse ex Ioue, ea causa magis Patiar, Clinipho, stregiis tuis me infamen fieri.*

Et quae sequuntur. Audi mitis viri potius quam boni:

*Ausculda, ne me obtundas de hac re saepius.*

*Tuum filium dedisti adoptandum mihi.*

*Is meus est factus. Si quid peccat, Demea,*

*Mibi peccat: ego illi maximam partem feram.*

*Obsonat? Potat? Olet unguenta? De meo.*

*Amat? Dabitur a me argentum, dum erit commodum:*

*Vbi non erit, fortasse excludetur foras.*

*Fores effregit? Restituentur. Discidit*

*Vestem? Resarcietur. Est Dis gratia*

*Et vnde haec fiant, et adhuc non molesta sunt.*

Et diuina illa:

*credo hercle: nam ingenium non tuum*

*Liberale. Sed vereor ne indiligens nimium sis.*

*In qua ciuitate tandem arbitrare te viuere?*

Et quae sine motu animi et suauissima voluptate legi non possunt Hecyra:

*odiosa haec est aetas adolescentulis:*

*E medio aequum excedere est. Postremo iam nos fabula*

*Sumus, Pamphile, senex atque anus.*

Et caetera: plurescunt enim. Quis, cum illa Phormione legit, non uxorem honestam adulteri agnoscit?

*an quicquam hodie est factum indignius?*

*Qui mihi, vbi ad uxores veniunt, tum sunt senes.*

*Haecine erant iuiones crebrae et mansiones diuinae*

*Lemni? Haecine erat quae nostros fructus minuebat calamitas?*

*Quid? ego aequo animo cupio misera in hac re desungier.*

*Sed quid sperem? aetate porro minus peccaturum putem?*

*Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.*

*An mea forma atque aetas iam magis expectanda est, Demipho?*

*Quid mihi nunc affers, quamobrem expectem, aut sperem, porro non fore?*

Et quandoquidem simplicitas, maxima moratae orationis virtus, si intendatur, suavitatem parit; nemo sine incredibili ac summa voluptate illud Bacchidis leget:

*recte amasti, Pamphile,*

*Vxorem tuam. Nam nunquam ante hanc diem meis oculis eam, quod nossem, videram.*

*Perliberalis visa est.*

Ideoque Fabulae Terentianae, doctiorem histrionem, quam reliquorum desiderabant. Semper enim quae morata est oratio, τῆ ὑποκρισεί fulcienda. Nam quae moribus affectibusque destituitur, teste Philosopho, est ἀνοπόκριτος. Neque vlla fere apud eum syllaba exstat, quae non animi aut affectus alicuius sit index. Iam vt ad lepores, sales, gratias, et venustates veniamus; certum est, fere omnes eas tolli a ridiculo, non secus quam in vita ab excessu morum virtus, ab excessu apparatus in scena tollitur voluptas. Quare Menandro ac Terentio lepores tribuunt antiqui, sales Plauto Horatius concedit: quos nonnunquam inurbanos esse notat. Audi Paterculum: *dulcesque Latini leporis facetiae per Caecilium, Terentiumque et Afranium suppari acate floruerunt.* Graeci χάρειας et χερειντισμὲς vocant. Remissiores sunt enim, quam vt risum violenter moueant: circumspetiores, quam vt frigeant. Absurdum enim saepe causa est risus, aut inusitatum. Contra autem sermo, qui et vsitatus et moratus, quique leniter decorum feruat, sicut eo ipso fit venustus et delectat; ita quidam eminere ioci possunt. Qui quidem in hoc Afro, (nisi Laelio eos potius ac Scipioni tribuendos putes) e Menandro, si iudicium Horatii et antiquorum sequimur, ex eodem sale, e quo nata Venus est, depromti videntur. Ecce statim Andria, Act. v, Scena iv:

*Davo istuc dedam iam negoti. S. Non potest.*

*P. Qui? S. Quia habet aliud magis ex sese, et maius. P.*

*Quidnam? S. Vinctus est.*

*P. Pater, non recte vinctus est. S. Haud ita inssi.*

Iam Gnathonem vide. Qui cum putidos Thraeonis mores Phaedriae ac Chaereae exposuisset, contra autem illi persuasisset, et iam gratias ineptus homo ac ridiculus haberet:

*bene fecisti; gratiam habeo maximam.*

*Nunquam etiam fui vsquam, quin me omnes amarent plurimum.*

Respondet ad vtrumque conuersus:

*Dixin'*

*Dixin' ego in hac inesse vobis Atticam elegantiam?*

Certe tota Scena tertia tertii Actus in Adelpis, in qua luditur a Syro Demea, diuina est. Qualia enim illa?

*mibi quidem non placent,*

*Et clamo saepe: salsamenta haec, Stephanio,*

*Fac macerentur pulchre.*

Plane enim praeter expectationem omnia. Iam cum Verus Comoedia, nihil aequae ac *παρωδία* amet, quae plerumque et acerba est, et extra Scenam quaeritur, urbanissimus Virorum rationem, qua ex actione ipsa parodiam lepidam sane et venustam peteret, inuenit. Nam cum Demea dixisset,

*fit sedulo,*

*Nihil praetermitto, consuefacio: denique,*

*Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium*

*Iubeo: atque ex aliis sumere exemplum sibi.*

*Hoc facito.*

Et quae sequuntur; Respondet Syrus.

*Conseruis ad eundem istunc praecipio modum:*

*Hoc falsum'st, hoc adustum'st, hoc lautum'st parum.*

*Illud recte: iterum, sic memento: Sedulo*

*Moneo, quae possum, pro mea sapientia.*

*Postremo, tanquam in speculum, in patinas, Demea,*

*Inspicere iubeo: et moneo, quid facto usus sit.*

Ita sane et Plato et Xenophon, omnesque Socratici iocantur. Nunquam frigide, nunquam obscene, nunquam inepte, nunquam putide. Videamus iam Plautina quaedam. Ac Plutarchus quidem illud tanquam frigidum ex Aristophanis Thesmophoriazasis de Euripidis matre adducit:

*Ἄγρια γὰρ ἡμεῖς, ὦ γυναῖκες, δεῖ κακὰ,*

*Ἄτ' ἐν ἀγρίοισι λαχάνοις αὐτὸς τραφεῖς.*

Cui illud, quamuis non in simili omnino genere, adiungas licet:

*Nam mulier olitori nunquam supplicat, si qua est mala:*

*Domi habet hortum et condimenta ad omnes mores maleficos.*

Rhetores *θυμελικόν*, siue theatrale, vocarent. Ridiculum enim potius quam festiuum est: et vt sit festiuum, nemo, vere in his subactus, dixerit venustum esse: ab usu enim quam longissime remotum est. Iam vero cum in verbis frigidum aut in rebus; de verbis Aristoteles, de rebus alii egerunt. Frigidum autem iam vocamus, non magniloquentiae vicinum illud vitium (quamquam illud quoque habere hic locum potest) quod discedere ab urbanitate dicitur. Quod, vt nonnihil a dicendi hic magistris abeamus, modis fit pluribus. Vel in frigida translatione: vt cum dentes *calceati* dicuntur. Capt.

*Cum calceatis dentibus veniam tamen.*

Et cum victus *fenteis* *esitare* et *scruposam* *viam* *commeari* dicitur. Quae sane frigent. Vel in minimis allusiunculis et longepetitis. Vt Poenulo:

MI. *Affum apud te eccum.* AG. *At ego elixus sis volo.*

Et quod illi placuit non semel:

*magis calleo quam aprugnum callum calles,*

Item,

*callum aprugnum aequae callere non sinam,*

Et,

*Quanta sumini absumedo, quanta callo calamizas!*

Et Curcul.

*facite ventum ut gaudeam.*

PH. *Maxime.* CV. *Quid facitis? quaeſo.* PH. *Ventum.*

CV. *Nolo equidem mihi*

*Fieri ventulum.* PH. *Quid igitur vis?* CV. *Esse, ut ventum gaudeam.*

Quas cum Grammatici Latini, qui citius coelum digito, ut ita loquar, expugnassent, quam ut minimam Horatii Oden expressissent, Morologias in Plauto dixerint; nondum video, quare Horatio, ut summo maximoque Poetae, ita Critico incomparabili, quem acutum doctumque Virum ipse D. Hieronymus ad Pammachium vocavit, idem non licuerit. Eius sane generis sunt, quae in Aristophane accusat, quaeque triuialia potius, quam ut Viris eruditis, etiam in Scena placere aut debeant, aut possint, accuratus censor Plutarchus iudicavit. *καὶ γὰρ ὁ μὲν ἀπαιδευτὸς καὶ ἰδιώτης οἷς ἐκεῖνος λέγει ἀλλίσκεται ὁ δὲ πεπαιδευμένος δυσχεραεῖ. Λέγω δὲ τὰ ἀντίθετα, καὶ ὁμοόππωτα, καὶ παρονομασίας. Τέτοις γὰρ ὁ μὲν μετὰ τῷ προσήμοντος λόγῳ καὶ ὀλιγάκις χρῆται, ἐπιμελείας αὐτὰ ἀξιῶν ὁ δὲ πολλάκις, καὶ ἐκ εὐκαίρως, καὶ ψυχρῶς.* Et adducit exemplum: ut cum, τὰς ταμίας, λαμίας vocat. Nam quae ille de Menandro, ad Terentium fere omnia referri possunt; in quo nihil putidum est aut ineptum. Quamquam multa quae notavit, potius Antiqui Comici virtutes, quam illius de quo ibi iudicavit, vitia censenda sunt. Princeps enim inter illos fuit, et ad leges eas plane se composuit. Quod de Plauto nemo dicet. Et est frigidum, quod longe ab eo abest, quod aut esse aut posse fieri putatur. Quale est, *pugno frangere elephanto brachium, haviola in coelum peruenire.* Et est frigidum, cum ita a familiari sermone oratio recedit, ut ad usum amplius transferri nequeat. Tale est illud ibidem:

*Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine,*

*Concubium sis noctis, priusquam ad postremum peruenieris.*

Crescit

Crescit tamen frigidum, cum addit alter:

*Opus face est et viatico ad tuum nomen, ut tu praedicas.*

Quae si pedem unum extra Scenam feras; protinus putiscent: neque ad usum applicari poterunt. Qualia nec Scipio nec Laelius, flos nobilitatis, vel in Scena approbassent. Plutarchus certe, extra liberalium theatra ac doctorum, libere relegat. Ridiculi enim ac inepti sunt, qui plebeis tantum scribi Comoediam existimant; cum non minus eruditis scribatur. Quod et Flaccus sciuit; qui non sine causa:

*Creditur, ex medio quia res arcessit, habere*

*Sudoris minimum; sed habet Comoedia tanto*

*Plus oueris, quanto veniae minus.*

Deinde autem Plauti et Dossenni vitur exemplo, quos securos de iudiciis doctorum ait. Et haec ad diuinum, ut iam dixi, ac subactum in his Principem, cuius nec iudicium nec caeterorum ignorare ea tempestate potuit. Et cuius iudicium vereri debuisset, nisi idem aliorum fuisset. Iam illa Epicharmi imitatio, ut festiuissima, ita, si sit frequens, frigore non caret. Quae sit, cum vel falsa opponuntur, aut subiectum idem est cum praedico. Ut cum Epicharmus dixit:

*Τόκα μὲν ἐν τήνους ἐγὼ ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνους.*

*Tunc inter illos ego eram, tunc apud illos.*

Bis enim idem dicit; quae est fraus in verbis praeter expectationem. Idem autem est cum praedico subiectum: ut in illis Curcul. Act. v, Scena iv:

*Quoi homini Dii sunt propitii, ei non esse iratos puto.*

Sticho:

*E malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum.*

Captiuus:

*Hos quos videris stare captiuos duos,*

*Hi stant, non sedent.*

Quae iam docti collegerunt. Vnde et istam summi Critici censuram meruit:

*Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi*

*Dicitur.*

Quaenam sane alibi non inuenuste iis usus est. Quae Meander tamen, et imago eius, de quo nunc agitur, Terentius, tanquam cum periculo coniuncta, serio fugerunt. Haec pro Viro maximo Horatio; neque aduersus Plautum dicta sunt, quem amamus, suspicimus, diligimus, ac veneramus; verum, ut iudicium sic acuamus; simul ut acuti isti, quod videntur sibi, ita facetissimum scriptorem ament, legant, tractent at-

que edificant (quod et recte et ordine ab iis fieri fatemur: neque enim satis commendari potest) ut nec plane et ubique veteribus probasse se meminerint: et, quod hic praecipue spectamus, de Horatio eiusque crisi, minus libere loquantur: Terentii autem miram, ac prope ineffabilem amoenitatem, elegantiam, iudicium ac venustatem, intelligere paulatim discant. Cuius incredibiles lepores, ut Iosephus Scaliger dicebat olim, vix centesimus eruditorum quisque videt. Ne cum illo simul et Afranium, antiquum Comicum, condemnent, cuius verissimum atque absolutum extat iudicium:

*Terentio non similem dices quempiam.*

Nobis Eruditi ignoscent, quod haec fusius, si cogitent praefertim, munus veri Critici esse ac Censoris, non literulam eiicere alibi, aut innocentem syllabam damnare, vocem tollere alibi aut emendare, sed sincere de auctoribus ac rebus iudicare: quod et solidae et absolutae eruditionis est. Quo, ni fallor, omnes aspiramus. Neque vlla in re magis antiquitas praeciuit nobis. De Auctoribus autem Comicis, vter melius iudicare potuerit; isne qui aetate illa vixit, qua ad summum culmen Poësis peruenit, qui Poeta summus, summus Criticus, familiariter cum Caesare Augusto ac Maecenate vixit, eorumque atque aliorum quotidie de his iudicia audiuit; an qui hodie harum rerum plane imperiti iudicant; ipsi viderint.

## PETITVS

### DE ORDINE COMOEDIARVM

## PVB. TERENTII.

**O**mnia non sunt plana atque liquida. Primam omnium **ANDRIAM** esse, liquet ex *Donato*, Praefatione in *Andriam*. *Haec prima acta est Ludis Megalensibus*, etc. *Suetonius Tranquillus* in vita Terentii: *Scriptit Comoedias sex, ex quibus primam Andriam, cum Aedilibus daret*. Quod et testantur hiversus in *Andriae Prologo*:

*Fauete, adeste aequo animo, et rem cognoscite,  
Vt pernoscat, ecquid spei sit reliquum:  
Posthac quas faciet de integro Comoedias,  
Spectandae, an exigendae sint vobis prius.*

Editam testantur cum *Didascaliae*, tum *Suetonius*, *M. Marcello*, *Cn. Sulpitio Coff.* hoc est, Anno ab Vrbe condita **DLXXXVIII.**

**HECYRA** semel atque iterum exacta, tertio fletit; unde factum, ut quo loco edita primum sit a Terentio, non ex vero proditum sit a *Donato*, Praefatione in hanc Comoediam: *Fa-ctaque et edita quinto loco, Cn. Octavio et T. Manlio Coss.* Atqui si facta editaque est Cn. Octavio, T. Manlio Coss. non igitur quinto loco: nam Cn. Octavius et T. Manlius Consules fuerunt Anno ab V. C. DLXXXIX. Ergo facta est post Andriam, quam edidit Terentius anno proxime praecedenti; proinde Hecyra secunda est, ordine Fabularum, quas fecit Terentius.

Tertia fuit **HEAVTONTIMORVMENOS**, ut constat ex Didascalii, quae in fronte illius leguntur, in haec verba: *Acta tertia M. Iuventio, et M. Sempronio Coss.* Qui Consules fuerunt Anno ab V. C. DXXI.

Sequitur quarta **PHORMIO**, de qua *Didascaliae: Facta est IV. C. Fannio, M. Valerio Coss.* Quod etiam testatur *Donatus*, Praefatione in hanc Fabulam: *Edita est quarto loco M. Valerio et C. Fannio Coss.* Post Phormionem quinta est edita **EUNUCHVS**, iisdem Coss. iisdem Aedilibus; habes id ex *Didascalii*, et *Donati* Praefatione in hanc Fabulam: Anno nimirum ab V. C. DXXIII.

Bis eodem die producta in Scenam, tertium denique acta: pretium octo millibus sestertium numeratum est Poetae.

**ADELPHOE** sexta est Comedia a Terentio facta, eaque edita est Lucio Anicio, M. Cornelio Coss. hoc est, Anno ab V. C. DXXIV. *Ludis* funebribus L. Aemilii Pauli, ut habes in *Didascalii*. Iisdem *Ludis* funebribus relata est Hecyra, sed non placuit, ut est in *Didascalii*. Prius tamen in Scenam producta est Hecyra, quam Adelphoe, ut colligo ex *Donato*, qui dicit: *Factam et editam Quinto loco.* Male, ut audiimus; nisi perinde habueris primam illius editionem, Cn. Octavio, T. Manlio Coss. quasi omnino edita non esset, cum neque spectata, neque acta tunc sit; neque tum male dices *Quinto loco*, cum producta est his *Ludis* funebribus Aemilii Pauli ante Adelphoe. Quare audiendus non est *Donatus*, qui eam *secundo loco actam dicit, etiam tum rudi nomine Poetae; itaque sic pronunciarum ADELPHOE TERENTII, non TERENTII ADELPHOE.* Quod adhuc de *Fabulae* magis nomine Poetae; quam de Poetae nomine *Fabula commendaretur.* Quae futilis argumentatio est: nam nulla Fabularum Terentii pronuntiata est **TERENTII**, exempli gratia; **PHORMIO**, **HEAVTONTIMORVMENOS**, antequam tertium edoceret *Eunuchus*. Idque obseruat *Donatus* Praefatione in *Eunuchum*, tertium editam fuisse post Adelphorum editionem.

L. VICTORIS FAVSTI  
DE COMOEDIA  
LIBELLVS.

*Sin breuis vsque licet veterum de more libellus,  
Meque suum quisquam nequeat asserere:  
Nec riuis volgata feram, decerpitane passim,  
Nec proinde elata fronte superbus eam:  
Attamen egregium nihil undique, et undique tersum est.  
Nam quod miraris, videt id alter opus.*

**E**diturus ego libellum de triplici Comoediarum sectione, Triuifanorum decus, Andrea, tibi, quanquam praetextato, munus dicare decreui. Non equidem admiratione bonorum corporis aut fortunae, qua merito Venetiis et in adeo excellenti familia veneraremur: sed quoniam ingenio te singulari adolescentem multis iam pridem indiciis ipse cognoueram. Etenim vere, quod de se iactabat Hermogenes, aetatem virtutibus, haud indole praeuenisti. Quocirca nemini videatur alienum, si quod ab ingenio proficiscitur, ingenio praestanti adolescentulo nuncupatur. Caeterum arbitror me meis, quotquot potuerunt intendi, viribus consecuturum, ne amplius quid nouum aut vetus, quidue medium, et cur in Comoedia dicatur, vllus ignoret. Quod haecenus vel omissum a Latinis, vel abolitum vetustate secula nostra desiderarunt. Multa quidem egregie Donatus, multa Diomedes, et adeo bonis auspiciis protulerunt, vt ea Grammatici passim in sua transcribant: sed tamen huc illa parum videntur, immo nihil pertinere. Quaedam igitur a Graecis auctoribus et Latinis haudquaquam naminatim pertractata, verum obiter disserta collegimus: quaedam ipsi collatis inter se multis elicienda, ac breuiter curauimus annotanda, quae tibi pauca paruus ego deuoui, perinde atque suam Virgilianus ille Micondianae Venationem. Faitemur enim et eorum quae nos minime praeterierint, subtruisse complura. Im itaque nostram haecenus obligatam fidem absoluamus. Comoediae nomen a Daemone Como religiose admodum arbitramur esse deductum, quoniam et comessari de nomine dictum Philostratus affirmat, cuius scilicet numinis dexteritate quaelibet hominibus fausta comessatio daretur. Quid autem sit comessari, Philostratus imagine Comi facilius tibi, quam ego possim, demonstrabit, vbi fingit eum fer-



feruefcente mero fupinum dormire, facieque prae nimio potu feintillante, rhonchos ab imo pectore ftertere deducentem. Vtriusque vero fexus homines, id quod ipfe defiderat, gregatim veftibus permutatis, plaufuque concinno, quo maxime pofunt genio indulgere. Quod ipfum in hac vrbe faepius vidifti, quum mimariae (vt aiunt) faltationes hybernis noctibus debacchantur, quae teſte Polluce *κόρδακες* appellari conſuerunt. Noli igitur eos audire, qui comeſſari dictum putant ab eſu, quoniam ſ ſimplici neceſſario ſcriberetur, nec ſecus eruditi veterum codices haberent. Nam Graecum illud *κωμάζω*, quemadmodum z litterae natura defiderat, duplici ſi Latine quidem annotatur, ſicuti *φιλιππίζω*, philippifſo eſt. Ita *κωμῳδία* quaſi *κωμαζῳδία*, videlicet comeſſantium hominum cantilena. Quae Graecorum et Donati ſententia maxime placet; quum praefertim doctiſſimus quiſque fateatur in Dionyſiacis comeſſationibus id genus poematis a veteribus fuiſſe celebratum. Ii vero mihi nullo pacto blandiri poſſunt, qui nomen hoc ἀπὸ τῶν κωμῶν deriuare contendunt, quoniam Athenienſes (apud quos natam fere, et auſtam eſſe Comoediam nemo ambigit) *δήμους* vocarunt, quae ab aliis *κῶμαι* fuiſſent appellatae. Enimuero illud vnum mihi negotium facit, ne ſcilicet Comum ἀπὸ τῶν κωμῶν Graecia dixerit: quemadmodum Romani Fornacaliam ſeruatis ab incendio coluere fornacibus: et Robigum, ſiue Rubiginem, atque alios complures, a quibus praefſent rebus appellauere. Vt cunq; tamen ſeſe res habeat, *περὶ τὸ κωμάζειν* appellari Comoediam affirmo: quoniam etſi *περὶ τὰς κώμας* dicatur ὁ κῶμος, tamen ab eo τὸ κωμάζειν, vnde *κωμῳδία* quaſi *κωμαζῳτῶν ᾠδή* nominatur. Verum ex ipſo iam nomine patuit quaenam definitio poſſit Comoediae conuenire, poema ſcilicet demulcendis hominum mentibus, excutiendisq; potiffimum cachinnis accommodatum. Hoc inuuit Virgilius, et illi Graecorum, qui *Θάλειαν* Muſam Comiciſ praefſidere cecinerunt. Quae ſcilicet feſtiuis pullulans iocis, ad riſum vſque delectet. Hoc etiam Ariſtoteles comprobauit, inquiens, quod in turpitudine ridiculum eſt, Comoediam imitari. Quandoquidem illud inprimis Poetae rebus, et verbis efficere conabantur: ipſa quidem re biſariam, videlicet vel opinione ſua, vel alterius perſuaſione deceptas fingendo perſonas: deinde magna nomina, vel Deos mortalium poſtremis componendo, ſicuti Plautus in Amphitryone Mercurium ſimulat agere Soſiam: vel contra, quemadmodum in Ranis Ariſtophanis Fabula Xanthias vile mancipium Herculem agit. Verborum autem modis ſeptem Comici riſus excitabant: vel ſcilicet plura ſignificans .verbum vſurpantes;

res, quod Grammatici dicunt *δμῶνυμῶν*: vel plura significatio-  
nis eiusdem, quod vocant *συωνυμῶν*: vel proprium aliquod lu-  
dentes nomen ea quidem ratione, qua nos interdum oratorem  
dicimus aratorem, quod illi nuncupant *παρωυμῶν*, vel eadem  
saepius non inuenisse repetendo, quod appellant *ἀδοῦεσχίαν*:  
cuiusmodi est illud Ennianum ab Aulo Gellio citatum, ubi ver-  
bum hoc *frustra* et *frustrari*, decies eodem loco inculcatur:  
vel aspernandi studio diminutiua formantes: vel aliquam haud  
absurde literam mutantem. Dénique per non tritas dicendi  
figuras elegantiam alicuius, aut rude ingenium exprimentes,  
theatrum omne risu distundebant. Verum haec vniuersa ni-  
hili nonnunquam erant, nisi vocem histriones singulis adhi-  
buissent accommodatam: quandoquidem omnis oblectatio Co-  
moediae propemodum in actione consistit. Haecenus autem  
quae diximus, bono omine procedant: ne (licet huic libello  
de perplexis adeo quaestionibus propositum non sit disputare)  
nimis multa esse videantur.

Si funditus Latinae Comoediae quaeras perspicere condi-  
tionem: inprimis eius originem par esse arbitror non igno-  
rare: quippe cum ad nos e Graeco fonte déiuata per Latinos  
quasi traduces emanarit. In veterum itaque Fabulis quinque  
perhibent esse differentias, temporum scilicet, stili, materiae,  
numerorum, et apparatus. Nobis igitur tempora consideran-  
tibus, tria Comoediarum genera sese offerunt distinguenda.  
Primum enim est, quod vna cum Peloponnesiorum imperio,  
Sufarione, vel Sannirione floruit inuentore. Alterum, quod  
ab impositis per Lacaedemonios Atheniensium ceruicibus, tri-  
ginta quasi iugo tyrannis ad aetatem vsque Philippi Macedo-  
nis est propagatum, videlicet per annos circiter sexaginta.  
Tertium, quod ab Alexandri temporibus adeo faustum fuit  
initium, vt etiam a Latinis in praesentia celebretur. Verun-  
tamen ego Comoediam Graecam esse inuentum minime arbi-  
tror: neque (vt Thomas Magister, et eum secuti, videntur  
aestimare) ab agricolis ciuium iniurias conquerentibus esse de-  
riuatam. Hoc nempe causam asperitatis, et iurgiorum in Ve-  
teri Comoedia reddit: quam mox ipsi longe aliam esse doce-  
bimus: neque videtur quicquam, vt reor, ad Comoediae pri-  
mordia pertinere: quoniam Orpheus, quem constat per cen-  
tum amplius annos ante Troiani belli tempora vixisse, sub Lao-  
medonte scilicet, ac Athenis Aegeo imperante, Bacchi myste-  
ria ab Aegyptiis tralata suis Thracensibus indicauit. Atqui  
Comoediae, quemadmodum idem asserit Thomas, veris tem-  
pore in Bacchanalibus agebantur. Vnde etiam apud Romanos

ara Libero patri sacra in dextro latere scenae, quemadmodum ait Donatus, vel orchestrae, vt Pollux, semper erigebatur, quod maximum est argumentum, a Bacchi mysteriis omne Fabularum genus esse depromptum. Id Horatius innuit, quum spectatorem et sacris functum, et potum appellat. Par est igitur arbitrari, prima Comoediae semina per Orpheum ab Aegypto in Graeciam fuisse delata; vnde complura non Orpheus modo, verum et alii transfulerunt. Celebres enim erant et Phoeniciae literae nondum Graecis sexdecim a Palamede Nauplii filio configuratis: ac plurimi studia Poeticas habebantur: proindeque sapientes illi numeris omnia componebant; quae vna cum caeteris apud tum Aegyptios floruisse nemo bene doctus dubitarit. Non defuerunt etiam, qui Fabularum initia Siculis adiudicarent, quemadmodum Aristoteles in Poeticis ait, quoniam Epicharmus Comico antiquissimus Poeta illinc esset oriundus. Syracusanus enim reuera fuit, duplicesque Graecorum litteras ζ ξ ζ primus omnium excogitauit, sicut in Iliados alpha Grammaticus Iohannes solerti vir ingenio mecum sentit: vbi longas η et ω per Simonidem Poetam in insula Chio natum scribit esse formatas, aspiratarumque characteres ϑ φ χ Cadmo illi Milesio testatur effictos: licet haec Plinius quinquagesimo sexto libri septimi capite longe aliter tradat: nisi sit error in codicibus, aut Graeci ipsi non satis sibi constent, quos ille potissimum fuerit secutus. Satius tamen arbitror haec elementa singula singulis inuentoribus addixisse. Ea igitur aegrotantium somnia praetermittas. Vnum hoc sciens ab Aeschilo, et qui eum secutus est, Cratino, Fabulas in suam formam esse tandem redactas. Siquidem ante deuictos Persas ad Salamina, cuius victoriae Fabulam, quae nunc exstat, Aeschylus dedit, nullus in iis ordo poterat reperiri. Comoediarum itaque prima semina ad Aegyptios referamus, formulam earum et ordinem Cratini temporibus adscribentes, Stili cum caeteris scripturis eadem esse differentia videtur, antiqua enim Comoedia grauis, et elata semper incedit, ac nonnunquam obsoletiora quaedam verba sectatur: at contra recentior perspicuum sermonem affectat, vtpote quae nouis ac politioribus vtatur atticis.

Materiae, quum tres esse nemo ambigat sectiones, quaedam altius videntur nobis esse repetenda. Per Atticae vrbis incrementa potissimum vigente republica, quum scilicet omnia populi arbitrio regerentur, Poetae qui Fabulis operam dabant, ab insectatione aliena stilum minime poterant continere: seu quoniam Attici suapte natura nasutiores esse dicuntur: siue potius

tius quod plebei semper innato odio patricios prosequuntur. Etenim praepotenti morem populo gerentes, et iudices et praetores maledictis infectari minime dubitabant: ac nihilo fecius priuatos, si quis vel auarus, vel impurus esse videretur: maximeque dabatur laudi, si Poeta quispiam e Scena gratioribus, ac plene censoriis verbis id genus homines, veluti iaculis confecisset. Hoc namque multi domestico probro quasi flagello quodam vexati, cum mores praeteritos mutare, tum vel esse frugi, vel saltem apparere cogebantur: ne denuo sese male gerentes, male identidem audirent: cuius rei numeros omnes Cratinus dicitur impleuisse: quippe caeteris austeritate praestans, acerbissima iurgia procaciter exspuebat. Hac etiam in parte bonus ille Aristophanes non dormitauit. Eius enim Vespae Fabula, quotquot erant Sycophantae, quos quidem ipse vocat *ὑπιάλεις*, fecit ab incepto desistere, quo inter caetera facinore tantum placuit, vt oleagina, quae par est aureae coronae, donaretur. Deinde labefactis populi viribus, quum scilicet imperium ad paucos omnino recidisset, nulla Poetis amplius libere loquendi facultas concedebatur, sed poenas dare potentioribus necesse erat, si quis vel minimum esset obloquutus. Idem enim Aristophanes, quemadmodum in Acharnensibus Fabula de se ipse meminit, quinque talentorum multam perpeffus est, propterea quod Cleonis cuiusdam ex Atheniensium optimatibus impotentiam et peculatum per Equites Fabulam detegere conaretur. Etenim illi adeo fuit insensus, vt quoniam ab opifice personam Cleoni similem habere non posset, sibi multo caeterisque id genus fucis concinnarit: histrionibusque prae nimio metu e Scena prodire non audentibus, Cleonis personam solus agere non dubitarit. Eupolis vero praiceps in mare datus est, eo quod potentiores aliquot in Baptis Fabula momordisset. Quum igitur haec animaduertent Poetae, decreuerunt sibi fore prorsus a maledictis illis temperandum. Itaque stili nasum ob imminens vitae discrimen alio conuerterunt, Poema scilicet Homeri, vel alterius in ludibrium saepe quidem iniuriose vertentes: quorum maxime Cratinus Scenae populoque (vt aiunt) seruire contendit. Nouerat enim (arbitror) id quod in oratione de corona Demosthenes asserit, esse natura comparatum, vt homines libenti animo calumnias aliorum audire videantur. Vlysses itaque plurali numero Fabulam dedit, quae totius Odyssaeae calumniarum historiam. Aristophanes quoque postquam suo malo contra stimulum calces nihil valere didicisset, in alteram se formam quasi Protheus conuertit, Aeolum scilicet Fabulam a Tragicis

Tragicis olim celebratam, in Comicam αἰολοσσικῶνα deridendo permutauit. Ille idem Aristophanes (mirum dictu) nouae etiam initium Comoediae dedit, quod velim eius egregia laude dictum arbitraris. Quippe quum vnus ipse queat triplicis argumenti Poeta reperiri, liquidem et aliam, cui nomen est Cocalo, Fabulam commentus esse dicitur, in qua virginum compressiones, agnitaeque agitentur affinitates. Demum Athenis Macedonum petulantia subiugatis, eas continuo Fabellas edere studuerunt Poetae, quibus illorum impuritati satisfactum esse videretur. Quandoquidem vel ex Athenaei monumentis facile possumus coniectare, quod gulae, ventrisque seruitio Macedones fuerint emancipati. Menander itaque suae tempestatum morem gesturus, Comoediam ab Aristophanis Cocalo feliciter admodum est auspicatus: cui sic Ouidius alludit Amorum secundo, nobis obiter quaenam fuerint eius argumenta demonstrans,

*Dum fallax feruus, durus pater, improba lena  
Vixerit et Meretrix blanda, Menandros erit.*

Quod nos cum Graeco carmine ludentes in egregiam Terentii laudem vertissemus, tibi pulcherrimos condendi Iambos dedisse ansam videmur. Caeterum fuit octo tantum annis iunior Alexandro, sanguine nobilis et morum integritate praeclarus. Alexideque (vt arbitror) praeceptore iam adolescens dare Fabulas coepit, quae centum et octo numero coram doctissimis quibusque steterunt, vel quinque supra centum, vt cecinisse Apollodorum Gellius scribit. Tandem Athenis in patria duos et quinquaginta natus annos obiit mortem, decimo scilicet ante bellum Macedonicum anno, quod Pyrrhus cum populo Romano gessit acerrimum. Nec solae quidem hae Menandri Fabulae Macedonum lumbos (vt his vtat Persii verbis) intrauere, sed et aliae Diphili Sinopei centum Philemonisque Syracusani Menandrum aemulantis fere totidem accesserunt. Praetereo quas Apollodorus, Posidippus et Philippides addiderunt, ac caeteri, quos Noua Comoedia celebrauit. Profecto mira fuit Aristophanis felicitas: cuius vna Cocalus e quinquaginta quatuor (tot enim vidisse se Thomas Magister ait) adeo multas diuerforum Poetarum Fabulas procrearit, quae cum parente suo reliquisque veterum pene omnibus ab usu nostro suffurante tempore exciderunt. Utinam extarent vel dimidiatae, non adeo forsitan in praesentia Fabulas perspicendo caecutiremus: nec esset cur ego vos semicaecus ducere conarer. Sed acta ne agamus, vitium hoc et praeteritam calamitatem his quasi frugibus, quotquot extant, Aristophanis Fabellis

compensantes. Duplex esse numerorum differentia videtur: quandoquidem veteres illi Comoediam variis distinguere versibus studuerunt, eo quod laudi maxime daretur, si qui nouum carminis genus adinuenissent. Vnde Phrynici in Ionico minori catalecticis tetrametrum excogitauit, Pherecratesque sibi versum e spondeo, dactylo, et trochaeo pulcherrimum concinnauit: nec secus Eupolis tetrametrum ex trochaeis conglutinauit. Verum Aristophanes, ut in omnibus est ποιητικώτατος, in hoc etiam vili cedere noluit. Iambicum enim hypercatalecticis monometrum, et brachycatalecticis trimetrum, est mira suauitate modulatus. Insuper ex anapaestis trimetrum acatalecticis, ex choriambis vero monometrum primus omnium temperauit, atque alia complura per Seruium, et illius interpretes Fabularum annotata, quae mortalibus adeo placuerunt, ut barbaros etiam Persarum animos potuerint demulcere. Etenim apud eos Aristophanem accepimus praesertim a rege celebratum. Contra vero Noua Comoedia Iambos, ut plurimum solet, usurpat: quemadmodum a Stobaeo, Plutarcho, Gellio citata Menandri carmina demonstrant.

Binas apparatus differentias extitisse Grammatici tradiderunt, cum scilicet in personis, tum in ipsa serie, Comoediarumque contextu. Platonius enim auctor est veteris Comoediae Poetas e scena solitos esse eos educere personatos, qui statim ex ipsa facie quos essent toto opere carpturi, spectatoribus indicarent: ut si forte quis non audire carmina cogere, de persona tamen, quifnam esset deridendus, agnosceret. Sed Comici recentiores ad excutiendos potissimum risus, histrionum facies configurarunt. De industria quidem mortuos hominum vultus effingere conabantur, ne cuiusquam sorte fortuna Macedoni tunc praefecto similes esse viderentur: proindeque miser ille Poeta non secus ac si barbarum principem data opera subsannaret, publice multaretur: adeo nobilis illa Graecorum maiestas impuris obtemperabat. Quippe distorta corpora Menander (si Platonio credimus) planeque communem hominum excedentia naturam personis imitabatur, profecto sapienter, Quoniam, inquit ille, non solum malum, sed et mali vitanda est suspicio. Quod autem ad Fabulae pertinet contextum, Chorus in causa est cur inter se veteres nouique non quadrent: quandoquidem illi varia quaedam modulamina temperabant, quae Chorus singulis actibus intercinendo plebem sine taedio, quousque noui egrederentur histriones, detineret. Populus enim Atheniensis, quatenus rerum dominus habebatur, quotannis Aediles creabat, qui sumtus alendis puerorum

rorum choris subministrarent. Caeterum Chorus quatuor et viginti viris, puerisue aut feminis instruebatur, sicut Aristophanes in *Auibus Fabula* numerat. Si vero promiscue viri feminaeque ad explendum Chori numerum adhiberentur (quod fecisse dicitur prius omnium Tyrtaeus (mares dimidium excedebant. Si pueri, tum feminis illorum maior numerus erat. Sin autem viri tantum, iuuenes scilicet ac senes, identidem Poetae maiores tredecim, minoribus vndecim admiscebant, utpote quorum de nomine Chorus appellaretur. Quilibet autem ex his Chorus in quatuor (ut aiunt) ζυγά diuidebatur, quorum singula sex continerent saltatores. Comicus inquam hoc pacto Chorus apparabatur. Nam sicut Aeschylus canit, quinque tantum et decem in Tragoedia constabat. Interdumque dimidiato numero (sicuti Pollux ait) Semichorum induci facile admodum est videre. Idem attanien scribit in Veteri Tragoedia, Chorum saltatores habuisse quinquaginta: verum quoniam Aeschylus totidem Eumenidas induxisset, quae totum prae multitudine theatrum consternassent, cohibente lege ad pauciores esse deuentum. Arbitror etiam in Comoedia cum Donato longe plures ab initio fuisse Cantores, quoniam (ut Aristoteles in naturali quadam sentit quaestione) multi facilius seruare numeros possunt. Quum igitur post Fabulae Prologum esset orchestram ingressurus, si rusticis constaret, a dextro latere solebat emitte: sin autem urbanis, a sinistra parte prodibat, quadrataque forma consistens recedentes histriones observabat. Deinde conuersus ad spectatores, quorsumcumque septies theatrum intuebatur, totidemque cantilenas moderato gestu pronunciabat: quod omne παράβασις ab Aristophane pluribus in locis nuncupatur. Prima igitur cantilena statim ab histrionum discessu prolata, κορωνίς communi nomine dicitur. Nam quicquid persona quapiam recedente cantatur, Grammatici Comicos exponentes κορωνίδα solent appellare. κριμάτιον vero proprie dicitur, quatenus de choro amputata recisaque particula videtur: id a quibusdam εἰσθεσις χορῆ nominatur. Secunda, παράβασις, non secus ac tota saltatio dicitur: quoniam illinc, vbi constiterat chorus, populum versus incedit: siue ἀνάπαιτος, eo quod frequenter huiuscemodi cantus anapaestos vsurparet. Tertia πῆγος, aut μακρόν, cantilena scilicet (ut Pollux ait) vna spiritus contentione prolata, quae tria seiunguntur abinuicem, cum alterum alteri nullam habeat rationem. Quae vero sequuntur, inter se quadam sunt ratione coniuncta, videlicet τροφή vel ὀδή, siue μέλος, ἐπιβήματα, ἀντίτροφος vel ἀντὼδή et ἀντεπιβήματα, quod loco septimo cantabatur. τροφή enim siue ἀν-

*τῖςροφος* membris et carminum genere quadrat. Rurfus *ἐπιβήμα* vndeunque fibi conueniens *ἀντεπίβημα* folet habere. Quoniam vtrouique fere femper chorus ex Iambis tetrametra flexdecim motularetur, totum hoc fimul *χορικόν* appellatur, quando Comoediae partem volumus assignare; quatuor enim funt, videlicet *πρόλογος*, qui ad egressum vique chori prorogatur: deinde *χορικόν*: et quod interponitur choris, *ἐπεισόδιον*: postremo *ἔξοδος*, quae scilicet a choro in calce Comoediae pronunciat, vt Pollux in quarto scriptum reliquit. Ea igitur *παράβασις*, auctore Demetrio Triclinio, quae nullas harum partes omittit, perfecta folet appellari: qualem Aristophanes in Equitibus Fabula concinnauit. Verum complures imperfecte pro arbitrio Poetarum inferuntur: id quod idem in Nebulis Fabula fecit: vbi solum *ἐπήβημα*, quod esset vitis carpendis accommodatum, induxit, ac in Ranis quatuor illa tantum coniuncte reposuit. Sed illud est animaduersione dignum, quod *ἐπιβήμα* et *τροφή* siue *μέλος*, quando nullam *ἀντεπίβηματος*, aut *ἀντιτροφῆ* rediutionem exspectant, in fine semper habent *παράγραφον*, vt non esse *κατάσχισιν*, id est, obnoxie posita videantur: quandoquidem haec linea transuersa *παράγραφος* scilicet, tria illa, quae diximus, inter se discretu continuo claudit. Verum si futuram exspectant rediutionem, *τροφή* tum haec linea, cum non secus ac *ἐπιβήμα*, duabus aliis terminatur, quarum coeuntium angulus vergat introrsum: contra vero *ἀντιτροφῆ* lineis clauditur binis, quarum extrorsum vtrique anguli vergant, hinc inde finale membrum, carmen scilicet vltimum amplectentes. Verum ex iis duntaxat vno folet *ἀντεπίβημα* concludi. Quae plane signa prout anguli sese habent, vel futuram, vel praeteritam rediutionem ostendunt. Hoc Demetrius ille Triclinius scribens in Aristophanem excogitauit. Veruntamen inter cantus, Poetae nonnunquam personas educere solent, quarum dissertatio *σύστημα κατὰ περιουσίαν* appellatur: interdum versibus alternis contententes aliquot proferunt histriones, vel chorum etiam respondentem: quod Hephaestion videtur *ἀλλοιότροπον* appellare. Verum has et alias consulto praetermittendas esse arbitror quaestiones, quae mira Poetarum licentia gignuntur: constat enim illis nihil vnquam non audendum. Quocirca nobis de Choro certiora confectatis, pro materia satis abundeque dictum esse videatur, quomodo praesertim in Noua Comoedia Chorus nullum habeat, vel habere potuerit locum. Siquidem Athenis, quum omnia potentiores ad arbitrium suum reuocare coepissent, nulli amplius creabantur Aediles: perindeque sumptibus ad alendos iuuenum choros institutis populus abuti pro-

hibe-



hibebatur: quod particulatim a Platonio legimus disputatum. Id itaque animaduertentes Poetae, quemadmodum lata lege de non carpendo nominatim, materia mutabatur, ita etiam Cantilenis abstinere penitus decreuerunt: quodque sapientes, quum tempori cedendum est, efficere solent, quae erat necessitas, in virtutem egregiam transfudere. Nam actus Fabulae sic agebant colligatos, vt per interualla, quae quidem erant minima, saltem vnus histrio relinqueretur, aut frequentius complures alternis inter se versiculis differentes. Denique nihil vetusti chori proprium obseruabant: quemadmodum in Aristophanis Pluto Fabula tute iam pridem vidisti. Id Horatius ita cecinit,

*lex est accepta: chorusque*

*Turpiter obicuit, sublato iure nocendi.*

Miror autem quasi monstrum conspicatus, illum cuius scripta sub Acronis nomine circumferuntur, vel si est ipse Acro, dixisse id lege cautum sub Augusto. Poterat mediufidius perpexisse (modo Plautum aut Terentium legerit) an ante Augustum actae Fabulae quemquam momordissent. O quam egregie vetusta nouis, Latinaque Graecis non hic modo, verum et alii fortuna similes confuderunt. Quippe hoc Athenis decretum Patricii promulgauere vix anno vrbs Romae quadragesimo septimo supra ter centum, videlicet quum Tribuni Militares imperio Consulari crearentur.

Comoediam itaque tempus et materia, sicut diximus, in tria genera diuidunt, Antiquum scilicet, et Nouum, et Medium. Stilus vero, numeri, et apparatus duplici tantum sectione partiuntur: diuersa tamen ratione: quoniam stilus et numeri vetustiora duo simul componunt, quae ad Alexandrum vsque peruenere: sed apparatus medium illud annectit recentiori. Nam in vtroque (si Grammaticis credendum est) nulla Chori modulamenta reperiuntur.

Non autem esse arbitror alienum in praesentia quaedam particulariter considerare, quae profecto multa non erunt: quoniam facile videtur ex haecenus dictis fere omnes tum Graecas, tum Latinas metri Comoedias, si temporum praesertim vllam habere volueris rationem; quando scilicet in Scena floruerit vnusquisque Fabularum Poeta. Primam igitur Romae Fabulam dare Lucius Liuius accepit decimo supra quingentesimum Vrbis anno: qui quidem, Gellio teste, quinquagesimus secundus ab obitu Menandri numerabatur: vigesimo fete postea quam Romani primum Carthaginensibus bellum indixissent: tunc enim pace composita, quae populo tanto opere expetebatur, id

genus oblectamenti relaxandi animi gratia receptum est. Deinde spatio nouem annorum interiecto, C. Nauius data Fabula spectandi copiam fecit. Post eum Plautus, anno fere decimo quinto: subinde seriatim Q. Ennius, Caecilius et Terentius florere: postea non multo Pacuuius, qui iam senex Accio cessit. Postremo Lucilius fuit, qui medium illud argumentum, lacerandi scilicet aliorum poemata, sectabatur. Hunc enim Gellius in Accium, et Pacuuium magna laude stilum exercuisse testatur. Fabulas igitur isti de Graeco petitas argumento, Latinis salibus condire statuerunt: quemadmodum in Terentii, vel Plauti, quae circumferuntur, Fabulis est videre: Nouamque penitus Comoediam sunt imitati, nullam Chori modulantes Cantilenam: sed Actus (vt ait Porphyrio) tibiarum concentu dirimentes. Vbi operae pretium est animaduertere tibias Chori proprietatem aemulari. Nam (vt auctor est Donatus) quae Fabulae graues haberentur et seuerae, tibiis dextris agi consueuerunt: quae vero iocis et urbanae dictis vndique scaterent, continuo sinistris. Pollux enim auctor est quinque olim in Scena ianuas extitisse; quarum media illius omnino domicilium esset, qui primas in Fabula partes haberet: altera, dextra scilicet, huic proxima, illius esse consuevit, cui partes darentur secundae: tertia, sinistra, vel maxime tenuis, aut nullius erat personae, vel desolatam aliquod simulabat facellam. At reliquarum dextra eos emittere solebat, qui non ab vrbe, sed aliunde proficiscerentur: sinistra vero contra, quotquot venirent, urbanos producebat. Ab hac (vt arbitror) eius Fabulae chorus prodire consuevit, quae salibus, iocisque referta esse videretur. Quippe, quod facete dicitur, solemus urbanum appellare. Verum ab altera, si rusticos Fabula contineret, quadam seuera, grauique simplicitate chorus emittebatur. Etenim eos potissimum rusticos vocamus, qui semper obducto supercilio facetias auersantur. Vnde Palamedes apud Philostratum ab Achille dicitur ἀγρηκώτερος, quoniam vt erat vndique seuerus, in deliciis etiam nihil haberet.

Caeterum, licet multa sint genera Tibiarum, tamen duo Scenam potissimum frequentabant, videlicet Phrygiae: quarum nonnullae modo dextrae, modo sinistrae ponebantur. Dextrae, quae foramen vnicum habent: sinistrae, quae duobus essent foraminibus distinctae. Quippe Seruius Varronem secutus, duas impares cauernas huiuscemodi tibiis fuisse testatur, ac foramina totidem. Vnde Virgilius earum biforem cantum appellat, propterea quod graues et acutas emitterent pro tibicinis arbitrio vocaliones. Alterae sunt Serranae, sic (arbitror)

bitor) appellatae, quoniam iis saltatores et proferre et referre pedem continuo iuberentur, non secus atque sectores, qui ferra adaeta partiri ligna conantur. Siquidem Pompeius ait ferram id praelium dici quo frequenter acies et accedere et recedere soleret. Hae semper erant sinistrae, paresque, id est, aequales cauernis: proindeque parem concentum, acutum scilicet emittebant, quemadmodum Seruius haut perplexo scriptum reliquit. Veruntamen Diomedes tibus pares et impares videtur numero definire: quod equidem non video cur possit admitti: nam par et impar qualitate fere semper accipitur a Latinis. Exemplo sit hoc Ouidianum,

*Par erat inferior versus.*

Et illud Virgilianum

*Formosum paribus nodis:*

Ac illud

*Impar congressus Achilli.*

Sed quo tandem sum incuriose digressus? Egone ut magna nomina fugillarem? Minime, si meum mihi vitae institutum permanebit. Quocirca ne nobis aliquid Eupolidis infortunio simile contingat, perfecto iam operi paragraphum stilus obducatur.

DE FABVLARVM, LVDORVM, THEATRORVM,  
SCENARVM, AC SCENICORVM ANTIQVA  
CONSVETVDINE, LIBELLVS;

EX OPTIMIS AVCTORIBVS COLLECTVS, AD CO-  
MICOS FACILIVS INTELLIGENDOS, PRAECIPVE  
CONSCRIPTVS IN GRATIAM STVDIOSAE  
IUVENTVTIS.

**N**unquam existimandum est cuiquam posthac familiarem Plautum aut Terentium futurum; eorumque intimum artificium, orationis characterem, atque venustatem, aliaque id genus plura quemquam plane assequuturum, nisi Comicam omnem dignitatem, morem, et agendi consuetudinem, quae ab antiquis in Fabulis ac Ludis observari solebant, exacte teneat. Ita fiet, ut postea nihil praeter metrorum rationem, ac versuum mensuras desiderare possit: quas nimirum ex Terentiano, omnium Latinorum Grammaticorum cultissimo, et in hac re plurimum exercitato, desumere licebit. Hic itaque liber adolescentulis bonarum literarum studiosis breuiter proponere:

primum, vnde nata sit Comoedia, quoque pacto ante Comoediarum usum antiqui Poetae luserint: deinde vero, quomodo Comoediae agi ac pronuciari solitae fuerint, vt quid *Ludi* sint, quid *Theatra*, *Scenae*, *Actus*, *Personae*, et id genus caetera, facile intelligantur. Quod opus dum aggredimur, facilem atque attentum Lectorem esse cupimus, vt tandem intelligat, quid sit *Fabula*, *Tragoedia*, *Comoedia* vetus, *Satyra*, et noua *Comoedia*.

*Quid Fabula, Tragoedia, Satyra,  
Comoedia vetus et noua.*

*Fabulae* generale nomen est, *Tragoediam*, *Satyram*, et *Comoediam* in se complectens. Estque *Fabula* narratio quaedam conficta, et demissiore plerumque stilo ac versibus conscripta ad obiectionem auditorum. Vnde etiam *Poemata* inter *Fabulas* a nonnullis connumerantur: quapropter quibusdam visus est *Homerus* *Iliadem* instar *Tragoediae*, *Odyssaeam* ad imaginem *Comoediae* conscripsisse.

*Tragoedia* autem *Fabula* est, qua antiqui reprehendebant, quod in rebus non solum priuatis ac ciuilibus, sed maxime arduis et ad Principes attinentibus minus rectum videbatur. In ea scenici amurca, et olei faecibus (quas Graeci *τεύχας* vocant) perlinebant ora, ante usum personarum: vnde *Tragoediae* nomen. Eius graue argumentum fuit, petitum saepe ab historica fide: dictio seuera, sublimis, saepe tumida; tranquilla prima, exitus funesti.

Post *Tragoediam* inuenta *Comoedia*, quae *Vetus* dicta est: in qua (vt in *Tragoedia* quoque) simplex carmen fuit: quod carmen chorus circa aras fumantes nunc spatiat, nunc reuoluens gyros, cum tibicine concinebat: eratque primo vna persona cantoribus substituta, quae respondens alternis choro, locupletabat variabatque rem musicam. Chorus autem in *Tragoedia*, aut *Comoedia Vetere*, dicebatur multitudo coaeuorum iuuenum, aut minorum in sacris, vel *Scena*, cantantium atque saltantium.

Fuit *Vetus Comoedia* Graecis *Archaea* dicta, quia esset de nobis parum cognitis vitiis: item etiam *Ereonymos*, quia in esset in ea velut historica fides verae narrationis, et nominatio omnium, de quibus scribebatur. Sed cum Poetae in *Comoediis* abuti licentius stilo, et passim laedere ex libidine coepissent plures bonos, lege lata, ne quisquam in alterum infame carmen scriberet, tacuerunt.

*Satyra* exinde sumit exordium. Estque genus *Fabulae*, quae ex *Satyris*, quos illotos et petulantes Deos esse scimus, nomen

nomen sumfit. Fuit autem eiusmodi, vt in ea, quamuis duro et agreſti ioco, tamen vitia hominum, ſine vlllo proprii nominis titulo, carperentur, atque per ſcirpos, et aenigmata, magnae res deſcriberentur. Id vero genus Fabulae multis obſuit Poetis, quum in ſuſpicionem potentibus ciuibus veniſſent, quod illorum facta deſcripiſſent in peius, ac deformaiſſent Fabulae genus ſtilo carminis.

Post exoletam Satyram inuentum eſt a Poetis aliad Fabulae genus, quae *Comoedia noua* dicta eſt. Ea erat Fabula, continens imaginem ciuiliū ac priuatarum rerum: qua diſcebatur, quid eſſet in vita vtile, quid euitandum. Vnde ait Cicero, Comoediam eſſe imitationem vitae, ſpeculum conſuetudinis, imaginem veritatis.

*Nomen* habet *Comoedia*, vel a Como, Deo comeſtationis, vel ab eo quod primum Athenienſes per vicos adhuc diſperſi ex omnibus locis lacti alacresque conueniebant: ibique rudibus et incultis verſibus potentiorum, aliorumque item hominum vitia nominatim perſtringebant. Nomen autem compoſitum ἀπὸ τῆς κωμῶδου καὶ ᾄδειν. In ſumma, Comoedia eſt Poema ſub imitatione vitae ac ſimilitudine compoſitum, in geſtu et pronunciatione conſiſtens. In ea mediocres fortunae hominum, parui impetus, pericula quotidiana, turbulenta principia, laetique fuerunt exitus, et ficta argumenta. Caruit quoque choro noua Comoedia, contra quam Vetus, paulatimque perſonarum numero in quinque Aetus proceſſit: quod tunc quum ad cantores ab Aetoribus tranſibat Fabula, conſurgeret et abiret populus. In ea etiam perſonarum ornatus alius inuentus eſt, pallia, focci, et id genus caetera.

Post nouam Comoediam Latini multa Fabularum genera protulerunt, quae tamen Comoediae dicebantur. *Togatas* vocabant a ſcenicis indumentis, quae Romanam togam prae ſe ferebant, et ab argumentis Latinis; *Praetextatas* a dignitate et veſtitu perſonarum, et Latina hiſtoria: *Atellanas* ab Atella Oſcorum ciuitate, vbi inuentae dicuntur: eae ſalibus conſperſae erant, ac iocis compoſitae, in ſe non habentes niſi venuſtam elegantiam: quales ſunt Plautinae: *Rhyntonicae* Comoediae diſtae ab auctoris nomine: *Tabernariae*, ab humilitate argumenti et ſtili; *Palliatae* ab habitu et argumento Graeco. *Mimi*, ab inuerecunda imitatione vilium rerum, et leuium perſonarum. *Planipedia* quoque Comoedia dicta, ob humilitatem argumenti, ac vilitatem Aetorum, qui non cothurno, aut focco utebantur in Scena, aut pulpito, ſed plano pede: vel ideo, quod non ea negotia contineat, quae perſonarum

in turribus, aut in coenaculis habitantium sunt, sed in plano et humili loco.

Omniū autem Comoediarum scripta, quae Dramata Graeci vocabant, ex quatuor rebus omnino sumuntur: Nominē, Loco, Facto, Euentu. Nominē, vt Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus. Loco, vt Andria, Leucadia, Brundufina. Facto, vt Eunuchus, Afinaria, Captiui. Euentu, vt Commorientes, Adelphi, Heautontimorumenos. Diuiditur noua Comoedia in quatuor partes: *Prologum*, *Protasim*, *Epitafim*, *Catastrophē*.

*Prologus* est veluti praefatio quaedam Fabulae, in qua vel Poeta excusatur, vel Fabula commendatur.

*Protasis* est primus Actus Fabulae, in quo pars argumenti explicatur, pars reticetur, ad populi expectationem tenendam.

*Epitasis* incrementum est, processusque turbarum, et inuolutio argumenti, cuius elegancia connectitur.

*Catastrophe* est explicatio Fabulae, per quam euentus eius explicatur, atque approbatur.

#### DE LVDORVM ANTIQVORVM GENERIBVS.

Verum vt omnis Comoediarum ratio facilius intelligatur, atque adeo ea, quae omnem Comoediarum actionem spectant; attendendum est primum, quando fierent, quo loco, et qua forma. Hoc autem tum demum Lector intelliget, cum pernouerit, quid fuerint apud antiquos Ludi, Theatra, Actus, Scenae, et huiusmodi caetera.

Vetus itaque Comoedia, item etiam Tragoedia primum agi solebat a Graecis, in vicis et pratis mollibus, adscriptis et propositis praemiis, quibus ad scribendum Poetarum prouocarentur ingenia: actoribus quoque munera offerebantur, caperque dono dabatur, vt libentius iucundo vocis flexu ad dulcedinum commentationes populum allicerent.

Agebantur Comoediae et Tragoediae apud vetustissimos in honorem Liberi Patris. In Italia primum actae sunt Compitalitiis ludicris, admisso pronunciationis modulo, quo, dum actus commutabantur, populus detineretur. *Compitalitii* autem ludi dicti, qui per compita fiebant; scenaeque ductiles in plostris ob id antiquis excogitatae. Postea vero factum, vt ludis publicis, et in Theatro agerentur Nouae Comoediae apud Romanos.

*Ludos* vocabant publica spectacula, quae tum in gratiam populi fieri solerent a senatu, et a Principibus instituti, vel ad saeuorem populi conciliandum (vt nonnullos Caesares fecisse legimus) vel ad animorum relaxationem et oblectationem. Multo magis ad religionem instituti sunt Ludi. Nam Diis post sacrificia etiam Ludos publicos consecrabant.

*Ludi*

*Ludi* igitur, et *Ludicra*, quae etiam *Certamina* vocarunt Latini, Graeci *Agonas*, multorum generum fuerunt: neque vero vno tantum spectaculo in publicis ludis detinebatur populus. Erant autem *Ludi Gymnici* et *Athletici*: *Ludi Circenses*: *Ludi Gladiatorii*: et *Ludi Scenici*, de quibus nunc singulatim est paucis differendum, partim ex Budaeo, nostrae Galliae lumine, partim ex Vitruuio, Luciano, et aliis antiquis auctoribus.

*Gymnici* et *Athletici* ludi in Palaestris ac Gymnasiis fiebant apud Graecos, quae loca fuerunt exercendis et corporis et animi viribus accomodata. Nam etiam in iis Palaestris aut Gymnasiis exedrae fuerunt, in quibus Philosophi Graeci sedentes disputabant. Sed et *Palaestrae* appellatio omnem Athleticam artem et exercitationem complectitur, decentiamque: qua status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quandam leporemque prae se ferunt: quam qui non didicerant, ii *Apalaestoi* ab antiquis dicti sunt. Eam vero artem qui exercebant, aut qui in palaestra exercebantur, vel decertabant praemiis, *Palaestritae* vel *Palaestrici* dicti sunt: Gymnicos Graeci etiam vocarunt, quod nudi Athletae exercebantur. Caeterum in palaestra *Gymnasi* (inquit Plautus) cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, saliendo se exercebant Athletae. Huiusmodi ludi in campo Martio apud Romanos fieri solebant.

Qui currebant in ludis Gymnicis, hoc est, cursu corpora exercebant, vel eo decertabant, Graecis *Dromi* appellantur, hoc est, cursores. Quorum alii *Stadiodromi* dicebantur, qui stadium percurrerant: alii *Diaulodromi*, a circumactu curriculi, id est, duplo curriculo, quod *Diaulon* vocabant: nam ii cursores quum ad metam peruenerant, flectentes, eo rursus recurrebant, vnde cursum inierant. Erant et *Dolichodromi*, qui sexies stadium curriculo obibant: nam *Dolichos* longissimus cursus dicebatur.

Lucta, Graecis *Pala*, vel in coeno, vel arena, vel puluere fiebat; vnde luctatores in Ludis Gymnicis, aut *Palaestra*, Graecis *Palaestrae* appellati. Ii luctaturi, *Ceromate*, id est, oleo cerato perfundebantur: vnde qui eos vngebant, *Ceromatistae* dicti. *Puluere* quoque post vnctionem inspergebantur, vt corpora ceromate et sudore lubrica mutuas luctantium prehensiones admitterent: vnde natum prouerbum, *Citra pulueris tactum, de iis, qui facile aliquid affecti sunt, et citra sudorem, quod et citra puluerem dici potest. Eum puluerem Graeci Apheu dicebant. Inter luctatores quidam summis inter se manibus depugnabant, nullo complexu haerentes: eos *Acrochiristas* vocabant Graeci. Alii vicissim feriebant arrectaria concertatione, hoc est, arrecti, et puluere obstiti, alter alterum impetebant procursum calcitraturus:*

que: calcibus enim, cubitis, vnguibus, non modo pugnis utebantur, omnique imperendiprehendendique modo: *Pancrasiastae* vocati, et *Pancration* huiusmodi certaminis genus, ex eo quod aduocatis omnibus corporis viribus, omniumque neruorum contentione transigeretur.

Qui Disco se exercebant Athletae, *Discoboli* Graecis appellabantur, hoc est, Discum in sublime iaculantes. Erant autem Discus lapis rotundus ac pertusus, inquit Ammonius.

*Pugilatus* quem Graeci *Pygmen* appellabant, caestibus exercebatur, quales a Virgilio lib. v. describuntur: in eo qui exercebantur, *Pugiles* Latinis, Graecis *Pyctae* dicti sunt: quod nomen ad gallinaceos pugnaces translatum est.

*Saltationum* in ludis Gymnicis multa genera fuerunt, quemadmodum docet Lucianus. Erat enim saltatio *Pyrrhicha*, a Pyrrho inuenta, a qua *Pyrrhicharii* et *Pyrrhichistae* dicti: quae eadem saltatio *Enoplia*, id est, armata dicebatur: quod armati saltarent. Erat saltatio *Cordax* obscuro, et comica: et alia saltatio satyrica, quae *Sicinnis* dicebatur. Fuit item *Emmelia* saltatio, pacata et honesta. Qui vero saltus pernicitate contendebant in Gymnasiis, *Haltici* a Graecis dicebantur, qui autem *Halmate*, id est saltu certabant, apud antiquos utebantur *Halteribus*: sic enim vocabant plumbeas pilas, massulasque, quibus utraque manu se librabant, ut certius assilirent. *Chironomia* quoque erat saltatio gesticulatrix, qualis est, quam Mauricam vocamus: vnde *Chironomi* huiusmodi gestulatores dicti.

*Circenses Ludi* certamina erant curulia, quae in circo fiebant: qui locus erat ouata specie constructus, vndecunque spectaculis ornatus: e quibus innoxie Patres, Equitesque Romani prospicere solebant: cuiusmodi quemdam, Flaminium Romae construxit: vnde circum Flaminium legimus, et circum Maximum, a Caesare dictatore exstructum, cuius vestigia adhuc hodie visuntur Romae, iuxta aedem D. Sebastiano sacram. Fuit autem longitudine stadiorum trium, latitudine vnus, cum aedificiis iugerum quaternum ad sedem ducentorum sexaginta millium hominum. Erant in eo *Metae* depositae, duarum aut trium pyramidum formam referentes. In eius summitate carceres erant, e quibus equi curribus iuncti, ad cursum emittebantur, et quum ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam peruenirent. A curribus, hoc est, bigis, trigis, et quadrigis, Curules ludi dicti. Vnde etiam dictos puto *Aediles Curules*, quod iis administrandis essent praefecti: erant enim omnium praestantissimi ludi. Nam in iis se exercebat, et magnis praemiis contendebat nobilissima Romanorum



rum iuuentus, aptiorque ad bellum reddebatur. Fiebant primum apud antiquos inter enses et flumina, vt ab vtraque parte esset ignauiae praesens periculum.

*Agitatores* dicti sunt aurigae in curuli certamine et Ludis Circensibus, quorum factiones erant a tunicarum coloribus: vt alii dicerentur Ruffati, Albati, Praefini, Veneti; atque ita insistentes curribus iuuenes, velocitate equorum, aut agitatorum arte trahebantur.

Erant et *Desultores*, qui duos equos absque ephippiis agitates, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant: *Amphippos* Graeci vocant. Hinc *Desultoria leuitas* in proverbium abiit: et equi desultorii dicti, ad id certamen accommodati.

*Celeres* et *Celerizantes*, equites erant in certamine curuli non bigis aut quadrigis vtentes, sed equo vno insidentes: cuiusmodi certamen hodie quoque nonnullis in locis celebratur.

*Ludi Gladiatorii* plerumque post scenicos fiebant. In iis decertabant gladiis, populumque celeri agitatione gladiatorum oblectabant. Gladiatorum autem genera, Retiarii, Secutores, Mirmillones, Hoptomachi, Thraces: quorum exempla apud auctores crebra sunt. Horum institutores ac magistri *Lanistae* vocabantur. Non enim ignari gladiatoriae artis prodibant in publicum spectaculum, ad praemia consequenda. Itaque apud Lanistas prius exercebantur in *Vmbratilibus pugnis*, quas *Sciamachias* Graeci vocarunt: quod huiusmodi pugnae simulacra sub tecto fieri solita erant, non vt vera pugna, in sole et puluere. Huiusmodi Lanistae sunt apud nos, qui gladiandi artem priuatim profitentur; qui docent omnes numeros impetendi, cedendique, vulnera inferendi, vitandique, aut vbi punctim, caesimue feriendum. *Ludi vero Scenici*, qui et *Agones Musici* et *Dionysiaci* dicebantur, quasi Libero Patri dicati, ad Comoediarum, Tragoediarum, aut Saryrarum recitationem pertinebant: item ad cantus et poemata: Scena ob id in Theatro composita atque exstructa ea ratione, quam mox describemus. Qui se in his ludis exercebant, *Scenici* etiam dicebantur, et Dionysiaci artifices. *Ludorum*, aut certaminum *Diis* consecratorum, quatuor erant apud Graecos genera. Erant enim Nemea, Isthmia, Pythia, et Olympia: quae omnium erant maxima spectacula. In his Ludis proponebantur victoribus magna praemia, quae qui custodiebant, ludisque praeerant, *βραβεύται* Graecis, Latinis *Designatores* appellabantur, quorum officium erat, multitudinem retinere, obambulare, et spectatores moderari virgarum tericulo. Vnde *Mastigonomi*, et *Rhabduchi* etiam dicti, quod virgas gestarent, vt in officio continerent spectatores. Musicis quoque agoni-  
bus

nibus erant *Crizae*, id est, iudices, a quibus *Critici*, id est, poematum iudices dicti sunt. *Ludorum*, qui Diis consecrabantur, apud Romanos quatuor erant species. Eos ludos Aediles curules munere publico quotannis curabant. *Megalenses*, siue magni ludi dicti, quod magnis Diis consecrati essent: quibus ludis quatuor actae sunt Terentii Comoediae: *Andria*, *Eunuchus*, *Heautontimorumenos*, *Hecyra*. *Funebres*, aut *Funerales* ludi, ad retinendum populum instituti sunt, dum pompa funeris, decreta in honorem patricii viri, plene ac publice instruebatur. His ludis acta est Comoedia Terentii *Adelphi*. *Plebei*, siue Romani ludi pro salute plebis edebantur: quibus Ludis acta est *Phormio*. *Apollinares* ludi, *Apollini* consecrati, aut in honorem *Apollinis* instituti.

*De Theatris et Amphitheatris antiquis.*

Quo melius et commodius spectarentur Comoediae, Tragediae, aut Ludi, siue ii *Gladiatorii*, siue etiam *Sconici*, vel alterius generis essent, instituta sunt ab antiquis, quae *Theatra* vocabantur, a commode videndo ac prospiciendo sic appellata. Nam ante Theatrorum usum, scenae super *Piaustris* ductilibus exstruebantur, ac per compita ductae, populo praebebant oblectationem. Theatra autem erant aedificia, vel apparatus in populi gratiam instructi, ad hemicycli speciem, ad spectandos ludos: *Spectacula* Latine possumus dicere. Cum forum institutum fuerit, (inquit *Vitruvius*) tum *Deorum* immortalium diebus festis, ludorum spectationibus, eligendus est locus Theatro quam saluberrimus. Fuerunt autem Theatra duorum generum: alia lignea et pluribus tabellationibus exstructa, qualia ludis publicis quotannis fiebant *Romae*, atque ea perennia non fuerunt: alia sumtuosa et nobilia, ex solidis rebus, id est, ex structura caementorum, lapide aut marmore constituta, quale est quod construxit *M. Scaurus* in aedilitate sua, item etiam *Pompeius*, et alii permulri. Ita autem compositum fuit antiquis Theatrum, ut eo conueniens, et commode sedens turba, e longinquo facile spectare posset, concauo aequalique parietum circumiectu, ut vel leni sono dicta verba, ad alterum theatri caput facilius ferrentur. Postea vero excogitatum est Theatrum in rotundam formam exstructum, alio multo excellentius atque capacius, magisque sumtuosum: quod quia veluti ex duobus constaret theatris, rotundamque figuram, non iam amplius hemicyclum referret, ob id *Amphitheatrum* dictum est, quale est, quod hodie *Romae* videtur, aliquando ab *Antonio Pio* aedificatum, et a *Gothis* deuastatum (*Colisifacum* vulgus vocat) quod potissimum ad alia spectacula vulgo proponenda factum atque inuentum fuit: nam ad scenicos ludos

dos prospiciendos, magis idoneum erat Theatrum: ob quos praecipue inuentum fuisse credibile est. Vnde facile coniecerim, Terentium, quo tempore primum proposuit suam *Hecyram*, egisse in *Amphitheatro*: Scena per medium ipsius exstructa, et ad vnum tantum hemicyclum spectante: nam ab vtroque Amphitheatri semicirculo spectari non poterant Comoediae: quo factum, vt dum in aliud latus vacuum, alia spectacula confestim proponerentur, veluti pugiles, funambuli, et huiusmodi caetera: populus ante absolutam Comoediam illuc concurreret, ad loca commodiora occupanda, quemadmodum ipse Poeta conqueritur, neque propter strepitum, et mulierum de loco pugnantium clamorem, absolui potuerit. Quod ne accideret in publicis Ludis, existimo potissimum monisse Caium Curionem, qui bello ciuili in Caesarianis partibus obiit, vt *Theatra duo lignea*, eaque amplissima excogitaret, in quibus etiam duae essent scenae, propter spectatorum commoditatem. Erant autem (quod mirum fuit) cardinum singulorum versatili suspensa libramento, inquit Plinius, e quibus vtriusque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter se auersis (ne inuicem obstreperent scenae) et repente circumactis, vt contra starent; postremo iam die descenditibus tabulis, et omnibus inter se coeuntibus, faciebat Amphitheatrum, et gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens. Itaque vides, quemadmodum Scenici Ludi dum agerentur, auersis theatris agebantur, ne turba fieret: dum autem proponebantur, aut producebantur gladiatores, in Amphitheatri reducebantur formam, et in vnum duo theatra coibant. Sed et nouissimo die (ait idem) diuisis duabus per medium scenis, Athletas edidit Curio, raptisque repente e contrario pulpitis, eodem die, victores e gladiatoribus suis produxit. Vides quemadmodum *Pulpitum* etiam auerebatur, dum gladiatores prodirent; nam ipsam aream occupabat: hoc autem factum fuit, fessis turbatisque volubiliis theatrorum cardinibus. Nam ante non erat opus eximere pulpitem, cum contra starent scenae, et locum praerberent circumactis theatris in amphitheatri formam, post ludos scenicos absolutos.

*Theatri conformatio; eiusque partes.*

Sed quo tandem artificio, quae industria aedificatum fuerit apud antiquos Theatrum prospiciendis scenicis ludis idoneum, paucis hic vobis proponere libet, ne quid earum rerum praetermississe videamur, quae adhuc sermonem pertinere iudicentur. Quod tamen non ita accipiendum erit, quasi ad vnguem expressum, sed partim coniectura et ratione natum, partim ex iis descriptum, quae tunc in antiquis ruinis aliquando vidimus, tum  
etiam

etiam ex auctoribus, qui de hac re scripserunt, comprehendimus. Itaque primum intelligendum est (quemadmodum paulo ante docebamus) Theatrum fuisse in semicirculi figuram compositum, atque ita conformatum, ut aequae gestus prospicerent, ac voces audirent (sine tumultu tamen) qui ad latera et in summis federent gradibus, atque ii, qui in imis iuxta Scenam. *Caueam* vocare videtur Plinius locum in Theatro, gradibus ac sedibus constructum atque compositum, in quo federet populus. *Cauea* ipsa (inquit de Theatro Scauri) cepit hominum octoginta millia: cum Pompeii Theatri (sic enim legendum est: nam; nunquam Pompeius Amphiteatrum edidit) toties multiplicata urbe, tantoque maiore populo, sufficiat large quadraginta millia federe. Nisi mauis *Caueam* accipere pro tota Theatri capacitate, ut etiam Scenam ipsam comprehendas, quod tamen minus probauerim. *Gradus* autem dicebantur in ipsa leniter pendente theatri forma, sedes lapideae, in hemicyclum etiam extructae, e quibus commode prospiciebat populus. Super his *Gradibus* (quos non amplius quindecim esse coniecimus) sedebant spectatores, et ad eos undecumque conueiebant, nullo inter conscendendum alteri noxam afferente. Illuc autem per *Cuneos* accedebant, qui tum in ima Theatri *cauea*, tum etiam supra ipsam, ad eo ingeniose conformati erant, ut ab iis per alios scalares gradus ad quemlibet gradum spectatorium facilis pateret adscensus. *Cunei* spectaculorum (inquit Vitruuius) in Theatro ita diuidantur, uti anguli trigonorum, qui currunt circum curuaturam circinationis, dirigant ascensus, scalasque inter *Cuneos* ad primam praecinctionem. Supra autem alternis itineribus superiores *Cunei* medii dirigantur. *Cunei* in imo dirigentes scalaria, erant numero septem. *Gradus* spectaculorum, uti *subsellia* composita, erant non minus alti palmo pede, non plus pede et digitis sex, latitudines eorum non plus pedes duos semis, non minus pedes duos constituebantur, ut per id spatium latius, seu per ambulacrum quoddam, nullo negotio, huc atque illuc, ad vacuas sedes deerraret populus, absque eorum incommodo, qui iam confedisissent. Post tres quoque singulos gradus, qui quartus in ordinem succedebat, duplo latior erat caeteris, ad leuiorem Theatri procliuitatem, et ut singulis ordinibus singuli tres gradus relinquerentur. Ac ne petulanti aut insolenti populo proper sedes quantumuis accessu faciles, praerberetur rixae causa, cautum erat ne quilibet in quibuslibet federent gradibus: sed in tribus primis, qui proximi essent Scenae pulpito, amplissimae et extremae dignitatis viri, in sequentibus consulares, in aliis patricii, ac deinceps plebei in reliquis

reliquis gradibus federent. Itaque veteres Architecti, naturae vestigia persecuti, indagationibus vocis scandentes theatrorum perfecerunt gradationes, et quaesiverunt (inquit Vitruuius) per canonicam Mathematicorum, et Musicam rationem, ut quaecunque vox in Scena esset, clarior et suauior ad spectatorum perueniret aures, ac ne vox impediret, ita compositi erant gradus, ut linea quum ad imum gradum et ad summum extenta esset, omnia cacumina graduum angulosque tangeret. Atque ut vox Actorum suauior et delicatior spectatoribus videretur, antiqui Graecorum artifices, inter sedes theatri *Cellas* constituerunt ratione Musica, in quibus *Vasa aenea*, pro ratione magnitudinis theatri facta collocabantur, quae ita fabricata erant, ut quum tangerentur a voce, sonitum facerent inter se. Eoque artificio collocata fuerunt, ut nullum parietem tangerent, circaque haberent locum vacuum, et summo capite spatium, ponebanturque et suspensa cernebantur ore decliui, ut in iis vox actorum ingressa, harmoniam efficeret, et gratiam quandam afferret spectatoribus, utque intellectu facilior esset. Tale quiddam audio adhuc hodie extare in quibusdam templis antiquis, quae nunc quoque supersunt integra, apud nostrae tempestatis Graecos. In quorum fornice inferiore, atque superiore varia sunt foramina hinc inde conspersa, ac sibi veluti ex diametro ab vno ad aliud latus correspondentia, in quibus vasa aenea impacta sunt, quorum os (quod angustius est, quam ipse venter) tantum exterius patet, non etiam prominet. In ea vasa, vox in templo carentium inclusa, incredibilem efficit harmoniam, sonosque distinctissimos, et admodum gratos, atque auditu faciles. Sed in theatris vasa resupina suspendebantur. Tale quid autem Romae factum fuisse suis temporibus negat Vitruuius, sed in Italiae regionibus et in pluribus Graecorum ciuitatibus. Vnde Lucius Mummius diruto Corinthiorum teatro eius aenea vasa Romam deportauit. Multi etiam architecti, qui in oppidis non magnis theatra construxerunt, propter aeris inopiam, *fistilibus doliis* ita sonantibus electis, hac ratiocinatione compositis, vsi sunt. Quapropter Plinius ait, in theatris vocem optime currere in doliis inanibus. In ligneis autem theatris (ait Vitruuius) quae Romae passim fiebant, non erat vasis aeneis opus, cum tabulationes haberent complures, quas sonare necesse erat. *Adius* permulti et spatiosi dispositi erant circa theatrum, nec coniuncti superiores inferioribus, sed ex omnibus locis perpetui et directi, sine inuersuris: ut quum populus dimittebatur et spectaculis, non comprimeretur, sed haberet ex omnibus locis exitus separatos sine impeditioe. Reliquum theatri artificium a gradu omnium superiore in altitudinem trium contignationum exporrectum erat,

etiam

etiam in hemicyclum: atque ita exaedificatum, vt porticus efficeret: vndecunq̄ue parentes, et columnis hinc et inde ornatiores factas, in quas populus se reciperet, si quando propter imbres, aut coeli tempestatem minus commodam, ludi interpellarentur. Eam theatri partem. *Praecinções* viderur appellare Vitruuius. Plinius, *Parietem circumiectum*. Sed inferiores et imi theatri porticus duplices erant, me diaque spatia sub diuo inter porticus, viridibus adornabantur, quod (inquit Vitruuius) *Hypaetbrae ambulationes* haberent magnam salubritatem. Replebantur quoque, auctore Plinio, flore croci syluestris, propter oculorum oblectationem, vt puto, magis quam ad odorem conciliandum. Quin etiam ne solis ardor aut etiam conspectus populum ab officio deturbaret: vtque salubribus spectatores conspicerent (nam porticus propter imbres tantum aedificatae fuerunt) excogitata sunt *Vela* toto *Theatro*, atque adeo ipsi theatri caeuae supertensa, quae spectatoribus vmbra facerent: quod primus omnium inuenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela primus in Theatro duxisse traditur Lentulus Spinther, Apollinaribus ludis: mox (ait Plinius) Caesar Dictator, totum forum Romanum intexit. Nero Caesar velis, rudentibus superstratis et colore coeli stellati amphitheatrum contexit, vt solem defenderent. Ima theatri sedes vel potius id spatium quod ab ima sede theatri interiacebat pulpito, *Orchestra* dicebatur, quasi saltatorum, quod illic apud Graecos et apud Latinos antiquiores, saltantes histriones populo oblectationem afferrent, interea dum actus commutarentur. In eam etiam Thymelici, hoc est, Citharistae, Citharoedi, Tibicines suas praestabant actiones ipsis Graecis, atque id spatium comprehendebat apud antiquos, quod ceu centrum theatri ab imo gradu ad pulpitum vsque scenae vacuum relinquebatur. In theatrorum *Orchestr*is (inquit Plinius) scobe aut arena superiecta vox deuoratur, et in rudi parietum circumiectu: quapropter existimo probe emundatum fuisse, si quando pugilum ludis arena conspersa videretur. Nouissime autem apud Romanos Orchestra Senatoribus dicata fuit, in qua honorificentiorum erant loca designata, propter commoditatem: vt inde, non solum verba et gestus, sed etiam pedum motiones, et vel minima quaeque conspicerent: proximus enim hic gradus erat pulpito scenae, de cuius compositione mox dicendum est.] *Positio, et Constructio Scenae in Theatro.*

Ante Theatrum, ceu frons quaedam ipsius, scena opposita fuit, pro re nata et agenda Comoedia aut Tragoedia exstructa: vno aut altero tantum die vsui futura: nisi fortasse ligneus apparatus in aliquot dies proferretur. Nam de scenis sumtuosis, et praeter consuetudinem supra modum luxuriantibus hic non intelligimus. In hunc autem modum disposita erat, quantum ego coniectura assequi

qui possum. *Scena* binis pluribusque contignationibus aut contabulationibus, si mauis, exstructa fuit: circa quas singula ambulacra, aut porticus columnis pluribus distinctae videbantur. Atque ea frons scenae appellata fuit. In cuiuslibet contignationis frontispicio, quod theatrum respiciebat, portae ingeniosissime depictae et exitus varii fuerunt, in quibus praesertim superiorum contignationum, Mimi, Mirmillones, et caeteri Ludii varios gestus ac gestulationes edebant, vnde *Scenici* proprie dicti. *Chorus* etiam, mea sententia, in iis superioribus contignationibus referebatur, dum agerentur Tragoediae, nisi mauis, post scenam in loco destinato fuisse chorum, et cantores ac tibicines, qui locus *Odeum*, ut puto, ob id vocabatur a cantibus. Sed in iis quoque locis fiebant et nebularam icones, et Deorum descensus, et caetera id genus, ad magnas et sumtuosas Comoedias apta. Existimo tamen in humili Comoedia non fuisse tantum apparatus. Ima scenae contignatio prominentiores exerebat columnas, veluti porticus quasdam latiores sub quibus casulae et rustica domicilia in nouis Comoediis, variis scenae locis constructa erant, vrbes quoque, et loca remotissima referebantur in Tragoediis: e quibus prodibant actores, et illuc quoque se referebant ad tempus. In eadem scenae parte excitatum fuit, quod *Podium* appellabant (etsi *Podium* in columnis id significare soleat, quod vocant *Petaste*) circa secundae porticus medium prominebat, ne noceret actoribus. Breue quoque fuit, et paucorum capax, idque fere videbatur referre, quod in aedificiis nobilioribus circa secundam praecipue contignationem prominere videmus ad fenestras, *Perronem* vulgus vocat, post *Pulpitum* extertum videbatur. Opertum erat tentorio quodam insigni, et quod ipsum vndecunq̄ ambiret, ut in eo secretius et magis abdite spectarent Principes, qui nonnunquam illuc se conferebant. Nam e *Podio* ludos ac Comoedias spectasse Neronem scribit *Tranquillus*. Dicitur aiunt, quod in eo spectatores aut etiam tibicines pedibus innixi essent, non sederent: vel quod in eo nonnunquam pedibus gesticularentur histriones in actuum commutatione. *Pulpitum* in *Scena*, (Graeci *λόγιον* vocabant,) locus erat, in quem prodibant actores e casulis aut domunculis suis scenicis, ad recitandum, nostri vocant *Eschaffault*. Fuit exactissime situm ante frontem scenae, et loco ipsius medio, qui theatri centro responderet, semper ligneum fuit, atque exemtile, etiam si *scena* structili materia constructa fuisset. Eximebaturque in *Athletarum* et *gladiatorum* spectaculis, *scena* nihilominus integra manente. Paulo altius videbatur ima scenae porticu, in qua actorum domos constitutas esse dicebamus: ad idem leniter adscendebant actores pronunciaturo: haut aequae longum fuit atque ipsa *scena*, altum tantum erat pedes quinque, ut qui in *Orchestra* federent, facilius pedum motiones et sin-

gulos agentium gestus perciperent. Id spatium quod vtrinque a Pulpito ad extremam Scenam vacuum relinquebatur, Graeci vocabant *Proscenium*, ne quis existimet fuisse scenae latera. *Periacta* vocarunt Graeci in scenis suis Turres, aut Machinas, trigonas habentes, vel triangulares, miro artificio constructas, in vno atque altero scenae latere positas, variis coloribus secundum angulos distinctas, versatiles: vt inter spectandum, dum animi ad histiones paullo attentiores essent, paulatim reuoluerentur, et modo rubrae, modo virides, aut alterius coloris apparerent: quae res non paruum oblectationem spectantibus afferebat. Hae, quum Fabularum mutationes erant futurae, seu Deorum aduentus cum tonitribus repentinis, versabantur, mutabantque speciem orationis in frontes. Ex iis proiecitios ignes vibrabant, in iis fingeant tenitrua, pluias, et quicquid in Tragoedia admiratione dignum fuit: sed hoc maxime in honorifico et sumtuoso Comoediarum aut Tragoediarum genere. Secundum *περιακτα*, nempe ad Scenae latera, itinera et *Verfurae* procurrentes erant, quarum vna efficiebat, vt actores a foro, altera, vt peregre prodire, aut illuc regredi viderentur. In media Scena *Valuae regiae* conformatae erant, circa quas vtrimque fuerunt composita *Hospitalia* quae vocat Vitruuius, e quibus actores prodiiisse puto. Omnium Scenarum, quas Romani in Theatro vnquam construxerunt, longe nobilissima fuit ea, quam *M. Scaurus* in aedilitate sua construxit. Eam triplicem fuisse refert Plinius, altitudine *ccclx* columnarum. *Ima* pars Scenae marmoreos habuit parietes, non facile dixerim sectos an solidis glebis politos. *Media* fuit e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriae. Summae tabulis inauratis columnae, imae duodequadragenae pedum. Signa cerea inter columnas fuerunt, tria millia numero. Sed et reliquus apparatus tantus Attalica veste, tabulis pictis, caeteroque choragio fuit, vt in Tusculanam villam reportatis quae superfluebant quotidiani vsus deliciis, incensa villa ab iratis seruis concremaretur ad sestertium millies. *Scenarum* autem (ait Vitruuius) genera sunt tria, vnum quod dicitur *Tragicum*, atque id omnium sumtuosissimum fuit: alterum *Comicum*: tertium *Satyricum*. Horum autem ornatus sunt inter se dissimiles, disparique ratione: *Tragicae* enim deformantur columnis, fastigiis et signis, reliquisque regalibus rebus. *Comicae* autem aedificiorum priuatorum et meniarum habent speciem, prospectusque fenestris dispositos, ad imitationem Communium aedificiorum. *Satyricae* vero ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, in topiarii operis speciem deformatis. Post Scenam *Porticus* erant constructae, quo quum imbres repentini ludos interpellauerant, actores se recipiebant ex Pulpito, aut in quibus vestium commutationes, et personarum indumenta adseruabantur.



tur. Ipsam autem personarum repraesentationem in Scena, atque adeo compositionem Comoediae, Graeci *Drama* vocarunt. Sed et Scenam vocant Comici, quicquid duae aut tres personae sermonis integri et absoluti colloquantur, illicque finit Scena, ubi aut aliqua persona introgreditur, aut alia ad forum, aut alibi ad vicinam currit. *Actus* autem plures scenas comprehendebat. Estque in Comoedia pars quodammodo absoluta et integra, nondum tamen rem omnem finiens: sed ita dimidiatam relinquens, ut respirent spectatores, et facilius commutetur, quicquid in reliquis Comoediae partibus superest: id autem *Actus commutare* dicebant. Interea Mimi dieteria et diuerbia referebant, recitabanturque nescio quae iucunda, quae populum alia oblectatione afficerent. In Comoedia vero plures erant huiusmodi *Actus*, secundum rei grauitatem, aut rationem. Comoediarum autem recitatio in Scena, *Actio* dicebatur: unde etiam qui agebant et Fabulas pronuntiabant, *Actores* dicti. Actio quoque ad orationis pronuntiationem transferitur; ut etiam ipsa oratio Rhetoris vel scripta vel pronuntiata Actio dicatur.

*Scenicorum Actorum diuersitas.*

In Scenam non solum Comoediarum aut Tragoediarum *Actores* (qui Tragoedi et Comoedi dicebantur) prodibant in spectaculum, sed etiam Mimi, Pantomimi, Archimimi, Ethologi, Ethopoei: omnes vno nomine *Hypocritae* (id est, alienae personae simulatores) dicti: et eorum actio, *Hypocrisis*, id est, alienae personae simulatio, Latinis *Histriones*, *Ludionesque*, aut etiam *Ludii* dicuntur. *Mimi* imitatores sunt gestuum, vocum, aut gressuum alicuius personae inter alias: cuius ridicula sit vox, aut aliud quidpiam. *Pantomimi* omnium personarum imitatores sunt effectoresque: ut et mulieres, et senes, et iuuenes, ac cuiuscumque aetatis personas confingant; etiam ita ex gestibus describunt, ut id quod aiunt videre videare. Huiusmodi sunt quos Itali *Buffones* vulgo vocant. *Archimimi* principes sunt histrionum, hoc est, inter histriones solertissimi et excellentissimi. *Ethologi* mimi, aut *Ethopoei*, morum sunt effectores, affectuumque cuiuscumque personae quam sustinent, aut quam agunt et referunt in Scena, unde *Ethopoeia*, morum alienorum imitatio: et *Ethici* pictores ac statuarii dicti, qui suas imagines ita depingunt, aut caelant, ut sensibus expressis prope modum spirent. *Thymelici* inter scenicos actores sunt, hoc est, Citharoedi, Citharistae, Lyristae, Tibicines. *Citharoedi*, qui et fidicines dicuntur, citharae accinebant. *Citharistae*, citharam tantum pulsabant, non autem accinebant. Huiusmodi Thymelici per orchestram praestabant actiones suas. *Ludii* siue *Ludiones* (ut iam dictum est) ii erant qui Comoediam recitabant. In ea enim recitanda mirum fuit artificium. Nam cantica temperabantur mo-

dis, non a Poeta, sed a perito artis musicae factis: neque enim omnia iisdem modis in vno cantico agebantur, sed saepe mutatis: vt significant, qui tres numeros in Comoediis ponunt, qui tres continent *Modos* cantici illius. Qui huiusmodi modos faciebant, nomen in principio Fabulae et Scriptoris, et Actoris superponebant. Huiusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, vt his auditis, multi ex populo ante discerent, quam Fabulam acturi scenici essent, quam omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pronunciaretur. Agebatur autem *Tibiis* paribus, aut imparibus; et dextris, aut sinistris. *Dextrae* autem tibiae sua grauitate seriam Comoediae dictionem pronunciabant. *Sinistrae* et *Serranae* acuminis lenitate iocum in Comoedia ostendebant. Vbi autem dextra, et sinistra acta Fabula inscribatur, mistim ioci et grauitates denunciabantur. *Mimi* aut Ludii, dum agebant, assumebant capiti personas, hoc est, confictas variarum personarum facies: vel reticulo denso facies obuelabant, ne agnoscerentur. Ita etiam instituti erant huiusmodi Histriones, aut Mimi, vt et corporis motus decentes facerent: denique etiam cantus ac prolationes secundum modos edocti erant, quae mirum in modum populum afficiebant. Hi simul coacti in quoque genere, aut cantantes, aut saltantes appellabantur *Chorus*: diuisi in duas partes, *Semichoria*, In actione autem Comoediae, eorum aliqui primas partes, alii secundas tenere dicebantur, pro variis actuum rationibus: eorum enim alii Prologum dicebant, alii in nuncios, exploratores, custodes, feruos, heroas, deos, senes, amatores, meretrices diuidebantur, personasque in orchestra assumebant, pro sua actione ac ludo.

*Apparatus Scenae in Vicis et Theatris.*

Apparabatur Scena apud antiquos Graecos in agris, verno tempore, cum aedificiis et habitationibus triplicibus, instructis culminibus, peripetasmatis, tapetibus, linteisque candidis. Additae postea sonantes pelues, ignesque manibus excussi: caernae quoque subterraneae ac putei confingebantur: figuris maris, tartari, fulminum, tonitruum, noctis, coeli, diei, regiarum, praetiorum, ingentes aulae, fornices ad viarum similitudinem. Apud Romanos *Aulaea* in Scena primum sternerentur quum primum pictus ille ornatus ex Attalica regia Roman perlatum fuit, velabaturque ipsa Scena *Sipariis*, quae posterior aetas pro auleis sumpsit, vt etiam siparia humi sterneret. Erat praeterea velum minutum quod populo obsistebat in Scena, dum actus commutabantur. In *Vicis* si fiebat Scena, arboribus in se cubantibus ac reflexis componebatur: quasi concamerata quaedam densatio, vt subterpositos tegere posset, vnde ab inumbratione dicta. In *Theatro* autem (vt iam dictum est) fiebat Scena, camerato contextu, binis pluribusque contignationibus exstructa. Picta erat vndique, suas domunculas habuit, in  
quas

quas pro ratione actuum alternatim se conferebant actores. Duas Aras utriusque habebat: dextram Liberi Patris; sinistram eius Dei, in cuius honorem ludi fiebant. Vnde illud: *Ex ara hinc sume verbenas*. Atque is demum erat scenae apparatus in Theatro.

*De Histrionibus et Mimis scenicis.*

Omnis Tragoediarum ac Comoediarum gratia, et Scenae decus, in *Histrionibus* consistebat. *Histriones* enim et *Mimi* in Scena Comoedias recensiebant secundum suos modos et cantica. Nam cantica, ut paullo ante docebamus, temperabantur modis, non a Poeta, sed a perito Artis Musicae factis, mutabanturque modi in vno cantico. Fiebant huiusmodi carmina ad tibias: ut his auditis multi ex populo ante discerent, quam Fabulam acturi essent scenici. Vnde illud est Ciceronis: *Non intelligo (inquit) quid metuar, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam*. *Tibicines* appellabantur qui huiusmodi cantica ad tibiam fundebant, antequam ageretur Comoedia, vel inter ipsos actus. Vnde illud Plauti: *Tibicen vos interea hic delectabit*. Ludiones autem et histriones ad tibicinis modos saltabant, et nonnihil etiam diuerbiorum pronuntiabant. Vnde Liuius: *Ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, aut indecoros morus more Thusco dabant*. Proprium enim ludiorum ac morionum erat motus decoros, ac gestus omnino decentes ostendere. Tibicinum autem erat decorum, modos, hoc est, mensuras in cantu obseruare, remissosque aut acutos, aut etiam graues facere pro arbitrio. In *Tragoedia* et *Satyra* sexdecim numero interueniebant *Moriones* et *Histriones*; in *Comoedia* etiam quatuor et viginti. Qui simul coacti in quolibet horum genere, vnamque rem agentes, ut iam dictum est, *Chorus* vocabantur: diuisi in duas partes, *Semichoria*: vbi autem gestus et cantus absoluerant suos, tum in partes plures diuidebantur: ut alii essent qui senes, alii qui amatores, mulierculas, seruos luderent, personifque ac vestium varietate induerentur, quemadmodum res exhibebat, ac moris erat apud eos.

*Amictus et Personae Histrionum scenicorum.*

Personati *Histriones* agebant Comoediam, neque agnoscebantur. Sed ita compositae ac conflatae erant personae, ut referrent id ipsum quod a mimo agebatur; liceretque sub ipsis vocem eius audire liberam. Nam quod nonnulli dicunt, *Histriones* tantum gestibus Comoediam egisse, non etiam viua prolatione, id minus mihi probandum esse videtur. Vestiebantur quoque *Histriones* pro ratione eorum, quos referebant, hoc est, vel seruorum, vel senum, vel alterius personae diuersis modis. *Senibus* Comici candidus vestitus dabatur, qui etiam antiquissimus fuisse memoratur. *Adolescentes* discolori veste contegebantur. *Serui* Comici amictu vestiebantur exiguo, paupertatis antiquae gratia, vel quo expeditius age-

agerent. *Parafiti* cum intortis palliis prodibant. *Milites* chlamyde purpurea utebantur. *Puellae* habitus erat peregrinus. *Leno* pallio varii coloris vestiebatur. *Meretricibus* dabantur *symmata*, hoc est, vestes expansae, et quae longius trahebantur: erant quoque plerumque lutei coloris, ob avaritiam. *Symmata* etiam, seu pulla gestabant luctuosa funeralibus, quae incuriam sui per negligentiam significabant. Sed si quando variandum in Comoediis erat, vestitusque commutandus pro affectibus, quos ex Comoediae actibus significabant, laetis vestitus dabatur candidus: aerumnosis obsoletus: diuiti quoque purpureus: pauperi phoenicius. Tragicum aut Tragoedi actores calceamentorum genere a Comoedis variabant, eoque discernabantur. Utebantur enim Tragicum in Theatro *Cothurnis*, quod tale genus erat calceamenti, ut dextro laeuoque pedi conueniret: caeterum altum et prominens, actoresque proceriores efficiens ac referens: varii coloris, et honestum atque elegans: usque ad suram plerumque deuinctum, more Punico. Comici actores, aut Comoedi in scenis foccis utebantur: quod calceamenti genus optime sub pallio conueniebat. Quemadmodum enim pauperum ac rusticorum vestimentum fuit Pallium, ita etiam *Soccus* altum fuit calceamentum rusticis proprium, propter imbres et lutum, atque hybernas pruinas. Eo calceamenti genere utebantur tam viri quam mulieres. Quintilianus: *Comoedia in cothurnos non assurgit: nec contra Tragoedia focco ingreditur.* Tragoedia enim, quum graue et magnum argumentum, magnasque et ingentes personas prae se ferret, cothurnis uti debuit. Comoediam autem, quum esset humilis, et rusticos proponeret in Scena, palliis et foccis commodius erat ornari. Quod praeterea de his rebus dici posse quispiam iudicabit, id in aliud tempus expectet necesse est: non enim hic omnia simul discutere nobis licuit, tum propter rei difficultatem, tum vero quia per negotia minus fuit commodum.

---

Compendia scripturae, quibus hic sumus vsi.

B. Bentleyus.	L. Lindenbrogius.
C. Calpurnius.	W. Westerhouius.
D. Donatus.	
E. Eugraphius.	Z. Zeunius.

---



TERENTII AFRI  
COMOEDIAE N. VI.

ANDRIA. EVNVCHVS.  
HEAVTONTIMORVMENOS.  
ADELPHOE. HECYRA.  
PHORMIO.  
FELICITER CALLIOPIO

.....  
Ita in MS. Regio.



C. SVLPITII APOLLIN.  
PERIOCHA IN TERENT.  
ANDRIAM.

**S**OROREM falso creditam meretriculae,  
Genere Andriae, Glycerium vitiat Pamphilus:  
Grauida que facta, dat fidem, vxorem sibi  
Fore hanc; nam aliam pater ei desponderat,  
Gnatam Chremetis: atque vt amorem comperit,  
Simulat futuras nuptias, cupiens suos  
Quid haberet animi filius cognoscere.  
Davi suafu non repugnat Pamphilus.  
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum  
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.  
Mox filiam Glycerium insperato agnitam,  
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

AELII DONATI, V. C. ORATORIS VRBIS  
ROMAE, PRAEFATIO IN ANDRIAM

TERENTII.

Comoedia Andria, cum Palliata sit, de loco nomen accepit, et a Menandro prius, et nunc ab ipso Terentio: qui, cum de Chrylide loqueretur, sic ait: *Hei vereor, ne quid Andria apporet mali.* et hoc commune vocabulum est et in Graeca, et in Latina lingua. Haec maiori ex parte motoria est, continetque aëlius amatorum adolescentium, et patrum piorum. Sunt ibi callidi serui, astutae ancillae, seueri senes, adolescentulae liberales. In hac primae partes senis Simonis sunt, secundae Dauis, tertiae Chremetis, et deinceps reliquorum. Prologus in hac acer inducitur, et in aduersarios non mediocriter exasperatus, sed tamen id subtiliter, vt omnia laceffitus facere videatur, ac dicere. Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophe pene tragica: et tamen repente ex his turbis in tranquillum peruenit. Haec prima aëta est ludis Megalensibus, M. Fulvio, et M. Glabrione, aedilibus Curulibus. Egerunt L. Attilius Praenestinus, et L. Ambinius Turpio: Modos fecit Flaccus, Claudii filius, ribiis paribus, dextris et sinistris. et est tota Graeca, edita M. Marcello, et Cn. Sulpitio Coff. pronunciataque est Andria Terentii, ob incognitum adhuc nomen Poetae, et minoris apud populum auctoritatis ac meriti. Diuerbiis authenticis lepide distincta est: et successu spectata prospero, hortamento Poetae fuit ad alias conscribendas. Initium autem *προτατικὸν πρόσωπον*, id est, aduentitiam personam recepit Sosiae, propter euoluendam argumenti obscuritatem. Persona autem protatica intelligitur, quae semel induta in principio fabulae, in nullis deinceps fabulae partibus adhibetur. Adnotandum sane, puellarum liberalium nullam orationem in proscenio induci, in comoedia Palliata, praeter inuocationem Iunonis Lucinae: quae et ipsa quoque post scenam fieri solet. (At vero loquitur in Heautont. Antiphila, puella liberalis, in Plauti Curc. Planeffium, et aliae alibi. Westerh.)

ARGVMENTVM.

CHREMES Atticus, pater Pasibulae et Philumenae, cum ex his duabus se Pasibulam perdidisse falso crederet, relictam Athenis, nec visam postea multo tempore, tanquam vnicam sibi putabat Philumenam, quam Charinus adolescens Atheniensis adamabat vnice, et sibi petebat vxorem. Sed pater eam Pamphilo

philo cuidam, Simonis filio, vltro desponderat: qui Pamphilus contra sororem Chryfidis, ac peregrinam tum creditam, Pasibulam supra dictam, alteram Chremetis filiam, sub nomine Glycerii, latenter sic amauit, vt ex ea filium suscepisset in scio patre. Qua re intellecta, commotus Sino pater Pamphili, dum per falsas nuptias tentat animum Pamphili, multis modis a Dauo ipse deluditur seruo; periculoque Charini et Pamphili motus error in fabula, vsque ad eum finem ductus est, dum Athenas veniens Andrius quidam Crito rem aperiat, et nodum fabulae solvat: per quem agnita Pasibula recipitur a parentibus, et traditur Pamphilo amanti: Philumena vero Charino despondetur, et traditur exoptanti. Perspecto argumento scire debemus hanc esse virtutem poëticam, vt a nouissimis argumenti rebus incipiens, initium fabulae et originem narratiue reddat spectatoribus, auctoremque praesentem sibi exhibeat, vbi finis est fabulae. Hunc enim orbem et circulum poëticae virtutis non modo secuti sunt tragici comicique auctores, sed Homerus etiam et Virgilius tenuerunt. Diuisionem actuum in Latinis fabulis internoscere difficile est. causam iam dudum demonstrauimus. Vnde autem, aut quomodo, quamuis aegre, tamen intelligi distinguere possint, est operae pretium dicere. Principio dicendum est, nullam personam egressam quinque, vltra exire posse. Sed iila re plerumque decipimur, quod personam, cum tacuerit, egressam falso putamus: quae nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus exspectat. Est igitur attente animaduertendum, vbi et quando scena vacua sit ab omnibus personis, vt in ea chorus, vel tibicen audiri possit: quod quum viderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere. Confundit saepe lectorem id, quod persona in superiori scena desinens, et in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingressa: quod ipsum experientes statim diiudicant de rerum ac temporum quantitate. potest enim fieri, vt et sit ingressa ac egressa, quam prae credimus de proscenio non recessisse. Possit autem quinto egredi personam, non et necesse esse dicimus, vt appareat vltra exire non posse; in Tragoedia et parcius exire, et solere pariter et licere. Primus actus in Andria narrationem Simonis apud Sossiam continet argumenti: quod populus hac occasione perdiscit mox querelam apud se Dauo de domino, et eiusdem cum domino verba: et rursus eiusdem serui deliberationem quid rerum gerat. Secundi actus haec sunt: Charini verba primo cum Byrrhia seruo, et post cum ipso Pamphilo de nuptiis Philumena: Dauo interuentus, et cum eo disputatio de nuptiis Pamphili: Pamphili sermo cum patre, dolo consentientis in nuptias: Byrrhia: verba: Dauo callida oratio

aduersum senem. Tertio actui haec attribuuntur: Myfidis cum obliuice colloquium, Dauo ac Simone audientibus: partus Glycerii suspectus seni, et Dauo apud eum fraudulenta fermocinatio: Simonis verba cum Chremete de nuptiis: Dauo perturbatio ac Pamphili. Quartum actum per haec intelligimus: prima Charini verba sunt indignantis, velut fidem sibi non seruata a Pamphilo: tum Myfidis verba apud Pamphilum, eiusdemque questus: Dauo administratio doli aduersus Chremetem. In quinto actu: Simonis et Chremetis prope iurgium disputatio: tum detectio fallaciarum Dauo: tum indignatio patris aduersus filium: tum Critonis interuentus: et per eum cognitio rebus in tranquillum res acta, ducentibus vxores, quas concupiuerant, Pamphilo et Charino. Illud non commouere nos debet, quod in horum actuum distinctione videntur de proscenio non discessisse personae quaedam; sed tenere debemus, ideo Terentium vicinitatis mentionem fecisse in principio, vt modico receptu et adesse et abesse personam intelligamus. Nihil ergo secus factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt.

---



---

## FABVLAE INTERLOCV- TORES.

BYRRHIA <i>seruus.</i>	GLYCERIVM <i>meretrix.</i>
CHARINVS <i>adolescens.</i>	LESBIA <i>obstetrix.</i>
CHREMES <i>senex.</i>	MYSIS <i>ancilla.</i>
CRITO <i>hospes.</i>	PAMPHILVS <i>adolescens.</i>
DAVVS <i>seruus.</i>	SIMO <i>senex.</i>
DROMO <i>lorarius.</i>	SOSIA <i>libertus.</i>


## IDIOMATA PERSONARVM PRAE- CIPVARVM.

Simo, *pius in filium, sed natura vehementior.* Pamphilus, *pius in patrem, sed fideliter amans, et cordatus vt adolescens.* Dauus, *vaser, ac spei pertinacis.* Charinus, *simplex, ac nullius consilii.* Byrrhia, *Dauo dissimillimus, desperandi auctor.* Crito, *pauper, sed ob probitatem impatiens contumeliae.* Chremes, *pius in filiam, alioqui Simonis dissimillimus, ingenio sedato et placido, componens omnia.* Mytis, *callida et herae amans.*

## RATIO NOMINVM.

Simo *dictus est a specie. Simi enim fere sunt iracundi.* Chremes, *παρὰ τὸ γρέμπτειν, quod senes russi expurgent pectus.* Pamphilus *a fideli amore.* Charinus *a beneuolentia animi.* Sotias, *quod seruatus in bello.* Dauus *a patria, opinor et Byrrhia, sicut et Mytis. Nam Mysi, quemadmodum Phryges, seruile genus erat.* Glycerium *a voluptate.* Lesbia *a patria.* Crito, *quod controuersiam dirimat.* Dromo *a cursu.*

---

  
**P V B L I I T E R E N T I I**  
**C A R T H A G I N I E N S I S A F R I**  
**A N D R I A.**

**ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO et M.**  
**GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT**  
**L. AMBIVIVS TVRPPIO, L. ATILIVS PRAE-**  
**NESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAV-**  
**DI FILIVS, TIBIIS PARIBVS DEXTRIS ET SI-**  
**NISTRIS. ET EST TOTA GRAECA. EDITA M.**  
**MARCELLO, CN. SVLPITIO COSS.**

PRO.

*Pub. Terentii Carthaginiensis* ]  
 Afferere hunc titulum Terentio  
 volui, quem in nonnullis exem-  
 plaribus ita conceptum reperi.  
 Itaque sic vocatur a Donato, et  
 a quibuscunque aliis vitam illius  
 descriptam habemus. Fuit alius  
 Terentius Libo, de quo in Pro-  
 legomenis: cuius fortet.n frag-  
 menta sunt, apud Varr. de LL.  
 lib. v. *Gaudiu sua si omnes ho-*  
*mines conferant vnum in locum,*  
*ramen mea exsuperet laetitia.* Et  
 Gellium Noct. Attic. lib. xviii.  
 c. xi. *Pallium face vt splendeat.*  
 At vero verba illa apud Festum  
 in Summussi: *Quod potes sile,*  
*cela, occulta, rege, tace, mussa,*  
*mane:* potius Caecilii, quam Te-  
 rentii esse puto. Ex Carthagi-  
 niensis vero huius sex, quae reli-  
 quae sunt, fabulis, quum pri-  
 mum in scenam producta esset  
 Andria, pronuntiata fuit *Andria*  
*Terentii*, vt et *Adelphoe*: quem-  
 admodum docet Donatus. At in  
 reliquis omnibus nomen aucto-

ris praepositum: quod scire nos,  
 suffecerit. Nam ita nunc quo-  
 que edi debere, futilis ratio ef-  
 fet. nec puto quemquam adeo  
 inepte religiosum, vt in hoc me  
 errasse dicat. L.

*Tibiis paribus dextris* ] In  
 quibusdam vett. *Tibiis parilibus*,  
 vt Mar. Victor in Genesi cap. i.  
*Noctem intercisae parilem fecere*  
*tenebrae.* Quae vero tibiis pa-  
 ribus vel imparibus acta dicatur,  
 explicat Diomedes lib. iii. *Cu-*  
*ius rei indicia produnt nobis au-*  
*riquae comoediae, in quibus inue-*  
*nimus,* acta tibiis paribus *aut*  
*imparibus, aut serranis.* *Quando*  
*enim chorus canebat choricis ti-*  
*biis, id est choraulicis, artifex*  
*concinebat; in canticis autem pi-*  
*zhaulicis respondebatur. Sed quod*  
*paribus tibiis aut imparibus in-*  
*venimus scriptum, hoc significat,*  
*quod, si quando monodio agebar,*  
*vnam tibiam inflabat, si quando*  
*synodio, vtramque.* Ex Donati  
 sen-

sententia Comoediae agebantur, tibiis; aut paribus dextris et sinistris, aut imparibus videlicet dextris Lydiis, sinistris ferranis. *Tibiae pares* erant, quae vno spiratu simul animabantur, vt clare nos docet Apuleius Floridor. 1. *Primus Hyagnis in canendo manus disceperat, primus duas tibiae vno spiritu animauit, primus lenis et dextris foraminibus, acuto finitu, graui bombo, concentum musicum miscuit.* Impares Festus dicit, numero foraminum discretas. De dexteris et sinistris Varro lib. 1. cap. 11. de Re rust. *Dextera tibia alia quam sinistra, ita vt tamen sit quodammodo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiua, altera succentiua.* Et paulo post: *est inferior, vt tibia sinistra a dextrae foraminibus.* At de Lydiis et Serranis variat Seruius a Donato. Eius haec verba Aeneid. lib. 1x. *Biforem dat tibia canum. Tibiae aut ferranae dicuntur, quae sunt pares, et aequales habent cauernas: aut Phrygiae, quae et impares sunt, et inaequales habent cauernas.* Ergo Biforem, dissonum dissimilemque. Non sunt pari modulatione compositae vt cum ait Varro: *Tibia Phrygia dextra vnum foramen habet sinistra duo: quorum vnum acutum sonum habet, alterum grauem.* Quod si Seruii sententia vera est, corrigenda, quae scribit Donatus in prolegomenis et argumentis ad Adelphos et Phormion. At si huius praeponderat, illius vero

inclinat, tum emendanda inscriptio Adelphi. et pro *ferranis* legendum *imparibus Lydiis*. quamvis exemplaria omnia Terentii, quotquot vidi, repugnent. Lydjarum tibiatarum plurimi veterum meminere: etiam Solinus, qui easdem quoque *Turarias* vocat cap. v. Atque ut hae comoediis adhibitae fuere, sic Ioniae Tragoediis. Athenaeus Dipnos. lib. xiv. pag. 629. *διόπερ εἰδὲ τὸ τῆς ἰατρῆς γένος ἀρμονίας, ἔτε ἀθηρόν, ἔτε ἰλαρόν ἐστι, ἀλλὰ ἀυσηρόν καὶ σκληρόν. ὅγκον δὲ ἔσχον ἐκ ἀγενῆ, διόπερ καὶ τῆ τραγωδίᾳ προσφιλέης ἡ ἀρμονία.* *Egerunt L. Ambinius*] De Aesopo Comoedo Cicero lib. vii. Epist. 101. ad famil. De Roscio idem lib. ix. ad famil. Ep. 173. et pro Archia. Diomedes Grammat. lib. 111. De vtroque Quintilian. Institut. lib. xi. cap. 3. *Roscio citatior, Aesopus grauior fuit: quod ille comoedias, hic tragoedias egit.* Horat. Epist. 1. lib. 2. *clamant periisse pudorem Cuncti pene patres, ea cum reprehendere coner, Quae grauis Aesopus, quae doctus Roscius egit.* Symmach. lib. 1. Epist. 25. *In comoediis summam quidem gloriam scriptores tulerunt. Roscio tamen, atque Ambinio, caeterisque actoribus fama non defuit.* Idem lib. x. Epist. 2. *Non idem bonos in pronuntiandis fabulis P. Pollioni, qui Ambinio fuit: neque par Aesopo et Roscio fama processit.* *Tota Graeca*] Palliata scilicet. In his enim, etiam si Latinae sint, Graeca omnia seruantur. Aeson. Paedian. in Diuinat. L.

## PROLOGVS.

Poeta

Cum omnes poetae virtutem oratoriam semper verbis exsequantur, tum magis duo viri apud Latinos, Virgilius et Terentius. Ex quibus, ut suspitio nostra est, magis Terentii virtus ad rationem Rhetoricae artis accedit: cuius potentiam per singulas comoedias, ut possumus, explicabimus. Ac prima nobis ea sit, quae et pueris semper est tradita. Andria igitur prologum habet. *Poeta cum primum animum ad scribendum appulit*] Omnis prologus triplici inducitur causa, vel ut argumentum fabulae possit exhibere, vel poetam populo commendare, vel ut a populo audientiam postulet: Sed his omnibus causis Terentius non ita usus est. Haec enim aduersarium, veterem poetam, Luscium Launium, cuius comoediae cum non placerent, semper maledictis aduersus comoedias Terentii pugnabat. Propter hunc igitur Terentius prologum semper inducit, ut eius maledictis respondeat. Quod si ita est, omnis prologus Terentii habet controuersiam. Andria igitur controuersiam tenet. Mos est uti ex Graeco in Latinum sermonem aliquid transferri liceat. Terentius comoediam Graecam Andriam cum transferret, adiunxit et Perinthiam, quae altera Graeca est comoedia. Fit ergo reus, quia non debuerat alteram comoedi-

am contingere, in comoediae alterius translatione. Ista haec controuersiae qualitas, an iuste fecerit. cuius argumenta sic persequitur, ut per absolutam qualitatem habitus semper fit in disputatione tractatus. Is omnino, ut dixi, duplex est. Si feci, iuste feci: et feci, quia licuit per exemplum. Sed prius exordium sumitur, quod propositum ita est, ut poetam populo commender. aliter enim beneuolentiam auditorum non potest comparare, nisi personae suae pudorem honestatemque declaret. Est igitur ad comparandam beneuolentiam sumtum principium. *Poeta cum primum animum*] Beneuolentia Rhetorica certe captatur ex nostra persona. Hoc supra positus verbis expositum est, cum docuit sibi pudorem propositum, et certam gloriam captaturum. Unde a persona aduersarii, cum eius impudentia declaratur, hoc subiunxit: *Verum multo aliter euenire intelligit. Nam in prologis scribundis operam abutitur: non qui argumentum narret, sed qui maleuoli veteris poetae maledictis respondeat.* Huc usque principium est habitum a nostra persona, et ab aduersariorum. sequitur propositio quaestionis: sed primo permissio. *Nunc quam rem vitio vortant*] Haec dicit quaestionem praemittens. proponit autem ita, ut cum argumento quaestionem soluat. Quaestionem

Poeta quum primum animum ad scribendum ap-  
pulis,

A 5

Id

onem proponere videtur, *Menander fecit Andriam et Perinthiam, qui vramuis etc.* quaestionem illam supra diximus esse, quia non debuerit ex duabus comoediis Graecis vnam Latinam scribere. Et huic respondit ita, quod liceat: ac primum vnam dicit: quamuis duae sint, quae inter se quoque quadam cognatione conueniant. Hoc enim dixit. *Menander fecit Andriam et Perinthiam; qui vramuis, recte nouerit, ambas nouerit: Non ita dissimili sunt argumento, et tamen dissimili oratione sunt factae ac stilo.* licet duae sint numero, in vnam tamen rationem conueniunt. Quod ita est: quae ex Perinthia in Andriam conueniunt, ad Andriam iure translatae sunt, vnde non videtur aliter fecisse, quam liceat. nam cum liceat ex vna comoedia Graeca vnam Latinam scribere, hic quodammodo ex Andria Graeca Andriam fecit Latinam: et quidem ex Perinthia tulit, quae in Andriam conuenirent. Igitur aduersarii id vituperare audent? Adiecit argumentum absolutae qualitatis, ut supra diximus, quia quae fecit, per exemplum fecit. *Qui cum hunc accusant, Naenium, Plautum, etc.* Et quoniam semper exemplis laborandum est, nec tamen sumamus: quae aliquando reprehensa sunt, adiecit: *quorum exoptat aemulari negligentiam po-*

*ius, quam istorum obscuram diligentiam.* Subiungit postea Epilogorum virtutem, ut liberatus a culpa terrere incipiat aduersarios: et honeste ostendit, aduersarios multa peccare, sed illa se nolle maledicere. Concludit a precibus, ut benevolentiam ab audientia populi petat. *Fauere.* simul pollicens quasi quiddam praemium de comoediis futuris, si fuerit libenter auditus. Hactenus controuersia tractata est. E.

I *Poeta quum primum animum ad scribendum appuliz*] Principium factum est a commendatione personae, quod prudens, quod honestus Terentius. Et honore maiore Poeta potius, quam Terentium dixit: ut illum hoc ipso, de quo laborat, nomine ornaret. *Poeta quum primum.* Omnis huius prologi intentio hoc agit, ut novo Poetae veniam paret, et veteri odium: et ut, quam maxime modestum, minimeque errantem Terentium probet. *Poeta quum primum animum ad scribendum appuliz.* Sensus hic est: Proposuerat quidem Poeta noster, ut in prologis argumenta narraret: sed hoc imputat Lucio Launio aduersario, qui eum facere non permittit, quod proposuerat, maledictis suis ad respondendum eundem prouocans. *Appuliz.* Appellere proprie dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad litus accessit.

Id sibi negoti credidit solum dari,  
 Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.  
 Verum aliter cuenire multo intelligit.

5 Nam in prologis scribundis operam abutitur,

Non

accesserit. Virg. (Aen. III, 715.) *Hinc me digressum vestris deus appulit oris. Appulit.* In secunda lectione *Arzuliz* fuit: sed *Appuliz* magis. Nam postea sic, *Animum ad uxorem appulit.* D.

*Poeta cum primum animum*] Sensus hic est; cum primo poeta comoediam scribere voluit, hoc tantummodo arbitratus est negoti sibi dari, vt placerent populo comoediae, quas fecisset. Ergo quod sequitur, *Verum aliter cuenire multo*, ille sensus est, vt hoc solum sibi crederet propositum, vt comoediae suae placerent. Et illud, vt aduersario debeat respondere. Ergo *In prologis scribendis operam abutitur*, hoc est, valde vtitur opera prologorum. Non vt argumentum narret, quod prologorum est semper officium: sed vt semper maleuoli poetae maledictis respondeat. Adiecit *veteris poetae*, quo facilius hominem, ex vetustate notare posset, qui cum vetustate commendatus non sit, et notus per maledicta, inuidere videatur. E.

2 *Negoti*] Modo pro molestia et cura, non labore. D.

3 *Populo vt placerent*] *Vt* ne non significat: nec est modo coniunctio. *Fabulas.* Ad *Fecisset* retulit *Fabulas*, non ad

*placere*nt. et est figura syllepsis. *Fecisset.* Bene *fecisset*, non *scripsisset.* Vnde et Poetae ἀπὸ τῆς ποιήσεως, id est a faciendo dicti sunt. Sic Virg. (Ecl. III, 86.) *Pollio et ipse facit noua carmina.* D.

4 *Verum aliter multo intelligit*] Sic Virg. (Ae. VII, 44.) *Maior rerum mihi nascitur ordo.* Et, *Maius opus moueo.* Non enim hoc se elegisse dicit, sed quali ex ordine ipso natum sibi esse. *Intelligit.* Quod credimus, plerumque falsum: quod intelligimus, certum est. *Aliter* autem contra significat. Virg. (Ae. II, 428.) *Diis aliter visum. Verum aliter multo intelligit.* Adeo nec praeparaue- rat, nec intenderat quenquam laedere, vt spe falsus, lacessitusque hoc faciat. D.

5 *Operam abutitur*] *Vt- mur* fructibus rei, quae ab amantibus saluo vsu nobis subministratur: *Abutimur*, quando deperdimus et rem et fructum. Nam vsui est ager, domus: abusui vinum, oleum, et caetera huiusmodi. Cicero, *Non debet* (inquit) *ea mulier, cui vir bonorum suorum vsu fructum legauit, cellis vinaris et oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere. vsus enim, non abusus legatus est, ea inter se sunt contraria.* Haec in *Topicis.* (cap. 3.) D.

Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli  
Veteris Poetae maledictis respondeat.

Nunc, quam rem vitio dent, quaeso, animum ad-  
uertite.

Menander fecit Andriam et Perinthiam.

10 Qui vtramuis recte norit, ambas nouerit.

Non

6 *Argumentum narret*] Quod vere prologi est officium. *Qui*, pro *vi*: ergo non est modo pronomen. *Sed qui maleuoli veteris Poetae*. Primum a natura, *maleuoli*: deinde a tempore, vel ab inuidia, *veteris*: a signo aemulationis, *poetae*. *Vetus* plerumque refertur ad laudem: interdum ad vituperationem, ut hic, et alibi, *Vetus*, *veterinosus*, *senex*. D.

7 *Veteris*] Pro cariosi et quasi rancidi posuit, atque ideo maleuoli: non criminibus, sed maledictis. Quid autem inter *maledictum* et *crimen* intersit, docet Cicero in Tusculanis. *Veteris*. Ratio inuidiae. *Poetae*. Causa infectionis. *Maledictis*. Criminatio aduersarii. *Veteris poetae*. Quia senex Lucius edebat fabulas, adolescentulo tunc Terentio. Et eleganter, *maleuoli veteris maledictis*: commendatio Poetae a persona aduersarii. *Respondeat*. Excusatio respondentis, quod non obsistat, sed respondeat. D.

8 *Nunc quam rem vitio dent*] Nunc animaduertite: an nunc vitio dent. Et oratorie quasi

multos facit, cum vnum supra dixerit. ut Virg. (Ae. XII, 60.) *Desiste manum committere Teucris. Nunc quam rem vitio*. Propositio est. *Quam*, qualem. *Vitio dent*. Vituperent, culpent. *Vituperare*, est male vitio dare etiam bona. *Aduertite*. Legitur et *attendite*. vnde manifestum est, et *aduertite* et *attendite* non esse plenum, nisi addideris *animum*. D.

*Quam rem vitio dent*] Hoc est, quam rem culpent et accusent. E.

9 *Menander fecit Andriam*] Narratio est; et proprie *fecit*. scribit enim Terentius, qui verba adhibet tantum: facit Menander, qui etiam argumentum componit. Sed saepe ad laudem Terentii, *Fecit*, pro eo quod est transfuit. D.

10 *Vtramuis*] Prima scena Perinthiae pene iisdem verbis, quibus Andria, scripta est; caetera dissimilia sunt, exceptis duobus locis, altero ad versus XI, altero ad versus XX, qui in vtraque fabula positi sunt. *Qui norit vnā, ambas nouerit*. Omnem rem vno versu nouerit. *Vtramuis*. Deest *barum*. D.

Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen  
Dissimili oratione sunt factae, ac stilo.

Quae conuenere in Andriam, ex Perinthia  
Fatetur transtulisse, atque usum pro suis.

15 Id

11 *Non ita dissimili sunt*] Ordo, Ita non sunt. Ergo ita subdistingendum. *Non ita dissimili sunt oratione. Ita* pro valde et caute: potuit enim dici, Quomodo ergo sunt duae dissimili oratione? *Ita*, ne Menandrum culpae videatur, *Ita* adiunxit, quod laudis est. *Sed tamen*. Discretio est a superioribus, et est ἀντιθέσις. Non enim supra posuit *quidem*. D.

*Non ita dissimili sunt*] Vult simile esse argumentum duarum comoediarum, non tamen plurimum dissimile. Et ne Menandrum accusare videatur, qui pene ex uno argumento duas comoedias fecerit: adiunxit, quod ad eius laudem maxime pertinebat, *Dissimili oratione ac stilo*. E.

Pro *sed* requirit metrum elegantiaque et. B.

12 *Oratione ac stilo*] *Oratio* in sensu est: *stilus* in verbis. *Oratio* ad res refertur: *stilus* ad verba. *Stilus* non est in tempore, sed prolata oratione. *Oratio* autem est et in cogitatione, et in prolato. *Orationem* in sen-

tentiis dicunt esse, stilum in verbis, argumentum in rebus. Ergo in poemate oratio est. D.

13 *Quae conuenere in Andriam*] Apparet non de industria, sed casu esse translata ea, quae ex Perinthia in Andriam eodem sensu, iisdemque verbis perscripta fuerunt. *Quae conuenere in Andriam*. Vnam ergo, non duas transtulit. *Quae conuenere in Andriam*. Quae apta et commoda fuerunt in Andriam Latinam, non Graecam, fatetur transtulisse. Sed quare se onerat Terentius, cum possit videri de vna transtulisse? Sic soluitur: Quia conscius sibi est, primam scenam de Perinthia esse translata, vbi senex ita cum vxore loquitur, vt apud Terentium cum liberto: at in Andria Menandri, solus senex est. D.

*Quae conuenere in Andriam*] Multa enim conueniunt. Haec igitur Terentius in Andriam transtulit. E.

Post Perinthia pone *hic*, ne Menander, sed Terentius ipse intelligatur. B.



- 15 Id isti vituperant factum; atque in eo disputant,  
Contaminari non decere fabulas.  
Faciunt nae intelligendo, vt nihil intelligant.  
Qui cum hunc accusant, Naeuium, Plautum, Ennium

Accu-

15 *Id isti vituperant factum]* *Isti*, ad reprehensionem sumitur personae: interdum rei reprehensionem significat: vt Virgilius, *Quid petis istis? Vituperant.* Vitium rei parant, *Disputant.* Immorantur, calumniantur, argumentantur. D.

16 *Contaminari]* Proprie *contaminare* est, manibus luto plenis aliquid attingere. et *contaminare*, attingere est, et polluere. Virgilius, *Linquere pollutum hospitium*, id est contaminatum. *Contaminari.* Tangi et relinqui polluta manu, ac per hoc velut foedari aut maculari: vt ipse ait: *Ne hoc gaudium contaminet vitam aegritudine aliqua.* *Contaminari non decere.* Id est, ex multis vnam non decere facere. D.

*Contaminari non decere]* Exemplar Bibliothecae Regis Galliar. *non debere.* L.

17 *Faciunt ne]* Ne quidam corripiunt, et cum interrogatione pronunciant, quidam producant. quorum alii *ne* pro *nec* accipiunt, id est, non. alii *ne* pro *valde*, vt: *Ne ego homo sum infelix.* et Cicero. *Ne illi vehementer errant.* Et hoc melius: nam statim infert, *Qui cum hunc ac-*

*casant, Naeuium, Plautum, Ennium accusant.* In singulis magna emphasis auctoritatis: sed ordo non est seruatus. Ennius namque ante Plautum fuit: sed quod est summae auctoritatis, Ennium vltimum dixit. *Ne.* Nimis, multum, plurimum. D.

*Faciunt ne intelligendo]* Hoc est, quasi plurimum intelligendo. E.

*Faciunt ne intelligendo]* Hieronym. Stridon. Epist. de optimo gen. interp. *Faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligant: et dum alienam imperitiam volunt arguere, suam produunt.* Cael. Sedul. ad Macedon. de opere Pasc. *Si qui tamen istud obiiciant, faciunt nec intelligendo vt nihil intelligant.* Vid. Charif. Sosp. lib. II. Diomed. lib. I. cap. 4. L.

*Nae* h. e. certe, profecto, cum repugnet sermoni ac sensui, mutandum est in *ne*, et cum interrogatione proferendum. B.

18 *Qui cum hunc]* Terentium, inquit, specialiter accusantes, nesciunt se bonis omnibus maledicere, quos ille imitatur: et argumentum est ab exemplo et auctoritate. D.

Accusant: quos hic noster auctores habet:

20 Quorum aemulari exoptat negligentiam  
Potius, quam istorum obscuram diligentiam.  
Dehinc ut quiescant, porro moneo, et desinant  
Maledicere, malefacta ne noscant sua.

Fauete, adeste aequo animo, et rem cognoscite,

25 Ut pernoscatis, et quid spei sit relliquum,

Post-

22 *Dehinc ut quiescant]* Recte: nam *quiescere* ille dicitur, qui est insolens et inquietus. *Porro.* Porro in futurum dixit. *Moneo.* Terribiliter dixit. Cicero, *Moneo, praedico, ante denuncio.* Liberatus culpa etiam terret, alibi etiam criminaturus aduersarios. D.

*Vt quiescant porro]* Hieronymum de vita cleric. *Obsecro ut quiescant et desinant maledicere: non enim ut aduersariis, sed ut amicis scripsimus. Ut pernoscatis]* MS. Reg. *Vt pernoscatis, quid sp. V. C. Ut et is pernoscatur quid* etc. L.

24 *Fauete]* Iam ad auditores conuertitur, a quibus fauorem captat. *Fauete.* Quasi dicat, Hoc aduersarii faciunt. Vos autem, quod in vobis est, fauete. Vos ergo fauorem facite. Et *Adeste*, non ut absentibus dicit, quippe qui corporibus praefecto erant: sed, intenti estote, fauete, silere. Sic et Pontifices dicunt, *Fauete linguis*, fauete verbis. Vnde Virgilius. *Ore fa-*

*uere omnes. Adeste.* Animis scilicet auxilium praebete: ut aduocatus reo dicitur adesse. *Aequo animo.* Ab honesto. *Et rem cognoscite.* A iusto. *Cognoscite.* Pernoscite. Sic dixit, *Cognoscite ut pernoscatis*, quemadmodum in Hecyra, *Orator ad vos venio ornatu prologi, Sinite exorator sim. Ut pernoscatis.]* Ab vili. D.

25 *Reliquum]* Sunt qui pro *relliquorum* accipiant: ut fit sensus: De hac fabula fumite specimen, ut sciatis an caeterae vobis spectandae sint. Non postmodum dictum alio prologo, *Alias cognostis eius, quaeso, hanc noscitate. Reliquum.* Quasi diceret, Postremum. ergo aduerbium est, id est τὸ λοιπὸν. Sed siue hoc *relliquum* dicit, siue *relliquum pro relliquorum*, geminato  $\alpha$  scribitur. D.

Est casca scriptura *et quid pro ecquid*: ita tamen ut *etquid* pro vno verbo veniat, et *quid* sit encliticum. Semel monuisse fat erit. B.

Posthac quas faciet de integro comoedias,  
Spectandae, an exigendae sint vobis prius.

## ACTVS PRIMI SCENA PRIMA.

SIMO. SOSIA.

Vos isthaec intro auferte: abite. Sofia,

Ades

26 *De integro*] Vtrum de-  
nuo, an ex integris Graecis?  
*Quas faciet comoedias.* Sylle-  
phis, vt supra. ad verbum enim  
*faiet* declinauit, non ad *spe-*  
*ctandae sint.* D.

*Quas faciet de integro*] Hoc  
est, de integro cum vnam Grae-  
cam in vnam Latinam transfule-  
rit. Nunc enim transfulit quasi  
duas. atque ex hoc videtur illud  
Terentius declarasse, quod fecerit,  
iure fecisse, et per exem-  
pla. Verumtamen iam non esse  
facturum, vt de duabus co-  
moediis vnam comoediam fa-  
ciat. E.

27 *Spectandae*] Proprie, vt  
fabulae, id est probandae. *Exi-*  
*gendae.* Excludendae. D.

*Spectandae*] Hoc est proban-  
dae. *Exigendae.* Foras mitten-  
dae. E.

*Spectandae an Exigendae*] Graeco more hoc dictum videri  
potest. quippe Athenis certi cen-  
sores suere, qui de Comicis et  
Comoediis iudicarunt. Notat hoc  
Zenobius ex Epicharmo in Ada-  
gio; ἐν πέντε κριτῶν γύνασι κείται.  
Vbi sic scribit. εἰρηται δὲ ἡ πα-  
ρομιλα παρόσον πέντε κριταὶ τὰς κω-

μικὰς ἔκρινον. Idem Suidas. Vid.  
Scholiast. Aristoph. in Aues. Et  
Hesych. in πέντε κριταὶ. Inde apud  
Iohan. Chrysof. orat. de Episcop.  
πρὸς τέρψιν ἀκρίειν ἐπιθίσθησαν οἱ  
πολλοὶ, καθάπερ τραγωδῶν, ἢ κι-  
θαρῶν καθήμενοι δικασταί. L.

I In hac scena haec virtus  
est, vt argumenti narratione ac-  
tio scenica videatur, vt sine fa-  
stidio longus sermo sit, ac seni-  
lis oratio. *Vos isthaec.* Haec sce-  
na pro argumenti narratione  
proponitur, in qua fundamenta  
fabulae iaciuntur: vt virtute Po-  
etae, sine officio prologi, vel  
θεῶν ἀπὸ μηχανῆς, et periocham  
comoediae populus teneat, et  
res agi magis, quam narrari vi-  
deatur. *Vos isthaec intro auferte:*  
*abite.* Molliter retenturus, et ex-  
perturus Sofiam, imperat vt re-  
maneat. addit etiam causam ali-  
is abeundi, dicendo *Isthaec intro*  
*auferte:* ne suspicionem iniici-  
at, Sofiam communicandi secreti  
causa remanuisse. Et bene, *Au-*  
*ferte: Auferimus* enim ea, quae  
cum fastidio cernimus: *Ferimus*  
ea, quae cum honore tractamus.  
Deinde quasi respicientes incre-  
pat, dicendo *Abite.* *Abite,* cita-

citatus legendum est: quia et respectantes properant, et discernit a Sotia. Sotiae persona proratica est. non enim usque ad finem perseverat: ut est Dauid in Phormione, in Hecyra Philotidis et Syrae. D.

Prima scena huius comoediae causam continet quasi deliberatiam, ubi certum consilium exploratumque mandat seruo dominus. Ne tamen hoc iniustum consilium sit, quod ex deliberatione videtur inuentum, ex narrationis partibus colligitur quod iustum. Habet quidem finem haec scena, imperium atque mandatum, quod seruo datur. Sed ne imperii atque mandati iniustitia sit, causae est consilium sumtum; ubi similiter qualitas est, an iniustum consilium sit. Sed iam ut ad speciem veniamus: mandat seruo dominus, bene ut assimilet nuptias. Consilium autem id est, et nunc id operando, per falsas nuptias vera obiurgandi causa sit, si deneget. Consilii ratio quaerenda est, quae supponitur sic. Filium credo amare meretricem. Haec ratio per coniecturam tractatur, an filius amet meretricem. Omnis igitur scena in hoc consumitur, ut argumentis coniecturalibus colligatur filium amare. Quare coniectura consilium suum probat, ut filium debeat obiurgare, si amat. Quo consilio probat et iustum declarat imperium, quo est seruo imperaturus, ut bene assimulet nuptias. Haec per singulorum capita ver-

suam plenius aperientur. Primum ne quid turpe dominus aduersus filium seruo mandare videatur. Siquidem ille filius, hic seruus est. Non illa vulgaris abiecta persona serui est, neque in conditione viuit, neque in turpi officio seruitutis, sed cuius animas et integritas fuerit per officia completa liberalis. Hoc igitur tangit Simo cum laudat seruum Sotiam: et dicit opus esse non arte, sed his potius rebus, quas in eo semper agnouit, fide et taciturnitate. Nam fides est, ut compleat quae mandat. Taciturnitas autem necessaria videtur, ut caueat. Sed parua laus data seruo videtur, quem coegit dominus imposita mandata seruire. Sed quoniam apud seruum bonum duntaxat potuit esse consideratio, quod dominus maior sibi, nescio quid, aduersus minorem dominum imperauerat. Cuius si non esset, imperium adolescentis aetatemque timere deberet; quia illi post senis mortem erat dominus futurus. Idcirco laborat senex. Primo in animum suum serui animos inclinare dicit. Ergo ex illo tempore, quo emtus seruus sit, se iusta et clementia sine duris laboribus imperasse. *Ego enim te emi a paruulo*, inquit. Vere enim praestat, quia ei praestat qui meretur. Nam circa iuuenem inofficiosum imperare fortasse imperantis est metus. Et cum dixit *a paruulo*, utique beneficiorum suorum longum tempus ostendit; deditque ei continua-

Adesdum: paucis te volo. So. dictum puta:  
Nempe vt curentur recte haec. Si. Imo aliud.

So. quid est,

Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?

- 5 Si. Nihil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro:  
Sed iis, quas semper in te intellexi fitas,  
Fide et taciturnitate. So. exspecto quid velis.

Si.

tinuationem praestandi. Hinc illud in Iugurthino(10): *Paruum ego te, Iugurtha, amisso patre, et sine spe, et sine opibus in meum regnum excepi.* Adiecit autem ad cumulum beneficiorum, non quod tantum bene feruierit, cum ei dominus clementiora quae fuerant, imperaret: sed quia ex seruo fecerit liberum. E.

2 *Adesdum*] *Ades*, imperatium est, *dum παρέλκον*: est enim productio, et adiectio syllabae: vt, *Ehodum ad me. Paucis te volo*] Deest *colloqui verbis*: et est figura ellipsis. *Dictum puta*] Ad hoc respondet, vt agi res videatur, quemadmodum supra diximus. D.

3 *Nempe vt curentur recte haec*] Diligenter coquantur. *Curatio*, proprie medicorum est, *cura*, reliquorum: sed coquina medicinae famulatrix (Mf. H. *adulatrix*) est. *Haec*] *δεικτικῶς*. *Nempe vt curentur*] Deest *vis*: vt sit, *nempe vis*. *Imo aliud*] Bene *ἀντέθηκεν τὸ ἴδιον*: et deest *volo*. D.

4 *Mea ars*] *Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς* dicta est per syncopam. *ἀρετῆ* autem virtus est. Virtutis vero quatuor generales sunt partes; Prudentia, Iustitia, Fortitudo, et Temperantia. (Mf. Hullst. pro *temperantia* legit *patientia*.) sed Prudentia in multis rebus descendit. *Efficere*] *Facere*, est in opere esse: sed *efficere*, perfectionem designat. D.

5 *Nihil istac opus est arte*] Mire ait, *arte opus* non est, sed *opus est artibus*. D.

6 *Sed his quas semper in te intellexi fitas*] Ipse hic signatissime ostendit, multas variasque artes esse, id est, *ἀρετὰς*, quae virtutes (Mf. Hullst. *virtutes vitae*) intelliguntur. *Sed his*] Zeugma a superiore, quod subauditur, artibus. *Sitas*] constitutas, positas. D.

7 *Fide et taciturnitate*] *Fides*, est commendatorum fida executio, vel obseruantia: *Taciturnitas* vero, obseruantiae genus, in silentio constituta, et in celando secreta. Quaerit autem

Si. Ego postquam te emi, a paruulo vt semper tibi  
 Apud me iusta et clemens fuerit seruitus,  
 10 Scis: feci, e seruo vt esses libertus mihi,

Propte-

autem taciturnitatem, ne prodat Pamphilo secretum, quod ei commendaturus est. Fidem, ad complenda: taciturnitatem, ad celanda mandata. *Exspecto*] *Exspecto*, desidero: vt Virgilius, (Aen. II, 283.) *Exspectate venis. Quid velis*] Deest, *scire*. (lege *dicere*, vel, *scire me*) nam si dixisset, *quod velis*, nihil desiderasset. D.

8 *Ego postquam*] Commendatio personae potius, quam serui: ne contra filium leui seruo aliquid committi indecore videatur. *Te emi a paruulo*] Tale est, *Paruulum ego te Iugurtha*. apud Sallust. (B. Iug. x.) *A paruulo*. Non enim a paruo, sed a paruulo. D.

9 *Iusta et clemens*] Ita dixit *iusta*: vt alibi, *Non necesse habeo omnia pro meo iure agere*. Quid enim non iustum domino in seruum? *Iusta*] In qua nihil iniquum iubetur: *Clemens*, in qua etiam de iusto multum remittitur. *Apud me iusta*] Id est, moderata, aequalis. cui contrarium ait Virgil. (Georg. I, 164.) *Et iniquo pondere rastris*. Et, (Georg. III, 347.) *Iniuisto sub fasce viam dum carpit*. Nam qui *iustam*, debitam nunc dici putant, nihil

afferunt ad iuandam sententiam. *Clemens fuerit seruitus*] Libertatem imputaturus, clementem intulit seruitutem. *Seruitus*] Mire *seruitutem* pro dominatu posuit. Sic Sallustius, *Dein seruili imperio patres plebem*. (Mf. Hulst. *Patres C.*) D.

10 *Scis*] hoc est, a paruulo scis. *Semper*] Continuationem significat *semper*. *Feci e seruo vt esses libertus mihi*] Dulcem libertatem fecit operatione et tractatione verborum, dicendo ex seruo libertum. non enim tantam haberet gratiam, si dixisset, *feci, libertus vt esses*, quam si dicat, *feci e seruo vt esses libertus*. ac si quis dicat, *feci vt esses sanus*: non tantam haberet gratiam, quam si dicat, *feci vt ex aegro sanus esses*. Et *mibi*, emphasin habet: quod mihi libertus factus sis, non filio. Aut ideo *mibi* additum est, quia libertus ad aliquid dicitur. (Verba inde ab *Auzideo* a Mf. Hulst. absunt. Lindenbr. tuetur *ad aliquid*. Malim, *ad aliquem*. Sensus enim esse videtur, libertum dici cum relatione ad Patronum: vt si dicas, Tiro libertus Ciceronis.) Et bene *mibi*, non *filio*: id est,

ne

Propterea quod seruebas liberaliter.

Quod habui summum pretium, persolui tibi.

So.

ne pertimesceret filium, cui nec liberti munus debeat. *E seruo*] Mire addit *e seruo*: ut vim beneficii exprimeret. *Scis, feci e seruo ut esses libertus mihi*] Hinc Virgil. (Aen. xii, 142.) *Nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro, Scis, ut te cunctis unam, quaecunque Larinae Magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile, Praetulerim, coelique libens in parte locarim.* D.

*Feci ex seruo ut esses libertus mihi*] Summum etenim pretium servientibus videtur esse libertas. Et quoniam omnis libertus patrono debet servitutem, ideo adiecit *mibi*, non Pamphilo, hoc est, non filio. Ut ille non crederet, licet libertum, se debere filio servitute. E.

11 *Liberaliter*] Bene: quia omne bonum libero aptum est, malum seruo. Idem alibi, *Factum a vobis duriter, immiseri-corditerque: atque etiam si est, pater, dicendum magis aperte, illiberaliter.* Et bene admonuit, cur dederit beneficium, eadem et nunc officia quaesiturus. Nunc enim dicit artificiose, quia supra ait, *Nihil ist-hac opus est arte. Seruebas*. Bene imperfecto tempore, non perfecto usus est: ut ostendat,

eum potuisse sibi etiam atque etiam seruire: quale est illud Virg. (Aen. vi, 114.) *Atque omnes pelagique minas, coelique ferebat Inualidus.* — Ut ostendat eum, quamvis inualidus esset, tamen adhuc potuisse laborem exercitiumque ferre. D.

*Quod seruebas liberaliter*] Pulchre hoc videtur adiunctum, ut non propter alias causas dominus dedisse videatur. Sed quia hanc semper habuerit in servitutis conditione voluntatem, liberaliter omnia, quae iussa fuerant, implere. E.

*Seruebas liberaliter*] V. C. *seruibas.* L.

Scribe *seruibas*, ut metro consultatur. Nec a veterum scriptura et pronuntiatione abhorret. B.

12 *Summum pretium*] Libertatem dicit. *Persolui tibi*] Quia *pretium* dixerat, *persolui* dixit proprie. *Persolui tibi.* Modeste pretium redditum dixit, non beneficium erogatura. (Lindendr. inuenit, *Beneficii prorogatum.* Mf. Hulst. *beneficium prerogatum.* Ed. Veneta 1490. *beneficium praerogatum.*) D.

*Summum pretium persolui tibi*] *Summum pretium* dixit libertatem. Et ita debitorem iam

So. In memoria habeo. Si. haud muto factum.

So. gaudeo.

Si

feruum ad domini officia fecit, sicut in seruo dominus quod habebat exsoluit. E.

*Summum pretium*]: Dio Prusaeus περι δουλείας. φασὶ τὴν ἐλευθερίαν μέγιστον τῶν ἀγαθῶν. Arrian. Epict. lib. III. cap. xxvi. ἀγαθῶν σοι δοκεῖ ἡ ἐλευθερία τὸ μέγιστον. Ulpian l. I. ff. de bon. libert. *Grande beneficium, quod in libertos conferitur, cum ex seruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur.* Iustinian. Imp. Instit. Qui et quibus ex caus. *Inaestimabilis libertas.* L. 106. ff. de reg. iur. *Libertas pecunia tui non potest, nec reparari potest.* l. 9. 2. §. ff. De statu liber. L.

13 *In memoria habeo*] Hoc est, non sum ingratus. *In memoria habeo.* Plus dixit, *in memoria habeo*, quam si dixisset, *scio*. Nam quae scimus, possumus obliuisci: quae uero memoriae commendamus, nunquam amittimus. *Haud muto factum*] Vetuste: non me poenitet. Nam si quid poeniteret, *infectum uelle* dicebant. an secundum ius, quod aduersus libertos ingratos est, ut in seruitutem reuocentur? sed hoc non conuenit senem dicere. Legitur et *multo*: hoc est, da-

mno, reprehendo. quod si est, sic intelligeretur, non nollem factum. Nemo enim potest factum infectum reddere. Sed admirabiliter (*aduerbialiter* ex Mf. et Excerpt. Reg. citat Lindenbr. Alii, *admirabiliter*, ut saepe loquitur Donatus. Utraque vox uidetur corrupta) dixit: ut dicimus, *nollem factum*, nollem hunc exitum. Ergo *haud muto factum*, non poenitet me facti. D.

*In memoria habeo*] Recte seruatum a seruo, ut in memoria habere diceret; neque enim domino referre gratias potest, nisi sola officiorum restitutio in memoria perseveraret. *Haud muto*] Mihi uidetur iuris rationem respicere. Ingratus enim libertus a patrono reuocari in seruitutem potest. *Gaudeo. si tibi quid feci*] Vehementer seruus se gaudere dixit, si ex factis suis domini reddiderit uoluntatem; et simul duo tempora coniunxit, ut non solum fecisse, sed et facturum esse declararet. E.

Cum Palmerio sic distinguendum esse censeo: *Haud muto*: (h. e. me non poenitet.) *So. Factum gaudeo.* B.



Si tibi quid feci, aut facio, quod placet, Simo:

- 15 Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.  
Sed mihi hoc molestum est: nam istaec commem-  
moratio

Quasi exprobratio, est immemoris beneficii.

Quin

14 *Si tibi quid feci, aut facio*] Et fecisse se, et adhuc facere ostendit, quamuis eum manumississet. (Lego: *quamuis iam manumissus esset.*) *Gaudeo si tibi quid feci, aut facio quod placeat*] Felicitatis est, vt ea quae facta, et facienda sunt, grata sint. *Quid* pro aliquid. D.

15 *Aduersum te*] Apud te, et penes te. *Aduersum* sine dubio praepositio est. *Aduersus* participium potest esse, ab eo quod est *aduerto*, sicut alibi. Ergo *aduersum te* dixit, pro apud te. D.

*Aduersum te*] Apud te intelligendum. Quidam enim, quoniam supra dixerat *quod seruiebas liberaliter*, hoc intelligunt, vt libere quoque diceret quae sentiebat. Has propterea voces ex libertate prolatas, in conuicium aut iniuriam secundum rationem veritatis proferret. Quod si ita est, dicta sunt a seruo contra dominum: idcirco intelligunt *aduersum te*, contra te. Sed melior est interpretatio superior. Est vero huc usque figura *αδρεισμός*, quod est congrega-

tio criminum vel beneficiorum ad commouendos animos. E.

*Aduersum te*] Priscian. lib. xiv. Non. Marcell. L.

16 *Istaec commemoratio*] Demosth. Ctesiph. τὸ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμνησκέναι μὲν δὲν ὀμδίον ἐστὶ τῷ ἀνευθύνειν. Cicero in Laelio: *Odiusum sane genus hominum officia exprobrantium, quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit.* Ausonius Symmacho: *Me et parentem, et amicum, et si quid utroque carius est, cariorem fuisse sensisti. Sed abeamus ab his; ne isthaec commemoratio ad illam Sotiae formidinem videatur accedere.* Conferendus cum hoc loco Terentii, consimilis alius apud Sallust. in Oratione Miscipsae, et Corn. Tacit. lib. iv. L.

17 *Exprobratio*] *Exprobratio* est commemoratio beneficii cum enumeratione factorum. *Quasi exprobratio*] Recte ostendit se in memoria habere. Sunt qui ad beneficium referunt *Immemor*: vt, (Virg. Aen. I, 4.) *Memorem Iunonis ob iram.* vt sit sensus: *Isthaec*

Quin tu vno verbo dic, quid est, quod me velis.

SI. Ita faciam. hoc primum in hac re praedico tibi;

20 Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae.

So. Cur simulas igitur? SI. rem omnem a principio audies;

Eo

commemoratio, quasi est exprobratio immemoris beneficii: id est, cuius nemo meminere. D.

*Quasi exprobratio est*] Beneficiorum commemoratio cum ostenditur, ingrati exprobratio dicitur. E.

Lege *immemori beneficii*. Datur enim leges linguae postulant et contexti ratio. B.

18 *Quin tu vno verbo*] Vno verbo, vno ἀξίωματι, vna sententia. Nam ἀξίωμα sententia est, vel enunciatio, vno verbo nexam continens et perfectam intelligentiam. ἀξίωμα enim constat ex nomine et verbo. Sed hic, quod est ἀξίωμα? hoc est, *Has bene vt assimules nuptias*. ergo omnis virtus, assimulatio est. *Quin tu vno verbo*. Vna sententia: vt in Adelphis: — *non meum illud verbum facio, quod tu, Mitio, Bene ac sapienter dixi dudum: vitium commune omnium est, Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus*. Nam male intelligit, qui putat *assimules* verbum significare. (Haec manifeste loco mota sunt, subiungenda eis, quae continuo sequuntur.) D.

19' *Ita faciam*] Hoc est, vno verbo dicam. et quod verbum promittit, ibi dicit, *Nunc tuum officium est, has bene vt assimules nuptias*. D.

*Primum in hac re praedico*] Antequam narrationem incipiat ponere, summam primo proponit, quae talis est: *Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae*. Partitur hic senex, eaque partitio triplex est. *Eo pacto et gnati vitam, et consilium meum cognosces, et quid facere in hac te re velim*. Ergo secundum supra diuisionem positam gnati vita cum exponitur, coniecturalia continet argumenta. Consilium cum exponitur, per qualitatem dicitur. *Quid facere in hac te re velim*. Similiter qualitatis ratione consistat. Vtraque autem qualitas negotialis est. Incipit primo nati vitam. E.

20 *Quas credis esse has*] Syllepsis. D.

21 *Cur simulas igitur?*] Virgil. (Ecl. 1, 27.) *quae tanta fuit Romam tibi causa videnti?* D.

Eo pacto et gnati vitam, et consilium meum  
Cognosces, et quid facere in hac re te velim.  
Nam is postquam excessit ex ephebis, Sofia,

25 Li-

22 *Eo Pacto*] *Pacto*, modo. quoniam antecedit pactum, modus sequitur. Ergo ab eo quod praecedit, id quod sequitur, (Mf. Hulst. *Ab eo, quod sequitur, id quod praecedit.*) dicit. *Et gnati vitam, et consilium meum cognosces: et quid facere in hac re*] Nam istae diuisiones sunt. *Gnati vitam*: quoniam diciturus est, *Nam is postquam excessit ex ephebis Sofia. Consilium meum*: quia diciturus est, *Et nunc id operam do.* D.

23 *Et quid facere in hac re te velim*] quia diciturus est, *Nunc tuum est officium. Et gnati vitam, et consilium meum cognosces, et quid facere in hac re te velim*] Tripartita distributio. *Et gnati vitam*] Vitam filii in duas partes diuidit in narratione: in ante actam bonam, et praesentem malam. Et incipit mala ibi, *Interea mulier quaedam.* Et bene actae vitae narratio ad eam rem valet, ut ostendat, quam iustus dolor patri sit spe decepto. (Mf. Hulst. *quam iuste doleat patri sic spe decepto.* Vtrum praefertur, ciccum non interdum.) D.

24 *Nam is*] Necessario *is* positum pro nomine ἀναφορὰ ad illud, *Gnati vitam*: nam si

non posuisset hoc pronomen, Sofia erat intelligendus. *Nam is*] Pamphilus. *Postquam excessit ex ephebis*] Argumenta per coniecturas. *Ex ephebis*] *Ephebia* prima aetas adolescentiae est: adolescentia est extrema pueritiae. *Excessit ex.* Cum sufficeret vnum. D.

*Nam is postquam excessit ex ephebis*] *Excessit ex ephebis*: tempus puerilis aetatis excessit. Hic argumenta coniecturalia diligenter debemus aduertere, quod Pamphilus videtur amare meretricem. Argumentorum loci traduntur alii esse artificiales, alii inartificiales. Et inartificiales quidem ex auctoritate sumuntur, vel opinione: artificiales vero aut a personis, aut a negotiis. Cum autem omne argumentum rei dubiae faciat fidem, his vel nostram, vel aduersariorum causam confirmamus, vel infirmamus. Quorum loci sumuntur ante rem quidem vnde agitur, a persona, a causa, a tempore, a loco, a materia, a modo, a ratione. In re vnde agitur, a toto, a parte, a specie, a differentia, a proprio, a diffinitione, a nomine. Circa rem vnde agitur, a simili, a dissimili, a pari, a contrario, a maiore, a minore, a prae-

25 *Liberius viuendi fuit potestas: nam antea  
Qui scire posses, aut ingenium noscere,  
Dum aetas, metus, magister prohibebant? So.  
ita est.*

SI. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,

Vt

a praecedente, ab eo quod est simul, a consequente. Post rem vero, ab euentu, a iudicatis. Qui loci ideo communes dicuntur, quia in omni genere causarum ex his argumenta duci possunt. Nam a personis consideratur patria, nomen, genus, corporis habitudo, mores, vita, amicitia, aetas, incessus, vultus. Vel aliter a persona nomen, natura, virtus, fortuna, habitus, affectio, studia, consilia, facta, casus et orationes. E.

*Excessit ex ephēbis*] Gloss. ἐφύβος *pubis*. Xenoph. lib. α. ἐξελθεῖν ἐξ ἐφύβων. *Plant. Mercat. Prol. Extemplo ex ephēbis postquam excesserit.* Idem Pseudol. *Edico omnibus, publi praesenti, in concione, omni populo.* Prudent. in *Cassian.* — *Discenti semper ephēbo.* L.

25 *Liberius*] *Liberius* non est comparatiuus gradus: non enim potuit libere ante viuere, dum aetas, metus, magister prohibebant. Ergo deest *aliquando*: vt fit, *aliquando liberius. Liberius viuendi*] deest ei. D.

Illud *liberius* cum non minus sententiae, quam metro officii-

at, muta in *libera*, posito in versu antecedente post *Sofia*, ac. Caeterum reliqua senis oratio, inde a verbis *nam*; ad *cobibebant* per parenthesin est intelligenda. B.

26 *Qui scire*] *Scimus* quod certum est: *Noscimus* quae adhuc incerta desideramus. (forte *consideramus*.) Idem alibi, *Forma in tenebris nosci non quita est.* D.

27 *Metus, Magister*] *Magister*, paedagogus. *Ita est*] Interdidit poeta, (lege, *Sofia*) ne solus Simo loqueretur. caeterum non erat respondendi locus necessarius. D.

Perpicuitatis ratio et numerus metri postulant post *Dum* pronomen *cum*. Atque pro *prohibebant* vsus loquendi Terentianus poscit *cobibebant*. B.

28 *Quod plerique omnes*] Haec adiectio dicitur, in primo posita loco. adiectiones vero, aut in prima parte orationis, aut in vltima adiciuntur. Hic ergo *plerique*, ex abundantia positum est: *omnes* vero, necessario additum est. Et alibi, *Calesces plus satis.* In vltimo, sicut, *Interea loci, interibi.* At-

ten-

Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos  
30 Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos:

Ho-

tendenda est sane locutio, *Quod plerique omnes*. Aut enim quod in quae vertendum est, ut sit, Quae plerique omnes. Aut quod ad singula eorum studiorum adiungendum erit, *Equos alere, canes ad venandum*. Aut certe erit figurata locutio, ut est illud: *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quam plurimis, et minime multos laedere: In his poeta hic nomen profertur suum*. Et alibi, *Aperite actutum ostium*. *Plerique omnes faciunt*] ἀρχαῖοις est. Nam errant, qui plerique παρέλκον intelligunt: aut qui subdistingunt plerique, et sic inferunt omnes. hoc enim pro vna parte orationis dixerunt veteres. Eodem modo Graeci πάνπολλα, et Latini plus satis. Naeuius in bello Punico, *Plerique omnes subiguntur sub suum iudicium*. Figurata Terentius, παρέλκον τῶ ἀρχαῖοις. *Quod plerique omnes faciunt*, pro, quae faciunt plerique adolescentuli. *Adolescentuli*] Bene diminutivae, ut propter aetatem facile ignoscatur. D.

*Plerique omnes*] Apud antiquos ista dictio ponebatur, ut omnes superuacuum fieret, et superior tantum sermo propriam significationem contingeret. E.

*Plerique omnes*] Attica locutio: Priscian. lib. 18. πλείονες δὴ πάντες τῆτο λέγουσι ἀνθρώποι. Vid. Seru. Aeneid. I. pag. 181. A. Gell. Noct. Att. lib. VIII. cap. XII. L.

29 *Adiungant*] alligent, aptent, aut accommodent. D.

30 *Aut equos alere, aut canes ad venandum*] Si et equos ad venandum alunt, quomodo et canes? quod multi docti improbant: et dicunt separata esse: et ad venandum extra orationem (Mf. Hult. extra rationem) pro ad venatum: ut, (Aen. IV, 117.) *Venatum Aeneas, vnaque miserrima Dido*. *Ad philosophos*] Ellipsis pulchra et familiaris Terentio. Nam possumus subaudire, audiendos, siue sectandos. *Ad philosophos*. Vitium est; quia dixit, *ad aliquod studium*. Aut si ad philosophos: separanda locutio est, sic, ut animum adiungant ad philosophos. D.

*Ad philosophos*] Ad sapientiam atque doctrinam. E.

*Canes ad venandum*] Horat. de arte. *Imberbis iuuenis tandem custode remozo Gaudet equis, canibusque*. Vbi hunc Terentii locum laudat Acro. Et quidem instituto veterum Atheniensium inter alias artes hisce quoque ludicris sese exerc-

Horum ille nihil egregie praeter caetera  
 Studebat: et tamen omnia haec mediocriter.  
 Gaudebam. So. non iniuria: nam id arbitror

Appri-

cebant nobiliores iuuenes. Aristotel. Politicor. VIII. Aristoph. Pluto. Isocrates Arcopag. τὰς δὲ βίον ἰκανὸν κερτημένους, περὶ τε ἰππικὴν, καὶ τὰ γυμνάσιαι, καὶ τὰ κυνηγέσιαι, καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἠγάγκασαν διατρέβειν: ad venaturam autem ideo, vti ad bellum munia redderentur, aptiores. ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἢ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι, Xenoph. lib. I. de infit. Cyri: et Athenaeus dipnos. lib. I. pag. 24. καὶ ἐπὶ κυνηγέσιαι δὲ ἐξῆσιν οἱ νέοι πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύων, καὶ ἐπὶ θήρας παντοίας, ἀφ' ὧν βρωμαλεώτεροι καὶ ὑγιεινότεροι διατέλουν. ὡς ὅτε πυργηδὸν σφέας αὐτὰς ἀρτύνουσι, καὶ ἀντίον ἰσάμενοι ἀκοντίζουσι. Nam et venationem Martis quoddam simulacrum vocarunt veteres. Aristides oratione in Mineruam pag. 69. Θῆραι τοίνυν καὶ κυνηγέσιαι ἐστὶ μὲν ἀπόλλωνος καὶ ἀρτέμιδος παιδία, καθίσταται δὲ εἰς τὸ προσήκειν τῇ θεῷ, δι' ἣν μὲν, ὅτι τῆς πολεμικῆς μόριον τέχνης ἐστὶ, μᾶλλον δὲ εἰκῶν. et quae sequuntur. L.

31 *Horum ille nihil egregie]* Est ergo figuratiuum: quod esset rectum, Quae plerique omnes faciunt adolescentuli, horum ille nihil egregie praeter

caetera studebat. *Egregie]* *Egregium* dicitur, quod ex grege eligitur. sed hic *egregie*, valde, nimis. non est ergo ad laudem positum. Haec, inquit, vt caetera similiter studebat. *Praeter caetera]* (Haec explicatione carent, quae haud dubie excidit. Reliqua ita legenda: **MEDIOCRITER**, Ergo non etc.) *Mediocriter*. ergo non extenuauit rem, sed ad laudem retulit. D.

*Nilil egregie praeter caetera]* Hoc est, omnia aequaliter. nihil amplius ante omnia. E.

*Nilil egregie]* Priscian. lib. VI. L.

33 *Gaudebam]* Non dixit *laudabam*, sed *gaudebam*. *Laudat* enim etiam alienus: *Gaudet* qui pater est. *Non iniuria]* Intempestiue Sofia respondet: sed prudentia tantae sententiae, compensauit importunitatem. D.

*Non iniuria]* Non sine causa, id est, iuste. Ius enim contrariam habet iniuriam. E.

• *Metri causa legi debet, nam id ego arbitror.* B.

Apprime in vita esse vtile, vt NE QUID NIMIS.

M I S.

35 SL.

34 *Apprime*] Adiectio est confirmationis. Vt] Admirabiliter dixit. *Vt ne quid nimis*] Sententia non incongrua seruo, quia est peruulgata. et non refertur ad personam domini dicentis: et de quo dicitur. an magis quia Sofiae conuenit eiusmodi character in verbis? *Ne quid nimis*] Deest *agas*: vt fit, *Ne quid nimis agas*. D.

*Vt ne quid nimis*] Quidam arguunt Terentium quod istam sententiam dixerit seruus, quam Sapientum summus ex septem protulisse dicitur. Quae quidem res non digna reprehensione. Nam primo omnium, in hominibus natura, id est sensus, aequalis est. Ita concipere et seruus potest cum virtutibus ingenium, quod omnibus sit aequale naturaliter attributum. Deinde fieri potest, vt ista sententia iam a Sapiente dicta percubuerit, et omnium in ore versetur. Non enim Terentius, vel quilibet alius, hanc comprehendit. Vnde et seruus, non tamen vt callidus, auditam rem potuit in sermonibus collocare. E.

*Apprime in vita*] Glossar. ἐν πρώτοις *Apprime, inprimis*. Priscian. lib. III. et xv. *Ne quid nimis*. Aureum sane dictum

et ab optimis quibusque auctoribus frequentissime usurpatum: quod Aristoteles Rhetoric. 3. Bianti, nonnulli Pittaco, alii Thaleti, vel Soloni, aut etiam Pythagorae, teste Diogen. Laertio, attribuunt. Alpheus Mitylenaeus Anthologiae, lib. I. c. 12. τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν ἄγαν μετέρπει. Euripides in Hippolyto: ἔτω τὸ λίαν γ' ἤσσαν ἐπαίνω τῆ μηδὲν ἄγαν. Pindarus apud Plutarchum: Σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος ἀνέσσαν περισσῶς. Menander: ἡ δὲ μεσότης ἐν πάνσιν ἀσφαλτέστερον. Idem: τὸ μηδὲν εἰκὴ πανταχῶ ἐστὶ χρήσιμον. Plutarch. in Camillo: ἡ δὲ ἐυλάβεια, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἀριστον. Dionys. Halicarnas. lib. VIII. pag. 529. ἔοικέ τε ἀλλήδες εἶναι τὸ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων λέγομενον φιλοσόφων, ὅτι μεσότητες εἰσιν, ἀλλ' ἐκ ἀκρότητες αἱ τῶν ἡθῶν ἀρεταί. Terentii locum laudat Aufonius in VII. Sophorum ludo: ἄριστον μέτρον, ἀν σὶν ὀπίσθινος ὁδός. *Dic. annuisti. gratiam habeo: persequar Per ordinem. Poeta, dixit isthoc loco Afer videtur vester, Vt ne quid nimis. Et noster quidam, μηδὲν ἄγαν.* Hieronymus Epistol. ad Deme- triad. *Philosophorum quoque sententia est, μεσότητας ἀρετὰς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι: quod Latinus ita potest sermo resonare:*

Mo-

35 SI. Sic vita erat: facile omnibus perferre ac pati,  
 Cum quibus erat cunq̄ue vna. iis sese dedere:  
 Eorum obsequii studiis: aduersus nemini:

Nun-

*Moderatas esse virtutes: excedentes modum atque mensuram, inter vitia deputari. Vnde et vnus de septem Sapientibus ἡδὲν ἄγχι, id est, Ne quid nimis. Quod tam celebre factum est, vt comico quoque versu expressum sit. Idem Epitaph. ad Nepotian. Augustinus de vita beata; Praeclarum est et non immerito diffamatur, hoc primum in vita esse vtile, vt ne quid nimis. Alcuinus de arte Rhetorica; pag. 379. KAR. Intellego Comicum illud prouerbum, non solum in moribus, sed etiam in verbis esse necessarium. ALC. Quodnam? KAR. Ne quid nimis. ALC. Est et vere, et in omni re necessarium. quia quicquid modum excedit, in vizio est: ideo virtutes in medio sunt positae. L.*

35. *Facile omnes perferre]* Latens argumentatio est, qua filiam ad meretricem commessisse errans pater, non ad corruptelam, sed ad obsequium amicorum crediderit. (Mf. H. duxerit. Vett. edd. quia filium ad meretricem commessisse narrat pater, non ad corruptelam filii, sed ad obsequium amicorum.) *Perferre ac pati]* Ferre, est cum certo tempore: Perferre, finem expectat effectus.

Feruntur onera, et sustinentur supplicia. *Perferre* medioeriter stultos, odiososque. *Cum quibus erat cunq̄ue.* Figura τὴν-αις. D.

*Sic vita erat: facile omnis]* Honestè pater narraturus vitam filii suspectam, docet praeterito tempore integritate viuendi obscuram tenuisse in suis moribus disciplinam. Ex quo ostendit sibi curam semper fuisse, vt filii vitam cognosceret. E.

Sententia adiuuanda est distinctione hac: *facile omnes perferre ac pati:* (sc. ignotos etiam) *cum quibus erat cunq̄ue vna, iis sese dedere;* (sodalibus.) B.

36 *Dedere]* Plus est *dedere*, quam *consentire*: quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt. *Dedere* ergo, pertinacibus. *His sese dedere]* *Dedere* se et obsequii superioribus: non aduersari paribus, non se praepone re inferioribus. D.

37 *Eorum obsequii studiis]* Commodior scilicet. (Alii *commodiorum scilicet.* lege: *commodis eorum, scilicet.* Studia enim *commoda* interpretatur,) *eorum obsequii studiis.* Talem esse Pamphilum, adiuuat argumen-

men-



Nunquam praeponens se illis: ita facillime

Sine inuidia laudem inuenias, et amicos pares.

40 So. Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore

OBSEQUIVM AMICOS, veritas odium parit.

SI.

mentum fabulae, simul et Charinum. D.

Verba *aduorsus* -- illis sunt interpolata putanda, ob tautologiam, quam efficiunt, et constructionem, quam turbant. B.

38 *Ita*] Deest faciens, volens, agens. *Vt facillime sine inuidia*] Sallustius (B. Jug. 6.) *Et cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esse.* D.

39 *Inuenias*] Secunda persona pro tertia: vt (Aen. IV; 401.) *Migrantis cernas.* D.

*Sine inuidia*] Priscian. lib. I. L.

40 *Nam hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit*] Improbatur a Sapientibus haec sententia. Nam obsequium assentator debet, veritatem amicus: sed in theatro dicitur, non in schola. D.

41 *Obsequium amicos*] Hic versus per improprium est; (Ita et R. Steph. edidit. sed nullo sensu. Lege: *perimpropius est.* Vnde adeo *sententia παράδοχος* dicitur. Sed idem legit ed. Argentinenfis.) *Veritas odium parit*] Falsum est autem quod Cicero dixit, *obsequium* primum dixisse Teren-

tium: (an id credidit Donatus propterea, quod Cicero de Amicit. cap. 24. *obsequium* dixit *verbum Terentianum.* Similiter putasse videtur Quintilian. Institutt. VIII, 3. *Cicero*, inquit, *putat, a Terentio primum dictum esse obsequium.* Haud dubie vero Cicero *verbum Terentianum* propterea vocat; quod idem verbum ex sententia Terentiana ter repetebat) cum et Plautus et Naevius ante dixerint: et est sententia παράδοχος, et magis theatro apta, quam officio, de qua Tullius multa dixit. *Obsequium amicos.* Sententia probabilis magis, quam necessaria et honesta. D.

*Hoc tempore obsequium*] Et ex hac sententia intelligi datur, seruum bonum esse atque sapientem. Ita et in superioribus et Sapientis est concessa sententia. *Hoc tempore* autem quod dixit, mihi videtur ad omnia tempora spectandum. Nunquam enim non valet ista sententia. E.

*Obsequium amicos*] Cicero in Laetio: *Sed nescio quomodo verum est, quod in Andria fami-*

SI. Interca mulier quaedam abhinc triennium  
Ex Andro commigravit huc vicinia,

Ino-

*familiaris meus Terentius dixit, Obsequium* etc. Tertullian. Apolog. cap. xiv. *Planc olim, id est, semper, veritas odio est.* Lactant. diuin. instit. lib. v. c. ix. *Tanti et tam pertinacis odii, quam potissimum causam esse dicamus? Virumne veritas odium parit, ut ait Poeta, quasi diuino spiritu instinctus.* Idem lib. v. cap. xxi. *Veritas, ut est verissime dictum, odium parit.* Sulpit. Seuerus de vita B. Martini lib. III. *Quia scholasticus es, non immerito te versu Cornici illius admonebo, Obsequium amicos, veritas odium parit.* Quinçilian. Instit. lib. viii. cap. v. Hieron. aduers. Pelagian. lib. i. In Epistol. ad Galat. lib. 2. cap. iv. Augustin. Epist. xviii. Cassiodor. de amicit. Ioh. Saresber. Epist. CLXXXVI. L.

42 *Interca*] *Interca* est, cum habet instantiam superiorum actorum. *Mulier quaedam*] Sic dixit, non quasi ignoraret nomen eius, paulo post Chrysidem nominaturus: sed ideo, ut gratam expectationem faciat, simulque lectorem audium nominis reddat. Ut Virgilius (Aen. II, 57.) paulo post nominaturus ait, *Ecce manus iuuenem interca post terga reuinentum.* *Interca mulier*] Hic de-

gressio est. nam proposuit gnati vitam dicere. *Abhinc triennium*] Artificiose dixit *triennium*, cum posset plus minusue temporis ponere: ut sit verisimile, vnum annum fuisse pudicae, parcaeque vitae: sequentem, conditionis acceptae: tertium, mortis. Primo ergo anno ignorata est domus Chrysidis Pamphilo: secundo, Glycerio cognitus: tertio, nupsit Glycerium Pamphilo, et pariter inuenit parentes. D.

*Interca mulier quaedam*] Et haec interposita narratio demonstrandae personae causa dicitur, quae ab oratoribus *digressio* nominatur: quoties a narrationis tenore in alia, narrandi necessitate, dilabimur. E.

43 *Huc vicinia*] *Vicina* παράλιον, huc loci, vel huc locorum. Legitur et *huic vicinia*. D.

*Huc vicinia*] In Regio exemplari *Huic vicinia*: quam lectionem veteres agnoscunt, Charilius, Priscianus, alii. Defumtus autem hic locus ex Antiphane videtur: ἐκ γειτόνων ἀντὶ κατοικίης τῶν ἰδῶν ἐταίρας εἰς ἔρωτ' ἀφικετο ἀσῆς, ἐρήμῃ δ' ἐπιτρόπῃ καὶ συγγενῶν. ἦθος τε χυρῶν πρὸς ἀρετὴν κεντιμένης. etc. L.

Notri codd. omnes vitiose legunt *huic vicinia*. B.

Inopia, et cognatorum negligentia

45 Coaëta, egregia forma, atque aetate integra.

So. Hec vereor, ne quid Andria apportet mali.

St. Primum haec pudice vitam, parce, ac duriter

Age-

44 *Inopia, et cognatorum negligentia*] Laudatis Pamphili morib. qui mox ducet uxorem, superest ut futurae quoque matronae, id est Glycerio, probitatem debitam pro persona reddat: quae quia honesta nunquam esse poterit, si sic eam constet ante nuptias impudicam ductam esse, partim defendenda, partim laudanda est Chrysis, cum qua commorata est: quam quoniam necesse est meretricem fateri, in conditione turpissimi nominis multum sumitur excusatio - voluntatis. *Et cognatorum*] Hic nos iam parat ad Critonis aduentum. D.

*Inopia, et cognatorum*] Quorum debuerat ope auxilioque fulciri. E.

45 *Egregia*] Id est eminenti, praestantique. *Atque aetate integra*] Integra est aetas, quae in flore consistit, cui neque addendum iam sit, neque quicquam adhuc sit imminutum. ut Virg. (Aen. IX, 255.) *integer aevi Ascanius*. Et contulit duo ad quaestum meretricium congrua. D.

*Egregia forma atque aetate*] Duo quae necessaria ad voluptatem fuerant, complexus

est: ut et vultus et aetas placere potuisset. E.

46 *Hec vereor, ne quid Andria apportet mali*] *Andria* mire: audiuit enim excessisse ex ephēbis Pamphilum, illatamque mentionem mulieris peregrinae, adolescentulae, pulchrae. *Ne quid Andria*] Eleganter, ex Andro. *Andria*, nomen ostendit et mulieris et fabulae. Et bene, *apportet*: quia *portare* ignotis est. D.

*Ei vereor, ne quid Andria*] Cautus seruus cum adolescentem sciret, timuit mulierem, et vultu et aetate laudabilem. E.

47 *Primum haec*] Defendit, ut diximus, vitam Chrysidis, ut potuerit apud eam recte morata esse Glycerium, quae ex argumento matrona erit. *Primum haec pudice*] Bene *haec* quidem, id est illa quae coaëta est. *Duriter*] Contra rationem regulae: debuit enim dicere *dure*, ab eo quod est *durus*. Et tamen est dislrentia. Est enim *duriter*, sine sensu laboris: *dure* autem, crudeliter, illud, ad laborem: hoc, ad faevitiam relatum est. Sed *dure* in alterum: *duriter* in nos aliquid facimus. D.

*Parce ac duriter*] Serui. Aeneid. vers. *exercet penso*. L.

Agebat, lana ac tela victum quaeritans:

Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,

50 Vnus et item alter, *ITA* vt ingenium est omnium

Homi-

48 *Lana ac tela*] Subdistingue *rela*: finis enim est laboris. *Victim quaeritans*] vt Virgil. (Aen. VIII, 408.) — *cum femina primum, Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua Impositum cinerem, et soporos suscitavit ignes.* Deinde finem laboris intulit, non cibum, sed victum. *Cibus* enim est, qui etiam delicatis praebetur. *Victus*, in paruis aridisque alimoniis est constitutus. Vnde Virgilius, (Aen. III, 648. *Victim infelicem, baccas lapidosaque corna Dant rami.* — Et post tantum laborem, *victim*, non cibum dixit, vt Virgilius, (Georg. II, 472.) *operum, paruoque, assueta iuuentus.* Et non *quaerens*, sed *quaeritans*, dixit. *Quaerit* enim, qui ad plenum et perpetuum reponit: *Quaeritans*, qui vix quotidie inquirendo victum inuenit. *Lana ac tela victim*] Artificiose, vt videatur pudice apud eam futura materfamilias educari posse, quam meretricem necessitas fecit. D.

49 *Sed postquam amans*] Amator tingere potest: Amans vere amat. D.

50 *Vnus et item alter*] Post vnum duo, ex quibus alter, vt sint tres; inquit enim post, *Nam bi tres rum simul amabant*: vt, *Alter ab undecimo.* (Virg. Ecl.

VIII, 39.) Ergo *alter*, non est secundus, sed tertius. *Vnus et item alter*] Id est plures: quaestus iam meretricius factus est. *Vt ingenium est omnium hominum*] Alia defensio Chrysidis: vt quae ante fecerat, ipsius sint: quae postea peccauerit, naturae hominum adscribantur. D.

*Vnus et item alter*] Hic arguto intellectu tres accipiuntur. Nam *vnus* vtique numerum suum ostendit: *alter* vero de duobus post vnum alter est. Ita si alter est, duo significat, et vnus praecessit. Quo interuentu soluitur, quod postea dictum est: *nam bi tres rum simul amabant.* Hoc et intelligi in Virg. (Ecl. VIII, 39.) volunt. *Alter ab undecimo rum me iam acceperat annus.* Undecim enim numerum suum habent. *Alter* vero, vt diximus, de duobus, hoc est, de duodecimo et tertio decimo. Vt ista copulatio, *Alter ab undecimo*, tertium decimum annum significet, qui vicinus est pubertati, quo verisimile fieret, illum Veneri potuisse seruire. E.

*Ingenium et omnium*] Seneca in Epist. Iuuenal. Saty. XIV. *dociles imitandis. Turpibus et prauis omnes sumus* Vbi a Scholiaste hic Terentii locus notatur. L.

Hominum, a labore proclive ad libidinem,  
 Accepit conditionem, dein quaestum occipit.

Qui

51 *Proclive*] *Proclive* est porro inclinatum, vel primum inclinatumque. D.

52 *Accepit conditionem*] Cum vno quaestum non est: cum altero non est: cum multis fit. *Conditionem*] *Conditio* est pactio, certam legem in se continens. D.

*Accepit conditionem*] Probavit scilicet quod offerebatur ab his. *Deinde quaestum occipit*] Deinde meretrix esse coepit. Cauta narratio. Docet se in omnibus filii factis semper adhibuisse curam et metum quam plurimum, ne in malos mores contubernio duceretur. Summis et officium paene seruorum, ut interrogaret seruos contubernialium, et diu quaereret de filii moribus: nec prius quiesceret, quam disciplinam integram reperiret. Quibus iam rebus fidem facit ad futuram quaestionem; ut verisimile videatur esse, quod motus est in filium iuste, qui semper de moribus inquisitionem habuerit: nec aliquando integra omnia reperiri potuerit iratus, eo quod Pamphilus amaret. Pulchre post interrogationem, nihil aliud a seruis videtur esse responsum, nisi de aliis amatoribus. Ne tamen seruorum respondentium calli-

ditas Pamphilum celare videretur, et ipse interrogabat, ut prudens seruus interrogatus de Pamphili nomine, facile actus eius possit exponere. Quamquam iam signum fuerat castitatis, inter amatores non (forte pro non legendum *tantum*) fuisse coenatum. E.

*Quaestum occipit*] *Quaestum* *πρόσος, πρόσδος*. Vnde *Quaestuarium*, quae rem corpore quaerit. Glossar. *Quaestuarium, πρακτική πρόσην*. Sic enim locus ille legendus, qui ab aliis neglectus. Vlpian. l. 43. §. 7. ff. de rit. nupt. *Lenas eas dicimus, quae mulieres quaestuarium prostituunt.* et §. 9. *Corpora quaestuarium*, ut l. 4. §. 2. ff. De his qui not. infam. *Quaestuarium mancipia*. B. Irenaeus aduers. haeres. cap. v. *Hic Selenen quandam, quam ipse a Tyro ciuitate Phoenices quaestuarium cum redemisset, secum circumducebat.* Tertul. de Spectac. *Fabri aut quaestuarium filius.* Tertullian. de cultu femin. cap. XII. *Thamar illa, quia se expinxerat et ornauerat, idcirco Iudae suspicioni visa est quaestui sedere, adeo quia sub velamento latebat, habitus qualitate quaestuarium mentiente, et fecit ut quaestuarium, et voluit, et compellauit, et factus est.* Plautus

C

et:

Qui tum illam amabant, forte, ita vt fit, filium  
Perduxere illuc, secum vt vna esset, meum.

- 55 Egomet continuo mecum; Certe captus est,  
Habet. obseruabam mane illorum feruulos  
Venienteis aut abeunteis: rogitabam, Heus puer,  
Dic sodes, quis heri Chryfidem habuit? Nam  
Andriae

Illi

etiam *Quaestuofam* dixit, in Mi-  
lit. *Sic quaestuofa, quae alat cor-  
pus corpore.* L.

54 *Perduxere*] Inuitum isse  
Pamphilum his verbis signifi-  
cat. *Perducuntur* enim neces-  
sitate coacti. Hoc etiam ver-  
bum iudices pronunciare so-  
lent. Et hoc est quod supra  
ait, *His sese dedere, eorum ob-  
sequi studiis. Vt vna esset, me-  
um*] Et producte legitur *esset*,  
vt cibum caperet, et correpte,  
vt alibi: *Essem vna quacum cu-  
piebam, Anzipho. Vna*] Simul,  
id est, vna cibum caperet. *Per-  
duxerunt illuc secum*] Secum  
duxere, vt secum esset. D.

55 *Egomet continuo mecum*] Bene *mecum*: vt appareat ni-  
hil temere constitutum, vel  
prolatum foras; hoc ipsum sa-  
tis quaesitum esse, quod statuit  
de falsis nuptiis, et infensus es-  
set filio. *Egomet continuo me-  
cum*] Deest voluebam, cogita-  
bam, versabam. *Captus est*] Tenetur et irretitur: ex trans-  
latione ferarum, atque venatus.  
*Certe*] Sine dubio: pro certo  
captus est: *ιδιωτισμός.* D.

*Certe captus est*] Serv. Ae-  
neid. 12. *Hoc habet, haec me-  
lior.* L.

56 *Habet*] Id est, vulnera-  
tus est. *Habet* enim qui per-  
cussus est: et proprie de gla-  
diatoribus dicitur: quia prius  
alii vident, quam ipsi sentiant,  
se percussos. *Habet*] Sic dici-  
tur de eo, qui letaliter vulnera-  
tus est. Virgilius, (Aen. XII.  
296.) *Hoc habet, haec melior  
magnis data victima diuis.* Er-  
go quid sequitur captum, nisi  
occidi? *Captus est*] Sallust.  
(Iug. I.) *Sin captus prauis cu-  
pidinibus. Obseruabam mane*] *Mane*  
aduerbialiter. *Obserua-  
bam*] Deest tamen: hoc est,  
quamuis captus erat, et haec  
tamen obseruabam. D.

57 *Rogitabam*] Non *roga-  
bam*, sed *rogitabam*: quia se-  
dulo faciebat. D.

58 *Dic, sodes*] *Dic*, impe-  
ratiuum est: ideo temperauit  
iniuriam blandimento. *sodes*,  
est autem, si audes; vt *sis*, si  
vis: nam delirat qui *εἰς ἑαυτὸν*  
inter-

Illiid erat nomen. So. teneo. Si, Phaedrum, aut Cliniam

60 Dicebant, aut Niceratum; nam hi tres tum simul Amabant. Eho, quid Pamphilus? Quid? symbolam

Dedit, coenauit. gaudebam. Item alio die

Quaerebam: comperiebam nihil ad Pamphilum

C 2

Quid-

interpretatur *fodes*. Dic *fodes*] exhortantis est vox, *Amabo*, *Rogo*. *Quis heri Chrysidem habuit? Nam Andriae illi id erat nomen*] Opportune nomen intulit Chrysidis. Et bene *illi*. quasi dicat, quam tu Andriam nominasti. *Nam Andriae illi id erat nomen*] Attico more, peregrinae mulieri a patria nomen imposuit. Et simul celebrat nomen Comoediae, dicendo, *Ex Andro commigravit*: et nunc, *Nam Andriae illi id erat nomen*. D.

59 Ob metri rationem, et auctoritatem Cod. Regii lege, *Phaedrum aut Cliniam aut Niceratum dicebant*. B.

61 *Quid? Symbolam dedit*] (Ms. Hult. interserit; *Non, QUID SYMBOLAM DEDIT?* sed) Subdistingue *Quid?* ut sit vox quaerentis, quid dicat de Pamphilo. *Symbolam dedit*] Mire; nulla pro Pamphilo negatio facti est posita: sed per puerilem simplicitatem omnia gesta narrata sunt, et quidem tacitum est, non celatum: sed ut non factum esse

ita videatur. *Eho, quid Pamphilus?*] Primo sic egit, ut de Pamphilo quaerere videretur. ad ultimum adiecit nomen: ne quid reliqui faceret. *Coenauit*] Caetera in gestu sunt quaerentis, quid dicat de Pamphilo, nec inuenientis. D.

*Quid? symbolam*] Ita MS, quomodo et Plautus in *Curcul. Symbolarum collatores apud forum piscarium*. Eubulus: ὅτις δ' ἐπὶ δεῖπνον ἢ φίλον τιν' ἢ ξένον καλέσας, ἔπειτα συμβολὰς ἐπέσῃξτο. etc. *Attinere*] V. C. *Attingere*. L.

62 *Item alio die*] *Item*, similiter. et vide, diligenter tempus adiectum; quasi non sufficeret vnus dies. D.

*Item alio die quaerebam*] Et hic perfenerat similiter senis diligentia, ne vnus diei iudicium circa disciplinam verum esse non possit. E.

63 *Comperiebam*] Vide si non verba patris sunt; et de rebus venereis circa filii mentionem agentis. *Nihil ad Pamphilum quidquam*] παρελκόν. nam abundat *quidquam*. nam, *nemὸς quisquam*, non dicitur. D.

Quidquam attinere. enimvero spectatum fatis  
 65 Putabam, et magnum exemplum continentiae.  
 Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi,  
 Neque commouetur animus in eare tamen,  
 Scias posse habere iam ipsum suae vitae modum.  
 Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia

70 Bo-

64 *Spectatum*] Ad Pamphilum, non ad exemplum referitur: et *spectatum*, probatum. D.

65 *Et magnum exemplum continentiae*] ὑπερβολή laudis, Pamphilus exemplum continentiae. D.

66 *Nam qui cum*] *Qui*, animus scilicet, aut certe homo subaudiendum. D.

*Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi*] Confirmat per sententiam vitam filii, et integram disciplinam. Negat esse melius eo ingenio, quod cum inter vitia versatur, suam teneat firmitatem. E.

67 *Animus*] Deest eius. *Cum ingeniis*] *Ingenia* pro hominibus posuit. *Conflictatur*] Id est, atteritur. *Conflictatio* est tactus corporum inuicem, et collisio. *Neque commouetur*] Vtrum animus, an homo? ut subaudiamus eius. *Neque animus commouetur*] Vtrum deest eius? An ordo est, qui animus cum ingeniis conflictatur eiusmodi, neque commouetur in ea

re tamen: ἀνεκώλυτον: eo quod non praemisso licet, vel *quantum*, subiecit tamen. Sallustius, (Fragmentum incerti libri) *Atque edita undique, iribus tamen cum muris et magnis turribus.* D.

68 *Suae vitae modum*] Moderationem, regimen. D.

Lege ex cod. Academico, ut iam in ic̄tu sit: *Scias posse iam habere.* B.

69 *Cum id mihi*] *Cum*, id est, praeterquam quod. *Tum vno ore omnes*] *Omnes*, ne pater amore falli videretur. et ideo mox ait, *Bene dissimularum amorem, et celatum indicat.* D.

*Cum id mihi placebat*] Probat filii vitam non iudicio suo tantum, ne videatur hoc fecisse amore: sed et testimonio ciuium caeterorum. Quae quidem res ad futuram quaestionem argumenta suggerit maxima. Nam similiter eius filius iudicio patris, et testimonio ciuium comprobatus est, quod nondum amare coeperit. E.



- 70 Rona dicere, et laudare fortunas meas,  
 Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.  
 Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes,  
 Vltro ad me venit, vnicam gnatam suam  
 Cum dote summa filio vxorem vt daret.
- 75 Placuit; despondi. hic nuptiis dictus est dies.

C 3

So.

70 *Laudare fortunas meas*] *εμφοτικώτερον fortunas*, quam *fortunam*. et de more. vt, (Aen. I, 610.) *Qui te tanti talem genuere parentes*. Et, (Aen. III, 480.) *Vade, ait, o felix nati pietate*. Et Plautus, (Bacch. III, 3, 51.) *Fortunatus qui illum eduxit sibi*. D.

*Laudare fortunas meas*] Vbi-que fortunae attribuit, quod boni filii sunt. vt et Sallustius. (Catil. 25.) *Praeterea viro atque liberis satis fortunata*. E.

72 *Hac fama*] An vere laudatus sit, singula haec pro argumentis sunt: et excusatio est, non esse stultitia falsum, sed impulsum. *Impulsus*] Bene *impulsus*: vltro enim venire impulsus est, qui daret contra officium foci. D.

*Quid verbis opus*] De moribus filii sui cum pronunciatum ciuibus diceret, magnum testimonium et Chremetis ponit, quod vltro venit, quod vnicam natam, quod cum dote summa filio promisit vxorem. Sequens enim videbatur, vt cum et ipse probatum filium sciret, opti-

mam conditionem matrimonii non repudiaret. Ergo cum dicit, *placuit*, Chremeti conditionem optimam declarabat. E.

73 *Vnicam gnatam suam*] Abundat quidem *suam*: sed tamen asseuerantius est. *Vnicam gnatam*] Quid si taedio multorum filiorum? at (lege *multarum filiarum? ait.*) vnicam. D.

*Chremes vltro ad me*] Hunc locum Seruius explicat Aeneid. vii. vers. 32. L.

74 *Cum dote summa*] Quid si pauper est? at cum dote summa. D.

75 *Placuit*] Cum pronunciatione, *placuit*. *Placuit*] *εὐρεψία*. adeo bona conditio fuit, vt quamuis vltro obiiceretur, tamen statim placeret. *Despondi*] Ex veteri more, quo spondebat etiam petitoris pater: vnde *sponsus* et *sponsa* dicitur. *Despondi*] proprie. nam de sponso dicitur, quia *spondet* puellae pater: *desponder*, adolescentis. *Hic dictus est Dies*] Vtrum constitutus? an dicatus? vt (Aen. VI, 138.) *Iunoni infernae dictus sacer*. D.

So. Quid obstat, cur non verae fiant? S I. audies.

Fere in diebus paucis, quibus haec acta sunt,

Chrysis vicina haec moritur. So. o factum bene!

Beasti; metui a Chryside. S I. ibi tum filius

80 Cum illis, qui amabant Chrysidem, vna aderat frequens;

Curabat vna funus, tristis interim,

Non-

76 Omnes codd. nostri habent, *Quid igitur obstat*. Recte, ob metrum. Deinde verbum *verae*, vt plane ineptum, dele. B.

77 *Fere in diebus paucis*] Ita omnes libb. tamen Charisius diuersam lectionem affert, lib. II. in voce *Ferre*. L.

78 *Chrysis*] Commemorat nunc quae esset Chrysis. *Vicina haec*] Supra enim ait, *Ex Andro commigraui huc viciniae*. *Vicina haec*] ἀνάκειμαι. *O factum bene*] Animaduerte, vbi-que a Poeta sic induci comicas mortes, vt cum ad necessitatem argumenti referantur, non sint tamen tragicae. Nam aut meretrix sumitur, aut senex, aut de duabus simul vxoribus vna vxor. Itaque huiusmodi obitus, aut mediocri tristitia excipitur, aut etiam gaudio. *O factum bene*] quasi qui dixerit, *Vereor ne quid Andria apporret mali*. *Beasti*] Artificiose quidem gaudium subiecit, ne mors in comoedia, luctus in tragoedia personaret. D.

79 *Merui a Chryside*] *Me-*

*ruo illum dico*, qui mihi ipse aliquid facturus est. *Timeo ab illo*, cuius causa possum aliquid mali pati, etiam si ipse nihilin me mali consulat. *Merui a Chryside*] ἀρχαίουδος. D.

*Beasti*] Beatum fecisti. E.

Tres codd. nostri habent, *Beasti; ei merui a Chryside*. Hanc lectionem comprobat Donati liber, auctoritas Prisciani, et sensus elegantia. B.

80 *Vna aderat frequens*] Vt supra, *Cum quibus erat cumque vna, his sese dedere*. *Aderat frequens*] Possumus enim adesse, et frequentes non esse, si praesentes non adhaeremus his, quibus adsumus; et *frequens*, vt miles apud signa. D.

81 *Curabat vna funus*] *Funus* est pompa exequiarum, dictum a funalibus. Etenim noctu efferebantur, propter sacrorum celebrationem diurnam. *Curabat vna funus*] Vt non potuerit in exequiis videre patrem. *Interim*] Descriptio est huius rei, quae ad narrationem pertinet superiorem. D.

Nonnunquam conlacrumabat. placuit tum id mihi.  
Sic cogitabam; Hic, paruae consuetudinis  
Causa, mortem huius tam fert familiariter:

85 Quid, si ipse amasset? quid hic mihi faciet patri?  
Haec ego putabam esse omnia humani ingeni,

C 4

Man-

82 *Nonnunquam conlacrumabat*] Illis enim magis causa flendi fuerat, qui, quam amabant, amiserant. hic amore propter suam Glycerium conlacrumabat, qui alienis lacrymis suas commodabat. D.

*Nonnunquam conlacrumabat*] Has lacrymas fundebat Pamphilus propter eam familiaritatem, quam habebat ex coniunctione eius mulieris, quae Chrysidis carissima fuerat. Sed quoniam Chrysis mortua, salua autem illa quam diligebat, ideo nonnunquam conlacrumabat, id est, cum aliorum lacrymis suas quoque miscbat. E.

83 *Sic cogitabam*] Ac si diceret, hoc cogitabam. sensum tantum cogitationis dicere debuit: sed quia *sic cogitabam* dixit, ipsum gestum cogitantis exponit, et dicitur *μυμως*. *Hic paruae consuetudinis causam*] Hoc est, coniuuii tantum: et quia dixerat puer, hoc solum egisse Pamphilum, nihil aliud, *Symbolam dedit, coenauit*. D.

84 *Tam fert familiariter*] Id est, grauitur. Nam quae nobis sunt familiaria, grauiora sunt animo nostro. *Familiariter*]

quasi familiaris: an potius familiariter. D.

*Huius mortem tam fert familiariter*] Hoc est, sic dolet ut familiaris. L.

85 *Quid hic mihi faciet patri?*] *Mibi*, circa me. Et postquam *mibi* dixit, pondus intulit nominis, dicendo *patri*. *Quid hic mihi*] Vide quam venuste repetierit *hic*. D.

*Quid hic mihi faciet patri*] Cicero lib. IX. Epist. VII. ad Famil. L.

Lego, *quid mihi hic*. B.

86 *Haec ego putabam*] *Putare* est eius, qui simplicitate pectoris aberrauit. Cicero, (pro Ligar. IO.) *Non putauit, lapsus est*. *Haec ego putabam*] Cum adhuc nihil peccationis ostenderit, tamen dolor in futura prorumpit: ut, (Aen. II, 344.) *Et uener auxilium Priamo, Phrygiisque ferebat*. *Humani ingeni*] Circa Chrysidem. D.

*Haec ego putabam esse omnia humani ingenii*] Cum nondum argumentum aliquod officium malae ostenderat disciplinae, tamen dolor iam futura prorupit, cum esset admonitus falsa fuisse, quae ante credebatur pietatis indicia. E.

Manfuetique animi officia. quid multis moror?  
 Egomet quoque eius causa in funus prodeo,  
 Nihil suspicans etiam mali. So. hem, quid est?  
 Si. scies.

90 Effertur: imus. Interea inter mulieres,  
 Quae ibi aderant, forte vnam adspicio adolefcen-  
 tulam,

For-

87 *Manfueti*] Circa ami-  
 cos. *Egomet quoque*] Vt et  
 ipse Pamphilus, aut etiam ego,  
 quem minus crederes. D.

88 *Eius causa*] Eiusdem man-  
 fuetudinis et humanitatis, et  
 eius Pamphili. *In funus pro-  
 deo*] *In funus*, in pompam ex-  
 equiarum: quod a funalibus  
 dictum est, id est vncis vel cu-  
 neis candelaborum, quibus de-  
 libuti funes, et \* in genu ce-  
 rei fomites infiguntur. (lege,  
*Quod a funalibus dictum est ad-  
 uncis, vel cuneis candelaborum,  
 quibus delibuti funes, et ingen-  
 tes cerei fomites infiguntur.*  
 D.

*Egomet quoque eius causa*]  
 Vt, quoniam filium perspex-  
 ram praebere ei lacrymas, quam  
 non diligebat, ego quoque of-  
 ficiam obsequiumque praesta-  
 rem. *In funus prodeo*] Hoc  
 est, in obsequium funeris. E.

89 *Nihil suspicans etiam  
 mali*] Bene suspendit audito-  
 rem. *Etiam*] Alia est suspen-  
 sio audientis, et excusatio alia.  
*Etiam*] Adhuc. D.

*Nihil suspicans etiam mali*]  
 Hic auditorem mali interposi-  
 tione suspendit, qui mitiori  
 narratione tenebatur. E.

Tres codd. legunt, *Hem,  
 quid id est.* Recte, vt vitetur  
 Trochaeus, qui hic minus pla-  
 cet. B.

90 *Effertur*] ἐκφέρεται. Grae-  
 cum est. quod vitans Virgilius,  
 ne diceret *effertur*, inquit, (Ge-  
 org. II, 255.) *tum corpora lu-  
 ce carentum Exportant rectis,  
 et tristia funera ducunt. Efferrī*  
 proprie dicuntur cadauera mor-  
 tuorum: et *ire* proprie ad exequi-  
 as. Virg. (Aen. XI, 24.) *Ite,  
 ait, egregias animas, quae san-  
 guine nobis Hanc patriam pe-  
 perere.* — D.

91 *Vnam adspicio*] Ex con-  
 suetudine dicit *vnam*, vt dici-  
 mus, *Vnus est adolefcens.* tolle  
*vnam*, et ita fiet, vt sensui nihil  
 desit: sed consuetudo mirantis  
 non erit expressa. *Vnam* ergo  
 τῆ ἰδιότητι dixit: vel *vnam*,  
 pro quadam. *Adolefcentulam  
 forma et vultu*] Et hic duo  
 sunt, et aetas et forma, quibus  
 addi-

Forma, So. bona fortasse. Si. et vultu, Sofia,  
Adeo modesto, adeo venusto, vt nihil supra.  
Quia tum mihi lamentari praeter caeteras

C 5

95 Vifa

additur pudor, quia meretrix non est. D.

*Adspicio adolescentulam forma]* Et hic similiter duo tetigit: aetatem, quod *adolescentulam* dicit: et vultum, quod *formam* posuit. E.

92 *Forma et vultu]* Forma immobilis est et naturalis: vultus, mouetur et fingitur. *Et vultu, Sofia, adeo modesto]* Quia formae laudatio cum meretrice commissa (forte *communis*) est, progreditur artifex Poeta ad laudanda ea, quae honestiora sunt, quam forma. *Et vultu Sofia]* Quid hic deest, vt eam nurum dignetur Simo, nisi sola cognitio? et formam probat in puella Pamphili pater, et matronalem modestiam miratur in vultu, et venustatem stupet. Nonne ergo iam cernimus hoc praestruxisse Terentium, vt cum Chremetis filiam esse cognouerit Simo, hanc potius eligat, quam Philumenam, nurum? quanquam ex fororis pulchritudine, et amore Charini, et Dauis laudatione, id ipsum quoque probe monstrauerit nobis. *Vultu]* Haec laus adiuvat post cognitionem futuram nurum. D.

*Et vultu Sofia]* Quasi tertium, videtur adiecisse vultum.

Namque forma naturalis facies: Vultus vero animi motus, faciei ad tempus aptatus. E.

*Bona* ad Simonis orationem referendum cenleo [propterea, quod ratio non constat, cur Sofia, rei ignarus, de *bona* forma potius, quam de *mediocri* harioletur. Itaque *fortasse* absolute positum, est consentientis quidem, sed dubitanter et tepide. B.

93 *Adeo modesto, adeo venusto]* *Modestus*, ad probitatem vultus, et morum pertinet: *Venustus*, ad naturam corporis. Atque adeo sibi vultum fingere multi possunt: formam nemo. *Vt nihil supra]* *ἔλλειψις* Terentiana. nam non necesse est subiungere duos versus. (forte *duas voces*.) *Quia tum mihi]* Excusatio necessaria. D.

*Adeo modesto]* Discrepant exemplaria Prisciani lib. xiv. *Adeo modesta, adeo venusta. L.*

94 *Praeter caeteras]* Id est, plus quam caeterae. D.

*Quia tum]* V. C. *Quae tum. L.*

Nostri codd. summo consensu et Edd. priscae pro *Quia tum* legunt *Quae tum*. Vera lectio est *Quae cum*. Nam *tum quorsum* pertineat, non *video*. B.

- 95 Visa est; et quia erat forma praeter caeteras  
 Honesta et liberali: accedo ad pedisequas;  
 Quae sit, rogo. Sororem esse aiunt Chrysidis.  
 Percussit illico animum: at at! hoc illud est,  
 Hinc illae lacrymae; haec illast misericordia.
- 100 SO. Quam timeo, quorsum evadas. SI. funus  
 interim  
 Procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus:

In

95 *Honesta ac liberali*] *Honesta*, ad formam: *Liberali*, ad vultum retulit. D.

98 *Percussit*] Hoc est, suspicio, vel aliquid tale. *At at*] Interiectio admirantis. *Hoc illud*] δεικτικὸν eius rei est, quam in animo conceperamus. Virgilius, *Hoc illud germana fuit*. D.

*Percussit illico animum*] cum formam vidissem, cum lacrymas perspexissem, cum Chrysidis sororem hanc cognovissem, sum nescio quid, inquit, continuo suspicatus. *Hoc illud est, hinc illae lacrymae*] Hinc illa sunt argumenta coniecturalia, quae supra diximus; verisimile esse filium amare meretricem, quod tam familiariter ad Chrysidem se applicarat, quod eius tam familiariter flet interitum. Hoc est enim quod dixit, *Hinc illae lacrymae*. Sed quoniam adhuc parva suspicio est, adiecit argumenta. E.

*Percussit illico*] ita Donatus et vet. omnes. Vulg. *Percussit*. L.

99 *Hinc illae lacrymae*] *Hinc*, ex hac causa. D.

Pro *Hinc* lege *Haec*. Nam

praeterquam quod tres codd. ita legunt, aliter versus sustentari nequit, nisi amplexaris archaismum *Haec* pro *Hae*. B.

100 *Quam timeo*] Non videtur adhuc Sotiae plenum amoris argumentum; adeo pendet ad ea quae diciturus est Simo. *Evadas*] Id est exeat, vel peruenias. *Funus procedit*] *Funus* a funalibus dictum est, ut supra notauimus; et est funus, pompa exequiarum. Et bene, *funus procedit, nos sequimur*, dixit, quasi post ipsam morituri: unde *exequiae* dicuntur. *Funus interim procedit*] ἀσύνδετον. D.

101 *Ad sepulchrum*] *Sepulchrum* κατ' ἀντίφρασιν dicimus, quod sine re pulchra sit. an quod ibi sine pulsu sint, id est, mortui? an quod illic animae a viuis sepeliantur, id est separantur? Et sepulchrum dixit futurum, non quod iam esset. *Sepulchrum* enim a sepeliendo dictum. Virgilius proprie, (Aen. VI, 232.) *At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum imposuit*.

In

In ignem posita est: fietur. Interea haec soror,  
 Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius;  
 Satis cum periclo. Ibi tum exanimatus Pamphilus  
 105 Bene dissimulatum amorem et celatum indicat.

Accur-

*In ignem posita est*] *ἔλεψις*. non enim est *quae*. Et mire. cum funus supra dixerit. *Fle-tur*] Hic paene impersonaliter, fietur ab omnibus. Extremae nim quaeque mortuorum omnes commouent ad lacrymas. D.

102 *Haec soror*] Id est, quam dixi esse sororem Chrysidis. D.

*Interea haec soror quam dixi*] Nullum maius potest argumentum reperiri, quam quod subiungit, Pamphilum necessitate compulsum, amoris sui flammam non potuisse celare, quoniam in materia coniecturae, accusantis haec argumenta sunt semper, a voluntate, a summo ad imum. His enim tribus partibus nititur accusator. Hic autem voluntatis est quaestio. Ergo probationes a summo ad imum suscipientur, quae continent dicta et facta; et quod a doctoribus adiungitur, pathos. Namque pathos est supra, quod fleuit. Facta sunt illa quae subiunguntur, quod accurrat; [quod mediam mulierem complectitur. Deinde dicta sunt, quod dixit. E.

*In ignem posita*] Reg. cod *Imposita*. L.

*Imposita est*, codd nostri plerique omnes habent. Recte et

ex more Poetae, qui solet elidere ultimam syllabam, vt lique scat, et misceatur sequenti. B.

103 *Ad flammam*] Innuit affectum sororis, vnde omnes vinceret: caeteri enim flent. haec flammæ se ingerit. Virg. (Ecl. v, 20.) *Exinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim, Atque deos, atque astra vocat crudelia mater*. D.

104 *Ibi tum exanimatus*] A voluntate, a facultate. a summo ad imum, vbi sunt dicta et facta, ibi est *πάθος*. et mire *ibi*. D.

105 *Bene dissimulatum*] *Bene*, multum. an quasi dolens, quod etiam negaturus sit Chremeti, dixit *bene*? *Indicat*] Omnia significanter. non ostendit, inquit, sed indicat: non accedit, sed accurrat: non vestem aut manus, sed mediam mulierem: non tenet, sed complectitur. et quia his tribus rebus inducitur in alicuius rei gestionem persona: affectu, facto, dicto. Affectus est quod ait, *Ibi tum exanimatus Pamphilus*. Factum, quod ait, *Accurrat, mediam mulierem complectitur*. Dictum, quod ait, *Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum? Indicat*] Indicium proprie est oris et linguae: factis ergo indicat. non enim dixit, *amo*. D.

Accurrit: mediam mulierem complectitur:  
 Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is  
 perditum?

Tum illa, vt consuetum facile amorem cerneret,  
 Reiecit se in eum flens quam familiariter.

110 So. Quid ais? Si. redeo inde iratus, atque aegre ferens.

Nec

106 *Accurrit*] Virgilius, (Aen. IV, 945.) *Interiora domus irrupit limina, et altos Conscendit furibunda rogos.* D.

107 *Mea Glycerium*] *Mea*, quasi amator. *Glycerium*, quasi familiaris dixit. *Quid agis*] Quasi perturbatus. *Cur te is perditum*] Quasi consolaturus. D.

*Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?*] Ita omnia orator coniecturalia argumenta complexus est, quamquam accedit et illa pars, quod ipsa Glycerium *Reiecit se in eum flens quam familiariter*. Saepe etenim non solum nostris, sed nostrorum factis possumus accusari. vt cum de Verris animo quaereretur, an Ciceronem nollet esse accusatorem, quod Hortensius tantum laborabat, vt Ciceroni non daretur. Accusat quoque palam sic, Verris hanc esse voluntatem, ne Cicero accusator existeret. Verum haec de argumentis. Omnis autem coniectura proprium hoc habet. Nam argumenta cum caeteris videntur esse com-

munia; haec et praeter argumenta habet a testibus probationem, haec etiam hic sunt, quippe cum dicat, *Venit ad me Chremes postridie clamitans se indignum facinus comperisse*; vtique *comperisse*: etiam ab aliis ista res dicta est, vt ipse hoc compererit. Vt testimonium quasi quaedam sit multitudo. E.

108 *Vt consuetum facile amorem cerneret*] Mire, non suspicaretur (*suspicaretis*) dixit, sed *cerneret*. et est ordo, vt facile cerneret. sed *cerneret*, sicut supra, *Laudem inuenias et amicos pares.* D.

109 *Reiecit se in eum*] Obiicitur ei quod a Glycerio factum est: vt, Quis enim vnumquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille atque illius amici, vt ne haec mihi delatio detur. D.

110 *Iratus atque aegre ferens*] *Iratus*, culpa. *aegre ferens*, quia praeter spem. D.

*Redeo inde iratus atque aegre ferens*] Bene indignationem totam



Nec fatis ad obiurgandum causae. diceret,  
 Quid feci? quid commerui, aut peccaui, pater?  
 Quae sese in ignem iniicere voluit, prohibui,  
 Seruauit. honesta oratio est. S. O. recte putas.

115 Nam si illum obiurges, vitae qui auxilium tulit:

Quid

totam argumentis excitatam sibi esse commemorat. Veruntamen dicit, se equidem credidisse, sed filium accusare non potuisse. Propterea deriuatio causae esse potuit. Namque duae partes sunt, quae reum sunt solitae defendere. Deriuatio causae, quae Graece *μεταβολή* dicitur, quam rem tractat senex, cum dicit ex persona filii, *Quid feci? quid commerui aut peccaui pater? quae sese in ignem proiicere voluit, prohibui, seruauit*] E.

111 *Nec satis*] Mire expressit indulgentiam patris erga filium. Erat, inquit, causa: sed pro amaritudine obiurgationis non erat satis, hoc est, non idonea videbatur. *Nec satis ad obiurgandum*] Deest *habui*, vel *erat*. Virgilius, (Aen. II, 314.) *Nec sat rationis in armis*. et hic, *erat*, vel *habui*, deest ad sententiam. *Diceret*] Deest enim. *Quid feci*] Mire fiduciam praetulit argumento, quod est in sequenti versu. D.

112 *Quid feci, quid commerui aut peccaui*] ἀρχαίως a maioribus ad minora. Et *feci* quasi facinus dixit. *Facere* enim

quis et homicidium dicitur. *Commerui*, minoris culpa est: *Peccaui*, multo minoris, vel leuioris. (Ms. Hulst. *Multo maioris vel grauioris*. Et paulo ante, *a minoribus ad maiora*.) D.

113 *Quae sese*] Illic, mea Glycerium: hic pronomen dixit. Mira dissimulatio, tanquam illam praeter periculum nesciat. D.

114 *Honesta oratio est. nam si illum obiurges, vitae qui auxilium tulit*] Purgationem filii sui et ipse confirmat per sententiam, ut iste videatur nunc irasci, qui aliquando alias admiserit causas; et est locus argumenti, qui dicitur a contrariis. E.

115 *Nam si illum*] Argumentum per ratiocinationem a contrario. ut si dicas, *Viro forti praenium debetur, si desertori poena constituta est. Tulit*] Pro attulit. sed multa significat: et alias pertulit. Virgil. (Aen. II, 407.) *Non tulit hanc speciem furiosa mente Choroebus*. Alias sustulit: ut idem, (Ecl. IX, 51.) *Omnia fert aetas, animum quoque, pro auferit*. D.

Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?

SI. Venit Chremes postridie ad me, clamitans,

Indignum facinus; comperisse, Pamphilum

Pro vxore habere hanc peregrinam. ego illud sedulo

120

116 Illi] Pro illo. *Dederit damnum, aut malum*] *Damnum*, rei est; *malum*, ipsius hominis. D.

*Quid facias illi*] τι ἂν ποιήσεις ἐκείνω, ὃς ἄρα δέδωκεν ἢ ζημίαν, ἢ κακόν. Priscian. lib. XVIII. L.

Ne iustus in vltima fiat, colloca ita, *dederit qui damnum*. B.

117 *Venit Chremes*] Argumentum ex coniectura, de testibus. Et mire supra, *Vltro venit ad me*. Ergo hic causa iusti doloris ostenditur, quia dolet etiam Chremes: nam potuit, non daturus filiam, non venire. *Postridie ad me clamitans*] Vt sine dilatione sciri posset. et *clamitans*, indignantis est: vt, *Clamant omnes*. D.

*Venit Chremes postridie*] Qui hoc facilius probatum omnibus doceat, continuo et Chremes venit: adiecit et *clamitans*, vt indignatione ostenderetur, verum esse comperit. E.

118 *Indignum facinus*] Distinguendum, vt per se intelligatur indignum facinus, et ipse doleat Pamphilum corrupti. *Comperisse*] Ergo ab ali-

is: vt appareat verum (Mf. H. *euerfum*) quod ait, *Tum vno ore omnes*. et, *Hac fama impulsus Chremes*. *Indignum facinus comperisse*] Deest se: incertaque distinctio. *Pamphilum*] Cum emphasi dixit, id est, pudentem et bene moratum. Et nec amicam, sed *Pro vxore*. Mire ergo, quasi non hoc doleat quod amet, sed quod pro vxore habeat. Et simul excusatur filiam denegaturus socer. D.

*Indignum facinus! comperisse se*] Pulchre ex persona soceri indignum facinus dictum est, vt et ipse doleat Pamphilum esse corruptum, quippe cum ipse venerit prior, vt filiam polliceretur. E.

119 *Hanc peregrinam*] *Hanc*, cum contemptu dictum est. et *peregrinam*, vt alibi, *Adeone est demens ex peregrina?* nam hoc nomine etiam meretrices nominabantur. *Ego illud sedulo*] Quanto affectu pater factum, quod viderat, negabat. *Sedulo*] Quomodo *sedulo*, si negabat? an *sedulo*, vt Sosiae? id est simpliciter. *Sedulo*] Quia non semel negauit, vel ille institit. D.

Pro

120 Negare factum: ille instat factum. denique  
Ita tum discedo ab illo, vt qui se filiam  
Neget daturum. So. non tu ibi gnatum? Si.  
ne haec quidem  
Satis vehemens causa ad obiurgandum. So. qui,  
cedo?

SI.

*Pro vxore habere hanc peregrinam*] Magna iustitia foceri: si quidem non Pamphilum dolet amare alteram, sed dolet pro vxore habere hanc peregrinam. Considerat enim personam foceri, merito vxorem dolet alteram. E.

120 *Factum*] Imperpersonaliter. *Negare factum*] Officium patris, et simul per hoc expressio probationis. *Ille instat factum*] Plautus, (Merc. 11, 1, 18.) *Instare factum*; similis est (lege, *instare factum Simia. Est* etc.) ἀρχισμὸς. *Instare factum*] Vetusse, id est, instat dicere factum esse. *Denique*] Quid denique? ad summam properat, et ad finem dictorum *denique*. id est postremo. D.

*Ego illud sedulo negare factum*] Ne leniter credidisse videatur, et negasse dixit. *Ille instat factum*] Ita comprobata res est, perseverante foceri testimonio. E.

*Instat factum*] Glossar. *Instat* ὀχλεῖ. et *Instantia* ἐνστασις. Scaeuola l. 34. ff. de pig. act. *Instantia Gaii Sei creditoris*. L.

121 *Discedo*] Proprie:

non enim abeo, vnde *discessio*. D.

*Denique ita tum discedo ab illo*] Iam apud focerum probatam rem dixit, quod filius amet. Si quidem ipse qui promiserat, hoc cognito, focer filiam negavit. E.

122 *Vt qui se neget*] Probatuit, quod non volebat senex Sosiae: adhuc superest vt ostendat, quod non sit irascendum, quin iuste irascatur. (Ms. Hultst. *Quod non sit iracundus, qui iuste irascitur*). *Non tu ibi gnatum*] ἀποσιώπησις, vel ellipsis. deest inuastisti, obiurgastis, adortus es. D.

*Non tu ibi gnatum*] Deest, arguere aut accusare debuisti: et est ἐλλειψις, quae solet fieri aut nimia laetitia, aut nimia tristitia. Hoc quidem magna procuratiōe perfectum est; vt iam seruus credidisse videatur, quod amat filius. At vero senex, vt iustitiam suae iracundiae doceat, et hanc causam non idoneam docet; qua filius accusandus esse videatur: sed iungit rationem. E.

123 *Ad obiurgandum*] Incusandum, inclamandum. D.

SI. Tute ipse his rebus finem praescripisti, pater.

125 Prope adest, quum alieno more viuendum est mihi:  
Sine nunc meo me viuere interea modo.

SO. Quis igitur relictus est obiurgandi locus?

SI. Si propter amorem vxorem nolit ducere,  
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est.

130

124 *Tu te his rebus*] Modo non addidit dicere. D.

*Tute ipse his rebus finem praescripisti, pater*] Potest enim filius dicere, vxorem nunc sum ducturus, tempus veniet cum aliena lege et alienis moribus viuam. Interim sine, dum tempus est, meo me more viuere. Vnde feruus et hac re deiectus, obiurgandi interrogat causas. E.

125 *Prope adest*] Prope adfunt nuptiae: in proximo sunt metae libertatis: et ideo auidius voluptaria sub finem carpenda sunt. *Quum alieno*] *Quum* pro quo; hoc enim significat *quum*. D.

*Prope adest*] Priscian. lib. xiv. L.

126 *Meo me viuere interea modo*] *Meo modo*, mea voluntate, meo arbitrio. D.

127 *Relictus est obiurgandi locus*] Mire obiurgandi: tanquam incensus pater in filium videretur. nam supra commotus plus per ἀποσιώπῃσιν significauerat. *Si propter*] Hoc erat secundum in diuisione, *Et consilium meum cognosces. Si pro-*

*pter amorem*] Initium consilii sui demonstrandi. D.

*Quis igitur relictus est obiurgandi locus*] Et bene obiurgandi dixit. nam de crimine iam constat, quod amat filius: sed obiurgandi quaeritur locus. E.

In nostris fere omnibus libris est, *Qui igitur*, quod est recipiendam. Cod. Vaticanus veterimus, teste ad Phaedrum Gudio, legebat *relicuus* h. e. *reliquus*. Sed recepta lectio est retinenda. B.

128 *Nolit*] Legitur et *nollet*. D.

*Si propter amorem vxorem non vult ducere*] Hoc est illud, quod secundum proposuerat Simo: *et consilium meum cognosces*. Credit enim ad iracundiam hanc esse causam, non quod amet filius, nam id aetatis est et tempotis, sed vnde incipit causa peccati, si propter amorem nolit ducere vxorem. E.

Pro vulgari *noliz*, et Donati *nollez*, reponet *noliz*. B.

129 *Ab illo animaduertenda iniuria*] Nota participium a passiuo. *Animaduertenda*, castiganda, vindicanda est. *Ab illo iniu-*

130 Et nunc id operam do, vt per falsas nuptias  
 Vera obiurgandi causa sit, si deneget:  
 Simul sceleratus Dauus si quid consilii  
 Habet, vt consumat nunc, cum nihil obsint doli:  
 Quem ego credo manibus pedibusque obnixè  
 omnia

135 Facturum; magis id adeo, mihi vt incommodet,  
 Quam

*iniuria*] quam facit, non quam patitur. *Ea primum animaduertenda iniuria*] Vt iam hoc sit peccatum, quod recusat nuptias, non quod peccat adolescens. Ideo ergo primum dixit, animaduertenda iniuria est, vindicanda, exequenda est. Et bene *ea ab illo* dixit *iniuria*; certissimam enim notat personam, quae debeat pro iniuriis poenas soluere. quod si dixisset, *iniuria eius*, ἀμφοτέρων fecisset, vtrum quam passus est ab alio, an quam ipse aliis intulit. D.

130 *Et nunc id*] Hic reddit quod dixerat, *Consilium meum cognosces*. *Id*] id est, *propter id*. D.

*Et nunc id operam do, vt per falsas*] Hoc est consilium, vt falsae nuptiae fingantur, quo et animus victus adolescentis circa amorem possit agnosci; simulque et Dauus serui, qui fauet plurimum Pamphilo, consilia falsa nuptiarum vanitate frustrantur. E.

131 *Vera*] ἀληθές. quia

*falsa* (*falsas*) dixit, intulit *vera*. D.

133 Faernus contra codd. quos et ipse et ego vidimus, mauult tamen legi *obsunt* pro Coniunctiuo. Nec, quid interfit, video. B.

134 *Manibus pedibusque*] Prouerbiale, id est, omnibus membris (Mf. Hulst. *omnibus verbis*, forte leg. *omnibus nervis*). *Obnixè*] cum conatu, instanter contra conantem. D.

Sublato *que* post *pedibus*, vehementior et melior est oratio, vt infra iv, 1, 53. B.

135 *Magis id*] *Id*, propter id. *Incommodet*] noceat, incommodum afferat. *Mibi vt incommodet*] Non enim, inquit, prodest filio amare meretricem. (Lege: *Non enim illi prodest, filium amare meretricem*.) D.

*Magis adeo mihi vt incommodet*] Vt mihi magis, inquit, noceat, quam filio proficit. E.

*Mibi vt incommodet*] Naturale nimirum seruis hoc, odisse dominos, vt est apud Querol. ac damno eos mactare. adeo

Quam vt obsequatur gnato. So. quapropter?

SI. rogas?

Mala mens, malus animus: quem quidem ego si  
fensero.

Sed quid opus est verbis? Sin eueniat, quod volo,  
In Pamphilo vt nihil sit morae; restat Chremes,

140 Qui mihi exorandus est; et spero confore.

Nunc

vt dictum antiquitus fuerit: *quos serui, tot hostes*. Festus, Seneca Epist. XLVII. et ex eo Macrobius Simplicius. Theophilus, Marcellinus in Herinogenem pag. 135. *πονηροὶ τὸν τρόπον* (de seruis loquitur) *ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ ἀκόλαστοι. ἔχ' ἦμισα, ὅτι τοῖς δεσπότηταις ἀεὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, καὶ χρηστοῖς δεσπότηταις θαλέουσιν*. Hinc est quod scribit Vegetius Veterin. lib. 1. *Nequae enim de damno domini cogitant, quod eidem contingere gratulantur*. Et eleganter Aristides Sicula 1. pag. 37. *ὅλας δὲ τῆ δόλων φύσει χρωμένους. ἢ καθάπερ τοῖ προσήματι τοῖς δεσπότηταις ἐνάντια, ἔτω καὶ τοῖς βελήμασιν. ἀντὶ γὰρ ὧν εὖ πάσχει, μισῶσι, καὶ δίκην ἐθέλουσι λαμβάνειν, ὡς χάριν ἐκτίνειν εἰκὸς ἦν. αὐτῇ δὲ ἐστὶν μὴ παντάπασιν ἔχειν ἐυμενῶς τοῖς δεσπότηταις*. L.

136 *Quapropter*] Mire Sofia interrogat, quasi nulla causa sit fallendi dominum. D.

137 *Mala mens*] Voluntas est mens, etiam ratio. *Mala mens*] Argumentum a natura,

et an aliquis sine causa malus, an ab impulsione. *Mala mens*] Quia dixit, Magis vt laedat, quam vt profit. *Quem quidem ego si fensero*] ἀποσιώπησις est grauissimam poenam ostendentis. D.

*Mala mens, malus animus*] Quia occultum seruum videbat aliquid facere, vt alteri noceat, non vt profit: idcirco hanc adiunxit causam, quod mala mens, malus animus, ista semper fecerit. E.

138 *Sin eueniat quod volo*] Hic sensus est: quod volo veniet, illud scilicet, vt in Pamphilo nihil sit morae. Hoc iam restat vt Chremes exorandus sit. E.

140 *Exorandus*] Legitur et *expurgandus*. Si *expurgandus*; lege *cui*, non *qui*: quia *cui* per q. veteres scripsere. *Confore*] Ab eo quod est *confit*, id est, perficitur, futurum tempus infinitiui modi *confore* facit, id est, perfectum iri. Sic in Aeddelphis, *Verum quid ego dicam? hoc confit quod volo*. Con-

Nunc tuum est officium, has bene vt adsimules  
nuptias:

Perterrefacias Dauum: obserues filium,

Quid agat, quid cum illo consilii captet. So.  
fat est:

Curabo; eamus iam nunc intro. SI. I prae;  
sequar.

## D 2

## ACTVS

*Confieri*, id est, perfici. vnde *confectum negotium* dicitur, vel *confecta res*, quae ad plenum perficitur. Virgilius, (Aen. iv, 115.) — *nunc qua ratione quod instat Confieri possit, paucis, aduerbe, docebo. Nunc tuum est officium*] Hoc ad illud tertium respicit, quod dixit: Et quid facere in hac re te velim: Has bene vt adsimules nuptias: perterrefacias Dauum: hoc erat tertium de his, quae dicturum se promiserat. D.

*Spero confore*] Apud Priscianum lib. viii. *Et id spero confore.* L.

141 *Assimules*] Hoc est vnum verbum *assimules*: quod dixit, *Quin tu vno verbo dic, quid est quod me velis. Perterrefacias*], Venuste et poetice. D.

*Nunc tuum est officium*] Hoc

est tertium quod in propositione posuerat: *Et quid facere in hac re te velim.* vt bene scilicet assimulet nuptias, Dauum terreat, filium obseruet, vel quid agat, vel quid consilii habeat. E.

142 *Obserues filium*] Observatio in duabus reb. est, in obsequio, et speculando. D.

*Obserues filium*] Seruius Georg. iv. ad illa verba, *Medus Hydaspes obseruant.* L.

144 *Curabo*] Vt coquus: et supra sic, *Nempe vt curentur recte haec. I prae*] Figura *ἐναεροφῆ*, quod nos *praei* dicimus. D.

Meliores e nostris codd. habent *eamus nunc iam intro*, quod molliorem efficit verbum. Sed vulgare *sequar* praefert lectioni cod. Victoriani, vbi est *sequor*. Etenim Simo in scena aliquamdiu subsistit. B.

## ACTVS PRIMI SCENA II.

SIMO. DAVVS.

**N**ON dubium est, quin vxorem nolit filius:  
Ita Dauum modo timere sensi, vbi nuptias  
Futuras esse audiuit. sed ipse exit foras.

DAV. Mirabar, hoc si sic abiret: et heri semper  
lenitas

5 Ve-

1 Narratione iam habita, persona Sosiae non erat necessaria: ergo subsistit senex, per quem agenda sunt reliqua. *Non dubium*] Ad hoc certus inducitur Simo, vt magis perturbetur inopinata consensione Pamphili ad ducendam vxorem, et praeterea nihil agat cum Chremete de tradenda filia, confirmandisque nuptiis. D.

*Non dubium est quin vxorem nolit filius*] Remansit senex, et hic secum loquens habet coniecturalem statum. Nam quaestio est, an vxorem nolit filius. Confirmat autem quod nolit vxorem; et huius confirmationis argumentum hoc est quod dixit. E.

*Non dubium*] Priscian. lib. VIII. L.

2 *Ita modo Dauum timere sensi*] Non recessit de loco senex: *sensit* ergo ante, quam cum Sosia loqui coepisset. *Ita modo*] Argumentum quod supra, ab eo quod nostri faciunt.

*Modo*] ante quam cum Sosia loqui coepisset Simo. Et *Dauus* non recte scribitur; *Dauos* scribendum: quod nulla litera vocalis geminata vnam syllabam facit. Sed quia ambiguitas vitanda est nominatiui singularis, et accusatiui pluralis: necessario pro hac regula, digamma vtimur, et scribimus, *DaFus*, *serFus*, *corFus*. (R. Stephanus, *Darus*, *Serius*, *corrus*.) D.

*Ita modo Dauum timere sensi*] Dixi enim supra, quod non solum de factis nostris, ad coniecturam argumenta colligi possunt, verum et nostrorum. E.

4 *Mirabar hoc*] Hic locus est, in quo Dauus insinuat spectatoribus multa gesturus. *Si sic*] *Sic*, pro leniter et negliger, quod Graeci *ὀυτως* dicunt, significat autem *ὀυτως*, *sic*: et est de his, quae adiuuanda gestu sunt: vt *zanzillum puerum*: et, *Huius non faciam*. *Lenitas*] Clementia, faci-



5 Verebar quorsum euaderet.

Qui postquam audierat non datum iri filio vxorem suo,

Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id aegre tulit.

SI. At nunc faciet: neque, vt opinor, sine tuo magno malo.

D 3

DAV.

facilitas; cui contraria, asperitas et difficultas. *Et heri semper lenitas*] An *semper lenitas*? vt sit ἡφ'ερ. Lucretius, (1, 125.) *Semper florentis Homeri. Semper lenitas*] Ac per hoc simulata vsque nunc lenitas: nam nemo in diuersis actibus semper lenis est: nisi forte fictus assimulator et callidus. *Semper lenitas*] Sine differentia est importuna lenitas. D.

*Mirabar, hoc si sic abiret*] Haec scena mandatum tenet, quanquam mandati causa praecedat, quod amare dicitur filius. Manet illa coniectura, quae similiter habet et argumenta, et probationes suas: postea mandati actio est, vt quod obseruet Daus per mandata cognoscat. Egreditur namque non aspiciens dominum, cuius oratio talis fingitur, vt quaedam temere dicta proferat: quod lenitatem domini latentem, suam et demonstrat calliditatem; quod miratus sit, verbum sibi a domino non esse factum, hoc est, secum non locutum, neque aegre dominum tulisse,

quod audisset non dari vxorem. E.

*Si sic abiret*] Vt Seneca Epist. III. *Hoc abierit. Heri semper lenitas*] Diomedes lib. 1. cap. IV. *ro semper* non habet. L.

5 *Quorsum euaderet*] Ad quam partem erumperet. Et *euadere*, est per quamcunque difficultatem ad aliquid peruenire. D.

7 *Verbum fecit*] Non dixit litigium, aut rixam, sed *verbum*. Itae exiguitates, asseuerationes (Mf. Hult. *Itae exiguitatis asseuerationes*) dicuntur; et cum pronuntiatione, vt intelligatur: ne verbum quidem. *Neque id aegre tulit*] Hoc est *semper lenitas*. D.

8 *Faciet*] Subaudiendum *verbum*. et est *faciet* persona tertia, pro prima. *Faciet*] Id est, irascetur, denunciabit, loqueretur. *Sine tuo magno malo*] Id est, comminabitur tibi, et minas contemnes, vt ad poenas peruenias. D.

*At nunc faciet*] Hoc est, at nunc tecum loquetur. E.

DAV. Id voluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,

10 Speranteis iam, amoto metu, inter oscitantes opprimi;

Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias. Astute! SI. carnifex, quae loquitur? DAV. herus est, neque prouideram.

SI.

9 *Id voluit*] Aut absolute accipiendum *id*: aut *id*, quomodo *sic*, demonstratio est, ut magis gestu quam sensu intelligatur, ut supra diximus. *Nec opinantes*] ὄφειν. *Duci*] *Ducere* est expectatione longi temporis malum prolatare: Vel induci, ut ferae in retia. *Falso gaudio*] Velut ex ira, et vitae fenis iracundia. D.

10 *Amoto metu*] Ista singula sunt. Et *amoto metu*, sic dixit, quasi metus sit corpus brutum, quod cum molimine mouetur. *Oscitantes*] *Oscitatio* est animi otium et securitas, dictum ab *ore ciendo*, id est, commouendo. *Oscitantes*, securi, id est, nihil prouidentes. D.

Lege *interea*. Nam *inter* repugnat melioribus codd. nocet metro, et turbat sensum propterea, quod praeter Dauum et Pamphilum non erant tum alii, qui oscitarent. B.

11 *Cogitandi ad disturbando*

*das*] Miranda locutio: ut si dicas, *Cogitat ad dicendum*. *Astute*] Hoc et gestu, et vultu seruili, et cum agitatione capitis dixit. D.

Ne Trochaicus inter Iambicos veniat, corrige, *Vt ne esset spatium*. Sic Eunuch. v, 4, 20. B.

12 *Carnifex*] Aut excarnificans dominum, aut ipse dignus carnifice, ut caro fiat, id est, lanietur. Lucilius, *Carcer, vix carcere dignus*. *Neque Prouideram*] Prouidentia duplex est: aut enim animo, aut oculis prouidemus. *Hem*] Quasi correptio totius corporis. D.

*Astute! carnifex, quae loquitur*] Seru. Aeneid. xi. 704. *Dolos ingressus et astu*. L.

*Prouideram* h. e. porro videram, habent et Faerni libri omnes, et nostri, vno excepto; qui legit praeuideram. B.

SI. Daue. DAV. hem, quid est? SI. ehodum ad me. DAV. quid hic volt? SI. quid ais? DAV. qua de re? SI. rogas?

Meum gnatum rumor est amare. DAV. id populus curat, scilicet!

15 SI. Hoccine agis, an non? DAV. ego vero istuc. SI. sed nunc ea me exquirere,

## Iniqui

13 *Ehodum*] Nutus est, intentionem animaduersionemque deposcens eius, cum quo vult loqui. *Ehodum*] *Dum*, τὰ ἐξ ἄλλου est hoc loco. *Quid hic volt*] More seruili, et vernili gestu. sic enim vocati a dominis serui vultuose agunt (*Lego aiunt*). *Qua de re*] Negantis vim habet haec interrogatio. Plus enim est *qua de re*, quam *nihil*. *Rogas*] Hoc cum interrogatione indignantis. D.

14 *Meum gnatum rumor est amare*] Mire apud seruum dissimulat id, quod iam probauit. *Meum gnatum rumor est amare*] Grauius, constanterque senex nondum se fatetur credere, nec verum scire: ne amittat vim vindicaturi, si rescierit. *Id populus curat, scilicet*] Quia rumigeratio populi est. sed hoc auerfus ab illo, contumaciter. sic Virgil. (*Aen. iv, 379.*) *Scilicet is superis labor est*. *Scilicet*, semper cum εἰσὼς πο- nitur. D.

*Meum gnatum rumor est amare*] Et haec omnis probatio est, an amet filius: sed conie-

cturalis probatio a testibus. Vnum testimonii genus est rumor: hunc autem rumorem ex relatione Chremetis Simo tenet. quippe cum supra dixerit: *Postridie venit clamitans, indignum facinus, se comperisse*. *Id populus curat, scilicet*] Haec defensio est contra rumorem: verisimile non esse omnem populum de, nescio cuius adolescentis, amore cogitare. E.

15 *Hoccine agis*] *Agis*, id est audis. Alibi sic, *Hoc age, amabo*. Plautus, (*Asin. Prolog. i.*) *Vos hoc agite*. Pronunciatis simul demonstratiue. veluti aurem suam tangens. *Istuc*] *Deest ago*, vel *audio*. D.

*Hoccine agis an non?*] Obscurus sensus, et tamen talis est: curae tibi est quod populus loquatur? denique hoc intelligit seruus, et respondit domino, sibi curae esse, cum diceret; *Ego vero istuc*. *Sed nunc ea me*] Hanc defensionem, quam supra collocarat, et nunc memorat quod amare adolescentem criminis non sit, maxime ante nuptias, ideo adiecit:

Iniqui patris est. Nam, quod antehac fecit, nihil ad me attinet:

Dum tempus ad eam rem tulit, fini, animum ut expleret suum.

Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat.

Dehinc

*Nam quod ante haec fecit, nihil ad me attinet; dum tempus ad eam rem tulit, sui animum ut expleret*] Deinde incipit mandata obliqua oratione proponere. E.

16 *Iniqui patris est*] Iniqui est, si nunc velim quaerere actus liberos adolescentis. *Nam quae antehac fecit*] Pro, *ante haec*, consuetudine magis, quam ratione dicitur. *Nihil ad me*] Id agit, ut superius consilium se seruare ostendat. D.

17 *Dum tempus ad eam rem tulit*] Deest *se*: ut sit, Dum tempus se praebuit: quia supra dixit, *Tuere his rebus finem praescripsisti, pater. Ad eam rem tulit*] Absolute, et deest *se*. *Sini, animum ut expleret suum*] Mira ratio cur fuerit, ut et hoc quod permittit, ad bonam frugem permiserit, non ad luxuriam, *Sini* autem distingue: est autem *sini* modo, permitti, cessavi. *Sini* antiquae. Aliter in Adelphis: *Non suum egestas facere hoc nos*. D.

*Sini animum*] Ita Mss. quae

lectio Diomedis auctoritate probari potest. lib. I. *Sino, sini, ut Publius de vita sua. Quod si me iniuriam abire sinisset. Item Scaurus: Praedium non sini feri. Melius tamen dicitur sini, sicut Varro complexionum vi. Ad mortem non sini me producents, et quae sequuntur. L.*

18 *Nunc hic dies aliam vitam affert*] Hoc est, recte, et seuerè, et inexorabiliter denunciatur. *Aliam vitam*] pro diuersam et contrariam. sic et Virgil. (Aen. II, 428.) *Dis aliter visum est. Te oro, Daue*] Grauius illud fecit, nomen appellando. D.

*Nunc hic dies*] Vtitur hoc versu Cicero lib. XII. Epist. XXV. ad Famil. Non absimile prouerbium apud Zenob. ἄλλος βίος, ἀλλή διαίτα. L.

In lectione, *hic dies*, nostri et Faerni consentiunt codd. Sed numerus postulat, ut pro vulgari *affert*, cum Cicerone, Epist. Fam. XII, 25, legatur *defert*. B.

Dehinc postulo, siue aequum' sit, te oro, Daue, vt redeat iam in viam.

20 DAV. Hoc quid sit? SI. omnes, qui amant, gra- uiter sibi dari vxorem ferunt.

DAV. Ita aiunt. SI. tum si quis magistrum ce- pit ad eam rem improbum,

Ipsum animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.

DAV. Non hercle intelligo. SI. non? hem.

DAV. non: Dauus sum, non Oedipus.

SI:

19 *Vt redeat iam in viam*] *Iam* modo tarditatis est signum. et *in viam* dixit, quasi qui de- uius sit, et errarit a recta via. *Vt redeat iam in viam*] Pro- uerbiale. *Siue aequum est*] ἐπανόρθωσις. D.

20 *Hoc quid sit*] ἔκλειψις. deest enim *quaeris*. (Si ita scripsit Donatus, videtur illa, *hoc quid sit?* Simoni tribuisse, aequae ac Dauo.) D.

21 *Ita aiunt*] Haec credunt et loquuntur vniuersi. et est trepida confessio, (Mf. Hulst. Boend. et Lindenbr. *trepida con- fessio*) et quasi inuiti responsio. vt in Heautont. *Ita credo*: mo- nente patre filium. *Tum si quis magistrum*] μεταφορικῶς. an quia et paedagogus est ma- gister? vt Geta in Phormione, *Me filiis relinquunt quasi magi- strum. Ad eam rem*] Id est, super eam rem; hoc est, super amorem. D.

*Tum si quis etc.*] *Magistrum*

dicit monitorem. \* (IMPRO- BVM) Hanc rem quia obli- que dixerat, Dauus non intellexerat, itaque plane scire coepit. E.

22 *Animum aegrotum*] Pro aegro. Nam animus aeger, cor- pus aegrotum. D.

23 *Hem*] Interiectio est irascentis. *Dauus sum, non Oedipus*] Multiplex contumelia. potest enim fenem qua- si sphingem dixisse, id est, de- formem monstrique similem, potest etiam inhumanum et fe- rum, vt sphinx. Potest etiam per Oedipum se vltorem pro- mittere futurum, atque oppres- sorem sapientiae senis. *Da- uus sum, non Oedipus*] Facete se negauit Oedipum, vt fenem sphinga esse confirmet, non Oedipum. Imitationum duo sunt genera: quandam necessi- tas, quandam introducit volun- tas. *Non Oedipus*] Si Latine pronuncies, genitiuus *Oedipi* faciet;

SI. Nempe ergo aperte vis, quae restant, me lo-  
qui? DAV. sane quidem.

- 25 SI. Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis  
Fallaciae conari, quo fiant minus;  
Aut velle in eare ostendi, quam sis callidus:  
Verberibus caesum te, Daue, in pistrinum dedam  
vsque ad necem,  
Ea lege atque omine, vt, si te inde exemerim, ego  
pro te molam.

faciet: si Graece, *Oedipodis*. D.

*Non? hem*] In Ms. R. *ro' hem* desideratur. L.

24 *Sane quidem*] *Sane*, valide: quia qui sanus, et validus est. *Si sensero*] Comminatio. et fit pronuntiatio, (lege sic pronuntiatur. Sic est in Ms. Hulst.) vt in singulis verbis ardeant minae. D.

25 *Hodie*] Non ad tempus non plenum, sed ad comminationem refertur. vt Virgilius, (Aen. II, 670.) *Nunquam omnes hodie moriemur inulti*. Et (in utroque cod. diserte legitur *Sic*) *dies* pro nocte accipitur: vt hoc ipsum. *Nunquam omnes hodie moriemur inulti*. D.

*Si sensero hodie quicquam in istis nuptiis*] Deinde cum minis mandat et verberibus. E.

26 *Quo fiant minus*] *Quo minus*, hoc est, quo impeditius. D.

27 Vnus liber habet *ostendere*, caeteri cum Faernianis recte legunt *ostendi*. B.

30  
28 *Verberibus caesum te in pistrinum Daue*] Vult in pronomine, et nomine exagitare comminatione seruum, ne quid relinquat (vterque cod. hic interferit *inultum*) iracundiae. *Dedam*] *Dare*, est quod repetas: *Dedere*, est ad perpetuum. *Damus* et amicis: *Dedimus*, tantum hostibus. D.

*Te caesum, Daue, in pistrinum dedam*] Et omnis admonitio est quae sequitur. E.

*Verberibus caesum te in pistrinum*] Lyfias in Apolog. περι τῶ Ἐρατόσθ. φόνου, pag. 93. *Ματιρωθεΐσαν εἰς μύλωνι ἐμπεσεῖν*. L.

Nomen *Daue* cum hic totum in depreffione latitet, numerosior efficitur oratio, si post *pistrinum* collocetur. B.

29 *Ea lege atque omine*] *Lege*, ad homines: *omine*, ad rem diuinam refertur, id (lege *et*) est firmamentum, per humana et diuina. *Omen* autem est, quicquid ore dicitur. *Ea lege atque omine*] Bene *lege* atque  
omi-

30 Quid? hoc intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? DAV. imo callide:

Ita aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione vsus es.

SI. Vbiuis facilius passus sim, quam in hac re, me deludier.

DAV. Bona verba quaeso. SI. irrides? nihil me fallis. sed dico tibi,

Ne temere facias: neque tu haut dicas, tibi non praediſtum. caue.

## ACTVS

omine, quia leges auspiciis seruatis (Mf. Hullst. *seruatiis*, quod et Lindenbrog. inuenit, quem vide) terebantur. Ergo sic intellige, quasi dixerit, ea lege et conditione. Et antiqui auspicato omnia faciebant, quae rata esse vellent. D.

30 *An nondum etiam*] Quartum *πρὸς ἄλλο*, quia abundat *etiam*. D.

31 *Ipsam rem*] Ipsam rem, id est, voluntatem suam, aut in terminationem suam; hoc est, pistrinum et poenas seruales. *Nibil circuitione*] *Nibil*, pro non. *Circuitione*, periphraſi. *Vsus es*] Legitur et *vsor es*. D.

*Circuitione vsus est*] Mf. *Circumtione*. L.

Legē *circumtione* ob fidem nonnullorum codd. qui habent *circumtione*, et in primis ob vsū loquendi apud Plautum et Nostrum, qui semper dicunt *circumire*. B.

32 *Vbiuis facilius*] Admo-

nitio. *Vbiuis facilius*] Cicero, *Non est in hac causa peccandi locus ullus*. D.

33 *Bona verba quaeso*] Hic in *ἐρωτήσας* est *ἐυφημισμός*. quasi dicat, meliora loquere, rogo te. ergo cum admonitione, *Bona verba*, inquit, rogo. *Nibil me fallis*] Non te ignoro, non me decipis. Sic Menander: *νῦν δὲ ἔδὲν λέληθας με ἄν*. *Nibil me fallis*] Figura est *ἐλλητισμός*. a loco *ἔδὲν με λανθάνοις ἄν*. *Fallis*] Lates, vt sit *ἔδὲν με λέληθας*. *Nibil me fallis*] *Nibil*, pro etiam nunc. D.

Recte vet. nostri codd. *irrides* sine interrogatione ponunt. Illud autem *sed dico* cum in re tam graui nimis sit tepidum, reponendum cenſeo *edico* h. e. denuntio. B.

34 *Neque tu haut dicas tibi non praediſtum*] Duae negatiuae faciunt vnā affirmatiuam: tres negatiuae pro vna negatiua accipiuntur: vt

vt

## ACTVS PRIMI SCENA III.

DAVVS.

**E**NIMVERO, Daue, nihil loci 'st segnitiae neque so-  
cordiae,

Quan-

vt hic, *Neque haut non.* Sallustius, *Haut impigre, neque inultus occiditur.* Vera ergo lectio est: *Neque tu haut dicas;* quod plurimi, non intelligentes, *hoc dicas* legunt. *Neque haut tu dicas*] Vera lectio, *Neque haut dicas.* est enim quintum *παρῆλλον*. Plautus in Bacchid. (hodie non comparent haec. Forte exciderunt ex Act. iv. Sc. 9, vbi fit mentio saepe oppidi iocularis.) *Neque haut subditiua gloria oppidum arbitror.* D.

*Tu haut dicas*] Ms. R. et V. C. *hoc sic dices.* L.

Pro *dicas* recte cod. Vaticanus, et tres meliores e nostris legunt *dices*. Non enim edicit Simo, ne Dauus *dicat* sibi non praedictum: ipse Dauus iam praemonitus non hoc *diceret*, nec dicere audebit. Caeterum pro lectione Vaticani *hoc lege haut*, ita vt *neque haut* accipiatur negatiue. B.

I *Enimvero, Daue*] Hic breuis et comica deliberatio est, magna expectatione populum rerum imminentium commotura, (Ms. Boend. *magna expectatione plurimarum rerum im-*

*minentium commotiuu.* Illa autem, *plurimarum rerum*, etiam sunt in ed. Du. B.), metu et cura aestuantis Dauus consideratione proposita. *Enimvero, Daue*] Omnis persona aut ab altero commendatur, aut se ipsam populo commendat, aut et ab altero (Ms. Hulst. addit *commendatur*) et a se ipsa; vt hic Dauus, et per Simonem supra descripta est, vbi dicit, *Mala mens, malus animus*: et hic per se, dum hoc gestu ac sermone agit ac disputat secum. *Enimvero, Daue*] *Enimvero* significationem habet nimium permoti atque irritati animi. Cicero, (Verr. I, 26. *Hic tum alius ex alia parte: Enimvero ferendum hoc non est: vocetur mulier. Segnitiae*] Ad agendum. *Socordiae*] Ad contideandum. D.

Haec scena deliberativae vim tenet. Nam teretrum a domino seniore Dauus; deliberat cui obtemperet; an adolescentis animo, an imperio senis satisfaciatur. Habet igitur deliberativae exordium, in qua exhortatio est: *Enimvero, Daue, nihil loci est segnitiae*] *Segnitia* posi-



Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptiis:

Quae si non astu prouidentur, me aut herum pessumdabunt.

Nec, quid agam, certum est: Pamphilumne adiutem, an auscultem seni.

5 Si illum relinquo, eius vitae timeo: sin opitulor, huius minas;

Cui

positum est, ut ea quae inuenta sunt, non praetereantur; *Socordiu* vero, ut ea quae sunt necessaria, corde inueniantur. quae ipsa exhortatio a periculis incitatur. illis scilicet, *Quae si non astu prouidentur, me aut herum pessumdabunt*] *Herum* autem dixit Pamphilum. E.

2 *Quantum modo*] *Quantum*, pro in quantum. D.

3 *Quae si non astu*] Exhortatio a periculo. *Prouidentur*] Prouisio rerum duas significationes habet. *Prouidemus* enim nobis tam bonum, quam malum. Malum, sicut si quis eminus veniens telum prouiderit atque sic cauerit. Ergo hic *prouidentur*, cauentur, vitantur. Et nuptias velut vnam nauigio imminentem fecit. quod si quis vnam ex aduerso venientem prora non exceperit, demersus vndis in pestum abit (*Lego pessum abit, sine in*). est ergo metaphora. *Me aut herum*] *Herum* hic, herilem filium. D.

*Herum pessumdabunt*] Glossar. *καταβυθίζω*, *Demergo*, *Pessumdo*. *Terentius Andria: Me aut herum pessumdabunt*. L.

4 *Pamphilumne adiutem, an auscultem seni*] Semper deliberatiua verba habent quendam sonum, per quem exitus rei demonstratur: ut hic ostendit, se Pamphilum magis adiuturum, quam verbis senis obtemperaturum. D.

*Nec quid agam certum est*] Hinc incipit deliberatiua, cuius partes sunt duae: *Pamphilumne adiutem, an auscultem seni*. Deinde partium tractatus: *Si illum relinquo, eius vitae timeo*] *Eius vitae*, hoc dicit ne periclitetur. Scit enim amorem Pamphili ex alia parte. *Sin opitulor, huius minas*] Senis videlicet: et adiecit necessitatem. E.

5 *Si illum relinquo*] Partium tractatus, quae supra sunt, Pamphilumne adiutem, an auscultem seni. *Vitae eius timeo*] Ut alibi, *Syre, tibi timui male*.  
Sin

Cui verba dare difficile est. primum iam de amore hoc comperit:

Me infensus seruat, ne quam faciam nuptiis fallaciam.

Si

*Sin opitulor*] Opem ferre dicitur in malis rebus, et iis qui de salute dubii sunt: vt, *Fer opem, serua me, obsecro. Opitulor* et *opitulatio* dicta ab opem tollendo, hoc est, serendo. *Huius minas*] Subauditur, *timeo. D.*

6 *Cui verba dare*] *Verba dare*, fallacia est: et illud (Mf. Hulst. *ad illud*) spectat, *Nibil me fallis. Difficile est*] Non dicit, impossibile est. Ergo ostendit partem se sequi, quae pro Pamphilo est. *Primum iam*] Primo, inquit, iam infensus est senex. deinde a Pamphilo grauida est Glycerium. *Primum iam*] ὑφ'έν. est enim ἐναστροφῆ, pro iam primum. *De amore hoc*] *Hoc amore*, sic, quasi cum taedio et reprehensione eius amoris loquatur. *Me infensus*] Scilicet de amore filii, senex me seruat, et re vera timendus est. *Seruat*] φυλάττει. D.

*Cui verba dare difficile est*] Hic tractata est qualitas vtriusque partis. Sed incidit coniectura, an falli senex possit. Hinc argumenta colliguntur, quod non potest: ideo, quia comperit iam de amore, quod

infensus me seruat, ne fallaciam ad nuptias faciam. Deinde ad qualitatem. quoniam etsi nihil ipse fecerit fraudis ac doli, dominus circa seruum magnam habeat potestatem, vt ex nulla causa inferat poenas. Apposuit etiam maiorem difficultatem, quod doceat, senem falliam non posse, quod grauida est de Pamphilo ista mulier: quod ita se inuicem diligunt, vt partus tollatur: quod etiam iam ista fabula fingatur, vt cuius esse doceatur. quibus rebus iam amica ista ad nomen accedit vxoris. Quod si ita est, falli non potest senex. Atqui hac deliberatiua vtriusque partis vnum tantummodo videtur inuenisse Dauus, vt Pamphilo cuncta narraret. Hoc solum et non sine periculo suo facit, si indicauerit patris filio voluptatem, vt conueniat Pamphylum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. E.

7 *Ne quam faciam*] Hoc ad illud spectat, *Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. D.*

*Faciam nuptiis*] Ita liber Regius. alii, *in nuptiis. L.*

Lectio

Si senserit, perii: aut si lubitum fuerit, causam ceperit:

Quo iure, quaque iniuria praecipitem me in pissinum dabit.

10 Ad haec mala hoc mihi accidit etiam: haec Andria,

Siue ista vxor, siue amica est, grauida e Pamphilo est.

Audireque eorum est operae pretium audaciam:

Nam inceptio 'st amentium, haut amantium.

Quic-

LECTIO, *faciam* IN *nuptiis*, quae in duobus nostris codd. et editionibus antiquis plerisque reperitur, placet, quod conuenit loco 1, 2, 25, et tollit ingratum homoeoteleuton, *faciam, fallaciam*. B.

8 Vt sensus constet, in verbo *ceperit* est finis antecedentis intelligendus. Igitur *perii* habet vim interiectionis; et pro *aut si* *repose aut quam*. B.

9 *Quo iure, quaque iniuria*] Prouerbiale hoc est: qualia sunt, *fas et nefas, nolis velis*. D.

Et si omnes codd. et libri consentiunt in lectione vulgari: sensus tamen postulat, vt *Quo* mutet in *Qua*, et *quaque* in *qua me*, et deleas *me* post praecipitem. B.

10 *Ad haec*] In ipsa re maior est difficultas, quia grauida est Glycerium. D.

11 *Siue ista vxor*] Et hoc

cum quodam taedio et indignatione stomachi interrumpit. D.

Ne syllaba in versu abundet, pro primo *Siue* lege *Si*; vt apud Plautum, *Curc. 1, 1, 4*. B.

12 *Operae pretium audaciam*] Dicitur de mirificis et laudabilibus. Nam et ea quae magna sunt, etiam si mala, tamen miramur: quia libenter audiamus. et hoc pretium est operae, id est, audiendi. *Et audaciam*] proprie dixit: vt in Eunucho, *Audaciam meretricum specta*. D.

13 *Nam inceptio est amentium, haut amantium*] Amabant veteres de proximo similia dicere: vt Cicero, (*Verr. VI, 27*.) *Minus carum putauit fore de armario, quam quod de sicrario fuisset ablarum*. Et quidem si in verbis sunt, *παρόμοιον* dicitur: in nominibus, *παρονομασία*. D.

Ince-

Quicquid peperisset, decreuerunt tollere.

- 15 Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,  
Ciuem Atticam esse hanc. fuit olim quidam senex,  
Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam:  
Is obiit mortem: ibi tum hanc eiectam Chrysidis  
Patrem

*Inceptio est amentium*] Iul. Rufin. Rhet. in Paronomasia. L.

14 *Quicquid peperisset*] Maiorem reprehensionem sonat, quicquid peperisset. Paritur enim aut masculus, aut femina: et solet iustior esse causa tollendi, si marem vxor peperit. sed nimii amoris est, non expectare quid tollas. *Decreuerunt*] *Decernere* est de magnis rebus certam proferre sententiam. vnde etiam *Senatus decretum*. D.

*Decreuerunt tollere*] Hoc ex ritu antiquo intelligendum, quo infans statim atque in lucem editus, humi deponebatur. Idque voluit Soranus Ephesius cap. xvii. *Quare infans, dum tangit terram, vocem dat? eo quod infueram tangit terram, et tenuis spiritus a luce concutitur*. Eo pertinet Statii illud Syluar. I, 2, 109. *cellure cadentem Excepi gremioque foui*. Et Sueton. de Nerone cap. vi. *Narus . . tantum quod exoriente sole, paene vt radiis prius, quam terra contingeretur*. In quam rem multa ab alijs notata. L.

15 *Et fingunt*] Argumenti partem narrat: et non credit futura (verbum *futura* omisit Mf. Boend.) esse quae dicit, vt supersit locus errori. Et *fallaciam* et *quandam*, ne verisimilis sit ipsa fallacia totius contentionis et vilitatis. (Verba obscura et corrupta. Ed. Veneta 1490. *totius conuentionis et vilitatis*. Nihil melius. Veneta altera 1512. *contentionis et vilitatis*, tantundem expedit. Malim: *totius contentionis orationis vilitate*.) D.

16 *Fuit olim*] Modo totius summae argumentum populo narratur: sed vt restet aliquid ad errorem, abrogatur fides. Α διγρηματικῶ ad μιμητικὸν transit. D.

Post *olim* pone *hinc*, h. e. Athenis, ne ictus sit in syllaba posteriore, et vt sensui medearis. B.

18 *Is obiit mortem*] Plene dixit, quod nos *obiit* tantum. Virgil. (Aen. x, 641.) *Morte obita quales fama est volitare figuras*. *Recepisse orbam, paruam*] *Paruam* propterea adiecit, vt fiat verisimile, non posse eam facile suos agnoscere. D.

Patrem recepisse orbam, paruam, fabulae!

20 Mihi quidem hercle non fit verisimile; atque ipsis  
commentum placet.

Sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad fo-  
rum, vt

Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater impru-  
dentem opprimat.

## ACTVS PRIMI SCENA IV.

### MYSIS.

**A**VDIVI, Archillis, iamdudum; Lesbiam adduci  
iubes.

Sane

19 *Fabulae*] reedit ad narra-  
tionem. D.

20 *Atque ipsis*] *Atque* pro  
tamen. vt fit, tamen ipsis com-  
mentum placet; quod commin-  
iscuntur, probant. D.

*Atque ipsis commentum*] Qui-  
dam libri scripti: *atque ipsis*,  
sed editam lectionem retinet  
Donatus. L.

Tolle illud *hercle*, quod et  
versum et sententiam onerat.  
Atque pro *Mibi* reponere *Mi*,  
et pro *atque* vsus antecedentis  
particulae *quidem* requiritur. B.

21 *Sed Mysis*] *παρασκευη* al-  
terius scenae. *Mysis*] Sem-  
per autem nomina comicorum  
seruorum aut a nationibus  
sunt indita, vt Mysis, Syrus;  
aut ex accidentibus, vt Lesbia  
velut ebriosa, a Lesbo insula,  
quae est ferax suauissimi can-

didissimique vini; aut a mori-  
bus et vernilitate, vt Pseudo-  
lus; aut ex negotio, vt Chry-  
salus; aut ex qualitate corpo-  
ris, vt Thylacus (verba *aut*  
*Chylacus*, quae in M. H. ad-  
duntur, non sunt ab Auctore.  
Significat ventriosum et vina-  
rium); aut ex specie formae,  
vt Pinacium. *Ego hinc*] Nihil  
adhuc Dauus inuenit consilii,  
nisi vt quaerat Pamphilum, mo-  
neatque. *Ego hinc me ad fo-  
rum*] Vultuose hoc pronuncia-  
tur: vt desit, pergam, aut du-  
cam me. D.

I *Audiui, Archillis*] Haec  
sunt inuentionis poeticae, vt  
ad *δικονομιαν* facetiae aliquid  
addant. Nam *δικονομια* est, vt  
arcessatur obstetrix, et conue-  
niatur Pamphilus; facetia scri-  
bentis in his verbis est, quod

E

Ar-

Sane pol illa temulenta est mulier et temeraria,  
Nec satis digna, cui committas primo partu mu-  
lierem:

Tamen

Archillis compotricem potissimum adduci iubet. *Audiui Archillis]* Frequenter hoc modo Terentius compendium facit, ut egrediens loquatur persona de eo, quod est gestura: et simul doceat, quid ab altera gestum sit. *Audiui, Archillis, iamdudum; Lesbiam adduci iubet]* Vtrum *iamdudum audiui*, an *iamdudum iubet*, incerta distinctio est. Et sunt qui *iamdudum*, iam primum intelligant: ut, *iamdudum sumite poenas.* (Virg. Aen. II, 103.) D.

Haec scena mandatum tenet. Mittitur namque ancilla Myfis, ut obstetricem arcessat. Paraturque habitus, ut Pamphilus terrentis patris orationem, qua adigere eum conatur ad nuptias, possit audire. E.

Etsi in omnibus codd. et Faernianis et nostris legitur *Archibilis*: tamen ob analogiam Thestylis, Phidylis, Erotylis, hic quoque rescribere *Archylis*. Atque pro praeterito sensus potulat *Audio*, ut infra Hec. III, 2, I. B.

2 *Sane pol]* *Sane*, multum; alias, pro valide. Namque validus est, qui multum rerum ne-

cessariarum habet ad salutem. *Temulenta]* Producit primam syllabam *ze. Temulenta]* Vinolenta, hoc est ebriosa, quia *temetum* vinum dicitur. vnde *abstemius*, sobrius. Dicitur autem *temetum* ab eo quia tentet mentem. (Sic vero tementum erat dicendum. Caeterum Mf. Boend. habet, *quia tenet mentem*). *Temulenta*, vino: *Temeraria*, natura. D.

*Temulenta]* Ebriosa. *Temetum* enim antiqui vinum dicebant. *Temulenta et temeraria]* Duo posuit, vnum ad vitium accedens, aliud ad naturam. Nam temerarium naturae malum est, cui accedit, quod vino saepius obruatur. E.

3 *Nec satis digna, cui committas]* Bene in conclusione illa specialiter probavit, dicendo non idoneam, cui committatur primus partus mulieris. Sed mire signateque dixit *committas*. Etenim committimus magna, et quae salutem in dubio habent. *Nec satis digna]* Duas res, nec parientem, nec primo partu. Figura *δύο δι' ἑνός*; ut Virgil. (Aen. III, 42.) *Non me tibi Troia Externum tulit.* Et. (Aen. IX, 448.) *Dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum Accoler.* D.

Tamen eam adducam. Importunitatem spectate  
aniculae;

5 Quia compotrix eius est. Di, date facultatem,  
obsecro,

Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi  
locum.

Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? ve-  
reor quid fiet.

Opperiar, vt sciam, num quidnam haec turba tri-  
stitiae afferat.

## E 2

## ACTVS

4 *Tamen eam adducam*] Re-  
dit ad illud, quod coacta (Mf.  
Boend. *Reddit ad illud, quia  
vi coacta est*). *Importunitatem*]  
Importunitas neque loci, ne-  
que temporis habet commodi-  
tatem. *Aniculae*] Archillis sci-  
licet. D.

Contextus iubet illud *addu-  
cam* mutari in *adduci*? vt sit  
repetitio antecedentis *Lesbiam  
adduci iubet*, cum indignatio-  
ne. B.

5 *Quia compotrix*] In vultu  
remanit oratio. Deest enim  
per figuram ἀλλεψιν, ideo illam  
vult arcessiri. D.

6 *In aliis*] Vtrum in aliis  
mulieribus, an in aliis re-  
bus? D.

7 *Exanimatum*] *Exanima-  
tus*, est perturbatus. Virg. (Aen.  
V, 805.) *Exanimata sequens  
impingeret agmina muris*. *Ex-  
animus* mortuus. Idem, (Aen.

xr, 30.) *Corpus ubi exani-  
mum posuim Pallantis Aestes*  
(pro hoc versu est in Mf. Bo-  
end. ille Virg. Aen. I, 488.  
*Exanimumque auro corpus ven-  
debat Achilles*). *Vereor quid  
fiet*] *Quid*, ob. quid, propter  
quid sit exanimatus. Aut ali-  
ter: *quid fiet*, id est, quid sit  
negotii. Sed quidam putant  
*quid* pro quare: vt, (Aen. I,  
522.) *Quid veniant*. Aut de-  
est, *potest*: vt sit, quid esse pot-  
est. D.

8 *Num quidnam*] Comicum  
est et Terentianum *Num quid-  
nam*: quum, exemptis *num* et  
*nam*, sufficere ad interrogatio-  
nem potuisset *quid*. D.

*Pro nunc, quidnam* Donatus  
et vnus cod. legit *num quidnam*,  
recte. Deinde cum nondum  
turbam Myfis vidisset vllam;  
caetera restitue ita, *haec turbae  
tristitia*. B.

## ACTVS PRIMI SCENA V.

PAMPHILVS. MY SIS.

**H**OC CINE'ST humanum factum aut inceptum?  
hoccine'st officium patris?

MY.

**I** *Hoccine est*] Hic inducitur adolescentis animus circa nuptias: ut ex magnitudine eius ingens gaudium comparatur in fine fabulae, cognita Glycerio; et simul id agitur, ut magis magisque per Mysidem Pamphilus excitetur ad resistendum patri nuptias indicenti. *Hoccine est*] Ab iracundia et dolore coepit. *Iracundia* descendit ex iniuria: *dolor* ex miseria. *Hoccine est humanum factum*] Quasi deliberatio est: in qua duae partes sunt: una patris, altera amicae, pro suafore Myfis est. Principium ab inuentione: in qua primo ut hominem accusat, deinde ut patrem. *Hoccine est*] Hoc est dilatare orationem, ne diceret quod fecit; et est peruersa *ἀντιλογία*, a maioribus descendens ad minora, per amplificationem accusationis. *Factum aut inceptum*] In aliis, *factu aut inceptu*, sicut. *Hoccine est officium*] *Officium* ab efficiendo, ab eo quod quaeritur, quid efficere in eo unumquemque conueniat, pro conditione personae. D.

*Hoccine est humanum factum*

*aut inceptum*] Haec scena deliberationem habet, quae talis est. Adolescens amans, qui promisit se eam ducturum uxorem, a patre cogitur ut alteram ducat: deliberat quid faciat. Hic omnis deliberatione partes sunt, et ab ipso, qui deliberat, percurruntur. Verum quoniam optima deliberatio est, cui alius persuasor accedit: idcirco Myfis ancilla praefens inuenitur, ut eius aspectu facile in unam partem memoria dominae eius, et sui amoris, possit incumbere; quippe cum hic ex una parte pater sit, cuius imperium filius debet implere: ex alia parte amor, qui vinculo sui animum adolescentis astringit. Saepissime autem exordium ab indignatione incipit. *Hoccine humanum factum aut inceptum*] Quam indignationem ita diuisit, ut accusaret primo homines, deinde patrem. Postea iungit propositionem ipsam iniuriae. E.

Ob lectionem a Donato indicatam, et sensus elegantiam lege, *Hoccine est factu humanum aut inceptu*? B.



MY. Quid illud est? PAM. prohi deum atque hominum fidem! quid est, si non haec contumelia est?

Vxorem decrevat dare sese mihi hodie: nonne oportuit

Praescisse me ante? nonne prius communicatum oportuit?

5 MY.

2 *Quid est, si non hoc*] Sic dicimus de his, quae necessario hoc sunt, quod dicimus. *Si non hoc*] *Hoc* cum stomacho dictum, quasi aliquo contradicente, non esse contumeliam. Cicero, (Verr. I, 10.) *Quid est quaeso, Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est?* D.

Illud *atque hominum* a codice primariae notae abest, nec in codd. aliis certum habet locum. Dele igitur, praesertim cum ita in versu II, oriatur incrementum. Porro *hoc* habet cod. Collegii Corporis Xsti, et Donatus. Recte. B.

3 *Vxorem decrevat*] *Decernere*, est de magnis certam proferre sententiam. *Vxorem decrevat*] Propositio iniuriae. D.

*Vxorem decrevat se mihi dare hodie*] In hoc adolescens collocat iniuriam, quod pater sibi nuptias repente mandaverit. Non quod nubere iniuria sit, quamquam esse videatur: verum intelligit, si ante mandasset pater, consilium se facile aduersum imperium patris in-

uenire potuisse. Ideo adiecit: *Nonne oportuit praescisse me?*] Tangitur et illud, an patrum imperiis obsequi filii debeant. Constat enim circa nuptias esse filiis liberam voluntatem; ideo seruata ratione pietatis, communicatum oportuit. Sed cum animaduertit patrem cogere, ut ipse ducat vxorem, credit et Chremetem mutasse sententiam. E.

*Decrevat*, auctore Faerno, habet liber Victorianus; alii fere omnes, et Donatus, *decreuerat*; paucissimi iique recentissimi, *decreuit*. Duo tantum ex nostris *decreuit*; alii magno numero *decrevat*. B.

4 *Nonne oportuit praescisse me ante*] *Oportuit*, scilicet ad patrem refert. Nam nec sic consentirem ad nuptias, sed fac me velle, *Nonne oportuit praescisse me ante?*] Dolet autem se spacium non habuisse consilio. Et *ante* abundat, aut certe *prae*, cum sufficiat *scisse*. *Nonne prius consultum oportuit*] Quam de stomacho repetitum

5 My. Miseram me! quod verbum audio?

P A M. Quid Chremes? qui denegarat se commissurum mihi

Gnatam suam vxorem; id mutauit, quia me immutatum videt.

Itane obstinate operam dat, vt me a Glycerio miserum abstrahat?

Quod

titum est oportuit! Et demore, praescisse me ante. Praescisse proprie ad eam refertur, hoc est, Pamphilum. Communicatum] Quod neque huius proprium est, neque illius. Communicatum] Quia nuptiarum non omnis potestas in patre est. D.

5 Quod verbum] Verbum pro *ἐξίωκεν* more suo posuit, id est, vxorem dare quod ait. D.

6 Quid Chremes?] Transiit a patre nunc, et ad socerum redit. τὸ quid, non ad Chremetem dicitur, sed ad illum transeuntis est, et non confidentantis quid dicat. Quid Chremes?] Irascitur patri, quod cogat Chremetem, quod non negat vxorem. Nunc dolet, non odio haberi, non repudiari. Qui denegarat se commissurum] Non latuerat Pamphilum, repudiasset (forte interferendum est se) Chremetem. Vnde et Dauid ait, Qui posteaquam audierat, non datum iri filio vxorem suo. Commissurum], Putauerat nuptias, et Chremetem mutare sententiam. (Edd. vet.

Parauerat nuptias. R. Steph. primus, opinor, edidit Putauerat etc. Forte Donatus, scripsit: Putauerat veras nuptias: sed etc.). D.

7 Id mutauit] Nunc dixit id. τὸ id enim ad denegarar. Id mutauit, quoniam me immutatum] *παρόμοιον*. Nam quoties verba sunt, *παρόμοιον* dicitur. quoties nomina, *παρονομασία*. D.

Immutatum videt] Id est, mutatum. Nam motus species sunt, commutatio et immutatio. Et est illud circa quantitatem, istud circa qualitatem. vt cum quis ex magno paruus fit, commutatus: si quis ex nigro albus, immutatus dicitur. E.

Quia me immutatum] al. quoniam. L.

Quia, pro vulgari quoniam, comprobatur auctoritate codd. Malim mutauit accipi absolute, vt supra, I, I, 13, et id mutari in is, vt oppositio venustior efficiatur. B.

8 Itane obstinate] Obstinate facere est aliquid in alterius malum

Quod si fit, pereo funditus.

10 Adeon' hominem esse inuenustum aut infelicem  
quenquam, vt ego sum?

Proh

malum cum conatu facere perseveranter, et in alterius perniciem nimis niti. *Abstrahat?*] Magna vi verbi et proprietate vsus est. vnde illud est, (Aen. II, 434.) *Ipbizus et Pelias mecum diuellimur inde. Abstrahat*] Magna indignatione vsus est: tanquam Chremes non tam filiae consultum velit, quam laesum Pamphilum. D.

*Obstinate*] Perseueranter, pertinaciter. *Vt me a Glycerio miserum*] Nominata ea quam diligebat, continuo in calamitatem praesentem dolore gemituque profudit. vt Virgil. (Aen. III, 311.) — *aut si lux alma recessit, Hector ubi est?* Et, (Aen. III, 312.) — *dixit lacrymasque refudit.* Ita nominata iam Glycerio, quasi propositio rursus alterius partis effecta est. Cumque duos fenes, patrem et focerum, supra ad imperium potestatemque posuisset; hic aduersus tantam duorum propositionem, vnum amicae nomen reposuit. Deinde rursus reuertitur ad querelas. Intellexit enim se amori non posse obsistere; ideo subiungit: *Adeon hominem esse inuenustum aut infelicem*] Vt

iterum sit exclamatio, quod Chremetis affinitatem non possit euitare. Hic iam coniecturalis tractatus interponitur, cum Chremes veluti repudiatus saepe, non discedat, et cum rursus promittat uxorem. E.

Pro *Itane* rescribe *Ita*. Nam sublata interrogatione, sententia melius procedet. B.

10 *Adcon hominem*] Alia exclamatio est aduersum focerum. Neminem putat esse in genere humano ita infelicem vt se: quod est commune omnium, qui in aliquo misereore consistunt. Itaque non se, sed conditionem humanam dolet: et queritur natum (Lege *non narum*. Edd. vet. *irascitur non natum* etc.) esse quenquam, qui possit esse tam miser vt ipse est: ac per hoc se (Mf. Hulst. et edd. Venet. *ac per hoc adeo se esse hominem infelicem*). *Adeon hominem*] Amatorie; amore nominato exiit in gemitus. sic Virgil. (Aen. III, 311. *aut si lux alma recessit, Hector ubi est?* *Inuenustum aut infelicem*] *Inuenustus* est sine venere, id est, sine gratia, quem omnes respiciant, repudientque pulchrae, et quem deformes appetant. *Inuenustum aut infelicem*] *Inuenustus*, cui displicens obijci-

Proh deum, atque hominum fidem!

Nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere  
potero?

Quot modis contemptus, spretus? facta, transacta  
omnia. hem!

Repudiatus repeto. quamobrem? nisi si id est,  
quod suspicor:

15 Aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini ob-  
trudi potest,

Itur

rum: *Infelix*, cui placens negatur. *Aur infelicem quenquam ut ego sum*] Adeo se miserum dicit, quod sibi repudiare non licet; ut propter se doleat humanum genus, in quo sit aliquis tam miser. Virgil. (Ecl. IX, 17.) *Heu cadit in quenquam tantum scelus? Ut ego sum*] ἀνακόλυθον est ut: quam enim inferre debuit, non ut. D.

II *Prob Deum*] Quam ferueat indignatione, hinc aspice, quod frequenter exclamat. *Prob Deum*] alia exclamatio est aduersus focerum. D.

Hic versus non post octauum est collocandus ob codd. nouitios; antiqui sunt audiendi. B.

12 *Effugere*] In totum fugere. D.

13 *Quot modis contemptus, spretus!*] Si Chremes spretus, intelligemus Pamphilum dicere, quod operam dederit, ut se repudiaret Chremes; ut supra dixit, *Mutauit, quia me im-*

*mutatum uidet. Quot modis contemptus*] Chremes an Pamphilus? *Facta, transacta omnia*] Prouerbiale est in id negotii, de quo nihil supersit ad agendam. *Facta* autem a Pamphilo: *transacta* etiam a Chremete. D.

*Quot modis contemptus, spretus?*] Melius de Pamphilo intelligimus, *contemptus* et *spretus*. Denique ipse adiungit; *Hem repudiatus repeto*. Deinde continuo coniecturae (addit) rationem; *Aliquid monstri alunt*] Hoc est, fortasse aliquid monstri inauditi nutriunt: quae res rapit auditorem ad diuersa. *Obtrudi*] impingi, opponi. E.

14 *Repudiatus repeto*] Quasi et haec iniuria sit, repudiare et repetere. Et tale est in Eunucho, *Exclusit, reuocat. Nisi si id est*] Coniecturale argumentum. D.

15 *Aliquid monstri alunt: ea*] Duplex contumelia, et *monstri et aliquid*. Minus enim esset, *ali-*

Itur ad me. MY. oratio haec me miseram exanimavit metu.

P A M. Nam quid ego nunc dicam de patre? ah Tantamne rem tam negligenter agere? praeteriens modo

Mihi

*aliquod monstrum. Sic, Quid hominis uxorem habes? Et mutavit genus, dicendo ea: quoniam femina est. Sic in Eunucho, Taces, monstrum hominis? non dicturus es? Aliquid monstri alunt: ea] Dum monstrum dixerat, ea subiunxit, tanquam non verbis, sed sententiae seruiens. Nemini obrudi] Mire obrudi, quasi inuito. et totum cum iracundia. Obrudi, infringi, impingi. D.*

16 *Itur ad me] Dotem amator non cogitat: et ad vilitatem trahit, quod ultro venit, et quod se repetit Chremes. Itur ad me] Quasi ad hostem. Plautus Pseudolo, (1, 5, 38.) Itur ad me. Et Virg. (Aen. ix, 423.) — simul ense relicto Ibat in Euryalum propere. Oratio haec] Etiam pauca verba veteres orationem dicebant. D.*

17 *Nam quid ego] Quasi dicat, quid ego de patre dicam, qui alienum accusauerim Chremetem? Nam quid ego] Redit ad patrem, in quo noue hoc accusat, negligenter eum agere, quod nolit fieri. (Mf. Bond. et ed. Du B. Quod voluit fieri). D.*

*Nam quid ego dicam de patre?] Rursus est officium de senibus mutuatus. Nam cum prius de patre, mox de focero dixisset, interposito Glycerii nomine, redit ad Chremetem. hinc de patre suggerit. Queritur autem de focero per coniecturam, quod filiam suam saepe polliceri cupiat repudiatam: de patre autem, quod segniter et negligenter de filii nuptiis cogitare videatur. Ita quod de patre supra generaliter dixerat, nonne oportuit rescisse me ante, nunc per speciem proponit. E.*

Deleatur nunc cum codd. fide, tum metri causa. Nam quid sub istu stare debet. B.

18 *Tantumne rem] Summam voti ac nuptias. Praeteriens modo] Hic ostendit specialiter quid peccauerit. Pater (vett. edd. pater recte referunt ad Donati verba antecedentia) praeteriens modo mihi apud forum] Undique conflatur accusatio: ex facto, quod praeteriens: ex tempore, quod modo: ex loco, quia in foro: ex modo et ex verbis, Vxor tibi ducenda est. D.*

E 5

Prac-

Mihi apud forum, Vxor tibi ducenda est, Pamphile, hodie, inquit, para;

10 Abi domum. Id mihi visus est dicere, abi cito, et suspende te.

Obstipui: censen' me verbum potuisse vllum proloqui?

Aut vllam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.

Quod si ego rescissem id prius; quid facerem, si quis nunc me roget?

Ali-

*Praeteriens modo mihi apud forum; vxor tibi ducenda est, Pamphile. Quid facerem*] Modo autem tempus respirandi non habet \* tunc (forte, habens tum) patris imperio et praesentia territus respondere non potuit. E.

*Praeteriens modo*] Priscian. lib. xv. L.

Omitte *ne*, post tantam, cum cod. regio, vt versus grauius sonet. B.

19 *Ducenda*] Mire *ducenda*, Semper hoc genus declinationis necessitatem ostendit. vt Virgil. (Aen. xi, 230.) *Ex pacem Troiano ab rege petendum. Sallust. Agendum, atque obuiam eundum est.* D.

20 *Abi cito, et suspende te*] Ad *Hodie, Cito* retulit. ad *Vxor tibi ducenda est, Suspende te.* D.

21, *Obstipui*] al. *obstupui.* L.

*Obstipui* habent, auctore Faerno, Vaticanus, Decurtatus, alibi Bembinus, et apud Virgilium antiquissimus liber Romanus. B.

22 *Ineptam saltem, falsam*] Duo comparantur in defensionem, aut vera, aut ad tempus accommodata. *Ineptum* est, quod a quouis reprehendi potest. *Falsum*, quod etiam prudentem possit fallere. D.

Rotundiores fluunt numeri, fide cod. Petrensis, vbi *Aut* annectis antecedenti versui, et *saltem* ponis, ante *ineptam*. B.

23 *Quod si ego rescissem*] Si mecum communicasset prius. *Quid facerem?*] Iple se reprehendit. *Quid facerem?*] *προφρα.* D.

*Quid facerem si aliquis me interroget?*] Huic responso datur: *Aliquid facerem vt hoc ne facerem.* E.

Sic:

Aliquid facerem, vt hoc ne facerem. sed nunc  
quid primum exequar?

25 Tot me impediunt curae, quae meum animum di-  
uorse trahunt:

Amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitatio:

Tum patris pudor, qui me tam leni passus est ani-  
mo vsque adhuc,

Quae

Sic edidit Faernus con-  
sentientibus codd. vetustis. At  
ne Arses et Theses se incon-  
cinne habeant: repono, *Quod*  
*si ego scissem id prius, quid fa-*  
*cerem, si quis nunc me interro-*  
*get.* B.

24 *Vt ne hoc facerem*] Ta-  
cerem. et nota, *facerem*, pro  
tacerem. *Sed nunc*] Delibe-  
ratio, et partes eius. D.

*Sed quid nunc primum exe-*  
*quar?*] Hic est propositio ipsius  
deliberatiuae per duas sc. par-  
tes, an imperio obtemperet pa-  
tris, an amori potius serui-  
at. E.

25 *Tot me impediunt curae*] Ab  
amoris parte haec sunt argu-  
menta: primum necessitas.  
Amor, inquit, deinde humani-  
tas: misericordia a parte patris,  
an imperio patris obtempe-  
ret. E.

26 *Amor, misericordia*] Haec  
oratoria sunt, cum vnum nego-  
tium in multas distrahimus par-  
tes. *Diuerse trahunt*] Pro, in  
diuerfa trahunt. *Amor*] A ne-  
cessario. *Misericordia*] ἀπὸ τοῦ

ἀντι- (Mf. Lindenbr. ἀπὸ τῆς  
δότης. In Mf. Hultf. desidera-  
tur). *Misericordia huius*] ἀμ-  
φιβολία *Nuptiarum sollicita-*  
*tio*] A perturbatione. Qui-  
bus colligit consulere se non  
posse. *Sollicitudo* est, quae in-  
haeret mentibus. *Sollicitatio*,  
quae ab alio fit. D.

*Nuptiarum, inquit, sollicita-*  
*tio, tum patris pudor*] Hoc est,  
quod erubescio ex patre; et  
adiicit non leues causas: pri-  
mum quod pater, deinde quod  
bonus pater, obtemperare uti-  
que deberet. Bonum autem  
sic confirmat. *Qui me tam le-*  
*ni passus est animo vsque adhuc,*  
*quae meo cumque animo libitum*  
*est facere*] Hac parte inclina-  
tam sententiam declarauit: vn-  
de rursus oratio concluditur qb  
querelas. E.

27 *Tum patris pudor*] ἀμφι-  
βολία. *Qui me tam*] Explana-  
tio, in quo pudendum sit sibi  
apud patrem Et ad illud spe-  
ctat, *Tute his rebus finem praec-*  
*scripsisti pater. Qui me tam*  
*leni passus est animo*] Atqui acu-  
cula.

Quae meo cunque animo lubitum' est, facere: ein' ego ut aduorfer? hei mihi!

Incertum' est, quid agam. My. misera timco, hoc incertum quorsum accidat.

30 Sed

culabat eum. Sed amator est. *Eine ego*] Pronomen hoc vim qualitatis habet et est, Antali, tam bono? D.

*Leni passus est*] V. C. *liberali*. L.

Ne totum illud *animo* in Thesi, plane contra artem, lateat; transfer *est* post *animo*. B.

28 *Egone ut aduorfer*] Videtur inclinasse, ut secundum patris animum consistat (uterque cod. *confisteret*): sed amore ad incerta iterum deuoluitur. D.

*Eine ergo aduerfer miser*] Sed non iam electio consilii est, ut hoc facere velle videatur, verum obsistente amore rursus ad incertam sententiam deuolutus est. *Incertum est*, inquit, *quid agam*] Optimo loco Myfis sese interponit, ut in parte aliqua adolescens vel praesentia Myfidis, vel commemorazione Glycerii possit inuerti. Denique intercedit, et ut utiliter tristis eum interrogaret, exponit Glycerium aegram esse, duabus de causis; ex dolore et sollicitudine. Hic dolor a partu ponitur: hoc enim dixit, laborat ex dolore. Maxima e-

nim adolescenti efficitur concitatio, si se propter amorem intelligat pati. Deinde adiecit sollicitudinem, cuius causam ponit, quod olim constitutae sunt nuptiae, et vereatur, ne illam deferat Pamphilus. His rebus perfecta persuasio est, ut amori adolescens potius debeat obtemperare. Denique concitatus iam unam elegit partem et proponit: *Egone istuc conari queam?*] Hic rationes narrat, quibus non sit verisimile, quod amicam sit deferaturus. Primum, ne illa misera decipiatur, quae omnem vitam ei credidit, quam ille dilexerit, et pro vxore semper haberit, hoc ab utili est. Sequitur ab honesto; quoniam pudice eius doctum et educatum ingenium non debet necessitate immutari. Huic rei quae-sitio opponitur, an hoc facere possit adolescens, cum in patris sit positus potestate. E.

29 *Quorsum accidat*] Ad quam rem, quo versus. D.

Omnes mei et Faerni codd. habent *incertum hoc*. recte. Deinde *quorsum* muta in *quorsus*, metri gratia. B.



30 Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.

Dum in dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellitur.

P A M. Quis hic loquitur? Myfis? salue. M Y. o salue, Pamphile. P A M. quid agit? M Y. rogas?

Laborat e dolore, atque ex hoc misera sollicita est, diem

Quia

30 Sed nunc peropus est] Calliditati femineae et astutiae sententia haec congruit. Cum ipsa] Ipsa, nunc domina mea. Aduersum hunc] Apud hunc: ut alibi, *Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.* D.

Lege peropus]. Nostri codd. omnes hoc ordine, *aut aliquid de illa me.* Tolle aliquid, quod et incertae est sedis, et repugnat sensui. B.

31 Dum in dubio est animus] Translatio haec est a mole alicuius ponderis, quae ante quam in loco sederit, cum incerta pendet, facillime commouetur. D.

Dum in dubio est] V. C. Cum in dubio. L.

32 Quis hic loquitur?] Hoc fecum. Deinde conuersus, ut vidit, *Myfis salue. Salue*] Difficile est aliud inuenire verbum, quod sic declinetur, *Salue* et *saluere*. quippe huius verbi per modos est rara declinatio. *Quis hic loquitur?*] Prin-

cipium Terentianum in iungendis personis. *O salue*] O, interiectio optantis aduentum, aut repente perculsi. *Quid agit?*] Amatorie, et familiariter non addit quae. Virgilius, (Aen. IV, 479.) *Quae mihi reddat eum, vel eo me soluat, amantem, Rogas?*] Lenta quaedam et tristis est responsio, et dolore plena. D.

33 Laborat e dolore] Duplicem laborem Glycerii esse dicit, vnum partitudinis, alterum curae et sollicitudinis nuptiarum Pamphili. *Laborat e dolore*] Callide aggreditur iuuenem; nam vtraque (Mf. H. et Lindenbr. *utrumque*) propter illum perpetitur, et dolorem et sollicitudinem. *Atque ex hoc*] Myfis, quae contra patrem suafura est, incertum inueniens Pamphilum, facile ad se conuertit mentione dominae suae: et maxime quod addidit, cur illam aegram esse dicat. Quare statim perfectum est, quod

Quia olim in hunc sunt constitutae nuptiae. tum  
autem hoc timet,

35 Ne deseras se. PAM. hem, egone istuc conari  
queam?

Ego propter me illam decipi miseram finam?

Quae mihi suum animum, atque omnem vitam  
credidit?

Quam

quod volebat, ut dicat Pamphilus, *Egone istuc conari queam?* D.

*Ex hoc misera sollicita est die,* legit Westerhou. Z.

34 *Constitutae*] Nec addit a patre: sed inuidiose, quasi et a Pamphilo sint constitutae. An timet in negotio? *In hunc diem*] Idem enim dies est, quo placuerant destinatae nuptiae, quamvis Chremes renunciauerat. et supra, *Hic nuptiis dictus est dies. Tum autem*] Tum, praeterea. *Sollicita est*] *Sollicitudo* rerum incertarum magis est. *Quod in hunc diem sunt constitutae nuptiae*] Hic certior metus est, et grauior. D.

35 *Egone istuc conari*] Ideo sic Pamphilus, quia illa inuidiose non, Deserere cogaris, dixit: sed, deseras. *Egone istuc conari*] Non perficere, sed conari velle aliquid ad scelus, effectio est, etiam si non potest fieri. Hic enim voluntas, non factum damnatur. ut Virgilius,

(Aen. VI, 624.) *Ausi omnes immane nefas, ausoque potiri. Egone conari*] Leuius est conari, quam facere. D.

36 *Egone propter me*] Magna vis est in pronominiibus. et diuersa sunt, et singula, et non praecipitantur, nec dicuntur vno spiritu: sicut in Eunuchio, *Egone illam, quae me, quae illum?* *Quae illum*, deest, amat: *quae me*, deest, non amat. *Egone*] Suadenter. subauditur, *ut fieri finam.* D.

*Ego propter me*] Ms. *Egone propter.* L.

Omnes nostri codd. *Egon propter.* Recte; ut versu praecedente *egone.* B.

37 *Quae mihi suum animum*] Ab eius beneficiis. *Suum animum*] Quantum ad amorem pertinet. *Atque omnem vitam*] Hoc est, ut maritum speraret. *Quae mihi suum animum, atque omnem vitam credidit*] Argumenta a consequenti. Si eam deserit, haec subiiciuntur. D.

Quam ego animo egregie caram pro vxore habuerim,

Bene et pudice eius doctum atque eductum, finam,

40 Coactum egestate ingenium immutarier?

Non faciam. M Y. haut vereor, si in te solo sit situm:

Sed vim vt queas ferre. P A M. adeon' me ignauum putas?

Ade-

38 *Quam ego animo egregie caram*] *Egregie*, praeter caeteras, id est, nimis. *Bene et pudice*] Hic illud soluitur, *Lana et tela victum quaeritans*: vt hoc praeftruat, bene et pudice Glycerium esse educatam, *Lani et tela victum quaeritans*. Et non pertinet ad argumentum, nisi post vitam Glycerii intelligas. D.

39 *Bene et pudice*] Ab honesto. *Bene et pudice eius doctum*] Hanc sententiam quasi de exemplo probat. Nam bene educata est a Chryside, quae primo pudice vitam, parce, et duriter agebat. D.

40 *Coactum egestate*] Propterea quod Chrysis, inopia et cognatorum negligentia coacta. *Coactum egestate*] Non paupertate, sed egestate. cui contrarium, *Inopia, et cognatorum negligentia*. D.

41 *Haut vereor*] Acuit animum adolescentis contra patrem, cuius etiam nomen graue est. D.

*Haut vereor*, inquit, *si in te solo sit situm*] Aduersus istam propositionem argumentum rursus supponitur, an fieri possit, quod coniecturale est, quod tali animo Pamphilus sit, vt neque inhumanus, neque ferus sit, nec amet, neque sine pudore sit. Quibus rebus per se nota omnia argumenta sunt, vt facile possit nosci adolescentem, et contra imperium patris, in amore fidem posse seruare. Suggestit illa, quo magis adolescentem incendat, meritam esse Glycerium, vt eius Pamphilus memoriam contineret. E.

*Haut vereor*] Mf. R. *Haut vereor*. L.

Plerique ex nostris *vereor*, et duo, *in te sit solo*, quam lectionem et ordinem praefere. B.

42 *Sed vim vt queas*] Hic *vereor* subauditur. *vt*, pro *ne* non posuit: vt sit, Sed vereor ne non queas vim patris ferre. Et, ne non possis, non damna-

Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum?

Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor

45 Commoueat, neque commoneat, vt seruem fidem?

MY. Vnum hoc scio, hanc meritam esse, vt memor esses fui.

P A M.

tio est, verum adolescentis pro-uocatio in contemptum patris. *Adeon' me ignauum*] A verisimili. *Ignauum*] Quod aduersum necessitatem proferendum fuit, id primum dixit, adesse sibi virtutem. Quae sequuntur, ad fidem pertinent. Ita pro tempore contemptum patris pro fortitudine habet. *Ignauum*] *Ignauus* est, qui vim non potest ferre, qui non est per-seuerans. D.

Numeri gratia repono, *Sed vt vim queas ferre. Adeone me ignauom putas?* B.

43 *Adeon' porro ingratum*] *Porro*, coniunctio est expletiva, alias aduerbium temporis. *Ignauum et ingratum*] ἀνεργος est; inhumanum aut ferum post subiecta dixit. *Adeon' porro ingratum, aut inhumanum*] Mira omnis conuersio. Non enim dixit, Adeon' me obsequentem patri existimas, adeo gratum, adeo pium, adeo mansuetum? Ita amatoris per omnia seruat condiciones, vt oratorie hoc cogatur scelus esse, si pareret nunc patri. D.

Lege, *Adeone porro ingra-*

*rum, inhumanum, ferum?* ne accentus in repetito *Adeon'* varietur; et *Asyndetorum* celeritas a rei natura postulatur. B.

44 *Vt neque me consuetudo*] Non ordinem reddit. ferum enim reddit ad *mansuetum*, quod etiam ferae mansuescunt. *Neque amor*] Ad illud, *Inhumanum*. Amor namque vehementior est in homines. Virgilius, (Georg. III, 258.): *Quid inuenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor?* *Pudor*] Ad *ingratum* retulit. *Vt neque me consuetudo, neque amor*] ἀπόδοσις ad superiora. *Consuetudo*, aduersus feritatem. *Amor*, aduersus inhumanitatem. *Pudor*, aduersus ingratum animum. D.

45 *Commoneat neque commoneat*] ἐκτρέφει est ad maiora. *Vt seruem fidem*] Exquisite: non dixit, vt contempnam patrem. D.

46 *Vnum hoc scio*] In eodem haeret, vt excitet iuuenem; neque audire se fingit quod dicit. *Vnum hoc scio*] Vide quam callida sint, quae a Myfide subiiciuntur, ad irritandam promissio.

P A M. Memor essem? o Myfis, Myfis, etiam nunc mihi

Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis

De

missionem Pamphili. *Vnum hoc scio*] Subiicit illa quae ardentem incendant magis. Nam dixit ille omnia, quibus cogitur seruare fidem: sed de merito eius aut nihil dixit, aut parum. *Vnum hoc scio*] Quasi hoc dicat, Quid tu facturus sis equidem nescio, sed vnum scio, *Vt memor esses sui*] Inuidiose, quasi oblito: adeo commouetur hoc dicto Pamphilus. *Vt memor esses sui*] Bene praeterito: quoniam quae praeterita sunt, in recordatione magis lacrymabilia (Mf. Hult. addit et miserabilia) sunt. vt Virgilius, (Aen. III, 678). — *Cui paruus Iulus, Cui pater, et coniux, quondam tua dicta, relinquer?* Idem alibi, (Aen. IX, 300.) *Per caput hoc iuro, per quod pater auze solebas.* D.

*Vnum hoc scio, meritam esse vt memor esses sui*] Adiecit rursus adolescens suae memoriae: siquidem dicit, in animo se haec Chrysidis morientis et commemorantis Glycerium scripta verba pertinere. In qua re allocutionis sunt praecepta et potestates: hoc est, quibus verbis potuit, vt Chrylis moriens ei, commendaret Glycerium.

Sed quoniam hoc profecit ad affectum, vt exinde profiteatur adolescens, se Glycerium non deserturum, singula excutienda sunt. Nam primum quo tempore locuta sit, non sine affectu est. *Moriens eum*, inquit: quae res habet maximam pietatem, cum postrema vox est: quod soli sumus, et quod semotis omnibus: plus enim fidei meae dedit, quando testem adhibere neglexit. Deinde sequitur ipsa oratio, quae magnum affectum tenet. E.

*Hanc meritam*] In regio cod. τὸ hanc desideratur. L.

*Hanc* abest a melioribus codd. nec ancillae de Domina loquenti conuenit. Deinde *esse* pone ante *meritam*, qui ordo est in Donati Msto. Oxoniensi, vt *meritam* clare possit audiri. B.

47 *O Myfis, Myfis*] Primum vocandi, alterum increpandi est. D.

48 *Etiam nunc scripta*] Id argumentum est, quam viuae memor sit, qui etiam mortuae verborum meminerit Chrysidis de Glycerio. D.

Vt ambiguitas Genitiui tollatur, *dicta* pone post *animo*. B.

De Glycerio. iam ferine moriens me vocat:

50 Accessi; vos semotae: nos soli: incipit,  
Mi Pamphile, huius formam atque aetatem vides.  
Nec clam te est, quam illi nunc vtraeque inutiles,

Et

49 *Iam ferme*] *Ferme* aduerbium est festinantis. *Moriens me vocat*] Ex tempore probauit locutam vera esse, non ficta et simulata. Nam qui sani sunt, ipsi (adde, *sibi spe*, Z.) longioris vitae adulantur. Virg. (Aen. x, 782.) *Et dulcis moriens reminiscitur Argos*. D.

50 *Iam ferme moriens*] Affectus a tempore, quod postrema vox erat. *Accessi; vos semotae: nos soli*] Figurae propriae Terentianae, (lege *Terentio*), ἀσύνδετον καὶ ἕκαστον. *Vos semotae*, deest *estis*: *nos soli*, deest *remansimus*. vt est illud, *Egone illum, quae illum, quae me?* *Vos semotae: nos soli*] Habuit fidem, quod soli fuimus, quod nemo testis. an timuit, ne hoc pater ante firmatum amorem cognosceret? *Incipit*] Deest *dicere*. Praeparatio, et quasi vestibulum orationis est. *Inceptio* dicitur orationis, quae longa taciturnitate, meditate grauiusque profertur. vt Virg. (Aen. x, 100.) *Tam pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Infit*. D.

51 *Mi Pamphile*] μίμησις per προσωποποιίαν. et principium a blandimento. *Mi Pamphile*]

Vide redditam voci morientis dentis interuallis interruptam orationem, utpote lassio anhelitu interueniente. *Huius formam atque aetatem*] Amat compendium lassitudo. *Formam* enim dicendo pulchritudinem significat: *aetatem*, quod parua. *Huius formam atque aetatem*] Duplex causa commendationis, *forma* et *aetas*: vt supra, *Fortē vnam aspicio adolescentulam, Forma*, etc. D.

*Nam, mi Pamphile, inquit*] Primo quod familiariter allocuta est, dicendo *mi*; deinde ipsa commendatio, quae duas ad misericordiam continet causas, formam atque aetatem: quam rem et Simo laudauerit dicendo supra, *Ibi aspicio vnam adolescentulam, forma &c*. Ex his enim rebus omnis causa pietatis est, et spes ad amorem. E.

52 *Vtraeque inutiles*] Legitur et *utiles*. *Et ad pudicitiam*] Propter formam dixit. *Et ad rem vitandam*] Propter aetatem. ἀπόδοσις. D.

*Illi nunc vtraeque inutiles*] Sic ex Ms. R. editum, quod Priscianus in parte agnoscit, apud quem legimus lib. XIV.

Quam

Et ad pudicitiam, et ad rem tutandam fient.

Quod ego te per hanc dextram oro, et ingenium tuum,

55 Per tuam fidem, perque huius solitudinem

F 2

Te

*Quam illi nunc vsraeque res inuiles.* L.

Codex Regius hoc ordine ponit, *Nec clam te est, quam illi vsraeque res nunc inuiles.* Repone *uiles*, et versus est saluus. cf. infra IV, 5, 16. B.

*Res nunc uiles.* W.

53 *Ad pudicitiam et ad rem tutandam*] Ad pudicitiam, forma: ad rem tutandam, aetas. Sed melius utrumque ad pudicitiam. Nam neque forma, neque aetas pudicitiam poterit custodire: ad rem tutandam sola aetas sufficit. E.

Recte *rem* ante *tutandam* locum obtinet. B.

54 *Quod te per*] *Quod*, propter quod. vt, (Aen. II, 141.) *Quod te per superos.* Et est ordo, propter quod te oro. *Per hanc dextram*] Tenet eum, vt apparet. *Per hanc dextram*] Fidei et foederis membrum. Ad manum fit conuentio. *Et ingenium*] Legitur et *genium*. D.

*Quod ego te*] Omnis allocutio has diuisiones habet, quid velit et quid meruat. ita quod metuat supra positum est, *et aetate, et forma.* nunc quid velit. *Quod ego, inquit, nunc te per hanc dextram oro.* I.

ipsum quod velit iungit cum precibus. Impetrabile enim fit, si quod volumus, in allocutione cum precibus collocemus. Vt, (Virg. Aen. IV, 314.) *Per has te lacrymas egomet dextramque tuam te; Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum* — Non potuit enim per partes impetrabile facere, quod rogabat. Hic autem vide, quod in iureiurando collocat primo dexteram, quam tenebat; quae semper fidei testis est. Nam inde etiam Tullius, *Per dexteram tuam te oro, non tam in praeliis et in bellis, quam in pace et fide firmiorem.* Et ingenium simul adiecit et fidem: tum etiam vt pietatem captet, solitudinem mulieris, et ipsum postremo desiderium. E.

*Et ingenium tuum*] al. *et genium tuum.* I.

Lege, *Quod te ego per dextram hanc oro, et per genium tuum.* Duo codd. Palatini habent *Genium*, quod et sententia ipsa flagitat. Deinde *per* repetendum est ante *Genium*, vt aequalitas constat. B.

55 *Per huius solitudinem*] Legitur et *sollicitudinem.* D.

Te obtestor, ne abs te hanc segreres, neu deferas:

Si

56 *Obtestor*] *Obtestato* dicitur, quando eum adiuramus, quem rogamus. *Oramus* per eas res, propter quas rogamus. Virg. (Aen. x, 45.) — *per euerfac, genitor, fumantia Troiae Excidia obtestor. Ne abs te hanc segreres, neu deferas*] Ad fidem, *ne segreres*, retulit: *ad solitudinem*, ne deferas: hoc est, ne aliam ducas, aut amare desinas, etiamsi aliam ducas. *Ne abs te hanc segreres*] Quasi ipsam manu tenens. *Hanc*, propter formam et aetatem. *Segreres*] Hoc verbum simplex fieri non potest. *Neu deferas*] postremo. *Te obtestor*] Sextum πρεσβειον. dixit enim iam, *Quod ego te per hanc dextram oro.* D.

*Ne abs te eam segreres, neu deferas.* Sunt autem duo, *ne abs te segreres*, ne non eam ducas vxorem: *neu deferas*, ne non eam defendas. Scit enim esse peregrinam secundum suspicionem suam. Adiungit meritum suum dicendo, *Si te in germani fratris dilexi locum*] Quomodo Virg. (Aen. iv, 315.) *si bene quid de te merui.* Iungit autem meritum puellae: *Siue haec te solum semper fecit maximi: seu tibi morigera fuit in rebus omnibus*] *Tibi fuit morigera*, id est, tuis moribus inferuens. Et in merito puellae maximam vim declarauit,

quod solum semper fecit maximi. Accepit a me beneficium, quod seruata sit, quod viuat, et tamen te solum maximi fecit. Potest etiam dici, quod solum amauerit in domo meretricis. Allocutionem efficaciter concludit per mandatum et monitum. *Te isti virum do*] Quod supra dictum, *abs te ne segreres. Amicum, tutorem, patrem*] Hoc supra dictum, *neu deferas.* Adiungit et ab utili; *bona nostra haec tibi committo*] Post haec quo maior vis ad memoriam possit accrescere, ut mandatorum verba in animo fixa remanerent, illud adiecit, *Hanc mihi in manum dat, mors continuo eam occupat*] *Continuo* inquit, tanquam usque ad mandati creditam sententiam vita suffecerit. Concludit de liberationis suae partem per electionem: *Accepi*, inquit, *acceptam seruabo*] Consentit continuo et Myfis, et ipse curam illius habendo, cum dixisset, *perge ad obstetricem*, monetque ne aliquid dicat dominae de nuptiis. quod pulchre est collocatum. Nam nonnihil ex hoc fidem dat amoris, cui et miseretur. Et urbane, ne ei quam diligit ex aliquo nuncio aegritudo cumuletur, hoc posuit: *Atque audin? verbum unum caue de nuptiis: ne ad morbum hoc etiam.* E.



Si te in germani fratris dilexi loco,  
 Siue te haec solum semper fecit maximi,  
 Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

- 60 Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem.  
 Bona nostra haec tibi permitto, et tuae mando fidei.  
 Hanc mihi in manum dat: mors continuo ipsam  
 occupat.  
 Accepi: acceptam seruabo. M V. ita spero quidem.

F 3

P A M.

57 *Si te in germani*] Sic tunc dicimus, quando praestitimus aliquid, et tamen nolumus exprobare. vt Virg. (Aen. IX, 406. *Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus avis Dona tulit.* -- Et alibi, (Aen. IV, 317). *Si bene quid de te merui.* -- *In germani fratris*] Non fratris solum, sed etiam germani. D.

58 *Siue haec te solum*] Si aut te mihi praetulit, aut nullum alium nouerit amatorem in domo meretricis. D.

*Siue haec te lege ex codd. nonnullis.* Te enim, cum in ictu non sit, non potest non elidi. B.

59 *Morigera*] Hoc quasi amanti utile fuit. Virg. (Aen. IV, 317.) *fuit aut tibi quicquam Dulce meum.* D.

60 *Te isti virum do*] Haec, vt diximus, et singula sunt, et non praecipitantur, nec dicuntur vno spiritu. *Te isti virum do*] Apparet quod iunctis dextris haec dicebat. ideo et, *Per hanc dextram te oro.* *Amicum*] Potest enim et maritus esse, et non amicus. Sed affectu mariti re-

tulit amicum. *Virum*] Ne fegreges. *Amicum*] Ne deferas. *Tutorem*] Quasi orbae. *Patrem*] Quasi paruae. *Patrem*] Ad illud quod ait, *Et ad pudicitiam.* D.

61 *Bona nostra tibi haec permitto, et tuae mando fidei*] Conclusio per mandatum et obtestationem efficax satis. *Bona nostra*] Haec verba quasi suppellectilem suam ostendentis sunt. *Bona nostra*] Hoc est, Ad rem tutandam. (lege: Ad hoc, *Et ad rem tutandam.*) D.

*Tibi permitto*] al. *commizto.* L.

62 *Hanc mihi in manum dar*] Confirmatae sunt legitime nuptiae per in manum conuentionem. Et mire *hanc*: non, *huius manum.* *Mors continuo ipsam occupat*] Quo magis memorem esse oportet eorum, post quae illa nihil locuta est. D.

63 *Accepi*] Proprie, quasi vxorem. *Acceptam seruabo*] Conclufit partem deliberationis suae per electionem. D.

P A M. Sed cur tu abis ab illa? M Y. obstetricem arcesso. P A M. propera.

65 Atque audin'? verbum vnum caue de nuptiis, Ne ad morbum hoc etiam. M Y. teneo.

## ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

CHARINVS. BYRRHIA. PAMPHILVS.

**Q** V I D ais, Byrrhia? daturne illa Pamphilo hodie nuptum? B Y. sic est.

C H.

64 *Sed cur tu*] Corripit, quod abeat ab illa. *Cur*, non interrogantis, sed corripientis est et increpantis, quod Glycerium deferat. *Obstetricem*] Quae opem tulerit parienti, *obstetrix* dicitur: unde et parturientes, *Fer opem*, clamant. *Propera, atque audin?*] Et interrogatio quo eat, et reuocatio, ad argumentum magni amoris accedit. D.

*Sed cur tu ab illa?* Sic edit Sandby. Z.

65 *Verbum vnum caue de nuptiis*] Deest *dicas*. figura ελλειψις. *De nuptiis*] Non quod hodie futuras nescierit Glycerium, sed quod illas hodie indixerit pater filio: cum supra et Pamphilo et Glycerio disturbatae viderentur, Quia sunt constitutae in hunc diem. *Caue*] Annotant quidam *caue* hic corripendum esse. D.

Verba *Atque audin?* de-

bent verbum antecedentem claudere. B.

66 *Ne ad morbum hoc etiam*] Iterum ελλειψις, deest enim, *accedat*. D.

I In hoc colloquio altera pars ostenditur fabulae. Si quidem Andria ex duorum adolescentium pauoribus (Mss. Hulst. et Dan. et Boend. *periculis*) gaudiisque componitur, cum fere solam Hecyram Terentius ex vnus comoedia adolescentis effecerit. Has personas Terentius addidit fabulae. Nam non sunt apud Menandrum, ne τραγικώτερον (nec hoc, nec illud αποδέετον. quod e Mss. laudat Lindenbrog. agnoscit Mss. Hulst.) fieret, Philumenam spretam relinquere sine sponso, Pamphilo aliam ducente. *Quid ais, Byrrhia? daturne illa*] Ex verbis Charini apparet Byrrhiam nunciasse nuptias futuras cum Pamphilo: nec

CH. Qui scis? BY. apud forum modo de Dauo  
audiui. CH. vae misero mihi!

Vt

nec adducitur tamen, vt statim credat, et accommodet animum. Saepius ergo repetit interrogando. Et bene *illa*, velut anatorie de certa loqueretur persona. Sic Virgilius, (Aen. IV, 421). — *solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus*. Ergo non Aeneas, sed ille. Et item hic, non *Philumena*, sed *illa* dixit. *Quid ais, Byrrhia?*] Miratur magis, quam interrogat, vel potius indignatur. *Sic est*] Hoc cum indignatione stomachi dixit. D.

*Quid ais, Byrrhia? daturne illa hodie Pamphilo?*] Charinus indignatur, quod sibi nunciatum esset, Philumenam, quam diligebat, Pamphilo esse nupturam: vehementi dolore succensus, primo conqueritur, deinde deliberat, an Pamphilum conueniat, vt eam non ducat vxorem. Deliberatiuae formam in hac scena debemus animaduertere: ac primum, an verum sit, quaerit. Ideo interrogat, quasi verum audierit. Est et familiare timentibus, nolle audire quod inimicum sit voluntati. Interrogat autem rem; *Quid ais, Byrrhia?* Deinde cum consensus est commodatus, sic et personam quaerit, a quo audierit. E.

*Hodie nuprum*] In Ms. R. τὸ *hodie* deest. L.

Eti in omnibus codd. hic ordo verborum reperitur, *daturne illa hodie Pamphilo nuprum?* metri tamen gratia Faernus recte ita correxit. B.

2 *Qui scis?*] Non vult enim verum esse. *Qui*, quatenus, vnde hoc scis. *Apud forum modo de Dauo audiui*] *Apud forum*, de loco. De tempore, *modo*. De persona, *de Dauo*. (ita verba collocauimus e Ms. Hulst. quem ordinem sensus exigit. Z.). Plurima dixit ad confirmandum Byrrhia, quando interrogatus est, a loco, a tempore, a persona. *Vae misero*] Tandem aliquando peruietus (Ms. Boend. et ed. Du. B. *productus*; forte leg. *perductus*) est, vt crederet. *Vae*] interiectio in his rebus, quas execramur. D.

*Qui scis*] At vero nunciis compendium interrogationi faciens, et personam et locum dicit, vbi audierit. *Apud forum*, inquit, *modo de Dauo audiui*] Quare confirmatus in quaestione, continuo prorupit adolescens, qui dixit; *Vae misero mihi*] Quod nunc certum periculum sit, ante incertus fuisset inuentus (forte *euenus*): et ex diuersis rebus fit argu-

Vt animus in spe atque in timore vsque antehac  
attentus fuit;

Ita,

mentum a pari. Post Byrrhiae adhibet consolationem. Quod genus orationis in materia oratoria raro versatur. Hic autem posita est, vt voluntas ab eo quod fieri non potest, consolatione suscepta, ad id quod fieri potest, conuertatur: quod vocatur dissuasio. At vero adulescens cupidus amoris sui voluntatem perterritam continet. *Nihil*, inquit, *aliud volo nisi Philumenam*. Sed seruus consolationem reddit, vt si fieri possit, adulescens aestus contrarii amoris excludat: et ipsum amorem loquendi dolore suspendit. Huic respondit sententiae naturaliter: quod omnes cum valemus, aliis dare consilium possumus: at si in aegritudine ipsi sumus, de eo, de quo consilium dedimus, necesse est aliter sentiamus. Viso Pamphilo deliberat Charinus an adeat, et roget, vt nuptiis aliquot proferat dies, id est, protrahat; vt periculo iam certo spes aliqua dilatione pariat. Ac deliberationem indicat seruo Byrrhiae, quid sibi videatur. At ille dissuadet ab inhonesto et inutili, spem \* est cadere Pamphilum, si nihil impetraret, ille continuo sibi credit Charinum uxorem tollere. Hoc nam significauit. Quid

ni? si nihil impetres: vt sit sensus, quod mihi videtur: *vt ille arbitretur paratum sibi moechum, si tu nihil impetres*. Alii distinguunt sic, vt simul dicant, non separatim, *Quid ni, nisi*. qui vere nullus est sensus. Potest tamen dici *Quid ni?* id est, certe. Et post, *si nihil impetres*, sc. restat, vt arbitretur tanquam ab eo impetraturus. (in Mss. lacunae signum nullum) \* Vt defendat deliberatiuae vitur partibus, id semper impetrationem esse docuimus, quae habet principium ad benevolentiam conciliandam precibus. E.

Pro modo de Dauo recepi-  
mus lectionem Donati modo e  
Dauo, quam ipsi Faerno place-  
re videmus. B.

[*Vsque ante hac*] Id est, ante quam tua verba audirem. Et duas praepositiones posuit, vt dicitur: sed vna est tantum velut aduerbium, non iam praepositio. [*Vsque antehac attentus fuit*] Nulla praepositio praepositioni adiungi separatim potest. [*Vsque*, eiusmodi est, vt sine aliqua praepositione raro inueniatur. *Attentus fuit*] Vt *attentus audire* dicitur. D.

[*Spe atque timore*] Seneca Epistol. v. *Spem metus sequitur: nec miror ista sic ire.*  
*Vtrum-*

Ita, postquam adempta spes est, lassus, cura confectus, stupet.

5 B γ. Quaeſo aedepol, Charine, quoniam non potest fieri, quod velis,

Id velis, quod possit. C Η. nihil volo aliud, nisi Philumenam.

B γ.

*Vtrumque pendentis animi est, vtrumque futuri exspectatione solliciti.* Eleganter Achil. Tattius lib. v. τὴν ψυχὴν εἶχον ἐπὶ τρυφάνης ἐλπίδος καὶ φόβου. καὶ ἐφοβείτο μὲ τὸ ἐλπίζον, καὶ ἤλπίζεν τὸ φοβούμενον. Virgil. Aeneid. I. *Spemque metumque inter dubii.* L.

4 *Lassus cura*] ex praeterita spe: nunc *Confectus*, id est, sic vulneratus, aut percussus, ut sanari non possit. *Lassus*] adempta attentione. *Cura confectus*] confirmato timore. *Stupet*] abiecta spe. D.

5 Obiurgantis est *Quaeſo*, vel etiam rogantis. *Quoniam non potest*] Consolatio ad id, quod fieri non potest, suadens, *Id velis quod possit.* Prouerbiale. D.

*Quod vis non potest, velis id*] Augustin. de Ciuit. lib. xiv. cap. xv. et xxv. *Viuat ut vult, quoniam exorsit sibi que imperauit non velle, quod non potest, atque hoc velle quod potest.* Sicut ait Terentius. *Quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possis:* Idem de vita beata: *Etenim ex illa eiusdem*

*Comici sententia non minus vera est: Quoniam non potest id fieri quod vis; id velis &c.* L.

Pro *quoniam* Cod. Regius habet *quando*, sic laudat quoque locum Donatus ad Aen. v, 704. et sane melius conuenit sensui, ut infra iv, 5, 10. Cetera Faernus emendauit ita, *non potest id fieri, quod vis.* Recte. B.

6 *Nihil aliud*] Hoc magis gemitu amatorio, quam ut responderet Byrrhiae, dicit: quasi magis Philumenam velit, quam vitam et lucem. Idem alibi, *In eo me oblecto: solum est carum mihi.* Non enim dixit, Nullam volo aliam, quam Philumenam: sed nihil volo aliud: quod infinitum est. *Qui istum] Qui*, pro vt. D.

*Nisi Philumenam*] Augustinus de Ciuit. lib. xiv. cap. viii. *Apud Terentium flagitiosus adolescens insana flagrans cupidine, Nihil volo aliud, inquit, nisi Philumenam. Quam voluntatem fuisse libidinem, responsio, quae ibi serui eius senioris inducitur, satis indicat; ait namque domino suo: Quanto satius re*

By. Ah! quanto satius est, te id dare operam, qui istum amorem ex animo amoueas tuo, Quam id loqui, quo magis libido frustra incendatur tua.

Ch. Facile omnes, quum valemus, recta consilia aegrotis damus!

10 Tu si hic sis, aliter sentias. By. age, age, vt lubet.

Ch. sed Pamphilum

Video. omnia experiri certum est, prius quam pereo.

By. quid hic agit?

Ch,

*id dare operam, quo istum amorem ex animo amoueas tuo, quam id loqui, quo magis libido frustra accendatur tua.* L.

7 *Ex animo dimoueas*] Legitur, *ex corde eiicias.* D.

*Tuo omnino subdititium est.* Pro *animo amoueas* Donatus monet etiam legi *corde eiicias.* Quae lectio perplacet propterea, quod *eiicere* maius est quam *amouere*, et *corde* consuetudini auctoris magis conuenit; vid. Eun. II, 2, 16. Hec. III, 2, 12. Denique vt ex his duobus verbis vnus tantum efficiatur trochaicus acatalecticis; cum Faerno primam syllabam, By. *Ab* in finem praecedentis reiciendam puto. B.

9 *Facile omnes cum valemus*] Menander: ἔξων παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν. Philemo apud Stobaeum Serm. CCLXLIV. Τὴς ἰατρῆς οἷο' ἐγὼ ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσῶσιν εἶναι σφόδρα πάντας λαλιώτα. L.

Menander: ἤγιός νοσῶντα ἔξωσα πᾶς τις νεοτεῖ. W.

10 *Tu si hic sis*] Hoc gestu scenico melius commendatur. Nam haec magis spectatoribus, quam lectoribus scripta sunt. *Hic* ergo se ipsum ostendens, dicit. et est hic pronomen. *Sed Pamphilum*] *Sed*, inceptiuum, pro, atque ecum Pamphilum: vt Sallustius, (in Fragmentis), *Sed Metellus in vulnere.* Hoc non discretiuum: vt si dicas, sapiens, sed miser: hic enim discretiuum erit. *Sed Pamphilum video*] Haec per ἀποστροφὴν finguntur. *Age age vt lubet*] Aduersus haec non habuit, quid loqueretur. et est permissio reprobantis ea, quae consentit. D.

*Hic* sign. meo loco. Pro *sentias* sensus postulat *consequas.* cf. Adelph. v, 8, 5. B.

11 Idem alibi, *Omnia prius experire, quam armis, sapientem decet.*

- CH. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem huic narrabo meum.  
 Credo, impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis prodat dies;  
 Interea fiet aliquid, spero. BY. id aliquid nihil est. CH. Byrrhia,  
 15 Quid tibi videtur? adeon' ad eum? BY. quidni? si nihil impetres,

Vt

deceat. Virgilius, (Aen. IV, 415.) hanc quoque posuit sententiam, *Ne quid inexpectum frustra moritura relinquat.* D.

12 *Ipsum hunc*] Bene ipsum, quasi auctorem et principem. refertur etiam ad dignitatem. *Orabo: huic supplicabo*] *Oramus* quae bona sunt: *supplicamus* in aduersis magis, vel cum lacrymis. *Hunc orabo, huic supplicabo*] Prooemia sunt petitionis, quibus ostendit Poeta rationem, qua noua et improba res tamen petitur. *Amorem huic narrabo meum*] Non studium, aut voluntatem, sed amorem. Nec petam, sed *narrabo* dixit: totum magnifice. D.

13 *Vt aliquot saltem prodat dies*] *Saltem*, desperatis rebus solam petentes salutem, hoc verbo utimur. *Prodat* vero, proferat, prolatet, differat. Lucilius in quinto, *An porro prodat dies sit?* D.

14 *Interea fiet aliquid*] Tale est hoc, quale illud, *Interea*

*aliquid accidet boni.* Sed nihil illum dixisse Poeta per seuum ostendit, dicendo; *Id aliquid nihil est. Fiet aliquid*] Vt supra, *Impetrabo.* D.

15 *Adeon' ad eum*] Consuetudine magis, quam ratione dicitur; vnum enim *ad* abundat. *Quidni, si nihil impetres*] Aut, *Quid, nisi nihil impetres, vt te.* etc. In vtroque idem sensus est: sed superior per εἰσβολῆαν, inferior per simplicem explanationem soluitur, Et si *quidni* legitur, subaudiendum, *adeas*: vt fit, *Quid ni adeas?* vt si nihil impetres, te arbitretur paratum moechum, si illam duxerit. *Si nihil impetres*] *Impetres* per εὐσεβολογίαν dictum videtur, pro *petas*, quoniam petitionem saepe impetratio sequitur. D.

Vnus cod. e nostris habet *Quid nisi? vt nihil impetres;* duo, *Quid nisi? nihil vt impetres.* Emenda igitur *Quid ni? nihil vt impetres.* Igitur *vt* signif. *et si, quamuis.* B.

Vt te arbitretur sibi paratum moechum, si illam duxerit?

CH. Abin' hinc in malam rem cum suspicione istac, seclus?

PAM. Charinum video. saluc. CH. o saluc, Pamphile,

Ad te aduenio, spem, salutem, auxilium, consilium expetens.

20

17 *Abin* recte legunt codd. praeter quatuor nostros, vbi est *Abi*. In Vaticano et Victoriano *n* abrasum est. Nullus vero nostrum habet *crucem*. Retine *rem*. B.

18 *Charinum video*] Non imperite Pamphilum priorem loqui fecit, sed vt fiduciam det Charino loquendi: quod et Virgilius, (Aen. 1, 325.) eleganter, *Heus, inquit, iuuenes monstrare, nearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum*. Ad hoc prior incipit Pamphilus, vt ad confessionem Charino minus clausa prae pudore sit via. D.

Alia orationis vis et virtus erit, si post *O saluc* maiorem feceris interpunctionem. Nam elata voce pronuntiandum est *Pamphile*. B.

19 *Salutem, auxilium, consilium expetens*] Vt in petitionibus fieri solet, beneficium petens, vtitur partibus deliberatiuae. *Consilium expetens*] Eleganter: quoniam demens

et improbum est quod petit, nouissimum posuit consilium: vt si non possit concedi, vel consilium expetat ad sanandam dementiam. Cicero, (pro Lig. x.) *Tu da salutem, qui spem dedisti*. D.

*Ad te venio spem, auxilium, salutem expetens*] Pamphilus propter amorem suum istud aliter accipit, et respondet, *neque consilii locum habeo, neque ad auxilium copias*. Interrogat tamen ille. quoniam pudoris faerat dicere, *Vxorem tuam diligo*, prius interrogat an duceret vxorem: respondet Pamphilus quod in opinione est, non in eius voluntate. Adiungit Charinus ad impetrationem vitae suae periculum, *Si id facis, hodie postremum me vides*] Sed interrogatus a Pamphilo cur istud dixerit, pudore confunditur. Allegat seruum vt ipse dicat. Seruus vero callidus, ne minus impetrabile, sed certe contumeliosum esset si diceret, amat vxorem tuam, *spon-*



20 P A M. Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam.

Sed

*sponsam*, inquit, *tuam amat*. hoc enim est, quod adhuc tibi vxor non sit. Vnde adulterii nulla suspicio est, quod illa sponsa est, hic amat tantum. Sed Pamphilus memor consilii sui et voluntatis, quaerit vtrum Charino aliqua consuetudo sit cum ea. Sed Charinus nesciens consilium, cur haec interrogauerit Pamphilus, simpliciter negat factum. Volebat autem Pamphilus causam simpliciter reperire, cur eam non duceret vxorem, quam nolebat. Quod vt ille intellexit, se ad preces vertit, et petit ex more postulantium, quo semper prima, quae maiora sunt, petimus: deinde ea quae volumus. Nam, vti supra dixit Charinus, nihil aliud a Pamphilo cupiens, nisi vt aliquot saltem nuptiis proferret dies. Hoc igitur cum desiderio sit, aliquid amplius primo postulat, sicut diximus. Quia moris est vt per partes primo, deinde quod volumus postulemus; vt si negatum fuerit, quod primo petatum sit, iam pudori sit a quo petitur denegare. Primo petit ne ducat, secundo si id non potest, *aut tibi nuptiae hae sunt cordi*, saltem aliquot proferat dies, dum proficiscatur aliquo. Hoc est quod fuerat petatum: fimi-

liter et Iuno ab Aeolo postulauit, primum quod magnum est. Virgil. (Aen. 1, 73.) *Incurte vim ventis, submersasque obrue puppes*. Ita secundo loco, quod volebat, petit: *Aur age diuersas, aut disice corpora ponto*. Hoc namque desiderabat, Troiani ad Italiam ne venirent, ac propterea dispergerentur. Huic igitur petitioni respondet Pamphilus patienter, vt amici more, non quia petiuerit Charinus, sed quia ipse eam nolit ducere vxorem. E.

*Auxilium* pone post *consilium*. Nam vt spes minus est salute, ita consilium auxilio. Deinde commotus pronunciat. Denique idem ordo est in responione versus sequentis. B.

20 *Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam*] Apud amantem neque consilii facultas: apud inopem neque copia auxilii. His duobus ostendit etiam sese amatorem. Neque pol consilii locum habeo, quia amo: neque auxilii, quia sum miser. D.

*Consilii locum neque auxilii*] Plautus in Trucul. *Magisque adeo ei consiliarius hic amicus est, quam auxiliarius*. L.

Pro *consilii lege consilii*. Nam veteres omnes in Sub-

Sed istuc quidnam est? CH. hodie vxorem ducis?

PAM. aiunt. CH. Pamphile,

Si id facis, hodie postremum me vides. PAM. quid ita? CH. hei mihi!

Vereor dicere: huic dic quaeso, Byrrhia. BY. ego dicam. PAM. quid est?

BY. Sponsam hic tuam amat. PAM. nae iste haut mecum sentit. ehodum dic mihi,

25 Num quidnam amplius tibi cum illa fuit, Charine?

CH. ah, Pamphile,

Nihil.

stantius, exeuntibus in *ius* vel *ium*, semper Genitiuos, vt Vocatiuos, *i* simplici efferebant. Sub Augusti senescentis demum aetate mutatio Genitiuorum, qualis hodie est, facta est. cf. Gell. XIII, 24. Deinde Codd. Petrensis et Regius habent *neque ad auxiliandum copiam*: at Eugraphius, *neque ad auxilium copias*. Ego legendum esse censeo, *neque ad auxilium copiam*. B.

21 *Sed istuc quidnam est?*] Hoc si non adderet, locus confitendi amoris Charino nullus fuisset. *Hodie vxorem ducis?*] Vide miram interrogationem ante confessionem. *Aiunt*] De ea re dicinus, quam volumus esse falsam. D.

22 *Si id facis*] Nihil prius, quam se moriturum dixit, pudenda dicturus. Inde datum est (Lege, *inde narum*, aut, *inde factum est*), vt ille instantius quaereret causam. *Hodie*

*postremum*] Plus dixit, quam si dixisset, *Morior hodie*. *Hodie postremum*] A necessario: quia viuere non potest. Et *postremum*, aduerbium est. D.

24 *Sponsam hic tuam*] Nulla cunctatione Byrrhia, sed facete, *καὶ ἔρησις* seruili paratissime narrat. *Sponsam hic tuam amat*] Callide et *sponsam*, et *amat*: hoc est, nec adhuc vxor tua est, neque aliquid admisit, quia amat tantum. *Nae iste haut*] *Nae*, valde: vt et Cicero, Catil. II, 3.) *Nae illi veementer errant*. Sensus hic est, Non id amat quod amo, nec id odio habet quod odi. Hoc est, valde iste, inquit, non mecum sentit: id amat quod ego odi. *Nae iste haut mecum sentit*] *Nae*, valde: aut vt quidam volunt, *o quam*. Lucilius in X, *Nae in arce bouem discerpsumagnifice*, inquit. D.

25 *Num quidnam amplius tibi cum illa fuit?*] Artificiose per-

Nihil. P A M. quam vellem! C H. nunc te per amicitiam, et per amorem obsecro,

Principio vt ne ducas. P A M. dabo equidem operam. C H. sed si id non potes:

Aut tibi nuptiae hae sunt cordi. P A M. cordi?

C H. saltem aliquot dies

Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam. P A M. audi nunc iam:

30

personam expressit Terentius, nuptias recusantem: et simul τὸ πρέπον virgini seruauit. D.

26 *Quam vellem*] Vtique vt esset causa recusandae. (Mf. Boend. et ed. Du B. *Vtique vitiata, vt esset causa recusandae.* Vnde forte leg. *Vtique vitiatam, vt esset causa recusandi.* Per amicitiam] Suam et Pamphili. *Et per amorem*] Suum tantum circa virginem. D.

*Quam vellem*] V. C. *Quantum vellem.* L.

27 *Vt ne ducas*] Sufficeret dixisse, *ne ducas.* *Dabo equidem operam*] Plus illi promisit, quam ille poposcit. *Dabo equidem operam*] Pronunciatio- ne leuandum est. Plus enim dixit, *dabo operam*, quam si diceret, *non ducam.* *Non potest*] Deest *feri*, et hoc ad patrem retulit. D.

Pro *potes*, quod non commo- dum efficit sensum, lege *potest*, h. e. possibile est. Potest ha-

bent quoque Editt. quaedam vett. et ipse Donatus cum *feri* deesse dicat, videtur ita legisse. B.

28 *Aut tibi nuptiae hae sunt cordi*] Hoc ad Pamphilum pertinet. non enim vnum et idem est. Nam si idem esset: *nuptiae hae sunt tibi cordi*, superuacuum esset additum, *Cordi*] Animo: acute. *Saltem aliquot dies profer*] Primo quae maiora sunt, petit: postremo quae ex his videntur minima: et hoc arte: vt, (Virg. Aen. I, 69). *Incute vim ventis, submersasque obrue puppes.* Et ad postre- mum, *Aut age diuersas, et dissi- iice corpora ponto.* D.

Vt vitetur Homoeoteleuton, pro *hae* lege *haec*, vt ali- bi. B.

29 *Profer*] Prolata, produc- differt. *Aliquo ne videam*] Ali- quo dixit, vt exilium esset incertum. *Audi nunc iam*] Cor- reptio impatientis, qui non su- stineat audire de exilio. D

- 30 Ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto,  
 Cum is nihil promereat, postulare id gratiae apponi sibi.

Nuptias

30 Ego, Charine] Sententiae, quae ex pronomini- bus incipiunt, sera semper, sed vera promittunt. Virgilius, (Aen. XII, 27). *Me natam nulli veterum sociare procorum Fas erat. - Ego Charine, neutiquam officium*] Sensus hic est: Non puto, inquit, hominem liberum, qui cum nihil praestet, haberi gratiam sibi poscat. ergo cum tibi nihil praestem, nolo mihi gratias agas. Non enim tui causa fugio, quod, prius quam me peteres, magis nolebam ducere, quam tu cupis. *Neutiquam*] Vna pars est orationis, pro nequaquam. Aut alio modo dicitur, cum is nihil promereat, id est praestet. vt Virg. (Aen. VI, 664). *Quique sui memores alios fecere merendo.* et, (Aen. IV, 334). — *nunquam, regina, negabo Promeritam.* E contrario laedit: *Quid commerui, aut peccavi, pater?* D.

*Ego, Charine, neutiquam officium liberi hominis esse puto, cum is nihil mereatur &c.*] Hic sensus maximam intentionem desiderat. *Mereatur* primum hic est instat: merendo enim praestatur. vnde Virgil. (Aen. IV, 333). — *Ego te, quae*

*plurima fando Enumerare vales, nunquam, regina, negabo Promeritam* — Ergo hic erit sensus: Ego, Charine, non arbitror liberi hominis officium esse, vnde nihil praestet, sibi huius gratia debeatur. Ergo cum hoc tibi non praestem, nolo mihi debeas gratiam: quippe cum ego has nuptias velim fugere magis, quam tu adipisci. Quare vt coeperat Charinus gratias agit. Sed Pamphilus hortatur, vt et ipse Charinus et Byrria faciant, fingant aliquid, inueniant, efficiant, vt Charino detur: et ipse laborabit vt non ducat. Non enim sequebatur, vt, si Pamphilus eam non duceret, Charinus duceret. E.

*Liberi esse hominis*] Ita V. C. alii τὸ *hominis* non habent. Vid. Seru. Aeneid. 6. vers. *Quique sui memores.* L.

Homo liber non modo seruo opponitur, sed significat etiam eum, qui nobilitate et bona existimatione inter ciues suos censetur. Faernus apud B.

31 *Cum is nihil promereat*] *Mereri*, est aliquid mercedis pro labore sumere. Cum dicimus, *Nihil mereatur*, hoc intelligitur, nihil mercedis dignus est

Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier.

CH. Reddidisti animum. PAM. nunc si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia,

Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi:

35 Ego id agam, mihi qui ne detur. CH. fat habeo,  
PAM. Dauum optume

Video,

est accipere. *Cum is nihil promereat*] Laboret, vel mereatur, vel mercedis petere debeat. vt, *Quid meret Machaera?* Plautus in Pseudolo, (iv, 7, 89.). *Id gratiae apponi sibi*] Addi in gratiam suam, id est, sibi gratiam merere. D.

Cum Iambicus hic inter tot Trochaicos non satis belle incedat: lege, *cum is nil mereat*. Sic quoque legisse videtur Donatus. B.

32 *Nuptias effugere*] Interposita distinctione, vultuose hoc dicitur, hoc est, cum gestu. D.

33 *Reddidisti animum*] Plus dici non potuit. *Aut tu, aut hic Byrrhia*] Hic *δευτικῶς*, quasi efficaciorē ostendit, ergo ad comparationem alterius refertur. D.

*Reddidisti male* incipit a pede Cretico: corrige itaque *Reddixisti*, praesertim cum cod. Petrensis habeat *Reddixisti*, et vsus loquendi postulet. Nam *reddere animum* est, in gratiam redire, quod alienum est ab hoc

loco. Deinde *tu* ne elidatur, emenda *tute*. B.

34 *Facite, fingite, inuenite, efficite*] *Fis*, quod verum est. *Fingitur*, quod falsum est. *Inuenitur*, ne temere fiat. *Inuenite* ergo, agite dicit post cogitationem. *Efficite*] id est, in effectum perducite. Sallustius (Catil. I.): *Nam et prius quam incipias, consulto: et ubi consulueris, mature factō opus est.* *Facite, fingite, inuenite*] Mire expressit Pamphili animum nuptias metuentis (Mf. Boend. et ed. Du. B. *recusantis*), cui quicquid dixerit, parum est. D.

35 *Ego id agam, mihi qui ne detur*] Non dixit, *ego non instabo vt ducam*: sed quod est amplius. Et recte: vtriusque opera opus. Non enim continuo ducet Charinus, si non duxerit Pamphilus. *Qui detur*] *Qui* pro quemadmodum. *Ne mihi*] Veteres frequenter *ne* pro *non* dicebant (Verba *Qui detur* — *dicebant*, absunt a Mf. Hulfst. nec videntur esse Donati). *Sat habeo*] Sic antiqui

G

pro

Video, cuius consilio fretus sum. CH. at tu hercle  
 haut quicquam mihi;  
 Nisi ea, quae nihil opus sunt scire. fugin' hinc?  
 BY. ego vero, ac lubens.

## ACTVS SECVNDI SCENA II.

DAVVS. CHARINVS. PAMPHILVS.

**D**I BONI, boni quid porto! sed vbi inueniam  
 Pamphilum?

Vt

pro sufficit, *sat habeo* dicebant.  
 an vel abundat? D.

Vt *mibi* sub ictum veniat;  
 pone, *qui mihi ne detur*. B.

36 *At tu hercle*] (adde *haut quicquam*. Ita est recte in Mf. Hult.) Deest, affers, dicis, nuncias. D.

37 *Nisi ea quae*] Hoc est, — *darurne illa hodie Pamphilonuptrum?* BY. *sic est*. CH. *qui scis?* BY. *apud forum modo de Dauo audiui*. Quod memor est Charinus, se non libenter audisse. *Fugin hinc*] Comminantis est, et abigentis a se. *Ego vero, ac lubens*] Nemo lubenter fugit, nisi coactus necessitate. Hic etiam *lubens* dixit, quod est, lubenter. D.

Vnus e nostris, *opus est*. Certe alterutrum legendum est, aut *opus est scire*, aut opus sunt *sciri*. Posterius placet. B.

I Haec scena consilium continet personarum, ad quas ma-

xime pertinet argumentum. Et hic est locus, in quo, vt fieri solet, fortuna mixta rebus dispositis, magnas turbas dat. *Di boni, boni quid porto*] Non mirum quod insolentius Dauus exultat, qui, vt Simo dicebat, timidus fuit, vt ipse Dauus, etiam desperauit (lege, *tam timidus fuit et perturbatus, vt etiam desperauerit*) ex nuptiarum terrore, quas nunc falsas comperit. *Di boni, boni quid porto*] Ex proximo repetiuit bis: sed tamen alterum nominatio plurali, alterum genitiuo singulari dictum est. *Quid porto*] Non solum corpore, sed etiam animo portamus tam bona, quam mala. Sic alibi, *Ne quid Andria apporet mali*. D.

*Di boni, boni quid porto*] Haec scena coniecturalem statum tenet. Praeterea conqueritur, an Simo veras nuptias sit hodie facturus. Huius rei argu-

Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio.

CH. Lætus est, nescio quid. PAM. nihil est: nondum hæc rescivit mala,

DAV. Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias,

5 CH. Audin' tu illum? DAV. toto me oppido exanimatum quaerere.

Sed ubi quaeram? aut quo nunc primum intendam? CH. cessas alloqui?

G 2

DAV.

argumenta Dauus seruus callida arte collegit, probaturus falsas esse nuptias. Hæc multis locis exprimemus. Ac primum generaliter gaudium suum protestatur, Pamphilum quaerendo. *Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio*] Ordinem et rationem posuit. Prius enim id, quod malum est, debet excludi, vt id quod bonum est, melius faciliusque teneatur. E.

2 *Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio*] Ordine locutus est. Prius enim metum adimere, sic demum gaudio perfundere. Hic ordo etiam in laude seruat. D.

*Vt metum in quo nunc*] Seruus Aeneid. I ad illum vers. *Abolere Sichaenum.* L.

Ne metum in Thesi totum subsidat, sed melius exaudiat, pro *in quo*, repono *quo in*. B.

3 *Nescio quid*] Deest *pro-*

*per*: vt sit, propter nescio quid. *Quid*] aduerbiale.

*Nibil est: nondum hæc rescivit mala*] Nondum Pamphilus sciebat Dauum scire, quod sibi pararentur nuptiae. E.

4 *Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias*] Hic intelligit Pamphilus Dauum scire, quod nuptiae praeparantur. E.

5 *Exanimatum*] Perterritum, perturbatum. D.

*Toto me oppido exanimatum quaerere. Dæue perii*] Antequam aliquid audierit Pamphilus, indicat dolorem. Contra illi seruus, qui scit quid argumentis collegerit, respondet. E.

6 *Sed ubi quaeram?*] Nunc in omnes se partes versat, quaerens quo dirigat cursum. D.

*Aur quo nunc*] Regius liber *to aut* non habet. L.

Sex ex nostris melioribus codd. non habent illud *aur*. B.

DAV. Abeo. CH. Daue: ades. resiste. DAV.  
quis homo est, qui me? o Pamphile,  
Te ipsum quaero: euge, Charine: ambo opportu-  
ne. vos volo.

CH. Daue, perii. DAV. quin tu hoc audi.  
CH. interii. DAV. quid timeas scio,

10

7 *Habeo*] Videtur quasi con-  
stitisse, deinde quasi elegisse  
quo pergat. *Habeo* per *h* in-  
ueni. legitur et *abeo*: uti me-  
rito illi dicatur, *Resiste*. *Quis*  
*homo est qui me? o Pamphile*] Ante videt, quam compleat o-  
rationem. D.

Nostri codd. quamquam le-  
gunt *Abeo*: praefero tamen  
*Habeo*. B.

8 *Euge Charine*] *Euge*, modo  
pro interiectione positum est.  
*Opportune*] Deest, *adestis*:  
non, opportune vos volo. D.

*Ambo opportune*] Seruius  
Aeneid. XII. vers. *Stbenelum-*  
*que dedit*. L.

9 *Daue, perii*] Proprium est  
dolentibus, praefestinare ad in-  
dicanda quae dolent. *ἠπρόλεψε-*  
*τα*! Habet nonnullum affe-  
ctum, quod addidit, *Daue*. *Quin*  
*tu*] *Quin*, modo pro imo; alias,  
cur non? D.

*Hoc audi*] Illic ad calamita-  
tis vocem redit seruus; scire se  
eius sollicitudinem dicit. *Quid*  
*timeas scio*] Quoniam videtur  
seruum perseverare, Charinus  
adolescens ad pollicendam

spem domino Pamphilo, con-  
tinuo ipse suam calamitatem  
confitetur: *Mea quidem certe*  
*hercle in dubio vita est*. Sed  
hic seruus repromittit, ac se di-  
cit scire ipsius sollicitudinem.  
Pamphilus autem, tanquam  
nescio seruo et adhuc ignoran-  
ti, ingerit causam calamitatis  
suae, cum dicit *Nuptiae mihi*.  
Sed eius orationem impleri  
non finit seruus, et continuo  
procedit dicens, *Et istuc scio*.  
Ille perseverat dicens, *Hodie*.  
Cuius orationem intercepit ser-  
uus, et utriusque sollicitudinem  
narrat, dicens, *Tu paues ne du-*  
*cas illam*] Hoc utique Pamphi-  
lo; Charino autem, *Tu autem*  
*ut ducas*. E.

Etsi verba, *Daue perii - - in-*  
*terii*, Donatus adscribit Chari-  
no: tamen ob consensum codd.  
et contexti rationem tribuen-  
da sunt Pamphilo. Nam absur-  
dum est non modo priores vel  
in amore vel metu partes Cha-  
rino dare, sed et Dauum prius  
alienum quam herilem filium  
compellare. B.



10 PAM. Mea quidem hercle certe in dubio vita'st.

DAV. et quid tu, scio.

PAM. Nuptiae mihi. DAV. et si scio. PAM.  
hodie. DAV. obtundis, tametsi intelligo.

Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas.

CH. rem tenes.

PAM. Istuc ipsum. DAV. atque istuc ipsum nihil pericli est: me vide.

PAM.

10 *Mea quidem hercle*] Videtur Charinus plus dixisse, *Pervii*, quam Pamphilus, *Mea quidem hercle certe in dubio est vita*. Sed non est hoc; plus enim Pamphilus dixit. Nam qui vivit, non potest interiisse: is autem qui vivit, vitam potest in dubio habere. Ideo et iuravit *hercle*: et affirmans iusiurandum, *certe* addidit. Bene *certe*: quasi illud *interii*, falsum sit. Ita Pamphilus plus fecit perituum se esse dicendo, quam Charinus interiisse. *Et tu quid, scio*] Mira compendia, quae contrahit Poeta longitudine fabulae: nec tamen perdit affectus personarum. *Et tu quid*] Deest *tumeas*. D.

*Certe* et *quid tu* Donatus habet, tres libri, quos vidit Faernus, et meliores ex nostris. Recte. B.

11 *Et id scio*] Ἐν ὑποκρίσει. tanquam dicat, nihil est. *Et id scio*] Legitur, *et, etsi scio*. *Hodie*] Tempus addidit, tanquam rem sciens. *Obtundis*] Saepe

repetendo dicere, *obtundere* est. translatio a fabris, qui saepe repetunt tundendo aliquid malleo, et idem obtundunt et hebetant. *Obtundis, tametsi*] Potest esse ὑπερβολή: sed sincerius est et melius subdistingueret. D.

Plerique libri Faerni habent *et si scio*, nostri partim *et id scio*, partim *etsi scio*. Posteriores lectionem requirunt sententia. B.

12 *Id paues*] Deest *ob*: vt sit *ob id*. hoc autem Pamphilo dicit. *Tu autem, vt ducas*] Pro, ne non, vt posuit. Hoc, Charino. D.

*Id paues*] Ms. R. *paues*. L.

13 *Atque istuc ipsum*] Ἐν ὑποκρίσει. Ille enim hoc idem dixerat cum exclamatione: quod quasi vanum contemnit. *Me vide*] Vtrum laetus sum? an, me specta fidei datorem? vt dici solet, *me habe, me respice*. D.

*Istuc ipsum nihil pericli est*] Irridentis est ita oratio. quia

P A M. Obsecro te, quam primum hoc me libera  
miserum metu. D A V. hem!

15 Libero. vxorem tibi non dat iam Chremes. P A M.  
qui scis? D A V. scio.

Tuus pater modo meprehendit; ait, tibi vxorem  
dare scisc

Hodie:

supra dixerat Pamphilus *Istbuc ipsum*, repetit tanquam vanum dictum. *Nibil pericli*] Rogat ut metu liberet dominum seruus, et summam collocat. Primum hanc rem semper facere debet orator, uti ante partium, quae longo genere narrandi explicabuntur, summa primitus collocetur: et hoc maxime in initio, ut facilius res comprehendi possit. Est igitur summa: *Vxorem non dat Chremes filiam suam Pamphilo*. eius casu videatur ista argumenta collegisse; aut ex euentu narrat causam, quemadmodum ad indicia veritatis peruenerit. Tunc paret causae, quemadmodum malum praedixit, et deinde quae consequuntur. Quibus in versibus declarat sibi maximam sollicitudinem fuisse, posteaquam patrem cognouerit Pamphilo nuptias non parare. E.

*Atque istuc ipsum*] Priscian. lib. 2. *Atque hoc ipsum*. L.

14 *Obsecro te, quam primum hoc me libera miserum metu*] Cum precibus et tem-

pus admiscuit. Et bene *libera*. perfecta enim securitas, *liberatio* nominatur. *Hem*] Ecce: demonstratio est facti. D.

15 *Vxorem tibi non dat iam Chremes*] Oratorie a summa coepit: cuius partes multis dicentur. *Iam non dat*] Bene iam. Quod si non dixisset, intelligeret Pamphilus, vel postea Chremetem filiam esse daturum. Sed addito *iam*, plena securitas est. *Iam* enim renuntiatio est perpetuitatis. *Scio*] Praeparatio est auditoris ad eam narrationem, quae ostendit argumenta falsarum nuptiarum. D.

Vnus cod. ex Regiis locat numerosius ita, *tibi vxorem non dat iam Chremes*. Deinde *scio* est inutile. non enim respondet interrogationi, quae non est, *an sciret*, sed *quomodo sciret*. Praefero igitur lect. *vari- am scies*, quae est in margine cod. Colleg. Corp. Chr. B.

16 *Me prehendit*] Pro *prendit*. Addita aspiratione geminauit syllabam. Et *prehendit* dixit, quasi vitantem ac fugientem.

Hodie: item alia multa, quae nunc non est nar-  
randi locus.

Continuo ad te properans percurro ad forum, vt  
dicam tibi haec.

Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam ex-  
celsum locum.

G 4

20

entem. *Ait tibi]* *Ait* pro-  
prie: quia contemnenda dicun-  
tur. *Ait tibi uxorem dare se]*  
Coniecturam facit ex malis,  
quae praecesserunt. *Ait tibi*  
*uxorem dare se]* Dicit cur pri-  
mo crediderit veras, dicturus  
subinde cur falsas. D.

Duo codd. rotundius et me-  
lius ponunt *me* ante *modo*. Omnes  
Faerni codd. habent *dare*  
*se se*; vnus ex nostris ponit *se se*  
*dare*; alter primariae notae *se*  
*se* non habet; quod cum in  
versu redundet, lege *dari*, vt  
supra, 1, 2, 20. B.

17 *Item alia multa]* Bene  
distulit narrationem, ne, si au-  
dient Charinus et Byrrhia, de-  
finant dolos struere aduersum  
vigilantissimum senem. *Item*  
*alia multa]* Commoda narratio  
a necessariis tantum. Minas  
autem senis praetermisit, ne  
corrumperet bona, quae nunciabat.  
*Quae nunc non est nar-*  
*randi locus]* Non vult dicere,  
quam minaciter secum egerit  
senex, quamque instet nuptiis,  
ne Charinum Byrrhiamque de

spe deiiciat, quos vult secum  
adniti, ne uxorem Pamphilus  
ducat. *Quae nunc]* Argumen-  
tum est, quaerere potuisse eum  
qui sit territus. Nam timor  
curam parit. *Narrandi locus]*  
Modo tempus, spatium. D.

18 *Properans percurro]* Vi-  
de quantum dixerit, *Properans*,  
et *percurro*, vt continuationem  
curfus ostenderet. D.

19 *Vbi te non inuenio]* *Vbi*,  
modo non est aduerbium loci,  
sed temporis, pro *postquam*.  
*Vbi te non inuenio, ibi]* A sum-  
mo ad imum diuisiones, qui-  
bus dicta et facta continentur:  
sub quorum genere sunt spe-  
cies nunc dictorum, nunc fa-  
ctorum, cum consideratione re-  
rum personarumque. D.

*Ibi*, quod a duobus nostris  
abest, ego versus gratia repo-  
no post quendam. Atque *af-*  
*cendo* muto in *escendo*, quod  
magis est e vet. consuetudine,  
et reperitur in cod. vetere  
Guyeto viso. B.

20 Circumspicio; nusquam. forte ibi huius video Byrrhiam;

Rogo: negat vidisse. mihi molestum. quid agam, cogito.

Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspicio: hem,

Paululum obsoni: ipse tristis: de improvise nuptiae:

Non cohaerent. PAM. quorsum nam istuc? DAV. ego me continuo ad Chremem.

Quum

20 *Nusquam*] Deest, *vidi. Video Byrrhiam*] Deest *seruum*, et recte. dixerat enim, *Apud forum modo de Dauo audiui.* D.

Post *nusquam* reponendum esse censeo *es*. Atque tres e nostris recte collocant *ibi forte.* B.

21 *Rogo: negat vidisse*] Mira breuitas, et imitanda. D.

*Quid agam, cogito*] Incipiunt igitur argumenta, nuptiae ne sint, ex hoc versu: *Redeunti interea ex ipsa re incidit suspicio.* Omnis coniectura a summo ad imum diuisiones habet, quae diuisio dicta et facta continet. Quanquam saepe et ex hoc coniectura colligi possit, quod non dictum nec factum sit. Ergo hic vtrumque complexus est. Nam non fiunt nuptiae, quod paululum obsonatus est dominus, quod ipse est tristis. Deinde rursus factis foceri volens argumenta

colligere, quae diximus pertinere ad diuisionem, quae a summo ad imum est, colligit ab his quae facta non sunt. *Cum enim illo, inquit, veni: solitudo ante hostium.* Vtique frequentia esse debuit. Sed ne hoc paruum temporis sit, *Maneo, inquit, interea: nemo ingressus est.* Nulla matrona in aedibus fuit, nullus ornatus, tumultus nullus. Haec ab his sunt, quae facta non sunt, cum fieri denique debuerint. Quibus rebus certum est, nuptias non parari. E.

23 *Paululum obsoni*] Hinc est quod ait, *Nimum parce facere suntum. Ipse tristis: de improvise nuptiae*] Mire, et moraliter. Ex his enim, quae facta non sunt, docet, quid fecisse deberet. Et, *de improvise nuptiae*, pronuntiandum. D.

24 *Ego me continuo*] Et bene *continuo* ad Chremem: vt si ab vtroque hoc fieret, esset vera

25 Quum illoc aduenio: solitudo ante ostium. iam id gaudeo.

CH. Recte dicis. PAM. perge. DAV. maneo: interea introire neminem

Video, exire neminem: matronam nullam. in aedibus

Nihil ornati, nihil tumulti. accessi: intro aspexi.

PAM. scio,

Magnum signum. DAV. num videntur conuenire haec nuptiis?

30

vera suspicio Dauī (lege ope Mf. Hulst. *Et bene*, continuo; *ne, si ab utroque hoc fieret, esset vera suspicio*). *Ego me continuo*] Deest, *duco*. Consuetudine dictum est, *ἰδιαιτικῶς*. *Egomēt*] Vna pars orationis est. *Chremem*] *Chremem* et *Chremetem*, vt *Darem* et *Daretem*. D.

*Ego me continuo*] Sic vet. omnes; tamen Priscian. lib. vi. p. 62. *egomet continuo ad Chremem*. L.

25 *Solitudo ante ostium*] Signa ab his quae sunt, quae non esse deceret (Mf. Hulst. *decenter*). *Iam id gaudeo*] Quasi aduersum, et non consentientem Pamphilum, excitat ad gaudium laetitia sua. *Iam id gaudeo*] Sic Virgilius (Aen. 1, 701), *Cum venit, aulaeis iam se regina superbis*. D.

Pro *illoc*, quod est Donati, omnes codd. quos vidit Faernus, et Priscaē edit. legunt *illo*. B.

26 *Recte dicis. perge*] Vultu enunciantum. Hoc dicit Pamphilus. *Maneo*] Ne, At parum temporis fuisti (Mf. H. et ed. Venet. 1490. *Ne temporis fieret dilatio*). *Interea*] Temporis longi significatio. *Introire neminem*] A non factis. D.

27 *Exire neminem*] Quid si intus erant? ideo ait, *exire neminem*. D.

Omnes quidem ita distinguunt, sed post *matronam nullam* interpunctionem tollendam censeo, et comma rescribendum post *aedibus*. B.

28 *Nihil ornati*] *ἀρχαϊσμός*. Sic Sallustius (in Fragmentis incertorum libb.), *Ergo Senati decreto seruiendum ne sit*. D.

*Nihil ornati*] Charisius lib. 1. p. 15. L.

29 *Signum*] Proprie pro argumento. *Num videntur*] A consequentibus argumentum. *Non opinor*] Ille opinionem

G 5 accom-

30 PAM. Non, opinor, Dauc. DAV. opinor, nar-  
ras? non recte accipis.

Certa res est. etiam puerum inde abiens conueni  
Chremis

Olera, et pisciculos minutos ferre obolo in coe-  
nam seni.

CH.

accommodat tantum, hic mul-  
tum tribuit coniecturis. D.

*Scio magnum signum*] Pro-  
prie *magnum signum* dicitur in  
factis et dictis. Ad quae-  
stionem argumentum colle-  
ctum. E.

*Magnum signum*] V. C. *Ma-  
gnum signum est hoc.* L.

30 *Non opinor*] Quoniam  
argumenta sunt et coniecturae,  
*opinor* dixit. Nam contra opi-  
nionem, certa res est; quae au-  
tem opinamur, putamus: quae  
putamus, incerta sunt. *Opi-  
nor narras?*] Bene a prima ad  
secundam personam. D.

*Non opinor, Dauc*] Conie-  
cturam perspicuus *opinor* di-  
xit, id Dauus quasi iam colle-  
cta sit veritas, indignatus negat  
dici debuisse *opinor*; adiecit-  
que, *Non recte accipis*, quia  
certa res. Alia argumenta at-  
que ab ipsa diuisione factorum  
atque dictorum, quod puerum  
inuenerit Chremetis, *Holera*,  
*pisciculos minutos ferentem ad  
coenam seni.* Ne forte aliquis  
coniectura firmata est a factis,

vel persona Simonis, vel per-  
sona Chremetis, quae, sicut  
diximus, in diuisione confi-  
stunt. E.

31 *Etiā puerum*] *Etiā*  
pro praeterea. *Chremi*] Sic  
*Chremi*, vt *Vlyssi* et *Achilli*. D.

*Conueni Chremis*] Probus in  
Catholicis, Priscian. lib. vi.  
p. 62. L.

Illud *conueni* alienum ab hoc  
loco est. Itaque reponere *con-  
spexi*. Deinde etli Valerius  
Probus ait, apud Terentium  
Chremis et Chremetis in Ge-  
nitiuo dici: auctoritati tamen  
Donati parendum putamus, ad-  
eo vt legamus *Chremi*. B.

32 *Olera et pisciculos minu-  
tos*] Sufficeret diminutiue *pif-  
ciculos* dixisse, quod sic, *mi-  
nutos* dixit: et pretium, obolo  
esse emtos: quae est vltima  
nummorum significatio. Sunt  
enim genera minorum pif-  
cium, quae magno veniant.  
Hic ergo etiam ex pretio vilif-  
simos pisces significauit. Et,  
quid si minutos, sed omnibus?  
*Seni* dixit, vt obsonationis o-  
stenderet causam. *Olera et  
pisci-*

CH. Liberatus sum hodie, Daue, tua opera. DAV.  
ac nullus quidem.

CH.

*pisciculos*] Quod supra generaliter, *paululum obsoni*, hic specialiter dixit. *In coenam seni*] Mire *seni*, cuius est maior cura domi. D.

*Ferre obolo in coenam*] Id est, exiguo pretio: idque sic dictum, vt a Graecis ὀβόλιον ἀγορεύεται. Antiphanes apud Athen. dipnos. lib. 7. pag. 309. ἤκω πολυτελῶς ἀγορεύσας εἰς τῆς γάμικας λιβανωτῶν ὀβόλιον τοῖς θεοῖς. Sic Plautus in Epidico p. 236. *nummo conducere*. Horat. Serm. 2. Saty. 5. *nummo addicere*. Scaeuola, *nummo transfigere*. Cuius locum sic restituo ex scriptis membranis l. 3. §. 2 ff. de transactionibus: *Debitor, cuius pignus creditor distraxit, cum Maenio, qui se legitimum creditoris heredem esse iactabat, nummo transigit*. Hanc emendationem confirmat Ecloga Basilicor. lib. 11. p. 134. εἰάν ὁ λέγων ἑαυτὸν κληρόνομον, διαλυσάμενος λάβῃ χρήματα. L.

Ne, *obolo*, quod hic emphasis habere debet, totum in Thesi lateat: ordinem muta sic: *ferre in coenam obolo seni*. B.

Athenaeus ex Trophonio Menandri haec refert: A. εἴνεκεν τὸ δεῖπνόν ἐστιν ὑποδοχῆς τι-

νός. B. ποδαπῆ; διαφέρει τῶ μαγείρῳ τῆτο γάρ. Οἶον τὰ νησιωτικὰ ταυτὶ ξενύδρια ἐν προσφάτοις ἰχθυοῖσι τετραμμένα, καὶ παντοδαποῖς, τοῖς ἀλμίοις μὲν ἔπανυ ἄλίσκετ', ἀλλ' ὅτως παρέργως ἀπτεται. Et mox eodem loco: -- ἔτι δὲ τις τῶναντίον Ἄραδικός ἐρχετ', ἢ τις ἀθάλασσος ξένος, τοῖς ἐκ θαλάσσης λοπαδίοις ἀλίσκεται. Idem ex Menandri Ephesio: — ἐπ' ἀρίστῳ μὲν λαβῶν ὀψάριον. W.

33 Nullus] Pro, non: vt a libi, Nullus dixeris. D.

*Ac nullus quidem*] Nullus, pro non: vt sit sensus, non quidem liberatus es. Cui subiungitur: *Quid ita? nempe huic illam prorsus non dat. ridiculum caput*] Intellexit Dauus stultitiam Charini, qui dixit; *nempe huic illam prorsus non dat*. Secundum quod supra diximus. Non enim necesse illum illam continuo ducere, si hanc non duxerit Pamphilus. Et a possibili dicere debuisset innotuit. E.

*Ac nullus quidem*] Priscian. lib. 2. L.

Omnes codd. Faerni habent recte, *hodie Daue*, non *Dane hodie*, vti tres e nostris: atque *ac*, non *at*, vt Putschius edidit; nec *ab*, vti quidam perperam lufit. B.

CH. Quid ita? nempe huic profus illam non dat. DAV. ridiculum caput!

35 Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam vxorem ducere:

Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. CH. bene mones.

Ibo; etsi hercle saepe iam me spes frustrata est. Vale.

### ACTVS SECVNDI SCENA III.

PAMPHILVS. DAVVS.

**Q**UID igitur sibi volt pater? cur simulat? DAV. ego dicam tibi.

Si

34 *Quid ita?*] Vna pars orationis. *Ridiculum caput*] Pro toto homine. nemo enim ore contemto, ex aliis membris hominem velit significare. et est *συνεκδοχή τρόπος*. D.

35 *Quasi necesse sit, si huic non det, te illam vxorem ducere*] Ostendit *ἐνδύμιμα* vitiosum hoc esse, in quo, altero sublato, non necessario alterum relinquatur. D.

36 *Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis*] Hoc laborat Daus, quemadmodum Philumenam Charinus propriis laboribus promereatur vxorem. *Nisi vides, nisi senis amicos oras*] Artificiose Daus Charinum excitat, vt, si fieri possit, adiuuetur negotium Pamphili, dum

ille sibi prouidet. *Nisi vides*] Prouides. *Ambis*] Magnarum rerum desiderium et appetitus, *ambitio* dicitur. Confirmata re a factis et a personis, deliberatiua nascitur. D.

I Haec scena deliberationem continet Dauis et Pamphili. Et bene *igitur*. Si enim falsae sunt nuptiae, quid cogitat? stomachose etiam hoc dixit *sibi volt*. Virgilius (Aen. VI, 318.), *Quid vult concursus ad animum?* D.

*Quid igitur sibi volt pater? cur simulat?*] Nunc quaeritur, cur falsae nuptiae fingantur a patre. Et hoc loco deliberatio est, in qua persuasio continetur. Deliberat namque an polliceatur patri Pamphilus, se



Si id succenseat nunc, quia non dat tibi vxorem  
Chremes,

Ipfus sibi esse iniurius videatur; neque id iniuria;  
Prius quam tuum, vt sese habeat, animum ad nu-  
ptias perspexerit.

5 Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te trans-  
feret.

Tum illae turbae fient. P A M. quid vis patiar?

D A V. pater est, Pamphile.

Diffi-

vxorem esse ducturum. Persua-  
sio, vt dixit, ex hoc colligitur:  
falsae sunt nuptiae, nullus me-  
tus est polliceri. Sed huic rei  
argumenta hinc suscipiuntur,  
quod causam pater irascendi  
filio inuenire desiderat. Sed  
enim hanc suscipiat, si Chre-  
mes nolit dare filiam suam con-  
iugem: si vero negauerit Pam-  
philus, illic culpa origo nascetur:  
tum malum et seditio ma-  
xima inter patrem et filium po-  
terit generari. E.

*Quid igitur?*] In vett. codd.  
nulla hoc loco distinctio est a  
priori scena, vt neque in Reg.  
exemplari. L.

2 *Si id*] *Id*, ob id, propter  
id. D.

Complures Faerni libri ha-  
bent *dar*: nostri omnes *der*,  
quod ad sententiam est re-  
ctius. B.

3 *Neque id iniuria*] Id est,  
vsque adeo iniustus sibi vide-  
bitur, vt se iniustitiae ipse con-  
demnet. D.

*Ipfus sibi iniurius*] Gloss. *In-  
iurius* ἄδικος. Priscian. lib. 13.  
p. 154. L.

4 *Perspexerit*] *Perspicere*  
est ad plenum et perfectum vi-  
dere. D.

5 *Ibi culpam in te*] V. C. *cul-  
pam omnem in te*. L.

6 *Tum illae turbae*] τὸ *Illae*  
ad terrorem retulit. *Quid vis  
patiar?*] Hoc est patiarne vxor-  
em ducere? *Quid vis patiar?*  
Sunt qui *quid vis*, pro, quic-  
quid euenerit, intelligant: quia  
dixerat, *Adeon' me ignauum pu-  
zas?* Alii pronunciant, vt sit  
sensus, *Quid me vis facere?*  
*an vt hoc patiar, vxorem mihi  
dari? Pater est, Pamphile*] Hoc  
vultuose pronuntiandum est,  
et mire *pater* dixit: vt ipso  
nomine videatur habere aucto-  
ritatem, et veluti dormitantem  
et oblitum potestatis paternae,  
his tribus excitat; Pater est  
Pamphile, difficile est, haec so-  
la est mulier. *Pater est*] A ne-  
cessario argumentum. D.

*Quid*

Difficile est. tum haec sola est mulier: dictum ac factum inuenerit

Aliquam causam, quamobrem eiiciat oppido. PAM. eiiciat? DAV. cito.

PAM. Cedo igitur, quid faciam, Daue? DAV. dic te ducturum. PAM. hem! DAV. quid est?

10

*Quid vis patiar*] Sensus hic est: Noli persuadere, quantum velit licet irascatur pater. Quaecunque per iracundiam fecerit, sustinebo: hoc est, quodcunque patiar. Hic iam persuasio est, ut polliceatur, quae efficitur a terroris parte. E.

7 *Difficile est*] Hoc est, resistere, contradicere, Pamphilo difficile, perniciosum Glycerio. *Difficile est*] Ἀποσιώπησις cum vultu. Deest *resistere*. *Sola*] Sine auxilio, ac per hoc deserta. *Sola* autem, sine defensoribus propriis. et *sola* et *mulier* dixit. *Dictum ac factum*] Prouerbiū celeritatis, id est, cito. *Inuenerit*] Pro inueniet. Coniunctiuo modo pro indicatio vsus est: et est honesta locutio. D.

*Pater est*, inquit, *Pamphile*. An fieri possit, ut imperium sentiat, adiecit, *difficile est*. Deinde ab utili et honesto: *Tum haec sola est mulier*] Quae quidem res ad omnia proficit. Nam quae sola est, facile iniuriam pati potest. Denique hoc adiunxit: *Dictum ac factum*

Aliquam causam, ut supra diximus; quoniam actus hominis in his duobus consistit, vel dicto vel facto. Ideo complexio est: *Dictum ac factum, inuenerit aliquam causam quamobrem eiiciat oppido*] Tristis adolescens iniuria, quod (*iniuriae, quae*) fieri amicae possit, continuo consilium quaerit. E.

8 *Quamobrem eiiciat oppido*] Callide ad eius periculum se conuertit, cui plus amator timet, quam sibi. Ideo vincitur statim. Apparet autem Dauum male suadere: qui tum caueat Pamphilo, cum maxime formidat senem. *Oppido*] Ex ciuitate. *Eiiciat*] Miratur et stupet. *Cito*] Illo admirante, hic etiam confirmauit. addidit et tempus celeritatis. D.

Metri causa interferendum est *eam* et legendum *eam oppido eiiciat*. Dein vsus loquendi ante *cito* postulat *ac*, quod a praecedente syllaba abforprum est. B.

9 *Cedo*] Singularis tantum numeri est: caetera pluralis, vt

10 PAM. Egone dicam? DAV. cur non? PAM.  
nunquam faciam. DAV. ne nega.

PAM. Suadere noli. DAV. ex ea re quid fiat,  
vide.

PAM. Vt ab illa excludar, huc concludar. DAV.  
non ita est.

Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem:

Ducas

vt *Salve, saluere. Dic te ducturum*] Pronuncia, *dic*: quasi rem-facilem, et nullius praeiudicii. *Dic te ducturum*] Hoc est, quod ab initio nitebatur. D.

*Cedo igitur quid faciam, Duce?*] Ipsa propositio persuasio- nis. *Dic te ducturum*] Repugnat contra Pamphilus. Persuasio sequitur continuo. Quid fieri habeat, (lege, debeat) si hoc sit, hoc est, si polliceatur se esse ducturum. E.

10 *Egone dicam?*] τὸ *Ego, ἴμψαιν* habet: hoc est, vel quem non oporteat dicere, vel quem non conveniat fallere, atque mentiri. *Cur non?*] Non interrogat, sed facilitatem rei ostendit. *Nunquam*] Plus habet negationis, quam *non*. D.

11 *Ex ea re quid fiat vide*] ἀπὸ τῆς ἐμβάσεως. D.

12 *Vt ab illa excludar, huc concludar*] Mire hanc cum pronomine significat, dicens *ab illa*. Illi nec sexum servauit, ne vxor esse videatur (lectio- nem corruptam sic restituo: *ab*

*illa. Illinc. Huc. Nec sexum servauit, ne vxor esse videatur*). Et ex ferarum translatione *concludar* dixit. vt alibi, *conclusam hic habeo vxorem saeuam. Vt ab illa excludar*] ἐν ὑποκρίσει: Nam aliud infert, atque intelligit Dauum dicere. D.

12 *Ab illa excludar, huc concludar*] Hic leui mutatione verbi fit figura paronomasia, vt a Glycerio excludatur, inquit, hic erit euentus: at ille contra, qui persuadebat, ostendit, quis euentus sit futurus, si polliceatur: et facile esse dicit. E.

13 *Nempe hoc sic esse*] Coniectura atque diuinatio, an hoc, an illud venturum sit. *Nempe hoc sic esse opinor*] Ab imitatione, μιμησις enim dicitur, deducitur. *Nempe hoc*] Apollifibili. D.

*Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem: ducas hodie volo vxorem; tu, ducam, inquires*] Vt ostendat rem in verbis esse, post nihil futurum sermonis, adiungit: E.

Ducas volo hodie vxorem: tu, ducam, inquires.

15 Cedo, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,  
Quae nunc sunt certa ei consilia, incerta vt fient,  
Sine omni periculo. Nam hocce haut dubium est,  
quin Chremes

Tibi non det gnatam. nec tu ea causa minueris

Haec

15 Cedo] Cedo singulariter tantum: caetera pluraliter. Cedo quid iurgabit?] Ab utili. Hic reddes omnia] Hic aduerbium loci non est, sed aduerbium temporis. Vt Virgilius (Aen. IX, 246.): *Hic annis grauis atque animi maturus Aezhes. Reddes]* Facies, restitues. D.

Cedo quid iurgabit tecum?] Ipsum deinde ponit dicentem: *Hic reddes omnia, quae nunc certa sunt, consilia, incerta vt fient.* E.

16 Incerta vt fient] Hic est euentus. D.

17 Sine omni periculo] Hoc est, sine ducenda Philumena. D.

Ab utili subiungitur: *Sine omni periculo]* Sed hoc tum demum consilium bonum est polliceri patri, si Chremes filiam suam Pamphilo nolit tradere vxorem. Nam si velit tentare adolescentis animos fenex, et continuo ad Chremetem pergere et petere filiam, periculosum est. Ideo adiungit; fortasse posse aliqua mutari, vt Chremes quidem nunc nolit,

tamen tradat aliquando. Aduersus istud igitur, *Ne consilium mutet Chremes*, nihil aliud consilii datur. E.

Nisi legas *periculo* pro *periculo*, et ex *omni* elidas *m*; verus est impeditus. Faernus apud B.

18 *Nec tu ea causa minueris]* Hoc est quod supra, *Id mutauit, quoniam me immutatum videt. Nec tu ea causa]* Quia promiseris te esse ducturum. D.

*Nec tu ea causa minueris haec quae facis, is ne mutet suam sententiam]* Hoc quidem obscure dictum est, sed est sensus: Vnde tu, sententiam suam ne mutet Chremes, haec quae facis, mutare noli, vt adamicam vadas. Redit rursus ad consilium, *Patri dic velle:* et concludit euentum: *Cum velit tibi iure irasci, non queat.* Hic quaestio. Sed aliam pater poterit quaerere vxorem. Huic responderetur coniecturaliter. *Nam quod tu speras, propulsabo facile. His moribus dabit nemo]* *Speras*, id est, times,

Haec quae facis, ne is mutet suam sententiam.

20 Patri dic velle: vt, cum velit, tibi iure irasci non queat.

Nam quod tu speres, propulsabo facile; Vxorem his moribus

Dabit nemo. inueniet inopem potius, quam te corrumpi finat.

Sed si te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris.

Alia

ἀνυπερολογία: et *propulsabo*, id est, repellam: vnde abiectio et depulsio criminis. Si perseveras in his moribus, nec Chremes nec alius dabit tibi filiam suam. Hic rursus incidit alia quaestio: Sed qualemcumque inueniet pater, ne det his moribus (*si Z.*) perseveres. E.

19 *Ne is*] Chremes scilicet. *Ne is muier*] Ad consilium redit, et coniungit euentum. D.

20 *Patri dic velle: vt, cum velit*] Scilicet ne securus, quod non sit Chremes daturus filiam suam, parui faciat iram patris, et neget vxorem ducere, vt pote fretus, neminem alium sibi commissurum coniugem. D.

*Patri dic velle*] Mf. *velle te*. L.

21 *Nam quod tu speres*] Sunt qui pro *speres, timeas* habeant: vt sit, Nam quod tu timeas, scilicet, aliam daturum, *Propulsabo*] Hoc est, causam inanem esse monstrabo, id est, ostendam nihilominus, te esse du-

aturum aliam vxorem, etiamsi hanc non duxeris. *Propulsabo*] Eleganter, pro eo quod est *repellam*. *Vxorem his moribus dabit nemo*] Ne alteram quaerat. *His moribus*] Deest aliquid, vt sit, his moribus agenti, aut his moribus praedito. D.

Pro vulgari *speras*, praeter Donatum, liber Vaticanus, quem Faernus inspexit, et ex nostris veterrimus, habent *speres*. Recte. B.

22 *Inueniet inopem*] ὑποφορὰ ἐφεκτικὸς (lege, ἐφεκτικῶς). Sed nec inopem quaerat. *Inueniet*] Sunt qui κατ' ἀνθυποφορὰν dici putent *Inueniet inopem*. D.

*Inueniet inopem potius, quam te corrumpi finat*] Hoc ergo proponit quasi ex aduersa parte: et est collatio duorum malorum, quorum alterum eligitur. E.

23 *Negligentem feceris*] Hoc est, etiam in paratis nuptiis. D.

H

Alia otiosus quaeret. interea aliquid acciderit boni.

25 P A M. Itan' credis? D A V. haut dubium quidem' est. P A M. vide quo me inducas. D A V. quin taces?

P A M. Dicam. puerum autem ne resciscat mihi esse ex illa, cautio est:

Nam

24 *Aliam otiosus*] Ex otio, hoc est, securus. *Interea aliquid boni acciderit*] Scilicet ne quaerendo inueniat. *Interea aliquid*] Mortem patris adolescenti in delicto pro bono feruus ostentat. *Acciderit*] Et ad causam refertur: et certe quia mortem patris bonum denunciat. *Acciderit*] Nota *acciderit* etiam pro bono, et ab hoc, et apud veteres frequentatum. D.

*Aliquid interea acciderit boni*] Quoniam in rebus asperioribus, quae vitari non possunt, remedium est dilationis persuasio: talibus commotus adolescens vnam sollicitudinem, non iam ex amore, sed ex pietate supponit, quod metuat, ne natum sibi filium pater possit agnoscere. E.

Et si omnes codd. quos ego et Faernus inspeximus, habent *Alia*: melius tamen videtur *Aliam*, sc. cum dote, non inopem. B.

*Alia otiosus* habet Sandby. Z.

25 *Haut dubium*] Plus intulit, quam est interrogatus. *In-*

*ducas*] In eadem translatione permansit, quia supra dixit, *Hac concludar*. Bona *δικονομητα*, vt mox iuste Dauo succenseat Pamphilus. *Quin taces? dicam*] Cur non securus es? significat iam nunc *tacere*, securum esse, vt in *Adelph*. *Tace, egomet conueniam Pamphilum*. Et ideo ille, vt consentire dicenti *quin taces?* videretur, ait *dicam*. vt scias illum, non silentium, sed securitatem imperasse. *Quin taces?* Correptio est silentium praecipientis, de eo duntaxat, ne timeat de nuptiis. id est, esto securus. Nam tacere, securi est. D.

*Vide quo me inducas*] Est autem *inductio* oratio, quae rebus non dubiis captat assensionem eius, cum quo instituta est. E.

Bentl. cum West. tacite edidit *haut dubium id quidem' est*. Z.

26 *Puerum autem*] Videtur hoc illi contrarium esse, quod dixit, *Quicquid peperisset decreuerunt tollere*. Sic ergo soluitur: Quod ibi feruus cum stomacho dixit, hic tantum Pamphi-

Nam pollicitus sum suscepturum. DAV. o facinus audax! PAM. hanc fidem

Sibi, me obsecrauit, qui se sciret non deserturum, vt darem.

29 DAV. Curabitur. sed pater adest: caue, te esse tristem sentiat.

## ACTVS SECVNDI SCENA IV.

SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

**R**EVISO quid agant, aut quid captent consilii.

DAV.

philium verecunde locutum accipimus. *Puerum autem ne reciscat*] Aut diuinat, aut *puerum* pro quolibet sexu; sobolem, hoc est, foetum: vt, *Quicquid peperisset, decreuerunt tollere.* vt Graeci pueros *παιδας*: Homerus (Il. 4. 255), *πρῆμας πρῆμασὶ τε παῖδες.* et Horatius (Carm. 1, Od. XII, 25), *Dicam et Alciden, puerosque Laedae. Cautio est*] Cautione opus est, hoc est, cauendum est. D.

Vulgo legunt *ab illa*. Sed praefendum *ex illa*, quod Faernus in multis libris, praesertim antiquioribus inuenit, et ego in omnibus meis. B.

27 *Nam pollicitus sum*] *Promissio et pollicitatio* eandem vim habent: sed *pollicitatio* maioris affeuerationis est. *Hanc fidem*] Ordo est, vt hanc fidem

sibi darem, me obsecrauit, qui se sciret non deserturum. D.

*Hanc fidem sibi*] Priscian. lib. 13. L.

28 Pro *deserturum* recte legit verus Mureti cod. *desertum iri.* B.

29 *Curabitur*] Non *curabo*, sed impersonaliter, cum difficultate: quod quasi arduum esset, et graue ostendit. D.

*Caue te esse tristem sentiat*] Hoc verbum, id est, *caue*, significat *vide ne*. Et hoc interdum. E.

*Te esse tristem*] Seru. Georg. 1. ad illum versum, *nequicquam spectat Olympo.* L.

1 *Reviso*] Haec Scena nodum iniicit erroris fabulae, et periculum comicum. Facit etiam executionem consiliorum. *Reviso quid agant, aut*

DAV. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum  
neges.

Venit meditatus alicunde ex solo loco :

Orationem sperat inuenisse se,

5 Qui differat te. proin tu fac, apud te vt fies.

PAM.

*quid capient consilii*] *Quid agant*, auribus opus est. *πρὸς τὸ* (lege e Mf. Hult. *Quid agant*. *πρὸς τὸ* *quid agant*, auribus opus est) *quid capient consilii*, prudentia et sagacitate. et quod supra dixit, non poenituit idem repetere, *observes filium; quid agat, quid consilii cum illo capiet*. Quod enim prudenter dictum fuerit, non piget repetere. Actio tamen ex his tribus consistit, cogitatione, dicendo, gerendo. *Reviso*] *Redeo*, vt videam. *Quid agant*] *Quid respondeant, quid dicant*. D.

*Reviso quid agant*] Haec Scena euentum suprapositi consilii complectitur, vt temperet (*reter. Z.*) filium pater, cui ex sua fione Dauī filius promittit. E.

Pro aut *quid* numerus postulat et Terentii consuetudo *quidue*. cf. Eun. II, 3, 12. it. infra IV, 4, 9. B.

2 *Hic nunc non dubitat*] Non dixit, senex, aut pater: sed *Hic*, cum odio, quoniam animo aduerso loquitur. D.

3 *Venit meditatus alicunde*] Terror obiurgaturi patris, hortatio est ad promittendum Pam-

philo, quod iubetur. *Ex solo loco: orationem sperat inuenisse se*] *Solo*, deserto, vbi meditari facilius possit. D.

*Meditatus alicunde ex solo loco*] *Meditatus ἐσκεμμένος*. Et bene *solo loco: τῆς ψυχῆς γὰρ ἐρημέσης ἢ γνώμῃ τελειῖται*. In quam rem a Donato elegans Menandri versus laudatur. Vid. Seru. ad Virgil. Aeneid. v. versu *At procul in sola*. et Aeneid. xi. vers. *Solorum memoris*. L.

4 Et *orationem* dixit, quod quasi ad plenum cogitari potuisset, quippe meditatus ex solo loco. Menander: *ἐυρετικὴν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς ἄιροντες*. D.

*Orationem sperat inuenisse se, qui differat*] Id est, increpet vel dissipet te. Admonet rursus adolescentem, quo facilius respondeat. E.

5 *Qua differat*] Disturbet, et in diuersum ferat. Virg. (Georg. III, 197.), *atque arida differt Nubila*. Et in Adelphis, *Miseram me! differor doloribus*, hoc est, in diuersum rapit, dissipat (lege omnino, *in diuersum rapior, dissipor*).

Apud



P A M. Modo vt possim, Daue. D A V. crede, inquam, hoc mihi, Pamphile,  
 Nunquam hodie tecum commutaturum patrem  
 Vnum esse verbum, si te dices ducere.

## H 3

## ACTVS

*Apud te vt sis*] Non, ne timeat, cauet Dauus: sed ne amore a consilio suo alienetur Pamphilus. *Apud te sis*] Praeparatus sis: cui contrarium est, *Non sum apud me.* D.

*Fac vt apud te sis*] Id est, consilium tibi traditum mente contineas; quo facto, apud te esse poteris. E.

*Qua differat*] Mf. *Qui differat.* L.

Libri Basilicanus et Decurtatus habent *Qui differat*, et ita quoque in Victoriano et Vaticano est emendatum, sicut Faernus. Duo tantum e nostris *Qua*, caeteri *Qui.* B.

6 *Modo vt possim*] *Vt*, pro ne non. *Modo vt possim*] A possibili, Possim apud me esse. D.

*Crede mihi*] Quoniam Pamphilus veluti difficultatem po-

fuerat dicendo, *vt possim*: respondit rursus ad euentum, quod pater verbum non commutaturus (alii, *commoturus*, male. Z.) fit, si se dixerit duceturum. E.

*Modo vt possim*] Mf. *Modo vt possim Daue.* L.

7 *Nunquam hodie*] Ab vtili euentu. *Nunquam*, plus asseuerationis habet, quam *non*. vt Virgilius (Aen. 11, 670.), *Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Commutaturum patrem*] Iurgium habiturum; hoc est enim *verba mutare. Commutaturum verbum*] Altercaturum. Sic in Phormione, *Tria non commutabitis verba inter vos hodie*, hoc est, dabitur atque accipietis, id est, iurgabitis. Ego puto *commutare verba* hoc esse, pro bonis dictis mala ingerere: hoc est, iracundia in maledicta compelli. (Verba, *Ego puto* -- *compelli*, non videntur esse Donati, et repugnant antecedentibus). D.

## ACTVS SECVNDI SCENA V.

BYRRHIA. SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

**H**ERVS me, relictis rebus, iussit Pamphilum  
Hodie obseruare, vt, quid ageret de nuptiis,  
Scirem. id propterea nunc hunc venientem sequor.

Ipsum

**1** *Herus me relictis rebus]* Vide quam mire, quum omnes consulto consilio sibi agere videantur, tamen omnes rerum exitu inopinato ludificantur, et Simo, et Dauus, et Pamphilus, et Charinus, et ipse Byrrhia. *Herus me relictis]* Ad hoc venit Byrrhia, vt in errorem conciliet Charinum. Et in hac Scena quatuor personae sine implicatione intellectus loquuntur. *Herus me relictis rebus]* Imponitur manus rebus, cum perficitur id quod coeperis: vt Virgilius (Aen. vii, 573.), *Imponit regina manum.* Relinquantur vero res, cum imperfectae relinquantur. Item Virgilius (Georg. iii, 519.), *Atque opere in medio defixa reliquit aratra.* *Relictis rebus]* Adeo praeposuit hoc negotii rebus omnibus. D.

*Herus me relictis rebus]* Haec Scena fortunae interponitur. Byrrhia seruus Charini, qui Philumenam vult ducere uxorem, quam quidem Pamphilus non vult, dum pater filio offert, interuenit, quo error facilius possit incrementum accipere. Ap-

ponitur eo tempore, quo Pamphilus ex suasionem serui, falso quidem, non voluntate, promissurus est patri, se uxorem esse ducturum. E.

**2** *Hodie obseruare]* Obseruatio duplex est, vel captionis, vel obsequii. D.

**3** *Id propterea]* Necessesse est aut alterum esse superuacuum, aut *Propterea* post accipiendum. D.

Pro *id vnus* e nostris habet *huc*, rectius. Sed totus versus est spurius. Nam Pamphilum, qui, ex quo Byrrhia fugere iussus est, nusquam pedem e Scena mouit, hic Byrrhia non dici potest sequi huc, h. e. in Scenam venientem. Interpolatio vero orta est ex antecedentibus, vbi vitiose omnibus in libris scriptum reperitur *obseruare, vt, quid* etc. Emenda sic, *obseruarem, quid ageret* etc. Ex *m* igitur natum est *vt*, quia *iussit* cum Infinitiuo est vsitatus. Sed cum Coniunct. apud nostrum quoque occurrit, Eun. iv, 4, 25. cf. And. i, i, 142. B.

Ipsum adeo praesto video cum Dauo. hoc agam.

5 SI. Vtrumque adesse video. DAV. hem! serua.

SI. Pamphile.

DAV. Quasi de improuiso respice ad eum. PAM. ehem, pater.

DAV. Probe. SI. hodie vxorem ducas, vt dixi, volo.

BY. Nunc nostrae timeo parti, quid hic respondeat.

PAM. Neque istic, neque alibi vsquam tibi erit in me mora. BY. hem!

H 4

DAV.

4 *Hoc agam*] In gestu est: nam est figura corporis, obseruantis quid agatur. D.

5 *Vtrumque*] Et Dauum, et Pamphilum. D.

6 *Quasi de improuiso respice*] Interest eius qui repente aspexerit: nam videbitur nihil dolose locuturus; vt (Aen. XII, 671.), *Magnam respexit ad urbem. De improuiso*] scilicet, ne meditata intelligat eum habuisse consilia. D.

7 *Hodie vxorem ducas, vt dixi, volo*] *Nolo et volo*, nimis imperiosa et superba dictio est. vt alibi, *Pisces caeteros purga, Dromo, Congrum istum maximum in aqua finito ludere Paulisper. ubi ego venero, exossabuntur: Prius nolo.* D.

*Hodie vxorem ducas*] Supra enim Pamphilus ipse dixit, *Practeriens modo mihi apud fo-*

*rum, vxor tibi hodie ducenda est, Pamphile. Merito ergo nunc, vt dixi.* E.

8 *Nunc nostrae timeo parti*] Hoc ex persona Byrrhae intelligendum, propter timorem domini, quem habet. E.

Ordo verborum, *nostrae timeo parti* idem reperitur in omnibus codd. Faerni, et meis plerisque. B.

9 *Vsquam erit in me mora*] Recusantis est magis, quam non volentis (Boeclero assentior, qui legit, *Non recusantis est magis quam volentis*), consensio, ea segnis ac tepida, si penitus consideres. *Hem*] Percussus hoc dicto Byrrhia, interiectione magis, quam verbo exclamauit. D.

Omnes fere nostri rotundius et metro conuenientius legunt, tibi erit vsquam. B.

10 DAV. Obmutuit. BY. quid dixit? SI. facis vt te decet,

Quum istuc, quod postulo, impetro cum gratia.

DAV. Sum verus? BY. herus, quantum audio, vxore excidit.

SI. I nunc iam intro, ne in mora, cum opus sit, fies.

PAM. EO. BY. nullane in re esse homini cuiquam fidem!

15 Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet, Omnes sibi malle melius esse, quam alteri.

Ego

10 *Quid dixit?*] Nota hic Byrrhiae personam quartam, sed non admixtam. D.

11 *Quum istuc, quod postulo, impetro*] Nimis consequenter (*obsequenter*) locutus est pater. Et *postulo*, pro iubeo: et *Impetro*, pro extorqueo. *Postulo*, iuste volo. Petimus enim precario, Poscimus imperiose, Postulamus iure. *Impetro*, pro cum impetrem. D.

12 *Sum verus?*] Id est veridicus: vt *falsus*, pro falsidicus. *Vxore excidit*] *Cadere spe* dicuntur, qui leuati animo, a summo ad inferiora labuntur. *Vxore*, hoc est, matrimonio ac nuptiis. *Vxore excidit*] Quod Graeci dicunt ἐξέπεσεν καὶ ἀπέτροχεν. D.

*Sum verus*] Id est, vera dico. Daus hoc loquitur, quod secundum promissionem nullum verbum fecerit fenex. E.

14 *Nullane in re esse homini cuiquam fidem?*] Non, in nullis terris, sed neque in terris, neque in persona. vt Virg. (Aen. iv, 373.), *Nusquam iura fides*. cum in amore fracta esset ab eo (Aen. iv, 599.), *Quem subiisse humeris confectum aetate parentem audierat*. Alibi Terentius, *Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, Verere ei verba credere? ubi quid tibi lucri est?* D.

Veteres quaedam Editt. *cuiquam hominum*: cod. Petrensis *cuique homini*, quod melius est, ne ictus in vltimam τῆ homini perperam incidat. B.

15 *Illud verbum*] Id est, prouerbium et sententia. et sic veteres *verbum* pro sententia. D.

16 *Omnes sibi melius*] Sic alibi, *Proximus sum egomet mibi*. D.

Omnes

Ego illam vidi: virginem forma bona  
 Memini videre. quo aequior sum Pamphilo,  
 Si se illam in somnis, quam illum, amplecti maluit.  
 20 Renunciabo, vt pro hoc malo mihi det malum.

H 5

ACTVS

*Omnes sibi malle]* Saluian. Maffil. ad Ecclef. Cathol. lib. 3. *Etiā vulgo dictum est, omnes sibi melius velle, quam alteri. Nouum hoc monstri genus est, cuiuslibet quenquam velle consulere, tantum ne sibi.* Hegias apud Suidam: *ἐκάστῳ γὰρ εἶναι τὴν ἔφεσιν τοῦ ἀγαθοῦ πρὸς ἑαυτὸν μᾶλλον, ἢ πρὸς ἕτερον.* Menander: *φιλεῖ ἑαυτῷ πλείον ἕδεις ἔδεναι.* L.

Plerique libri cum Editt. prisca collocant versus: *Omnes sibi esse melius malle quam alteri.* Vaticanus et Basilicanus ita, *Omnes sibi malle melius esse &c.* Ego repono sententiae gratia, *Omnes sibi esse bene mauelle, quam alteri.* B.

17 *Ego illam vidi]* Hic corrigitur a Poeta, quod per iracundiam dixit Pamphilus, *Aliquid monstri alunt. Forma bona]* Distinguitur. D.

Lege, *Ego, cum illam vidi, virginem forma bona Memini videre.* B.

18 *Memini videre]* Aut memor sum vidisse; aut *memini videre*, hoc est, intelligo, scio; aut *memini* quod viderim. *Memini videre*, pro vidisse. Ennius, *Memini me tum fieri pauidum.* (Mf. Hulst. et ed. Venet.

*memini me quam fieri pauidum.* it. Mf. Boend. et ed. Du. B. Sed H. Iunius Animad. III, II. *tuetur pauidum.* cf. Perf. Sat. VI, et Donat. ad Phorm. I, 2, 24.). Alibi sic, *Memini videre*, non probare. (Ed. Venet. et vterque liber, Alibi: *Sic memini videre, noui probare.*) *Quo aequior]* Hoc est, quare aequior Pamphilo, beneuolentior, non iratus, vel minus iniquus. D.

*Memini videre]* Hoc est, scio et intelligo quid videam. *Quo aequior sum Pamphilo, se se illam in somnis]* Scio etenim videri quod sit pulchra. Cognosco et faueo Pamphilo, quod maluit illam se potius amplecti, quam alteram. E.

*Memini videre]* Seru. Georg. 4. ad vers. *vidisse senem.* L.

19 *In somnis]* Per noctem. ait Virgilius (Georg. I, 208.), *Libra dies somnique pares ubi fecerit horas.* Plautus (Merc. II, I, I.), *Miris modis ludos faciunt hominibus, mirisque exemplis somnia in somnis.* Alii *insomnis*, vigilans: sed melius, per noctem. *Quam illum amplecti]* Dicit nunc quod vulgo dicitur, *cum illa manere, cum illa dormire.* D.

## ACTVS SECVNDI SCENA VI.

DAVVS. SIMO.

**H**IC nunc me credit aliquam sibi fallaciam  
Portare, et ea me hic restitisse gratia.

SI. Quid Dauus narrat? DAV. aeque quicquam  
nunc quidem.

SI.

**Hic nunc me credit]** Haec Scena dolos continet vtriusque personae, quibus vtraque capit, et capitur miro modo. *Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam]* Dauus ita videtur loqui, vt nullus spectator audiat: sed hoc ait (lege: *hoc agit*, h. e. id operam dat. Nisi locus, qui interpolatus esse videtur, ita est legendus: *Dauus ita loqui viderur, vt nolit audiri a sene*), vt velit audiri a sene. D.

**Hic nunc me credit]** Haec Scena dolos habet vtriusque personae, senis et Dau. Namque ille inquirat, an filius aegre ferat, quod facturus est nuptias. Contra callide seruus respondet, non omnino negans, ne fidem perdat, sed esse apud Pamphilum sollicitudinem diem. Nam iam cognitum est, quod propterea \* fuerat dimisset. (Mf. alter: *Nam iam cognitionem qd poterit. id iam fuerat dimississe*: Alter: *Nam iam cognitionem qd praeteritum fuerat dimississe*). Et vt verisimile faciat, quanto sibi

decori esse putauerit, quod amore meretricem dilexerit. Pamphilus cogitauit, et nimia temporis ratione compulsus, vult Glycerium vxorem. At Simo senex amici cogitatum metitur ex vultu, vt dicat pater filium aegre ferre, quod subtristis est visus. Hic fiunt quasi per coniecturam argumenta. Ille enim dicit, tristem esse propter nuptias: hic supponit aliam causam. Et quandoquidem repentinum est, quod obiecit senex, diu quaerens Dauus multa promit. Ad postremum deriuationem causae hanc ponit, quod nimis parce pater faciat sumtum, cum filio tradat vxorem. Addit causas, quod neminem ex amicis vocet ad coenam. Adicit et seruus testimonium suum, quod vere parce senex praeparet coenam. E.

2 *Gratia]* Gratia veteres pro causa ponebant. D.

3 *Quid Dauus narrat?]* Videtur illi blandius locutus esse. *Aeque quicquam nunc quidem]*

Bene

SI. Nihilne? hem! DAV. nihil profus. SI. atqui expectabam quidem.

5 DAV. Praeter spem euenit: sentio: hoc male habet virum.

SI. Potin' es mihi verum dicere? DAV. nihil facilius.

SI. Num illi molestae quippiam hae sunt nuptiae, Propter huiusce hospitae consuetudinem?

DAV.

*Bene nunc quidem*: similiter *nunc nihil*, vt paulo ante, cum dixit, *Id populus curat scilicet. Aequae quicquam nunc quidem*] Hoc est, nihil. D.

Etsi omnes codd. repugnant: legendam tamen puto, *Quid, Dauae, narrat*, sc. Pamphilus, qui superiori Scena cum Dauo domum ibat. Igitur Dauus, quem Sino cum filio de nuptiis locutum aliquid putat, hic interrogatur. B.

4 *Hem*] interiectio est irati, aduersum eum, qui neget se aliquid locutum esse. simul quid fit *Aequae quicquam nunc quidem*, senex explicat, cum ait, *Nihil?* Et est *εὐφημισμός* antiquorum, pro nihil. *Nihil profus*] Id est, neque profus. *Nihil profus* dicitur, in quo nulla est arbitritas. et est confirmatio negantis. *Atqui expectabam quidem*] *Expectamus* tam bona, quam mala: *Speramus* bona. D.

Bentleius semper fere pro *nihil* et *mibi* edidit *nil, mi*. Semel monuisse sat erit. Z.

5 *Praeter spem euenit*] *Praeter*, pro contra: vt, *Praeter aetatem tuam. Hoc male habet virum*] *Εἰρωνικῶς*; *virum* dixit desessum senem. modo enim *virum* ioculariter dixit. *Virum*] Ad vituperationem cum ironia: ad laudem vero sine ironia. D.

6 *Potin' es verum*] *Integrum, potissue*, id est, potes. Vt Virgil. (Aen. III, 671.), *Nec potis Ionios fluctus aequare sequendo*. Et deest illi *es*. Est enim nomen *potis*: et facit, *potis, potior, potissimus*. D.

*Potin' es mihi verum dicere?*] Menander: *ἀεὶ κρατίστον ἐστὶ τ' ἀληθῆ λέγειν*. L.

Concinnitatis gratia ante *nihil* pone *ego?* vt Eun. I, 2, 21. B.

7 *Num illi molestae quippiam*] *Quippiam*, significacionem minimae rei habet. D.

Cod. vnus e Regiis habet *haec*. Veruste et vere. B.

8 *Propter hospitae huiusce consuetudinem*] Haec omnia pro-

DAV. Nihil hercle: aut, si adeo, bidui est, aut tridui

IO Haec sollicitudo: nosti: deinde desinet.

Etenim ipse secum eam rem reputavit via.

SI. Laudo. DAV. dum licitum est ei, dumque aetas tulit,

Ama-

pronominiibus bene mollita sunt: etenim atrocitas sunt, si cum suis nominibus nuda ponantur. Et *huiusce hospitae*, non meretricis: et *consuetudinem*, non amorem dixit. ita omnia extenuat, ut Davus audeat confiteri. D.

Eti omnes codd. quos vidit Faernus, habent ordinem Donati: melior tamen est ordo: *Propter hospitae huiusce*. Caeterum antiquius est, *hospitai*. B.

9 *Aur, si adeo, bidui est aut tridui*] Bene, *aur si adeo*: ne si omnino negaret, *cur igitur iristis est ille?* diceret. D.

IO *Sollicitudo*] Propterurbationem. *Nostin'?*] In significationem multorum, quae compendio facimus (malim *compendifacimus*), *Nostin'* dicimus. D.

Bentleius post *nosti* posuit signum interrogationis, quod non est opus. Z.

II *Recta reputavit via*] *Reputavit*, retractavit: quia *purare*, purgare est. unde et ar-

*bores, et vites putare* dicimus. *Via*] Consilio, ratione. D.

*Eam rem reputavit*] V. C. *eam secum ipse rem recta reputavit via*. L.

Sic verum legit in cod. Vaticano Faernus, cui consentit vnus e nostris vetustissimus. Sed nos delemus *secum* tanquam alienum, et post *rem* reponimus *recta*, quod Faernus vidit in codd. et consuetudo Terentii et Plauti postulat. B.

12 *Laudo*] Senex inducitur, et credit. *Dum licitum est*] Deest, *per te*: hoc est, dum tu permisisti. Et mire hic utitur verbis senis. Ipse enim supra dixit, *Dum tempus ad eam rem tulit, fini, animum ut expleret suum*. *Dum licitum est illi*] Sic veteres et *placitum*, et *puditum* dicebant: quae nos, *placuit, puduit*. *Dumque aetas tulit*] Dum esset aetas immatura nuptiis. *Tulit*, duo significat: attulit, et abstulit; passus est, et pertulit. D.

Bentleius metri causa scripsit *eii*. Z.



Amavit: tum id clam: cauit, ne vnquam infamiae

Ea res sibi esset, vt virum fortem decet:

15 Nunc vxore opus est: animum ad vxorem appulit.

SI. Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.

DAV. Nihil propter hanc rem: sed est, quod succenset tibi.

SI.

13 *Tum id clam*] Bene *clam*, quia nunc liquido apparet, Pamphilum voluntatem, propositumque mutasse. *Caui*, ne vnquam infamiae ea res sibi esset] Mire vtitur senis verbis. Ipse enim dixerat, *Dum tempus ad eam rem tulit, fini, animum vt expleret suum.* (Verba *Mire vtitur senis* etc. in seite ex versu 12. hic sunt repetita). D.

15 *Nunc vxore opus est*] Quasi denunciatio est quaedam necessitatis seni impositae. *Animum ad vxorem appulit*] Et bene *appulit*, quasi ab iactatione fluctuum, et marini aestus. has enim tempestates habet amor. Et sic dixit, *Ad vxorem animum appulit*, vt supra, *Animum ad scribendum appulit*. D.

16 *Subtristis visus est*] *Sub*, temperamentum est plenae pronunciationis: vt, *subtristis, subridet*, non ad plenum tristis aut ridet: vt confessionem eliceret. *Subtristis visus est aliquantulum mihi*] Mire seruatum est in adolescente libero

τὸ πρῆκον, et in amatore τὸ πικρὸν. Nam et honesto iuueni non congruebat versipellis vultus: et in amatore absurdum fuerat, ingenium celare tristitiam. (Pro ingenium alii habent ingenium. Lege vel ingeniam, vel in amatore ingenio absurdum fuerat, celare tristitiam). Itaque nec ad plenum tristis fuit, quia dixit *celanda res erat* (pro *celanda* Ms. Hulst. et ed. Venet. 1490. habet *occultanda*. Vtrumque videtur e margine irrepsisse. Haud dubie Donatus scripsit: *quia dixit, SUBTRISTIS*): nec gaudium fuerat, quia ingenium et amoris necessitas in tristitiam retrahebat. D.

Pro *aliquantulum*, vt trochaeus euitetur, lego *aliquantillum*. B.

17 *Sed est, quod tibi succenset*] Quod ille a summo ad imum opposuit (lege *proposuit*), hic causae deriuationem opposuit. *Quod succenset tibi*] *Succensere*, potioris est. (Verba, *succensere potioris est*,  
ab

SI. Quidnam est? DAV. puerile est. SI. quid est?

DAV. nihil. SI. quin dic, quid est?

DAV. Ait nimium parce facere sumtum. SI. me-  
ne? DAV. te.

20 Vix, inquit, drachmis est obsonatus decem.

Num filio videtur vxorem dare?

Quem, inquit, ad coenam vocabo meorum aequalium

Potif-

abfunt a Mf. Hulst. Et sane videtur pro *succensere* hic aliud verbum reponendum esse. Etenim nec Pamphilus patre erat potior, nec semper potiores succensent. Nisi *potioris est* neutro genere dictum accipias pro *maioris est*, h. e. in re maiore et potiore adhiberi solitum. Sic mox explicat ipse Donatus. Placet Wielingio *Censere potioris est*; vel, *Sic censere potioris est*. Possit tamen putari illa, *Succensere potioris est*, esse a Donato, illa, *Succensere, in re graui et iusta irasci*, ab altero grammatico profecta. Neutrum autem factis accurate). *Succensere*, in re graui et iusta irasci. D.

Dele *rem*, vt *banc* referatur ad hospitam, Glycerium. Antiquissimi libri habent *suscenset*. B.

18 *Puerile est*] Apparet Dauum nunc quaerere quid respondeat: et ad quam causam deriuat auersa suspitione tristitiam Pamphili, quam ani-

maduerit senex. *Puerile est*] Vtrum magis ideo suspendit, vt senex audire desideret: an quia necdum commentus est causam, contra rependam propositioni senis? (Posteriorem rationem probabiliorem esse, et theatro magis consentaneam, ait Dacieria. Z.). *Nihil est*] Videtur inuenire non posse. D.

Ante *nihil* reponere *quid id est?* B.

19 *Ait nimium parce facere sumtum*] Mire (Mf. Hulst. recte, *mirum*), ipsum dicere veluti *fecit* et *nimium*, et *parce*. *Nimium parce facere*] Pepercit, ne diceret fordide. *Mene*] Perturbati indicium est, quia se ipsum pronomine ostendit. D.

20 Duo codd. primarii legunt *est obsonatum*. Recte. cf. Plaut. Bacc. 1, 2, 35. B.

22 *Meorum aequalium potissimum*] *Aequalium* aetate, *potissimum* dignitate: etenim *potis, potior, potissimus* facit. D.

Potissimum nunc? et, quod dicendum hic fiet,  
Tu quoque perparce nimium. non laudo. Si  
tace.

25 DAV. Commoui. Si. ego istaec, recte vt fiant,  
videro.

Quidnam hoc rei est? quid hic volt veterator  
sibi?

Nam

23 *Et quod dicendum hic fiet*] Bene *hic*, vbi non sit adulescens. D.

24 *Tu quoque perparce*] Bene *quoque*, quasi dicat, cum ille peccet, quod pueriliter succenseat: tu quoque peccas, perparce nimium faciendo sumrum. *Tu quoque perparce nimium*] Et *perparce*, et *nimium*, cum sufficeret vnum. Et *nimium*, vituperatio est: vt, *Ne quid nimis. Non laudo*] Et quia *perparce*, et quia *nimium*. Nam parce agere, laudis: nimium, peccati. Et magna moderatione, *non laudo*, dixit potius, quam *viuipero*. D.

*Tu quoque perparce*] Prisc. lib. 15. L.

Lege *per parce nimium*, h. e. pernimum parce. Nam quod supra 19. *nimium parce* dixerat, id nunc amplificat. B.

25 *Commoui*] Ideo *commoui*, quia argumenta dixit seni, quibus proditur non esse veras nuptias. *Commoui*] Supra *solicitaui* dixit, modo *commoui*. Et *commoui* dicit apud se, vt

spectator audiat, non senex. D.

26 *Quidnam hoc est rei?*] Verba sunt secum cogitantis senis, aut de his quae nunc locutus est Dauus, aut de aduentu mulierum, quae in Scenam veniant. *Quidnam hoc est rei?*] Pulsatus est senex argumento falsarum nuptiarum, *paululum obsonii*: tanquam se illuderet Dauus. *Quidnam hic volt veterator sibi?*] *Veterator* est vetus in astutia, et qui in omni re callidus est. Et hi duo versus ostendunt, pulsatum esse senem argumento falsarum nuptiarum: illo argumento, quod ait, *paululum obsonii*: tanquam se illuderet Dauus. Sunt ergo verba, vt diximus, secum cogitantis senis, aut de his quae nunc Dauus locutus est, aut de aduentu mulierum, quae in scenam veniunt modo. D.

*Quidnam hoc est rei?*] Secum cogitat senex orationem Dau, et promissionem filii. Non vera omnia suspicatur ex moribus serui, quem *veterato-*

Nam si hic mali est quicquam, hem illic est huic rei caput.

## ACTVS TERTII SCENA PRIMA.

MYSIS. SIMO. DAVVS. LESBIA. GLYCERIVM.

**I**T A P O L quidem res est, vt dixi, Lesbiam;

Fide-

rem appellat, hoc est, callidum et astutia vetusta roboratum. Concludit ergo: *si in hac re aliquid mali est, illic est huic rei caput.* Et illis inter se loquentibus, Simo vt agnoscat filium illam peregrinam amare, quo amplius incendatur ad nuptias, vt ei error omni ratione cumuletur, vel ex locutione mulieris, vel ex vocibus parturientis, credit in sua praesentia cuncta simulari. E.

*Veterator*] Mancipiorum vsualium duplex genus, nouitiorum et veteranorum. Ac plerumque nouitia mancipia intelliguntur, quae annum nondum seruierunt, et propterea rudia sunt ac simpliciora. Veterana autem, quae anno continuo in vrbe seruierunt, et id propter astuta et callida. Marcianus l. 16. §. 3. ff. de Publicanis. Vlpianus l. 37. ff. de aedil. edict. Hinc itaque versuti, et multa arte exercitati, *Veteratores* dicti sunt. Glossar. *Veterator.* παλαιομώλωψ, παλίν-

τριψ, τρεχάκος, ἀπατίων. Vid. Festus in Veterator. L.

Lege, *Quid hoc est reii.* B.

27] *Nam si hic est mali quicquam*] Si promissa non compleuerit Pamphilus. *Illic est huic rei caput*] *Caput* est origo et summa vniuscuiusque rei, vt Virgil. (Aen. xi, 361.), *O Latio caput horum et causa malorum.* D.

*Illic est huic rei caput*] Iterum Adelph. Act. 4. Sc. 2. *Sensit, quod ego, te esse huic rei caput.* Seruius Aeneid. xi. vers. *caput horum et causa malorum.* L.

Lege *mali* est, ne mali totum in Thesi obscureretur. B.

**I** *Ita pol quidem res est*]

In hac Scena nouo modo cessante Dauo, fallitur Simo per nimiam sagacitatem suam. Simul in hac Scena id agit Poeta, vt ad nuptias faciendas magis accendatur Simo. Et quaedam industria, quaedam velut casu eueniunt: vt nunc suspicio feminis. In multis enim οἰκονομίζε comi-

Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.

SI. Ab Andria<sup>2</sup> est ancilla haec. quid narras? DAV. ita<sup>3</sup> est.

MY. Sed hic Pamphilus. SI. quid dicit? MY. firmavit fidem. SI. hem!

5 DAV. Vtinam aut hic surdus, aut haec muta facta sit.

MY.

comicoꝝ poetarum ita se habet, vt casu putet spectator venisse, quod consilio scriptoꝝ factum sit. *Ita pol quidem res est, vt dixi, Lesbica*] Ex hoc sermone, quem habent ingredientem, scenae apparet principium. Quod enim auditur, non quod incipitur, initium dicunt. *Ita pol quidem*] Productio est narratiua, ad explendum modo potius iusiurandum. *Vt dixi*] Et *dixi*, et *dixisti* legitur. D.

Duo tantum codd. habent *dixisti*. Quae vera est lectio. Nam concinnius *res* in Arsi hic ponitur, quam illic in Thesi. B.

2 *Fidelem haud ferme*] *Fidelem* maluit, quam *fidum* dicere. *fidum* enim honestius dixisset. *Ferme* pro facile posuit: et *ferme*, facilitatem significat, quia sunt aduerbia extenuationis. *Inuenias*] Secundam pro tertia persona posuit, pro *inueniat quis*, vel inuenire possit. vt Virgil. (Aen. IV, 401.), *Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes*. D.

3 *Ab Andria est ancilla haec*]

Simpliciter dixit *ab Andria est*, pro Andriae est: nam et vsu sic dicere solemus. Ergo *ab Andria est*, hoc est, Andriae fauet, Andriae est. vt cum dicimus, *Ab illo est*, hoc significamus, illi fauet, illi accommodat suffragium. D.

*Ab Andria est?*] Ex proprietate linguae agnouit illam. Secum igitur coniecturalibus argumentis cogitat, verisimile non esse suscipere velle liberos ex peregrina. Vnde confirmat mulierum calliditate fieri, vt nuptiae impediuntur. E.

Verba ita distribuenda esse censeo, vt, *quid narras*, sint Davi non interrogantis, sed admirantis et quasi negantis, vel grauate concedentis, vt Phorm. V, 7, 42. sed *ita est* sint Simonis, rem confirmantis. B.

4 *Sed hic*] Semper *Sed* contrariae sententiae significatio est. Et bene *hic*, vt ostendat de illo fuisse sermonem. *Hem*] Interiectio est accipientis verba, et admirantis. D.

5 *Vtinam aut hic surdus, aut haec muta facta sit*] Comice et  
I facete.

MY. Nam quod peperisset, iussit tolli. SI. o Iupiter!

Quid ego audio? actum est, siquidem haec vera praedicat.

LES. Bonum ingenium narras adolescentis. MY. optimum.

Sed sequere me intro, ne in mora illi sis. LES. sequor.

IO DAV. Quod remedium nunc huic malo inueniam?

SI. quid hoc?

Adeone est demens? ex peregrina? iam scio, ah!

Vix

facete. *Aut hic surdus*, qui audire non possit: *aut haec muza facta sit*, ne possit dicere. *Aut hic surdus*, *aut haec muza facti sit*] *σούδαφικς* per genera. D.

6 *Iussit tolli*] Haec est fides: suscipi filios legitimos faciunt parentes. (Pro *parentes* habet Ms. Hulst. et ed. Veneta utraque *parvus*. Forte legendum: *Haec est fides, suscipi filios legitimos, quod faciunt parentes*. Sed postquam intellexi, in Ms. Boend, et ed. Du B. pro *parentes* esse *parvus*, conicio; legendum esse, *suscepti filii legitimos faciunt parvus*). Et sublatio matris est: patris, tollere. *Iupiter! quid ego audio?*] Bene rursus adducitur ad desperationem senex Myfidis verbis. D.

7 *Actum est*] In summa rerum desperatione ponitur, *A-*

*ctum est, Ilicet, Peristi*. Haec res secundum ius civile dicitur: in quo cauetur, ne quis rem actam apud iudices repetat. Sic ipse in Phormione, *Actum, aiunt, ne agas*. D.

8 *Bonum ingenium*] *Ingenium*, naturam. D.

IO *Quid hoc?*] Secum senex *ἐλλειπτικῶς*: deest enim, *rei est*. D.

II *Adeone est demens? ex peregrina*] *ἔλλειψικς* per *ἀποσιώπησιν*, apta cogitanti. reliquum autem sic pronunciat, quasi reperto consilio. Et bene *adeo*: quia tam demens est, quod amat ex peregrina, id est ex meretrice. (Corrupta lectio est iam inde ab ed. R. Steph. *Vestustiores* et Ms. Hulst ita: *Est bene ADEO, quia demens est quod amat. EX PEREGRINA, id est, ex meretrice. Lege: Est bene ADEO, quia iam*

Vix tandem sensi stolidus. DAV. quid hic sensisse ait?

SI. Haec primum affertur iam mihi ab hoc fallacia;

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

15 GL. Iuno Lucina, fer opem; serua me, obsecro.

SI.

*iam demens est, quod amat.* Cui quidem dementiae accedit altera, scilicet quod EX PEREGRINA, id est ex meretrice, sub. velit tollere partum. Haec coniectura confirmatur cod. B. end. vbi est haec diuisio: EX PEREGRINA. Id est, ex meretrice vid. Phorm. II, 3, 68.). Mulieres enim peregrinae, inhonestae ac meretrices habebantur. Sic ipse alibi, *Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.* Et seruus, *potest raceri hoc quidem,* hoc est, meretricem habuisse te matrem, verisimile est. *Ex peregrina]* ἀποσιώπησι. deest enim, *ut filium suscipiat?* aut aliquid tale. D.

12 *Vix tandem sensi stolidus]* Pulchro colore inducto, poeta ostendit non minus falli suspiciosum, quam qui stultus est. Huic enim veritas fallacia videtur, dum nimis est acutus ac perspicax. Et hoc est, quod ab euentu fingit poeta. Non enim in Dauo est, sic errare nunc senem. *Vix tandem sensi stolidus]* Quinque sunt sensus, quorum duos, visum et audi-

tum, magis sensibiles habemus, quam pecora. Vnde Cicero, (Eadem verba ex incerto libro laudat Nizolius, nec fragmentis leguntur inserta), *Non solum videam, sed etiam audiam, planeque sentiam,* quasi ad tactum retulit, quo etiam pecora impelluntur ad sensum. Dubius ergo rebus scimus: aut ratiocinatione, aut sensu: quibus maxime praestamus caeteris animalibus. Ergo senex se non sensu, non ratiocinatione sensisse, sed veluti calcaribus et stimulis punctum. D.

13 *Haec primum]* Satis se sagacem senex ostendit, quando principia ipsa inceptionesque comprehendit. *Haec primum]* Bene *primum:* quasi ex multis, quas parauerat Dauus contra Chremetem. *Quo]* Quare. D.

14 *Hanc simulant parere]* Priscian. lib. x. p. 124. L.

15 *Iuno Lucina, fer opem: serua me]* Iuno Lucina, Iunonis filia, Graece εἰλεῖθνια (Hinc ἀνελεῖθνια dicitur ἀποκος γυνή. cf. Lindenbr.), dicitur. Latine

SI. Hui, tam cito? ridiculum: postquam ante ostium

Me

Iuno a iuuando diſta: Lucina ab eo quod in lucem producat. Et gemina vota ſunt, vt et partus, et pariens feruetur. Nam *fer opem*, propter partum: *serua me*, propter parientem dicitur. *Iuno Lucina fer opem: serua me obsecro*] Nota, hoc verſu totidem verbis vti omnes puerperas in Comoediis, nec alias induci loqui in proſcenio: nam haec vox poſt ſcenam tollitur. *Fer opem*] Propter quod Lucina eſt. inde *obſterrix*, quod opem tulerit. *Serua me obsecro*] Hoc extra etiam hanc poteſtatem Iunoni attribuitur: quanquam illam Menander Dianam appellet, et hoc ſentiat in Bucolicis Virgil. (Ecl. IV, 10.). D.

*Iuno Lucina*] Duas poteſtates habet Iuno: eadem namque pronuba eſt, hoc eſt, nubentibus praeſt. Vt eſt (Aen. IV, 59.), *Iunoni ante omnis, cui vincla iugalia cura*. Eadem et Lucina, quod praeſt eſt parturientibus, et lucem naſcentibus dat. Hanc quidam tamen potius Dianam eſſe dixerunt: nam ita Menander ipſam vocat, cum dicit Artemin. quanquam et Virgilius eandem Lucinam, Dianam voluit, vnde eſt (Virg. IV, 10.),

*Casta faue, Lucina, tuus tam regnat Apollo.* E.

*Iuno Lucina*] In Regio exempl. vt et in aliis Mf. ſic erat: *Intus; Iuno Lucina*. Sed *intus* ideo ab exſcriptore additum eſt, vt intelligamus haec poſt ſcenam fieri. vt in Adelph. Act. 3. Scen. 4. *Miseram me, differor doloribus*. Nam et hic quoque vet. Cod. addit *intus*. Itaque huc pertinet verſus Horatii in arte. — *nec tamen intus Digna geri, promes in ſcenam*. Quod frequenter in comoediis occurrit. Plautus in *Aſinaria*, — *inno intus potius*. *Cafina, quod futurum eſt intus, hic memorabimus*. *Ciſtellar. intus conſcient negotium*. *Perſa, I intro, amabo, ad coenam*. *Terent. Andria, intus deſpondebitur, intus tranſigetur*. et alibi non raro. Vid. *Seru. Aeneid. VI. verſu exin bella viro*. et *Iun. Philarg. Georg. 3.* L.

16 *Hui, tam cito?*] *Tam cito*, vt facilitatem partus oſtendat incredibilem. *Tam cito*, ad reprehentionem. *Ridiculum*] Ad irriſionem. et inſpice, *ridiculum* aduerbium ſit, an nomen; vt ſit, *vide hominem ridiculum*, ſed aduerbium eſt magis. D.



Me audiuit stare, approperat. non fat commode  
 Diuisa sunt temporibus tibi, Daue, haec. DAV.  
 mihin'?

SI. Num immemor es discipuli? DAV. ego, quid  
 narres, nescio.

I 3

20

17 *Non fat commode diuisa sunt*] Confusa sunt tibi omnia, inquit: nec vnumquodque suo tempore geritur. qua re proderis. *Non fat*] non satis. *Diuisa sunt*, digesta et composita, et distributa. *temporibus*] id est, per tempora. D.

*Non fat commode diuisa sunt*] Non bene, inquit, haec diuisistis, nec bene temporibus tradidistis. Quasi Dauis consilio ista completa sunt, vt cum senex ante hostium staret, tunc continuo pareret puella. E.

18 *Mihin'?*] Adhuc Dauus non percipit, et bene. quasi dicat, cum ille loquatur, illae agant. D.

19 *Num immemores discipuli?*] Discipuli Myfis, Lesbica, et Pamphilus, omnes per quos agitur fallacia. Bene ergo discipulos imperitos ostendit, et magistrum Dauum. quia supra dixit, *Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. Num immemor es discipuli?*] Alii hic Pamphilum significari putant discipulum: quia Dauus magister. Nam nomina

ad aliquid (intelligit Relata et Correlata Logicorum) sunt, discipulus et magister. Et tunc *discipuli*, genitiuus est singularis casus. Alii nominatiui pluralis putant: vt discipulos dixerit, omnes per quos agitur fallacia, secundum illud, *Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. Num immemor es discipuli*] Deest, *nunc*. Et bene *discipuli*: quia ipsum magistrum supra fecit. *Ego, quid narres, nescio*] Quasi fabulam. *Ego, quid narres, nescio*] Semper ita respondet Dauus seni, tanquam non intelligat, quid loquatur. D.

*Num immemor es discipuli*] Supra enim dixerat, *Si quis magistrum ceperit ad eam rem improbum*. Atque ita est sensus hic: Num quidnam tu es immemor discipuli tui, hoc est, Pamphili. Et est argumentum a maiore ad minus. E.

Lego cum Donato *immemores*. Altera lectio, quam posuit Donatus et expressit Faernus, *immemor es discipuli*, sc. Pamphili, plane inepta est. B. *Immemores* edidit Sandby. Z.

20 SI. Hiccine me si imparatum in veris nuptiis  
Adortus esset, quos mihi ludos redderet?  
Nunc huius periculo fit: ego in portu nauigo.

ACTVS TERTII SCENA II.  
LESBIA. SIMO. DAVVS.

**A**D HVC, Archillis, quae adsolent, quaeque oportet

Signa

20 *Hiccine me si imparatum]* Redit ad illam sententiam, *Simul sceleratus Dauus, si quid consilii habet, vt consumat nunc, cum nihil obfint doli.* D.

21 *Adortus esset]* *Adortus* dicitur, qui ex infidiis repente inuadit. dictum ab eo, quod corpora aggredientium exsurgant subito atque increfant. *Adortus]* aggressus. Omnia haec ex translatione (*tranquillitate*, Mf. Boend. et ed. Du B.) maris dicta sunt *μεταφορικῶς*. (Corrupta lectio et mutila. Excidit haud dubie nota Donati ad illa: *ego in portu nauigo.* Cuius notae haec est lacinia). D.

*Adortus esset]* *Adortus*, id est aliquam rem incipio, facit praeteritum *adortus sum.* sin vero significat, loqui incipio, *adortus sum.* Ponuntur tamen pro se inuicem. E.

Lege, *quos ME ludos redderet?* vt Plautus saepe *ludos me facitis.* Sed *mibi ludos reddere,*

ne latine quidem dici existimo. B.

22 *In portu nauigo]* Mea, inquit, consilia ita sunt, quemadmodum nauis in portu. E.

I *Adbuc Archillis]* In hac scena specta, quam scite expressa sit consuetudo medici, vel medicae egredientis ex aegri domo. Nam veniens, de negotiis eius loquitur: abiens, de morbo. et haec sunt praeter *οικονομίαν*, quae dicuntur *εὐρήματα.* *Adbuc Archillis]* Sic veteres scribebant *adbuç*, quando incerti futurarum rerum, ex praesentibus firme nunciabant (Mf. Hulst. *firma intinabant*): quod est genus certissimae promissionis et caetae. *Adbuc Archillis, quae adsolent, quaeque oportet]* Medicina aut in ratione, aut in consuetudine, aut in exemplis. *Adsolent* ergo, consuetudinis est: *oportet*, rationis. D.

Ad-

Signa esse ad salutem, omnia huic esse video.  
Nunc primum fac, istaec ut lauet: post deinde,

I 4

Quod

*Adhuc, Archillis]* Haec scena ad horrorem cumulandum videtur adiecta, ut Lesbica obstetrix domo egrederetur, et quae essent intus faciendae, de via mandaret. Et quoniam in primo partu grauis semper dolor est, dicit puellam non debere esse sollicitam: quippe omnia signa, quae ad salutem esse possunt, integra permanere. E.

De orthographia *Archillis* v. supra I, 4, 1. B.

2 *Signa ad salutem esse]* Deest haerentia, aut pertinentia. sic in *Heautontimorumenos*, *Atque haec sunt ad virtutem omnia*. Ergo absolute dixit, ut desit aliquid tale. vnde et nos dicimus, *Quid ad rem?* vel *Quid ad me?* D.

*Signa esse ad salutem*, Donatus, et omnes Faerni et mei habent libri. B.

3 *Nunc primum fac istaec ut lauet]* Imperitiae notantes Menandrum, aut Terentium, ipsi vltro imperiti inueniuntur: nam et ille λέσατε αὐτὴν dicens, a consuetudine non recessit. Cum lauisset, aut non lauisset dicimus, a parte totum significantes. Et Terentius propius ad significationem accessit, *istaec* dicendo, ne pudenda nominaret. Et sunt

qui adhuc Archillis correptionem esse nimium sollicitae nutricis putent: quod ego non probo. *Fac istaec ut lauet]* *Istaec* quae ex puerperio fordebant. Quidam *istaec*, ipsam puerperam dicunt. sic enim et Menander λέσατε αὐτὴν ΤΙΣΑ (τάχιστα legebat Il. Casaubonus. Alii ἤδιστα). sed imperitiae accusantur, quod non continuo solent post puerperium lauare, sed diebus omittis. D.

*Nunc primum fac ista ut lauet]* Ea quae peperit, medicinae ratione ad lauacrum compellitur, ut dolor desinat. Sed melior sensus est, *Nunc primum fac ista ut lauet]* Ut illa scilicet, quae immunda sunt sanguine parturientis, lauentur. Et puerum enim et puerperam, post partum statim aqua tepenti perfundi, placet physicis: puerumque genitali aluo profusum, si nimium frigus exceperit, vix ad vitam euadere. Cuius rei exempla sunt vitrea vasa, quae temperata mutatione sornacum frigus affuescunt: si statim refrixerint, franguntur. E.

Deleo *ut*, ut pes Creticus seruetur, aut si quis *ut* retinere malit; legat cum veterissimo cod. *fac ista ut*. B.

Quod iussi ei dare bibere, et quantum imperaui,

5 Date: mox ego huc reuertar.

Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Deos

4 *Quod iussi ei dare bibere, et quantum imperaui, dare*] Con-  
suetudine magis, quam ratio-  
ne dixit, pro, *Dare ei potionem*.  
Lucilius in sexto: *Dare bibere*  
*summo* (Lindenbr. mauult, *dare*  
*bibere e summo*. Douza ad  
Lucil. v, 21. *dare bibere ab*  
*summo*). Nam duo verba a-  
ctiua, nullam habent significa-  
tionem sine nomine, aut pro-  
nomine: vt si dicas, *Dic fa-  
cere*. *Quod iussi ei dare bibere,*  
*et quantum imperaui, dare*] Et  
qualitatem, et modum rei di-  
xit. D.

*Quod iussi dari*] Vtique hoc  
ad dolores continendos datur.  
et hic nescio quid medicinae  
intelligitur. E.

*Dare bibere*] Rectius quod  
in Ms. *dari bibere*. vt G. Fan-  
nius apud Charif. lib. 1. *Do-  
mina eius vbi ad villam venerat,*  
*iubebat bibere dari*. L.

Lectio *dari bibere*, quam in  
Vaticano et Decurtato reperit  
Faernus, et ego in septem e  
nostris, haut dubie, vt Bacchia-  
corum modi et leges seruentur,  
est praeferenda. B.

5 *Mox ego huc*] Vide vt au-  
toritatem et iactantiam medi-  
corum imitetur, dicendo, quod  
iussi. et non sufficebat: sed et-  
iam, *imperaui* dixit. simul haec,

quae solent medici promittere  
frequenter, *Mox ego huc re-  
uertar*. D.

Donatus, nonnulli codd.  
Faerni, et ex nostris meliores  
recte legunt *reuertor*. B.

6 *Per ecastor scitus puer na-  
tus est Pamphilo*] Per Casto-  
rem et Pollucem ornatia sunt  
iurandi, apta feminis. *Scitus*]  
elegans, pulcher, quem Graeci  
*κόσμιον* dicunt. Quod enim  
quis scit, hoc scitum et pul-  
chrum. Et est *δαιγέσις*. Nam  
ordo est, *Perfcitus ecastor*. vt  
in Hecyra, *Per pol quam pau-  
cos reperias merevricibus fideles*  
*euenire amatores*. vt sit, per  
quam paucos. Et, *natus est*  
*Pamphilo*: vt Virgilius (Aen.  
1, 617.), *Quem Dardanio An-  
chisae Alma Venus Phrygii*  
*genuit Simoentis ad vndam*.  
*Scitus puer*] Satis obsterici est  
adhuc incertum aevi, et, vt ita  
dicam, a matre sanguinolentum,  
non pulchrum, quod ip-  
sum nimium videretur cito,  
dicere, sed scitum pronunciat.  
Ideo subblanditur, vt operae pre-  
tium maius accipiat. D.

*Per ecastor*] Iuratio est per  
Castorem. *Scitus puer*] Id est,  
elegans et admodum suavis:  
vel *perfcitus*, id est, valde bo-  
nus. E.

*Per-*

Deos quaeso, ut sit superstes, quandoquidem ipse est ingenio bono;

Cumque huic veritus est optumae adolescenti facere iniuriam.

SI. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? DAV. quidnam id est?

IO SI. Non imperabat coram, quid opus factō esset puerperae:

Sed

*Per ecastor scitus*] Priscian. lib. XIV. L.

*Percastor scitus puer est natus Pamphilo*, habent omnes fere codd. Terentii et aliqui Donati, quos consuluit Faernus: sed Vaticanus, et omnes praeter vnum nostri *Perecastor*. Lege, *Per ecastor*. Nam *per* pertinet ad *scitus*, h. e. valde scitus. B.

7 *Deos quaeso ut sit superstes*] *Superstes* nunc saluus. alias *superstities* sunt fenes et anus: quia aetate multis superstities, iam delirant. Vnde et *superstitiosus*, qui deos timent nimis. quod signum est deliramenti. *Ut sit superstes*] *Superstes*, nunc saluus. *Quandoquidem ipse est*] *Quando* et *Cum* interdum sunt coniunctiones causales. et *quando* pro *quoniam*, et pro *quia* intelligimus. *Quandoquidem ipse*] Transiit a puero ad ipsum Pamphilum. D.

*Quando quidem ille est ingenio bono*] Ut mereatur filius superstes esse. E.

8 Lege ex cod. Petrensi *Cumque huic est veritus*, metri causa. B.

9 *Vel hoc quis non credat?*] *Εἰσωνεία* est. *Vel*, modo est diiunctiua coniunctio, sed pro etiam posita. ut apud Virgil. (Aen. XI, 259.), *Vel Priamo miseranda manus*. Et (Ecl. VIII, 69.), *Carmina vel coelo possunt deducere lunam*. Et bene, *vel hoc*, subaudias, exceptis illis quae reprehendit supra. *Abs te esse natum*] Et *ortum* legitur, ut sit, instructum, commentum, et compositum. D.

Nostri omnes et vet. Edd. *Qui te norit*. Recte. B.

IO *Non imperabat Coram*] *Coram*, ad certas personas refertur: *Palam* ad omnes. *Quid opus factō esset puerperae*] *Esset*, impersonatiue dicitur, *Opus factō esset*, (Lege, OPVS FACTO ESSET. Impersonaliter dicitur. MOX ἀπὸ κοινῆ, PVERPERAE. *Datiuus casus est*), *Puerperae*] *Datiuus casus est*, ut sit, ipsi puerperae coram

Scd postquam egressa' st, illis quae sunt intus, clamat de via.

O Daue, itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus

Tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis?

Saltem accurate: vt metui videar certe, si resciverim.

15

non imperabat, quid factu opus esset scil. Sic enim dicimus, *Quid vis tibi faciam? Puerperae*] Omnis quae peperit, *puerpera*: *πρωτοτόκος*, quae primum. Et non quod puerum, sed quod filium peperit, *puerpera* dicta est. Et apud veteres *puer puellus, puera puella*. D.

*Non imperabat*] Quod factu opus esset puerperae. Argumentum est quo doceat, ab Dauo ista vniuersa compleri. *Puerpera* autem dicitur, quae recens est partu: et a muliebris sexus parte nomen impositum est. Nam vtrique et puellam et puerum pariens dicitur *puerpera*, quanquam et antiqui *puellam, pueram* saepe dixerunt. E.

II *Illis quae sunt intus*] Argumentum ex eo quod non factum est, cum fieri potuerit: et ex eo quod factum est, cum fieri non oportuerit. *Clamat de via*] Mire *clamat*, quasi dicat, maluit clamare, quam sine labore intus imperare. D.

12 *Itane contemnor abs te?*] Hoc est, vsque adeone contemnor? valde contemnor? *Temnor* autem, Graecum est, id est *caedor* et *reiciior*, τὸ τέμνωμαι. Nam veteres *temno* dicebant sine propositione. *Itane tandem idoneus*] Indignatio est ad aestimationem reuocantis eius dicta vel facta, a quo contemnitur quis. *Idoneus*] Aptus et ei rei natus. D.

13 *Aperthe fallere*] δύο δι' ἐνός, et fallere, et aperte. D.

Ex consensu codd. lege. *Tibi videor esse*: alioqui non staret octonarius. B.

14 *Saltem accurate*] Mire *saltem*: quod ponitur in desperatione rerum. primo enim fuerat hortatus Dauum, vt non conaretur fallere. *Saltem accurate*] *ζέυγμα* a superiore, *fallere incipias*. aut certe *σύλλαψις fallere incipias*. *Certe si resciverim*] Et vtrum pro cum resciverim: an quia stultum me putas? D.

Sal.

15 DAV. Certe hercle nunc hic se ipfus fallit, haut ego. SI. edixin' tibi?

Interminatus sum, ne faceres: num veritus? quid retulit?

Credon' tibi hoc, nunc peperisse hanc e Pamphilo?

DAV. Teneo, quid erret: et quid agam habeo.

SI. quid taces?

DAV. Quid credas? quasi non tibi renunciata sint haec, sic fore.

SI.

*Saltem accurate*] Ita me, inquit, dolis debes fallere, vt in omnibus actibus videar a te timeri. Et est figura antisagoge, proposita superius epimore. *Certe si rescuerim*] Scilicet, puniam te: quod per iram dicere non potuerit. E.

15 *Certe hercle nunc hic se*] Hoc ita dicitur, vt audiat spectator, non vt Simo. *Edixin' tibi?*] Hic illud reddit, *Edico tibi ne remere facias*. D.

*Edixin' tibi?*] Ablinc est *ἔτι τοι λέγω*. E.

Lege *edixi tibi*, sine interrogatione B.

16 *Interminatus sum*] Prominatus sum. Plautus in Aulularia (III, 6, 22.), *praeterea tibicinam, quae mihi interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem, et Pyrenaeum potest*. Num veritus?] *Vereur* liber, *metuit* seruus. et deest *es*: apta ellipsis irascenti. Alibi, *Non simultarem meam reuereri?* *Quid Retulit*] *Retulit*, profuit, vel interfuit; et

producit *re* syllabam. et est sensus: Sic contemfisti, quasi tibi non comminatus sim. D.

*Quid retulit*] Hoc est, quid profuit me ante dixisse. *supra enim: Neue tu dicas tibi non praedictum, caue*. E.

Lege *veritu's*, h. e. veritus es. B.

17 Interpunge post *nunc*. B.

18 *Teneo quid erret*] Hoc dixit, non vt Simo, sed vt spectator audiat. hoc denique senex probat dicens Dauo, *Quid taces? Et quid ego agam, habeo*] Et quid respondeam scio. D.

*Teneo quid erret*] Intellexit Dauus mulierum consilium hoc senem suspicari, quod illae ad terrendas nuptias videantur ista simulare. Idcirco vult commendare consensum, quo domino suo error augeatur. E.

Aliorum *ego* ante *agam* est contra codd. B.

19 *Quid credas?*] Propter quid, aut propter quam rem, aut

20 **SI.** Mihine quisquam? **DAV.** eho! an tute intellexisti hoc assimulari? **SI.** irrideor.

**DAV.** Renunciatum est: nam qui istaec tibi incidit suspicio?

**SI.** Qui? quia te noram. **DAV.** quasi tu dicas, factum id consilio meo.

**SI.** Certe enim scio. **DAV.** non fatis me pernoctasti etiam, qualis sim, Simo.

**SI.** Egone te? **DAV.** sed si quid narrare cecepi, continuo dari

25

aut quo modo, aut propter quid. *Quid credas?*] Repetit verbum eius quod ait, *Credon?* quare adiuuandum pronuntiatione est. *Quasi non tibi renunciata*] Nunciata: compositum pro simplici. D.

Lege *tibi fiet renunciatum, haec sic fore*, ob sententiam et v. 21. B.

20 *Mihin' quisquam?*] Fauet sibi fenex in eō, quod se vult perspicaciorem videri. *Eho an tute*] *Eho* modo interiectio est admirantis, alias ad se vocantis, *Ehodum ad me.* D.

Aptius erit, si reponas, *Min' quicquam?* sc. renunciatum est? B.

21 *Nam qui*] *Qui*, vnde. D.

*Incidit suspicio*] Ita Mf. et Priscian. lib. 15. al. *suspectio.* L.

Ne recipe *suspectio* pro *suspicio*, contra omnes codd. Nam versus est saluus, dummodo pro *istaec tibi* reponas *tibi istaec.* B.

22 *Quasi tu dicas*] *Dicas*, pro credas. Non enim dicimus, nisi quod credimus: ab eo quod sequitur, id quod praecedit: figura μεταλλησις, a posterioribus ad priora. Idem alibi (Haec frustra in Terentio quaesieris. Nec de comoedia deperdita fas est suspicari. An ante haec verba exciderunt nomen et sententia alterius auctoris? Neque id fatis audacter dixerim. Quae enim sequuntur, Terentiana sunt. Phorm. 111, 2, 8.), *Audacter dicito.* Et alibi, *Foeneratum istud beneficium pulchre tibi dices*, id est credes, scies, senties. D.

23 *Etiā qualis*] *Etiā* pro adhuc. vt Virgilius (Aen. vi. 485.), *Idaeumque, etiam currus, etiam arma tenentem.* D.

Rotundius et verius sic: *non satis pernoctasti me etiam.* B.

24 *Egone te?*] Duobus istis pronominiibus ostendit se fenex



25 Tibi verba censes. SI. falso. DAV. itaque hercle nihil iam mutire audeo.

SI. Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hic. DAV. intellexti?

Sed nihilo fecius mox deferent puerum huc ante ostium.

Id ego iam nunc tibi renuncio, here, futurum, ut sis sciens.

Ne

nex scire omnia. *Sed si quid narrare occipi*] *Occipi* melius, quam *incepi*. dicitur ab occipio: est enim *occepi*, quali caput rei instituti. D.

Metri et sententiae gratia lege *Ego non te?* Nam Davus dixerat: *NON facis pernocti me.* Caeterum plane inutile est tibi, quod nostri codd. habent ante *narrare*. B.

25 *Falso*] Potest et εἰρῶνι-κῆς *falso* pronunciari: potest et, falso loqueris, dici. ut Sallustius (Iug. 1.), *Falso queritur de natura sua humanum genus.* Et vocalitatis causa sic dixit, ut *sedulo, optato, cerro*: quasi *sedule, optate, certe.* *Nihil iam mutire audeo*] Ennius, *Nec dico, nec facio.* Vnde et *mutos* dicimus. quod Graeci φθέγγεσθαι. D.

Illud *falso* quanquam omnes libri tribuunt Simoni: cum tamen persona hominis sit indignum, ipsi Davo quoque adscribendum puto. cf. Heaut. 11, 2, 27. Hec. v, 2, 11. B.

26 *Neminem peperisse hic*] *Neminem* dicendo, maiorem confirmationem fecit, non solum Glyceriam non peperisse, sed etiam neminem. Et *hic* dicendo ostendit domum. Et est *neminem*, nullum hominem. Et nota in feminino genere etiam *neminem* positum. D.

*Hoc ego scio*] Priscian. lib. VI. L.

Bentleius *intellexti* sine interrogatione. Z.

27 *Mox deferent puerum*] Quasi dicat, *nobis*. D.

*Nihilo fecius*] Pro, *nihilominus deferent huc puerum ante ostium*, quo facile et de praeterito Davus admonuisse dominum declaret, et ut opinionem a se amoveat. E.

Ne *puerum* in Thesi absorbeatur, colloca *mox puerum huc deferent*. B.

28 *Id ego iam nunc tibi renuncio*] Fingit se prodere, quod ipse facturus est; ut non credat senex ab eo fieri, quod praedixerit fore. *Id ego iam nunc*

Ne tu hoc mihi posterius dicas, Dauī factum consilio, aut dolis.

30 Prorsus a me opinionem hanc tuam esse ego amotam volo.

SI. Vnde id scis? DA V. audiui, et credo, SI. multa concurrunt simul,

Qui

*nunc tibi renuncio, here, futurum*] Re syllaba, apud veteres interdum abundat: vt modo *renuncio*, pro nuncio. et Cicero, *Renunciatur mihi. Renuncio*] Quasi secretum consilium: vt supra, *Renunciatum est. D.*

Ordo codd. et vet. Edd. melior est, *tibi, here, renuncio*, adde *esse*, vt III, 5, 16. B.

29 *Dauī factum consilio aut dolis*] Commodius, et magis cum inuidia dixit, *Dauī*, quam si *meo* dixisset: vt Virg. (Aen. XII, II.), cum Turnus incusaretur, dixit, *Nulla mora in Turno. D.*

Tolle *mihi* versus gratia. B.

30 *Prorsus a me*] *Prorsus*, quasi porro versus: quod Graeci *μακρὰν* dicunt. *Prorsus a me*] Quidam *prorsus*, pro quare positum putant. Ego pro eo quod est omnino. Sunt qui coniunctionem velint esse. *Opinionem hanc tuam*] *Hanc tuam*, cum taedio dixit, hoc est nimis molestam, nimis suspicacem, nimis accusatricem. Sic dixit *banc tuam*, vt ille de apibus (Virg. Georg. IV, 22.), *Ve-*

*re suo. Et* (Aen. VI, 641.), *Solemque suum, sua sidera norunt.* Et in *Adelphis, Iam vero omittite, Demea, tuam istam iracundiam. D.*

31 *Audiui, et credo*] Locus communis, an famae credendum sit. Et bene subiunxit, *credo*: non enim audisse, statim credere est. *Multa concurrunt simul*] Restat enim, vt multis concurrentibus signis, vna coniectura conseretur. D.

*Audiui*, inquit, conscius non sum, qui auditu ista cognoui. Sed incipit quaestio per locum communem, an a me credendum sit: adiungit argumenta ex pluribus rebus, *Et credo. multa*, inquit, *concurrunt.* Quia argumenta colligit ex factis praecedentibus, et dictis, quod grauidam se mulier esse dixerat. Colligit tamen eandem hoc esse facturas, vt puerum ante ostium ponant, siquidem obstetrix iam videtur esse accessita. Obiicitur rursus Dauo, cur non hoc, cum expositionem argumentis collegisset, continuo non dixerit Pamphilo.

Et

Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primum  
haec se e Pamphilo

Graudam dixit esse: inuentum<sup>us</sup> est falsum. nunc,  
postquam videt

Nuptias domi apparari, missa<sup>us</sup> est ancilla illico

35 Obstetricem arcessitum ad eam, et puerum vt af-  
ferret simul.

DAV. Hoc nisi fit, puerum vt tu videas, nihil  
mouentur nuptiae:

SI. Quid ais? cum intellexeras,

Id consilii capere, cur non dixisti extemplo Pam-  
philo?

DAV.

Et hic similiter quasi reus efficitur negligentiae. At hoc coniecturaliter refutatur, et vtitur testimoniis, post fit argumentum a persona, quod ille est filius, ille seruus, vt de redhibendo fidem filio nihil restare autemet, nisi vt Chremetem oret. E.

Bentleius, Dacieria, Sandby et alii verba, *multa concurrunt — mouentur nuptiae*, tribuunt Dauo. Recte. Nam quae hic dicuntur, Simoni non conueniunt, et a contextu abhorrent. Z.

32 *Iam primum haec se e Pamphilo grauidam dixit esse: inuentum est falsum*] Secundum quod credit senex. Et a summo ad imum, et ex factis, et ex dictis, et ex rebus atque personis sumit argumenta. D.

*Iam primum haec*] Mss. *Iam prius haec*. L.

34 *Postquam videt nuptias domi apparari*. Eleganter omisit, in cuius domo. *Missae est ancilla illico*] Quod Graeci dicunt *αὐτόθεν ἐπέμφθη*. Nam loci significatio est, etiam breuitatem temporis notans. D.

36 *Nihil mouentur nuptiae*] Non perturbantur nuptiae. *Mouentur*, differuntur. D.

Lege *Hoc nisi fit, tu puerum vt videas*. B.

37 *Quid ais? cum intellexeras id consilii capere*] Quaque se verteret Dauus, obuium infestumque inuenit senem: et tamen ita versute it obuiam, vt etiam comprehensus elabatur. D.

Vt fit Dimeter Iambicus Catalectus, lege, *Quid ais? ubi intellexeras*. B.

38 Cum Terentii aeuo et diu post *Consilii* dicerent: lego hic *consilium*. Sic habent omnes nostri codd. praeter vnum. B.

DAV. Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego?  
nam omnes nos quidem

40 Scimus, quam misere hanc amarit. nunc sibi uxorem expetit.

Postremo id mihi da negoti: tu tamen has nuptias

Perge facere ita, vt facis: et id spero adiuturos deos.

SI. Imo abi intro: ibi me opperire, et, quod parato opus est, para.

Non impulit me, haec nunc omnino vt crederem.

45

39 *Quis igitur eum ab illa abstraxit?*] Non frigide intulit, dixisse se: sed cum magna asseueratione. et *abstraxit* proprie, vt supra, *Me a Glycerio miserum abstrabat?* et (Virg. Aen. II, 434.), *Diuellimur inde Iphitus et Pelias necum. Quis igitur eum*] Hoc sic audiendum est (Mf. Hultf. et edd. vett. *Hoc subaudiendum est*), quasi dicat, *Dixi*. D.

40 *Misere hanc*] *Misere*, valde, nimis. *Nunc sibi uxorem expetit*] Oratorie, pro eo quod est, non recusat, *expetit*. D.

Colloca verba ita: *Scimus, hanc quam misere amarit.* vt Heaut. I, 2, 16. Adolph. IV, 5, 33. B.

41 *Id mihi da negoti*] De proiectione pueri pro foribus. *Id mihi da negoti*] Vt caueatur ab appositione pueri ante ostium. *Tu tamen idem*] *Idem*

abundat. Apud veteres, *Tamen idem*, integrum fuit. vnde apud nos, *Tandem*, et *tamen* natum est. sic et *idem* et *eorundem* dictum. *Tu tamen idem*] *Tamen idem*, aut pro tamen positum est, aut pro tandem: vt sit, *Tu tandem has nuptias perge facere, ita vt facis*. D.

Lege, *Postremo id da mihi negoti.* vt Prol. v, 2. B.

42 Recentes Faerni codd. et vnus tantum e nostris habent *adiutores*. Male. B.

43 *Quod parazo opus est*] Diserte et Latine dixit, *Quod parato opus est*. D.

44 *Non impulit me, haec nunc omnino vt crederem*] *Non impulit*, non persuasit, non perfecit, vt crederem Glycerium peperisse. Et cum dicit *omnino*, ostendit quaedam se credidisse, in quibusdam iam (*tamen* vterque liber) esse circumuentum.

45 Atque haut scio, an, quae dixit, sint vera omnia:  
Sed parui pendo: illud mihi multo maximum est,  
Quod mihi pollicitus est ipse gnatus. nunc Chremem

Conueniam: orabo gnato uxorem: si impetro,  
Quid alias malim, quam hodie has fieri nuptias?

50 Nam gnatus quod pollicitus est, haut dubium est  
mihi,

Si nolit, quin eum merito possim cogere.

Atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obuiam.

## ACTVS

tum. Mire autem cautum capi inducit senem, ut crederet, quod Glycerium non peperisset. D.

45 *Quae dixit, sint vera omnia*] Quae postea dixit Dauus. Et bene *omnia*: ut appareat senem multa credere vera esse, quae Dauus dixerit. D.

46 *Multo maximum*] *Multo* etiam comparatiuis (*Superlatiuis* Z.) antiqui adiunxerunt. D.

47 *Quod mihi pollicitus est*] *Pollicitatio*, multarum rerum promissio. D.

Pro *ipsum*, edidit Bentl. *ipse*. Z.

48 *Gnato uxorem*] *Subauditur, ut det*. D.

Alia distinctio est in cod. vetusto: *Conueniam: orabo: gnato uxorem si impetro*. Placet tamen Prisciani lectio, *id si impetro*. B.

49 (*Quid*) *alias*] *Quid* pro *cur: alias*, alio tempore. D.

*Quid alias malim?*] *Charisius* lib. 2. L.

*Quid alias*, h. e. cur alio tempore, repugnat sensui. Hoc enim non deliberandum est, sed optandum. Rectissime legit Horatii Schol. Acron ad Serm. 1, 4, 63, *Quando alias* &c. B.

52 *In ipso tempore*] In ipsa oportunitate, in ipso articulo. *Eccum ipsum obuiam Chremetem*] (Recte Faernus, cui assentitur Bentleius, coniicit, a manu Donati esse *Chremem*. Nam alioqui sequentia sensum commodum non habent. Z.). Continuo mutauit declinationem: ut, *Iubeo Chremetem*. D.

Pro *obuiam*, quod non modo ambiguum est, quia *ipsum* de Pamphilo accipi potest, sed et a sensu alienum, quia Simo adhuc in scena stabat, necdum *Chremem* conuentum ierat, lege *Chremem*, quod nonnulli codd. adiciunt. B.

## ACTVS TERTII SCENA III.

SIMO. CHREMES.

**I** VBEO Chremetem. CH. o! te ipsum quaerebam.  
 SI. et ego te. CH. optato aduenis.

Ali-

**I Iubeo Chremetem]** Haec congressio duorum senum ad tale periculum adigit fabulam, vt id non videatur consilio, sed euentu posse vitari: qui euentus est Critonis praesentia. Nam nunc ex falsis fiet verae nuptiae. *Iubeo Chremetem]* Firme aliquid iubere, velle est. *Iubeo* ergo, volo. et deest, *saluere*: quod exprimitur ab alterius personae interuentu, vt Virgil. (Aen. v, 386), *Reddique viro promissa iuebant.* Et μεταληπτικῶς: quia qui dicit salue, iubet. Volumus enim animo: iubemus, verbis. *O te ipsum quaerebam]* Placabilis et lenis amicus per totam fabulam inducitur Chremes, vt cognitioni ad vltimum interesse possit. *Optato aduenis]* *Optato*, aduerbium est. vt Virgil. (Aen. x, 405.), *Ac velut optato ventis.* D.

*Iubeo Chremetem]* Haec scena petitionem habet: quippe Simo redit ad Chremetem, vt filiam suam det eius filio. Hic utique qualitatis est et deliberativae forma: *Iubeo*, inquit, *Chremetem*, id est, volo. vt Virgil. (Aen. v, 386.)? — *red-*

*dique viro promissa iuebant.* Conuenit et Chremes, certa ratione compulsus: oportuerat enim Chremetem de Pamphilo esse sollicitum, quippe qui prior venerat, vt ei polliceretur nuptias. Non ergo sine coniectura esse debuerat, qui operam, quid ab Pamphilum pertineret, vel argumentis vel rumore cognosceret. Sed etiam nunc, cum Simo nuptias praepararet, falsas quidem, veri rumor fuit; quo debuit Chremes compelli. Sed ipse praeuenit: *Aliquot me*, inquit, *adierunt.* Vnde pulcherrimum argumentum dedit, vt non iam rumor sit, sed pene veritas, quam ab ipso Simone auditam esse dicebat: *Hodie*, inquit, *filiam meam nubere tuo nato.* Et indignationis partes exequendo ait: *Viso tuus, an illi insaniant.* Sed Simo petit audientiam: et principium deliberativae: *Ausculta*, inquit, *et quid egomet te velim, et tu quod quaeris scies.* Deinde incipit ipsa petitio; primo a precibus, *Per ego te deos oro et nostram amicitiam, Chreme.* Deinde ad ipsam petitionem; *vt nuptiae fuerant*  
*fuuu-*

Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam

Meam nubere tuo gnato: id viso, tun', an illi insaniant.

SI. Ausculta! paucis, et quid ego te velim, et tu quod quaeris, scies.

5 CH. Ausculto: loquere quid velis.

SI. Per te deos oro, et nostram amicitiam, Chreme,

K 2

Quae

*futurae, fiant.* Et pulcherrime insinuatione usus est, quod in admirabili genere causae turpitudine auditori persuasa fuerat. Hic responsio datur ab utili: *Si in rem est vtrique, fiant, arcessi iube.* Quam quidem rem in quaestionis loco positam dissimulat, et fieri posse dicit: *Irae sunt inter Glycerium.* Ut contulisse videatur, tamen inutiles nuptiae sint, tamen occasio est ut utiles esse possint. E.

2 *Aliquot me adiere*] *Aliquot*, hoc est, nec multi, nec pauci. *Adiere*, non accesserunt: quia aditus arduus difficilisque est. Ergo *adiere*, quasi importune, et interpellantes adierunt. Sic alibi, *Byrrhia quid tibi videtur? adeon' ad eum? Ex te auditum*] Ut est, *De Dauo modo audiui. Ex te auditum*] Ergo non rumor, sed veritas. *Id viso*] Ob id viso. *deest te*: ut *viso*, ad videndum venio. D.

*Adiere* edidit Faernus. Sed

omnes, quos vidi, codd. et edd. habent *adierunt*. Recte; ut illud *stereruntque comae*. B.

3 *Tunc, an illi insaniant*] Tu insanis, si dixisti: illi insaniant, si non audita referunt. D.

4 *Paucis*] Et *paucis*, et *pauca* legitur. *Et quid ego te velim*] A docilitate. D.

Ut Iambus quaternarius staret, veteres Magistri *pauca* substituerunt pro *paucis*. Sed nostri codd. omnes habent *paucis*. Totus versus sic constituendus est: *Ausculta: paucis et quid te ego velim et quod te quaeris scies*. B.

6 *Per ego te deos oro*] Ordo est, te per deos oro. ut Virg. (Aen. XII, 56.), *Peregrate has lacrymas. Et nostram amicitiam, Chremes*] Legitur et *Chreme*. D.

*Per te deos oro*] Seru. Aeneid. XI, 537. L.

Quinque e nostris habent *Per ego te deos*. repone *Per te ego deos*. B.

Quae incepta a paruis, cum aetate accreuit simul;  
Perque vnicam gnatam tuam, et gnatum meum,  
Cuius tibi potestas summa seruandi datur:

- 10 Vt me adiueas in hac re. atque ita, vt nuptiae  
Fuerant futurae, fiant. CH. ah, ne me obsecra:  
Quasi hoc te orando a me impetrare oporteat.  
Alium esse censes nunc me, atque olim, cum da-  
bam?

Si

7 Quae incepta a paruis cum  
aetate accreuit simul] Mire au-  
tem, incepta a paruis cum ae-  
tate, vt ostendat non nuper coi-  
tam amicitiam, sed antiquam.  
vt (Aen. III, 82.), *Veterem  
Anchisen agnouit amicum*. Idem  
alibi (Aen. XI, 537.), *neque  
enim nouus iste Dianae Venit  
amor. Accreuit*] vt supra, *Ac-  
curate. Ad praepositione uti-  
tur familiariter. Accreuit*] Hinc  
Virgil. (Ecl. x, 54.), *Crescente  
illa, crescetis amores.* D.

8 Et gnatum meum] Ine-  
ptum est sic adiurare aliquem,  
*Per salutem filii mei, vt facias  
id quod te rogo.* Sed huic etiam  
subiungit: D.

9 Cuius tibi potestas summa  
seruandi datur] In tua est, in-  
quit, potestate, et tuus est. Haec  
ergo *obtestatio* dicitur, cum per  
eas res adiuramus aliquem, de  
quibus agitur causa. Vt (Aen.  
II, 431.), *Iliaci cineres, et flam-  
ma extrema meorum.* Idem a-  
libi (Aen. x, 45.), — *per e-*

*uersae, genitor, fumantia Troiae  
Excidia, obsecror.* D.

10 Vt me adiueas in hac re]  
Atque (in Mf. Boend. et ed.  
Du B. *Atque* refertur ad tex-  
tum) ipsam petitionem. D.

Lege cum cod. Regio, *atque  
ita vti.* B.

11 Vti nuptiae fuerant fu-  
turae, fiant] Breuiter et Latine.  
Et hoc genus compositionis  
veteres non mutabant. *Ne  
me obsecra*] \* τῷ ἐλλητισμῶν μὴ λιτά-  
νευε, μὴ μέχεσθαι (Pi-  
thoeus et Lindenbr. legendum  
putant: τῷ ἐλλητισμῶν. μὴ λιτά-  
νευε, μὴ μέχεσθαι) Pro, ne ob-  
secres. D.

12 Quasi hoc te orando a  
me impetrare oporteat] Haec  
plena vox est et caritatis et  
officii. Quod enim amicus ab  
amico petit, iustum esse debet:  
nec pro eo quod non est iustum,  
supplicare oportet. D.

13 Alium esse censes nunc me  
atque olim, cum dabam?] Non  
personae, sed rei conditio est  
com-



Si in rem est vtrique, vt fiant, arcessi iube.

15 Sed si ex ea re plus mali est quam commodi  
Vtrique, id oro te, in commune vt consulas:  
Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.

SI. Imo ita volo, itaque postulo, vt fiat, Chreme:  
Neque postulem abs te, nisi ipsa res moneat. CH.  
quid est?

20 SI. Irac sunt inter Glycerium et gnatum. CH.  
audio.

SI.

commutata. *Olim, cum dabant.*] Nos dicimus, *cum darem*, Virg. (Aen. iv, 597.), *Tum decuit, cum sceptrum dabas. En dextra fidesque.* Et nota *olim* pro *nuper*. D.

14 *Si in rem est vtrique*] τῷ δευτέρῳ συλλογισμῷ prae-  
proposuit, vt recte replicaret.  
Hic syllogismus negatiuus di-  
citur. Nam in secundo ἀμ-  
μυζτι negat quod prius dixit:  
Sed si ex ea re plus mali est,  
quam commodi. *Si in rem est  
vtrique*] Ab vtili argumentum.  
Vterque duobus constat. Bene  
*vtrique*, mihi et tibi: non, al-  
teri vtile, alteri inutile. D.

Nonnulli libri cum Donato  
legunt *in re*. Sed placet le-  
ctio Eugraphii, *Si in rem est  
vtrique, fiant, arcessi iube*. B.

Scribe *arcessi*, ab antiquo ar-  
cio. v. Cellarii Orthogr. Z.

15 *Sed si ex ea re*] Id est,  
nuptiarum: mutauit numerum,  
ex plurali singularem, *Fiant*,  
et *Ex eā re*. D.

16 *In commune consule*] Id  
est, ex aequali prouide. D.

Ne lege cum plerisque codd.  
*id te oro*, ne suspendatur syna-  
loepa. Donatus legit *in com-  
mune consule*, quod parum re-  
fert. B.

17 *Quasi illa tua sit, Pam-  
philique ego sim pater*] Nota  
suauissimam varietatem; non  
dicit, quasi tua sit, et ille me-  
us. D.

Cod. Academicus: *Pamphi-  
loque*; nescio an verius. B.

18 *Imo ita volo*] Quia vtile  
est, quia in rem est. *Itaque  
postulo*] *Itaque*, modo duas  
partes orationis sunt: vt in  
Hecyra, *Itaque nos vna inter  
nos actatem agere liceat*. D.

19 *Neque postulem*] Quia  
postulo praetulit. D.

Vt mēdearis versui, lege  
cum codd. quibusdam **NI**  
*ipsa*. B.

20 *Irac sunt inter Glyce-  
rium et gnatum*] Hoc laeto  
vultu pronunciat Simo: et hoc a

SI. Ita magnae, vt sperem posse auelli. CH. fabulae.

SI. Profecto sic est. CH. sic hercle, vt dicam tibi:

Amantium irae, amoris integratio est.

SI. Hem! id te oro, vt ante eamus, dum tempus datur,

25 Dumque eius libido oclusa est contumclis:

Prius quam harum scelera, et lacrumae confictae dolis,

Redu-

possibili est. loquitur enim apud eum, ex quo audiuerat, Pamphilum pro vxore habere hanc peregrinam. *Audio*] εἰ-  
ρωσία. *Mox fabulae*] Et hic paulo sapientior inducitur, et minus obnoxius dolis. D.

*Audio* hic vt saepe alias est negantis et aspernantis, vt mox, *Fabulae*. B.

22 *Profecto sic est*] *Profecto*, confirmatio est. D.

23 *Amantium irae amoris integratio est*] Sententia γυναικῆ, in qua a specie receditur, et in omnes aliquid dicitur: παρομῆ est autem sine auctore sententia. *Integratio*] Instauratio. D.

*Amantium irae*] Hoc argumento vsus ex amore refutat superiora, dicens: quod amantes per iram reconciliati, nunquam se deserunt, si se ante perfecte amarunt. A consequenti quid fieri possit prouidens, procedere tentat, dicens:

*Dum tempus est.* Et per χα-  
ρακτηρισμὸν, id est, informatio-  
nem futurorum, quid conse-  
quens sit, dicit ab vtili. *Chre-  
me* autem vocatiuus Graecus  
est. E.

*Amantium irae*] Plautus Am-  
phitr. III, 2, 60. *Irae si quae forte  
eueniunt huiusmodi, Inter eos rur-  
sum si reuentum in gratiam est,  
Bis tanto amici sunt inter se  
quam prius.* L.

Seruius et Acron habent *red-  
integratio*: Charisius *reintegra-  
tio*. Nostri codd. cum Donato, et antiquis Faerni libris *in-  
tegratio*. Recte. Deinde venustius erit, si, deleta *est*, in fine versus ponas *hem*, quod vulgo principium sequentis occupat. B.

24 *Id te oro*] Deest *ob*, vt fit *ob id*. vt Virgil. (Aen. II, 141.) *Quod te per superos oro.* D.

26 *Prius quam harum*] Inuidiosus, *harum*, quum vna fit. tic

Reducunt animum aegrotum ad misericordiam,  
Vxorem demus. spero consuetudine et  
Coniugio liberali deuinctum, Chreme,

30 Dein facile ex illis sese emerfurum malis.

CH. Tibi ita hoc videtur: at ego non posse ar-  
bitror,

Neque illum hanc perpetuo habere, neque me  
perpeti.

SI. Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris?

CH. At istuc periculum in filia fieri, graue est.

K 4

35

fie in Eunucho, *Non perpeti  
meretricum contumelias.* D.

27 *Animum aegrotum ad mi-  
sericordiam]* Hoc vt supra, *I-  
psum animum aegrotum ad de-  
teriorem partem applicat.* D.

Alii *reducant*, sed nostri om-  
nes, et quidam antiqui Faer-  
ni habent *reducunt*. Recte. B.

28 *Vxorem demus]* Ἡθικῶς: vt  
in Heautontim. *Quo modo ni-  
mio periculo id demus adoles-  
centulo.* D.

29 *Deuinctum Chreme]* Mf.  
R. *dininctum Chremes.* L.

Alii *deuinctum*, sed antiqua  
et melior lectio *deuinctum*. B.

30 *Dein facile]* al. *dehinc*. L.

Alii *Dehinc*, sed aliquot li-  
bri Faerni, in his Vaticanus,  
et nostri, Riuique vnus habent  
*Dein*. Recte. B.

32 *Neque illum hanc pepe-  
tuo]* Ἀμφιβολίαν de industria  
posuit, aut *utrumque* signifi-  
cat. D.

33 *Nisi periculum feceris?]*  
*Periculum*, tentamentum. Ci-  
cero, *Tute melius periculum fe-  
ceris.* Idem Terentius, *Fac  
periculum in literis.* D.

*Qui scis ergo num periculum]*  
*Periculum* est tentamentum. vt  
Cicero (Caec. VIII, *Quando  
tu tui periculum fecisti.* Item  
ipse in Eunucho: *Fac pericu-  
lum in litteris.* Et est *παλιλογία*,  
quae fit, quando nomen repe-  
titum vehementius significat.  
vt, *At istuc periculum in filia.*  
Nam istud nomen per meto-  
nymiam adiectum est: quia in  
periculis multa tentamus. E.

Non procedat oratio, nisi  
pro *scis* reposueris *scias*, quod  
saepe apud nostrum et Plau-  
tum est monosyllabon. B.

34 *At istuc periculum in fi-  
lia fieri, graue est]* Memora-  
bile dictum, et id quod  
merito in proverbium cesso-  
rit. D.

35 SI. Nemp̄e incommoditas denique huc omnis redit:

Si cueniat, quod Di prohibeant, discessio.

At si corrigitur, quot commoditates, vide.

Principio, amico filium restitueris:

Tibi generum firmum, et filiae inuenies virum.

40 CH. Quid istuc? si ita istuc animum induxti esse vtile,

Nolo tibi vllum commodum in me claudier.

SI. Merito te semper maximi feci, Chreme.

CH.

36 *Quod di prohibeant*] παρῆνεσις per εὐφημισμὸν. D.

*Si cueniat discessio*] Id est, si fiat diuortium. Nam, *Quod Di prohibeant*, parenthesis est. E.

37 *At si corrigitur*] Alter est syllogismus per contraria ἀήμιχτα, et ipse negatiuus. D.

*Quot commoditates*] His partibus vtilitatis et honestatis compulsus Chremes, qui negauerat filiam Pamphilo traditurum, et amicitiae ratione et conditione vtilitatis impulsus, promittit filiam. E.

Sic vetustiores: alii *corriganur*, vel *corrigeatur*. Si Coniunctiuus placet, muta *At si* in *Sin*. B.

38 *Principio, amico filium*] *Principio*, nec intulit, secundo. *Restitueris, et filiae inuenies virum*] Ergo ἀνακόλουθον duplex. *Amico filium*] Ab honesto, *Amico filium*. D.

39 Vetustiores nostri, *inuenias*. Recte; ob antecedens *restitueris*. B.

40 *Quid istuc*] Concedentis, et veluti visi verbum: tanquam si diceret, *quid?* et abundat *istuc*. Vel potius, *quid istuc*, significat hominem de loco ac de sententia decedere: vt e contrario, *perstare* ac *resistere* dicitur, qui aliquid negat. *Si istuc animum induxti*] Legitur et *animum induxisti*. sed illud plenum est: hoc per μεταπλασμῶ συνκλιπῆν diminuitur. D.

Faerni libri antiqui et nostri omnes recte habent *Quid istuc?* pro *Quid istuc?* B.

41 Pro *in me claudier* sensus postulat *intercludier* cf. Eun. I; 2, 84. B.

42 *Semper maximi feci*] Hoc est, plurimum dilexi, et maximum habui. E.

CH. Sed quid ais? SI. quid? CH. qui scis eos nunc discordare inter se?

SI. Ipfus mihi Dauos, qui intimum est eorum consilium, dixit.

45 Et is mihi suadet, nuptias, quantum queam, ut maturem.

Num censes faceret, filium nisi sciret eadem haec velle?

Tute adeo iam eius verba audies. heus, euocate huc Dauom.

Atque eccum: video ipsum foras exire.

## ACTVS TERTII SCENA IV.

DAVVS. SIMO. CHREMES.

AD TE ibam. SI. quidnam est?

DAV.

43 *Discordare inter se*] Hoc est discordes esse. Hanc rem quomodo quaesierit, ut verosimile diceret, potius dixit hoc sese a Dauo audisse, qui eorum intimum videtur esse a consiliis. Atque ut verum consilium Chremeti possit ostendere, et ipsum Dauum euocat foras. E.

44 *Ipfus mihi Dauus dixit*] Commendatio testis: ut, *In foro modo de Dauo audiui*. Ergo ipse, quasi qui maxime sciat. D.

47 *Tute adeo*] παρέλακεται adeo modo, et abundat, ut Virg. (Georg. 1, 24.), *Tuque adeo, quem mox quae sint habitu-*

*ra deorum Concilia, incertum*. D.

Verfus gratia Faernus cum Rob. Stephano, auctoritate vnius cod. recte *verba* postposuit τὸ *audies*: nisi pro *euocate* malueris legere *vocate*. B.

48 *Atque eccum*] *Eccum*, quasi ecce eum. Veteres dixerunt, *eccum*, *eccuius*, *ellum*; quod apertius significat *ecce illum*, et obscurius *ellum*. D.

*Video ipsum*] τὸ *ipsum* in Mf. R. non est. L.

I *Ad te ibam*] *Dauus* ut recte scribatur, *Dauos* scribendum est: quia nulla littera vocalis geminata, unam facit syllabam.

DAV. Cur vxor non arcessitur? iam aduersperafcit. SI. audin' tu illum?

Ego dudum nonnihil veritus sum, Daue, abs te, ne faceres idem,

Quod

labam. Sed quia ambiguitas vitanda est nominatiui singularis et accusatiui pluralis, necessario pro hac regula, digamma vitur, *DaFus, serFus, Fulgus corFus. Ad te ibam*]. Locus est (Edd. vett. *Hic est locus*. Caeterum male huic loco παρακμήν τῆς ἐπιτάσεως tribui a Donato, recte obseruauit Boeclerus), in quo iam ad discrimen (*discretionem*. ed. Du B.) mali perducta coinoedia, in meliorem partem iam incipit inclinare. D.

*Ad te ibam*] Haec scena gratiarum actionem tenet, quod feruus consilia domini non fallat. Hic tantummodo qualitatis status est in omnibus gratiarum actionibus. Tunc et consilium suum de nuptiis quid fuerit confitetur: *Non fuerant nuptiae*. Nam antea dixerat, quo corrigeret illum: *Timui ne faceres quod vulgus seruorum solet*. Siquidem *vulgus* dixit per multitudinem. *Vt me deludeves propterea quod amas filius*. Vbi pulcherrime αἰτιολογίαν expresseit. *Egon' istuc?* qua grauitate pronunciationis, vt in εἰρωνείᾳ fieri solet, ille se absoluit: vnde dominus ei iam credit. E.

2 Hic versus diu vexauit interpretes, iam ab Erasmi aetate. Sed tolle illud *tu illum*, et Iambicum Tetrametrum habebis, quales sex priores. Atque *audin'?* absolute positum est, vt supra 1, 5, 66. B.

Westersh. *vxor* omisit. Z.

3 *Ego dudum nonnihil veritus sum, Daue, abs te*. Semper grauis inceptio orationis, quae exordium sumit a pronomine *ego*: vt (Aën. iv, 333:), *Ego te quae plurima fando*. et, *Ego postquam te emi a paruulo. Ego dudum*] Aduerbia temporis, aut certa sunt, vt hodie, cras: aut incerta, vt dudum, nuper. Itaque incertis certum additur tempus: vt iam dudum, nunc nuper. *Nonnihil veritus sum, Daue, abs te*] Breuiter, pro, veritus ne quid abs te fieret. sicut supra, *Heu merui a Chryside*. Et Cicero (pro Mur. 1.), *Quod precatus sum a diis immortalibus*, pro eo quod est, quae a diis petii, precatus eos. D.

*Ego dudum*] Priscian. lib. 15. p. 141. L.

Ne *Daue* in Thesi pene sit mutum, loca post *abs te*. B.

- Quod vulgus feruorum solet, dolis ut me deluderet:  
 5 Propterea quod amat filius. DAV. egon' istuc  
 facerem? SI. credidi:  
 Idque adeo metuens vos celauī, quod nunc dicam.  
 DAV. quid? SI. scies:  
 Nam propemodum habeo tibi iam fidem. DAV.  
 tandem cognosti qui siem.  
 SI. Non fuerant nuptiae futurae. DAV. quid?  
 non? SI. sed ea gratia  
 Simulauī, vos vt pertentarem. DAV. quid ais?  
 SI. sic res est. DAV. vide,  
 10 Nunquam istuc quiui ego intelligere. vah! con-  
 silium callidum.  
 SI. Hoc audi; vt hinc te introire iussi, opportune  
 hic fit mihi obuīam.

DAV.

4 *Quod vulgus feruorum solet*] Totum cum extenuatione protulit, tanquam qui satisfactum voluerit Dauo, ob comprobatam fidem eius. D.

7 *Nam propemodum habeo iam tibi fidem*] Ridicula dilatio eius rei, quae iam dudum nota est auditori (Mf. Boend. et ed. Du B. *Noxa est audituro. Nam propemodum, i. admodum quandoque etiam significat. iam hoc est propemodum, cuius actus est admodum*). *Nam propemodum habeo iam*] Hoc est *propemodum*, cuius accusatiuus est a *modus*. D.

Illud *tibi*, quod versum adeo deformat, non est cum Faerno e quibusdam codd. euocandum. Caeterum cum *tandem* habeat

istum in secunda, lege cum interrogatione, *tandem cognosti qui siem?* B.

8 *Sed ea gratia*] *Gratia*, pro causa posuit, noue. D.

*Sed ea gratia simulauī*] Alii sic malui (*dissimulauī*). Siquidem *simulamus* ignota, *dissimulamus* nota. Et exponit causam consilii sui; *vos vt pertentarem*. E.

9 *Sic est res*] Quod Graeci dicunt, ἔτιος ἔχει. D.

10 *Nummami*] *Nam πρελάξεται*, vt in *quisnam*. D.

*Vah*] Interiectio est ex affectu admirantis vel indignantis. E.

Vt iectus sit in *ego*, pone cum vno cod. *istuc ego quiui*. B.

DAV. Hem! numnam perimus? SI. narro huic, quae tu dudum narraſti mihi.

DAV. Quidnam audio? SI. gnatam vt det oro, vixque id exoro. DAV. occidi.

SI. Hem! quid dixi? DAV. optume inquam factum! SI. nunc per huic nulla' ſt mora.

15 CH. Domum modo ibo: vt apparentur, dicam: atque huc renuncio.

SI. Nunc te oro, Daue, quoniam ſolus mihi effeciſti haſ nuptias.

DAV.

12 *Numnam perimus*] Tunc primum intelligit Dauus ſe malum dediſſe conſilium Pamphilo, vt patri polliceretur ſe vxorem eſſe ducturum. E.

Verſus gratia illud *Hem* priori verſui appone. B.

13 *Quidnam audio?*] Legitur et *audiam*. Menander enim ſic ait, *τὶ δὴ ποτ' ἀκούω*. D.

Lege *audiam* in futuro obſenſum. Nam Simo dixerat, *narro* etc. metuit igitur Dauus, quid *auditurus ſit*, nempe exoratum eſſe Chremem. cf. Donatus, ad h. l. B.

14 *Occidi, optime*] Bene uſus eſt *παρομοίω*, *occidi* et *optime*, vt ſimilitudine falleret audientem. *Per hunc*] Chremetem ſcilicet. D.

*Optime inquam factum*] Quoniam audito conſilio ſenis, ſeruus dixerat *occidi*, interrogatus a ſene rurfus quid dixiſſet, *optime*, inquit, *factum*. Nam

ab vna littera vtrumque incipit verbum. Nunciatis igitur veris nuptiis, ſubiungitur adhortatio, vt perfeueret filium Dauus corrigere, ne adhuc animus amore meretricis impeditus facile nuptias et patris imperium contemnat. E.

*Hem, quod dixi*] τὸ *hem*, in Mf. R. deeſt. L.

Lege *Quid dixiſti*, vt vnus cod. primariae notae habet; atque *Hem* priori verſui appone. B.

15 *Ibo: atque huc renuncio*] Varie, *ibo* et *renuncio*. D.

Illud *apparentur* ſc. *nuptiae* eſt ineptum, quia in domo Simonis, non Chremis erant parandae nuptiae. Repone igitur *apparetur*, imperſonaliter, vt Eun. III, 5, 35, et Adel. v, 7, 2. B.

16 *Nunc te oro, Daue*] *Te*, id eſt, per quem ſtat ſumma negotii. Et modo magis vere rogat



DAV. Ego vero solus. SI. corrigere mihi gnatum porro enitere.

DAV. Faciam hercle fedulo. SI. potes nunc, dum animus irritatus est.

DAV. Quiescas. SI. age igitur, vbi nunc est ipfus? DAV. mirum, ni domi est.

20

gat, quam tunc cum ait, *Dehinc postulo, siue aequum est, te oro Daue.* ibi enim iracundia latet, cum dixit, *siue aequum est. Effecisti has nuptias*] Non fecisti: est enim *efficere*, perficere faciendo. Et bene *has*: quarum causa laboro. D.

17 *Ego vero solus*] ΔΙΑΝCIA. Et hoc ad increpationem dicit, non ad confirmationem. *Solus*] Id est, cui non assentiebatur Pamphilus. *Porro*] In futurum, deinceps: futuri temporis aduerbium: vel adhortantis: vt *Porro Quirites. Enitere*] Labora: quasi difficile sit, et conatu sit opus. D.

*Ego vero solus*] Hae interruptiones in Terentio saepius positae, ita sunt suspendendae, vt series orationis tenorem suum vsque ad vltimum seruet, sicut hic. E.

18 *Heracle fedulo*] Productiones sunt Comici stili, ad fucum orationis positae. *Potes nunc*] A possibili argumen-

tum. *Dum animus irritatus est*] Quia dixerat, *Irae sunt inter Glycerium et gnatum. Irritatus est*, commotus, ira prouocatus: vt in Phormione, irritor. Ducitur autem verbum a canibus, qui restrictis dentibus hanc litteram R imitantur (*iterant*, Ed. Du B.). D.

*Irritatus*] Iniuriis prouocatus. E.

19 *Quiescas*] Id est, conquiesce: imperatiui modi, ne iniuriosum videretur. *Quiescas*] Pro quiesce. aut deest volo, aut facito. *Age igitur*] Age, dic: vt est, *Egi atque orauit tecum*: aut aduerbium est hortandi. *Mirum ni domi est*] Existimationem intulit, incertum fugiens: et est compositum, quasi miror. *Mirum ni domi est*] Compositum est, quasi hoc est mirum, ni domi est. Caute seruus callidam interrogationem fenis paratus excepit. Memor simulatae discordiae cum amica, fingit non se alibi eum esse suspicari, quam domi. D.

Mi-

20 SI. Ibo ad eum, atque eadem haec, quae tibi dixi, dicam itidem illi. DAV. nullus sum.

Quid causae est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?

Nihil est preci loci relictum; iam perturbavi omnia;

Herum

*Mirum mi domi*] Ex hoc declarat non esse illum apud me-  
retricem, ideo mirandum est,  
si non domi est. E.

20 *Dicam eadem illi*] In aliis *itidem* scriptum est: quod si est, pro item accipiamus. An ergo *idem* pro item? *Nullus sum*] Plus est *nullum esse*, quam *peruisse*. Nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero nullus est, ita non est, ac si natus non sit. D.

*Dicam itidem*] Adsimiliter, et est adverbium qualitatis. Remansit seruus cognito consilio domini, et secum loquitur, se iam esse periturum, quod euentus aliter ceciderit, quam ipse consilium non recta calliditate susceperit. Ita secum loquitur haec: et est oblocutio habens quid metuat, et quid velit. Nam quid metuat hoc est: Nihil est preci loci relictum, iam perturbavi omnia: nihil ergo causae est, quin in pistrinum recta proficiscar via. E.

*Dicam eadem illi*] Ms. R. *dicam idem illi*. L.

Vt tibi et illi sit in ictu, praeferenda est lectio vnius cod. *tibi, quae dixi, dicam itidem illi*. B.

21 *Hinc*] Id est, ex hoc loco. *Recta proficiscar via?*] Bene *recta*, ut corporis impulsio-  
nem lucrifaciam. aut *recta*, ut non eam ad precatorem, aut ad Pamphilum. Et bene *proficiscar*. *Proficisci* enim in rem aegram ac difficilem dicimus. Et *recta via*, plana dixit, non tantum *recta*. D.

22 *Nihil est preci loci relictum*] Subiungit ergo causas cur proficiscatur in pistrinum. *Nihil est preci*] Quod praedixit senex. *Iam perturbavi omnia*] Allocutio, in qua quid metuat, quid velit, manifestum est. D.

*Preci*] Antiqui declinabant *prex precis*: vnde remansit in usu accusatiuus et ablatiuus in singularitate, *asturia*, *scelus*, *malum*, et reliqua alia, interiecti-  
nes sunt dolentis aut irascentis, quando ita ponuntur. E.

Herum fefelli: in nuptias conieci herilem filium:  
Feci hodie vt fierent, insperante hoc, atque inuito  
Pamphilo. hem

25 Astutias! quod si quiessem, nihil euenisset mali.

Sed eccum video ipsum: occidi.

Vtinam mihi esset aliquid hic, quo me nunc praecipitem darem.

## ACTVS TERTII SCENA V.

PAMPHILVS. DAVVS.

**V**BI illic est scelus, qui me perdidit? DAV. perii.  
PAM. atque hoc confiteor,

Iure

23 *Herum fefelli*] Haec enumeratio causarum est, qua magnifice (*mirifice* Ms. Boend. et Ed. Du B.) exaggeravit errores suos. *Conieci*] Nec immissi, sed *conieci*: quod impetum et iniuriam significat. *Herilem filium*] τὸν τρέφειμον. D.

24 *Feci hodie*] Nec solum feci, verum etiam addidit tempus, *hodie*: vt ne diecula quidem eius sit, quod secerat, mali. *Insperante hoc, atque inuito*] *Insperante* et *inuito*, duplex offensio. D.

25 *Hem astutias*] Bona εἰρωετα. Pluraliter dixit *astutias*, quasi is, qui abundet astutiis, vt ei vna non sufficeret. D.

*Hem astutias*] Ms. R. *Hem astutia*. L.

27 *Vtinam mihi esses ali-*

*quid*] Non dixit gladium, aut laqueum: ne esset tragicum. Ergo expressit bene, dicens, *Quo me nunc praecipitem darem*. D.

I *Vbi illic est scelus*] Haec scena, cuius perturbationis esse debeat, etiam supra poeta praestruxit, quum ad consentiendum Davi consilio tardum Pamphilum faceret. *Vbi illic est scelus*] Accusatio. *Vbi illic est scelus*] Nimum terrible est, faeuire ante quam videas eum, contra quem irasceris. *Vbi illic est scelus, qui me perdidit?*] Ad intellectum, non ad verba redegit (adde *genus Z.*), et est figura σύλλυψις per genera. Virg. (Aen. 1, 216), *Pars in frustra fecanz*. Sed hic figura est per numeros: nam quia scelus, scelestus intel-

Iure mihi obtigisse, quando quidem tam iners, tam  
nulli consilii

Sum. seruo<sup>n</sup> fortunas meas me commisisse futili?

Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultum nunquam id auferet.

5 D A V.

intelligitur, modo *qui* subiunxit, non *quod*. D.

*Vbi illic est scelus*] Haec scena controuersiam tenet talem: Dauus arbitratus falsas nuptias, consilium dedit domino ut anneret patri. Vnde ille exorauit focerum, qui se promisit filiam daturum. Fit reus Dauus, quod decepit dominum. Hic status est qualitatis venialis, in qua etiam de praeterito tempore videtur esse deceptus, docet nihilominus se ad futurum posse prouidere. Est igitur accusatio haec: *Vbi illic est scelus, qui me perdidit*] Quamquam conuestio in principio collocata auget crimen, quod dicit, iure sibi ista obtigisse, quod serui consilio usus in periculo sit, et non sua sibi sententia ingenioque subuenierit. E.

Multi codd. addunt *hodie*, quod postea librarii, ut metro consulerent, eiecerunt, et interpolauerunt *perdidit*; quod si abest, fit aposiopesis, quae iracundo conuenit: ut illud, *Quos ego*. Deinde *perii* non est Dauus, sed ipsius Pamphili. Denique illud *Iure* appone huic

ipsi versui primo. Igitur lege, *Vbi illic est? scelus, qui me hodie. perii. atque hoc confiteor iure*. B.

2 *Tam iners*] Sine arte, id est, sine ἀετη. *Tam nulli consilii*] Vna pars orationis est, *nulli consilii*. nos, *nullius* et *solus*: recte autem veteres, *nullo nulli, solo soli* (lege ex Mf. Hulst. *Nullus nulli, solus soli*), declinabant. D.

*Tam nulli consilii*] Charisius lib. 11. p. 127. Priscian. lib. 13. p. 151. L.

3 *Me commisisse*] Non commendasse: sed, *commisisse*. *Committimus* enim quae cum magno periculo volumus esse seruata (vid. ad Phorm. v, 1, 19.). *Futili*] Leui. Nam a vase, quod *fuitile* dicitur, quod non deponunt ministri sacrorum, quod est acuto fundo, et patulo ore, eoque instabile est. (Virg. (Aen. xi, 339.), *Consiliis habitus non futilis auctor*. D.

*Fortunas meas commisisse futili?*] Id est, leui et vano seruo. E.

4 *Ego pretium ob stultitiam fero*] Ergo pretium et praemium

5 DAV. Posthac incolumem sat scio fore me, nunc  
si hoc deuito malum.

PAM. Nam quid ego nunc dicam patri? nega-  
bon' velle me, modo Qui

mium generaliter pro bene aut male facto redditur. sed discernitur ita. Nam pretium pro stultitia, est poena: pretium (praemium Mf. Boend. et ed. Du B.) pro virtute, honor est et lucrum. *Pretium ob stultitiam*] Sic Plautus (Leguntur verba in Argumento Afinariae. Creduntur autem Argumenta Fabularum Plauti esse a Prisciano. Igitur cum Donatus duobus fere seculis Prisciano sit antiquior, vel noster locus est interpolatus, quod vero mihi non est verisimile, tam scitum locum incognito interpolatori venisse in mentem, vel aetate Donati Plautum ipsum creditum esse Argumentorum auctorem) locutus est, *Pretium ob Afinos*: pro, afinorum pretium. Virg. (Aen. IX, 232.), *Rem magnam, pretiumque morae fore*. Et alibi, (Aen. XII, 351.), *Illum Tydides alio pro talibus ausis Affecit pretio*. et est figura *ἐκλειψις*. vt apud Virg. (Aen. XI, 269.), *Inuidisse deos patriis vt reddius oris*. D.

*Praemium ob stultitiam*] Hoc est, meritum atque poenam. Virgil. (Aen. IX, 232.), — *Rem magnam, pretiumque morae*. Et (Aen. XII, 351.), *Illum Tydides alio pro talibus ausis Affecit pretio*. — *Inultum id*

*nunquam*] Impune nunquam feret, id est, poenam sustinebit. E.

*Pretium ob stultitiam*] Serv. Aeneid. IX. vers. *Pretiumque morae*, et Aeneid. XII. vers. *Affecit pretio*. L.

Lege ex vet. Edd. et vno cod. Regio, *sed inultum id nunquam a me auferet*. B.

5 *Posthac incolumem sat scio fore me*] Sic dicere solemus in magno periculo positi: nunquam nos periclitaturos, si illud periculum potuerimus euadere. *Posthac*] Audacter se incolumem in futurum promittit fore, cum vita hominis tam variis multisque sit periculis conferta: Sed hoc dicit: Sic, inquit, periclitor; si hoc euasero, scio me non postea periclitaturum. Menander sic *ὦν θεός φεγγειοτκ αναπολυμππε* \* (If. Casaub. ita restituit: *Ευδεν ἀποφεύγων, ἔκ ἂν ἀπολομένη ποτὲ*), et est sensus, Tam difficile est hinc euadere, vt qui hinc euaserit, videatur immortalis futurus. D.

*Posthac incolumem*] Facile me intelligo, inquit, incolumem esse futuro tempore, si hoc malum, quod praefens est, euitauro. E.

6 *Dicam patri*] Bene patri, non Simoni: vt de auctoritate huius

Qui sum pollicitus, ducere? qua fiducia id facere audeam?

Nec, quid me nunc faciam, scio. DAV: nec quidem me: atque id ago sedulo.

Dicam aliquid iam inuenturum, vt huic malo aliquam producam moram.

10 PAM. Ohe. DAV. Vifus sum. PAM. ehodum, bone vir, quid ais? viden' me confiliis tuis

Mife-

huius nominis fumus terror exurgat. *Modo qui sum pollicitus*] *Modo*, mire. etenim maiorem vim habent recentiora promiffa. D.

*Quid ego nunc dicam?*] Pamphilus modo deliberationis quaerit quid faciat, an neget id, quod iam promiferat. Sed est forma non plenae deliberatiuae, et propterea diuifiones integras non habet. At postquam Daum confpexit, continuo proponit quaestionem et crimen intendit. E.

7 *Modo qui sum pollicitus*] Oratorie melius *pollicitus* sum dixit, quam si *promifi* diceret. *Qua fiducia*] *Qua fiducia*, ad personam fuam retulit. et *fiducia* modo impudentiam fignificat. D.

8 *Nec quid me nunc faciam, scio*] Nos, *quid faciam*, veteres autem *me* addebant. Et nota *faciam*, cum ablatiuo casu. Ablatiuus casus, *me*. *Atque id ago sedulo*] Id quaero, hoc est, vt inueniam quid faciam. D.

*Quid me nunc*] Prifcian. lib. XIII, p. 151. L.

Lege *nec quid me a. i.* Venustas a repetitione tota est. B. *Nec de me equidem.* SANDBY.

9 *Aliquam producam moram*] *Producem* legitur et *producam*. Significat autem differam, protendam, prolatem. D.

*Dicam aliquid iam*] Mf. R. *Dicam, aliquid me inuent.* L.

Pro *iam* habent *me* Vaticanus, Basilicanus, et duo e nostris veterimi. Recte. B.

10 *Ehodum bone vir*] Grauis interrogatio, et minantis cum iracundia. Et hoc *ehodum* profequitur, cum omne genus contumeliae leue in eum dicimus (lege e Mf. Hulst. *ducimus*), in quem ferimur iracundia. *Viden' me?*] Hoc est, numquid negare potes? D.

*Eho bone vir*] *Bone* *ἀριφροῦς* est. Et est hic accusatio tota. At contra ille nec defendit se, nec purgat; sed spem tantummodo pollicetur. E.

Pro *obe* scribe *oh*, atque *agis*, quod duo codd. habent, pro *ais*, vt *quid agis?* fit ipsa ironia, sicut *bone vir.* K.

Miserum impeditum esse? DAV. at iam expediam. PAM. expedies? DAV. certe, Pamphile.

PAM. Nempe vt modo. DAV. imo melius, spero. PAM. oh, tibi ego vt credam, furcifer?

Tu rem impeditam et perditam restituas? hem! quo fretus siem,

Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias.

15 An non dixi hoc esse futurum? DAV. dixisti.

PAM. quid meritus? DAV. crucem.

Sed

11 *Impeditum esse?*] *Impeditus* est proprie, qui ita pedes habet illigatos, vt progredi non possit. Sed hic ad negotium retulit. *At iam expediam*] Non se defendit, sed emendaturum promittit. et bene ad impeditum, *expediam* retulit. duo promittit simul, et tempus cum celeritate, et effectum. D.

*At iam expediam*] Vbi est paronomasia. scilicet impeditum solvam. E.

12 *Imo melius spero*] Bene *melius* comparatio est vsus, quali hoc bonum sit, illud melius. *Furcifer?*] *Furciferi* dicebantur, qui ob leue delictum cogebantur a dominis, ignominiae magis, quam supplicii causa, circa vicinos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, et praedicare peccatum suum, simulque summoneere caeteros, ne quid simile admittant. Itaque et Cicero (pro

Deiot. ix.) de seruo, *Quid inde furcifer? quo progreditur?* D.

*Furcifer*] In seruos istud saepe conuicium dicitur: quod cum addicuntur poenae, furcam ex materia qualibet factam, ligatam collo sustinent. Vt Cicero (pro Deiot. 9), *Quid deinde furcifer, quo progreditur?* E.

13 *Tu impeditam et perditam restituas*] Multum progressus est, *impeiditam* dicere (lege *dicens*): modo *perditam* dixit. Sensus hic est, Integram perdidisti, et perditam restituas? *Tu*] hoc est, qui integram expeditamque turbasti. *Quo fretus siem*] Est memor se ante dixisse, Dauum video, cuius consilio fretus sum. D.

Versus exigit *siem* pro *siem*. B.

15 *Hoc esse futurum*] Vt ab illa excludar, hac concludar.

L 2

et

Sed sine paululum ad me redeam: iam aliquid dispiciam. PAM. hei mihi!

Cum non habeo spatium, vt de te sumam supplicium, vt volo?

Namque hoc tempus, praecauere mihi me, haut te vlcisci, finit.

## ACTVS

et, vide quo me inducas. *Crucem*] Plena satisfactio est confessio peccati sine reculatione poenarum. Nam mitiores eos reddimus, quibus vultu (Lindenbr. recte *ultro*. Wielingius coniecit, veram lectionem esse; *quibus ultro poenam meritam pro delictis nostris offerimus.*) operae pretium pro delictis nostris offerimus. Virg. (Aen. XII, 931.), *Equidem merui, nes deprecor, inquit.* D.

*An non dixi hoc?*] Vbi ait, *vt ab illa excludar, hac concludar.* *Quid meritus? crucem*] Semper pietas commouetur iratis, si illi qui in crimine constituti sunt, se poenam meritos esse fateantur. idcirco adiecit feruus, *crucem*. Et ab Atheniensibus haec lex fuerat constituta, vti damnatis poenae proponerentur, vt eligerent quam vellent: et si leuiorem eligerent, grauiore afficerentur. E.

*Quid meritus?*] Seru Aeneid. I, 519. L.

Scribendum est *meritu's*, vt *es* cum *meritus* coalescat. B.

16 *Ad me vt redeam*] *Redire ad se* dicitur, qui animum recipit, et sedem mentis. Virg. (Georg. IV, 443.), *Victus redit ad se.* et hic de corpore dixit. Ad se autem redit, qui amens esse desistit. *Dispiciam*] *Displicere* est disquirere consilium: *Despicere* deorsum aspicere. D.

17 *Cur non habeo spatium*] *δίκονομία*. D.

Vnus nostris recentior *cur non habeo*. Retineri potest vulgare *Cum*. B.

18 *Namque hoc tempus praecauere*] Sic Virgil. (Aen. I, 139.), *Sed motos praestat componere fluctus.* et est *σάλλησις*: illud enim cogit, hoc finit. D.

*Namque hoc tempus*] In periculis posito prior est cura prospiciendi, quam vindicandi. Vnde etiam Neptunus, cum mare cerneret esse turbatum, (Aen. I, 139.), — *sed motos praestat componere fluctus: Post mihi non simili poena commissa lueris.* E.

*Sinit* cum turbet sensum, audacter reponere *monet*. B.



## ACTVS QVARTI SCENA PRIMA.

CHARINVS. PAMPHILVS. DAVVS.

**H**OC CIN' EST credibile, aut memorabile,

L 3

Tanta

**I** *Hoccine credibile est?*] Elegans perturbatio, in qua inter se Simo, Pamphilus, Dauus, Charinus, Byrrhia, Chremes, omnes omnibus redduntur offensi. *Hoccine credibile est?*] Et incredibile est, inquit, et nefandum. E contrario enim ab interrogatione quadam incipiunt, qui nimis irascuntur. ut et illud, *Hoccine humanum factum?* Et totum hoc in pronunciatione est. hoc enim genus interrogationis vim negandi exprimit. *Hoccine credibile est?*] A generalitate incipit, ut Cicero (Verr. II, 22.), *Quam facile serpat iniuria et peccandi consuetudo, quam non facile reprimatur, videre iudices.* D.

*Hoccin' est credibile?*] Haec scena accusationem tenet, quod Pamphilus non seruauerit fidem: quippe qui dixerat, se non esse vxorem ducturum eam, quam amabat Charinus. Sed huic accusationi respondet Pamphilus, se potius esse deceptum, neque quod fecerit, hoc iecisse propria voluntate; ut venialis status sit. Accusatio igitur generaliter coepit, quod

multi homines mali de incommodis alterius gaudeant. Accusatoris semper est, generalitate proposita ad speciem crimen adiungere. Ut est illud: *Nibil enim est, vitae res poscere eum, qui non possit suae reddere.* Deinde subiungitur de Caecilio: *Hic ego, Caecili, de te non dicam.* Ita et hic subiungitur species de Pamphilo, quod ipse malo alterius videatur gaudere. Et est sensus: Numquid credi potest, quod sit alicui tanta malitia insita, ut non compatiatur alterius miseriis sed potius gaudeat: et nunquam se felicem credat, nisi sit cui comparatus insultet (*nisi sibi comparavit, cui ius.* Z.). Et definit qui sit inuidus. De quo Martialis (1, 41, 2.): *Omnibus inuideas, inuide, nemo tibi.* E.

*Hoccin' est credibile?*] Prisc. lib. XII. L.

Ut versus constet totus e Dactylis, legi debet *Hoccine credibile, aut memorabile*, quae lectio reperitur in Cod. Academico Prisciani 900 annorum. B.

Tanta vecordia innata cuiquam vt fiet,  
 Vt malis gaudeant, atque ex incómodis  
 Alterius sua comparent vt commoda? ah!

5 Idne est verum? imo id est genus hominum pessimum,

In

2 Cuiquam vt fiet] Singularem et plurali numero respondet. Cuiquam vt fiet, vt malis gaudeant] Cum dixisset cuiquam, intulit numerum pluralem, vt alibi, Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quamplurimis, et minime malos laedere: In his Poeta hic nomen profitezur suum. D.

3 Vt malis gaudeant] Legitur et gaudeat. D.

Malis gaudeant] Mf. R. gaudeat. Ex incommodis alterius] Cicero 3. De officiis, Detrahere igitur alteri aliquid, et hominem hominis incommodo suum commodum augere, magis est contra naturam, quam mors. L.

Donatus, Vaticanus liber, Basilicanus, et vnus e nostris habent recte gaudeant, comparent. Alii gaudeat, comparet. B.

Menander apud Stobaeum: Ταῖς ἀτυχίαις μήποτε ἐπίχαιρε τῶν πέλας. W.

4 Atque ex incommodis alterius, sua comparent vt commoda?] Hoc est, non intelligunt commoda sua, nisi ex alterius incommodis ea aestimauerint. Ex incommodis alte-

rius] Et hic gaudeant, subauditur. Sua comparent] Hoc est, acquirant, vel aestiment (metiantur adiectum habet ed. West. Z.). D.

Sua comparent] Mf. R. vt comparet comm. L.

5 Idne est verum? imo id genus] Alii sic, Verum est, hoc genus hominum e (pro e, West. edidit hominem. Non male. Z.) se probauit esse, cum malus sit: et (sed Z.) sic contra hoc, Imo non hominem, sed pessimum hominem se probauit. Idne est verum? imo id genus] Parum accusauerat, dicens, Idne est verum hominum genus? et ideo addidit, Imo id genus hominum est pessimum. vt hoc facere, non hominis modo sit, sed pessimi hominis. D.

Pessimum hominum genus] Sensus est: Hominum genus semper intelligitur pessimum, qui semper fraudibus vivunt. At ne quasi contra opinionem omnium istam sententiam videatur dixisse, quod dixerat, verum hominum genus, intelligens malos homines, adiecit deinde pessimum hominum genus. E.

In denegando modo quis pudor paululum adest.  
 Post, vbi tempus est promissa iam perfeci,  
 Tum coacti, necessario se aperiunt, et timent;  
 Et tamen res cogit denegare.

10 Ibi tum eorum impudentissima oratio est;  
 Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi?

Heus, Proximus sum egomet mihi, Attamen, vbi  
 fides?

Si

6 *In denegando modo*] *Mo-*  
*do*; pro tantummodo. *Quis*  
*pudor paululum adest*] Adest  
 pudor, ne denegent: non ad-  
 est, vt et praesent. D.

Cod. Petrensis recte legit  
*pantum adest*, vt Creticus fiat.  
 Atque *In* appone superiori ver-  
 sui. B.

7 *Post vbi tempus*] Deest  
*est*: vt sit, *tempus est*. D.

Antiqui libri, cum quibus  
 Donatus concordat, omittunt  
*est*. B.

8 *Necessario se aperiunt*] Mire ait *necessario*, quia natura sunt tales: necessitas autem in natura est constituta, *Aperiunt*] Mire, *aperiunt*: quoniam tunc cum promittebant, mali erant: sed latebat malitia intra pectoris altitudinem (vterque cod. *in pectoris altitudine*). D.

Bentleius illud *et timent* sequenti praeposuit versui. Z.

9 *Et timent, et tamen res cogit denegare*] Bis numero subauditur *denegare*. Et melius *timent*, quam si diceret, *pudet vos*. Nam timor est etiam malorum: pudor, tantum bono-

rum. *Res*] Malitia scilicet, tanquam mali sint ad rem, quam praestare non possunt. D.

*Res cogit*] Mf. R. *premit*: vt et in aliis vett. L.

Faernus in cod. Victoriano pro *cogit* inuenit *premit*: quod recepit Bentleius, consentientibus suis. Z.

11 *Quis tu es? quis mihi es?*] *Quis tu es*, ad dignitatem refertur: *quis mihi es*, ad necessitudinem, id est, frater, aut cognatus? Et haec verba mollia sunt dictu, sed animo aspera. *Cur meam tibi?*] *ἐνδειψις*. D.

Post *tu* pone *homo*, et post *cur* desiderat versus *ego*. B.

12 *Heus, proximus sum*] *Heus* significatio est modo nominis, ad intentionem considerationemque reuocandi. *Proximus sum egomet mihi*] Id est, carior mihi met ipsi sum, quam quisquam alienus. *Proximus*] Carus, beneuolus. et hoc est quod ait supra, *Quo aequior sum Pamphilo, si se illam in somnis, quam illum amplecti maluit*. Inde *proximi* et *propin-*

L 4

qui

Si roges, nihil pudet. hic, vbi opus est,

Non verentur: illic, vbi nihil opus est, ibi verentur.

15 Sed quid agam? adeamne ad eum, et cum eo iniuriam hanc expostulem?

Inge-

qui dicuntur, qui nobis cari esse debent. D.

*Proximus sum egomet*] Hoc est, mihi potius debeo confutere, cum maior utilitas nobis nostra est, quam aliena. *Vbi fides est*] Ac si interrogas, vbi sunt quae promissa sunt, hoc est, vbi fides maneat. E.

*Heus* pertinet ad finem antecedentis. B.

13 *Si roges*] Abundat, si roges: sed *vbi opus est* additum est. *Nihil pudet*] *Pudor* est mali facti: *verecundia* recti et honesti. Ergo mire posuit. *Hic vbi opus est*] Saluo pudore. *Hic*] Vbi promiserant. D.

*Nihil pudet hic vbi opus, illic vbi opus est, ibi non verentur*] *Hic vbi opus est*: hoc est, cum iam debeant complere promissa \* (Mf. alter: *Complere promissa*. *Vbi enim opus quo ipsa promissio est*. Alter multa omittit). E.

*Nihil pudet hic*] *Plant. Epidico* II, I, I. *Plerique homines, quos, cum nihil refert, pudet: vbi pudendum est, ibi eos deserit pudor, quum usus est ut pudeat*. L.

Scribe *pudent*, quod est antiquum. Constitue versum sic,

*Si roges, nil pudent hic, vbi opus est: illic vbi. B.*

14 *Illic, vbi nihil opus est, ibi*] *Illic* et *ibi*, aptum irascenti repetitionis genus. *Illic*] Legitur et *illi*. *Vbi nihil opus est*] Vbi nondum promiserant, ibi verentur; quod ait supra, *In denegando modo quis pudor est paulum*. D.

*Non verentur illic*] In Mf. R. *non verentur*, non erant: quae neque in *Eugraphio*. L.

Illud *non verentur*, quod in perantiquo nostro, in *Regio* apud *Lindembrogium*, et apud *Eugraphium* abest, dele, adeo ut versus efficiatur hic: *Nil opus est, ibi verentur*. B.

15 *Adeamne ad eum*] Hic locus deliberationis est: an adeat ad *Pamphilum*. et unum ad abundat, et moraliter verba *Charini* sunt polita. *Iniuriam*] Pro, de iniuria. *Expostulem*] *Expostulario* est aduersus eum, quem incusamus: nam *expostulare*, est querelam apud eum ipsum deponere (*Excidit, et. Z.*) de eo ipso qui fecit iniuriam: *Postulare* autem, querelam dicere de altero apud alterum. D.

*Et cum eo iniuriam*] Cum

eo

Ingeram mala multa? atque aliquis dicat, Nihil promoueris.

Multum. molestus certe ei fuero; atque animo morem gesserō.

P A M. Charine, et me et te imprudens, nisi quid Di respiciunt, perdidit.

C H.

eo conquerar de hac iniuria: hoc enim significat *expostulatio*, cum iniuria ei afficitur cum aliquo quaestio \* E.

16 *Ingeram mala multa*] Quasi tela, ita se dicit ingesturum mala. *Atque aliquis dicat, nihil promoueris*] Hoc dicit, Et si existat aliquis qui mihi dicat, Quid profeceris? respondebo, Multum. D.

*Nihil promoueris*] (Mf. alter: *Atque aliquis dicat: nihil promoueris*): Haec quasi per interrogationem ponuntur. Cum sit enim hoc consilium Charini, ut accusationem ingerat in Pamphilum, proponit sibi in irritum accusationem euenturam. Itaque quasi aliquis dicat, frustra accusaturum esse Pamphilum. *Si quis ergo est qui dicat, nihil promoueris*: tanquam responsio subiungitur verbum illud quod sequitur, *Multum*: hoc est, multum promouero, dum meam compleam voluntatem. E.

*Ingeram mala multa*] Plaut. Pseudol. Act. 1, 2, 125. *Ingeram mala multa*. Ps. *Iam ego te differam dictis meis*. L.

17 *Multum*] Non subiun-

xit, quomodo multum? sed illud faciam. *Multum*] Subauditur, *promoueo*. *Molestus certe ei fuero*] Transitum fecit dicendo, *Molestus certe ei fuero*. hoc est, si nihil aliud promouero, certe ei molestus fuero. *Atque animo morem gesserō*] Erit fructus iracundiae ex vindicta. Et per iracundiam atque turbationem non inuenit, quod sit multum: aliud ergo inuenit, molestus certe ei fuero. D.

Ne temere Trochaicos duo Iambicus excipiat, mutetur *Multum in Nil?* ut Eun. iv, 2, 10. B.

18 *Charine, et me, et te*] Mire et artificiose fecit, Pamphilum priorem alloqui, ad perfringendam iracundiam Charini. alioquin si prior vociferari potuisset, tragica exclamatione usus fuisset. *Imprudens*] Defensio ab imprudentia. etenim nisi bonae esset conscientiae, nunquam diceret *te perdidit*, purgaturus. D.

*Charine, et me, et te*] Hic incipit defensio, et simul status venialis per imprudentiam. At Charinus perseverat in accusa-

CH. Itane, imprudens? tandem inuenta' est causa.  
soluisti fidem.

20 PAM. Quid tandem? CH. etiam nunc me ducere istis dictis postulas.

PAM. Quid istuc est? CH. postquam me amare dixi, complacita' est tibi.

Heu me miserum! qui tuum animum ex animo spectavi meo.

PAM. Falsus es. CH. nonne tibi satis esse hoc visum solidum' est gaudium,

Nifi

tione, per pallogiam, repetendo *imprudenciam*. Cumque Pamphilus fidem apud amicum perdidisset, qui se et a dictis et a factis nimis insipienter egisse in antecedentibus reprehendit, adhibet testem Dauum, cuius consilio ista fecit. E.

*Di respiciunt*] Ex formula in notis vet. DEVS RESPICE NOS. Plaut. Bacchidibus IV, 3, 24. *Tace modo, Deus respiciet nos aliquis.* L.

19 *Itane imprudens?*] *Imprudens*, distingue. et attende hoc illum repetere, quod indignatur magis, quasi audierit imprudens, et non audierit reliqua. *Itane imprudens*] Quia articulus omnis defensionis per concessiuam qualitatem hoc dicto est constitutus: idcirco hoc ipsum Charinus per infirmationem repetit, hoc cupiens eripere Pamphilo, quo ille maxime nititur. D.

20 *Ducere istis dictis*] *Du-*

*cere* hic, vt Graecis ἀγειν. Lucian. in dialog. Iouis et Iunon. καὶ ἀγει σὲ καὶ φέρει, τῆς ἑινός, φασίν, ἔλκων. Idem in dialogo Hermotimi et Philopseutis. Cui simile est illud Nicetae: ἔχ. ὡσπερ ἀπὸ ἑινός, ἀλλ' ἐκ τῶν ἄτων εἴλκε τὸν αὐτοκράτορα. L.

Codd. recentes, auctore Faerno, habent *seducere*, antiqui vero, *ducere*, sc. *falsa spe*, quod placet. Caeterum versus gratia lego, *Quid ita tandem? etiam me dictis ducere istis postulas?* B.

22 *Qui tuum animum*] *Legitur et cum.* D.

23 *Falsus es*] Modo participium est, id est falleris: si Pamphilum dicit (forte leg. *Sic Pamphilus id dicit*). Si vero coniungitur, pro *fallax* accipitur (legerim, *Si vero ES iungitur, pro falsidicus accipitur*). *Hoc solidum*] *Solidum*, plenum, idoneum, integrum. D.

Ne

Nisi me lactasses amantem, et falsa spe produceres?  
 25 Habeas. P A M. habeam? ah! nescis, quantis in  
 malis verfer miser,

Quantasque hic suis consiliis mihi confecit sollici-  
 tudines,

Meus carnifex. C H. quid istuc tam mirum est, de  
 te si exemplum capit?

P A M.

Ne sit versus impeditus et inconcinnus, sublata interrogatione, lege — *non satis tibi esse hoc solidum visum est gaudium.* B.

24 *Nisi me lactasses*] Produxisses, oblectasses, induxisses. quae significatio frustrationem ostendit. *Lactare*, est inducere in aliquam voluptatem, a *lactando*, unde et *oblectare* dicitur. D.

25 *Habeas*] Permissio animi irati. *Habeam*] Vt supra, *Aut si tibi hae nuptiae sunt cordi.* P. *cordi!* *Quantis in malis verfer miser, quantasque hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines*] *Ελεωστία*, vt supra, *Cuius consilio fretus sum.* Et cum verfer protulerit, conficiat debuit inferre. est ergo *ἀναπόλοθον*. aut (recte Mf. Hulst. omitit *aut*. Certe enim non diuersum quid narrat, sed *ἀναπόλοθον* exemplum laudat) vt illud, *Principio, amico filium restitues, tibi generum firmum, et filiae inuenies virum.* D.

*Habeas*] *Εύχρησις* (*συγχώρησις* Z.) est, quae fit, quando concedimus mala importune desiderantibus: vt est etiam illud, *Habeat, valeat, viuat cum illa.* E.

26 *Confecit*] Legitur et *confauit.* *Sollicitudines*] Perturbationes. D.

Libri omnes legunt *confecit.* B.

27 *Meus carnifex*] Id est, in me carnifex, qui me torserit. vt alibi, *Deo irato meo*: hoc est, in me irato deo. *Si de te exemplum capit?*] Vtrum, si te imitatur: an, si de te exigit poenas? vt ipse alibi, *Vterque exempla in te edent*: sed melius, te imitatur, accipimus. D.

*Quid istuc tam mirum*] Ista, inquit, stultitia, et malis moribus viuus, vt iuste de te poenas capter feruus, hoc est, *exemplum capit*: ponitur enim hoc ex poena atque supplicio: vt ipse Terentius alio loco dicit, *Vterque in te exemplum edent.* E.

Tolle est, quod idem Eugraphus nescit. B.

P A M. Haut istuc dicas, si cognoris vel me, vel amorem meum.

C H. Scio. cum patre altercasti dudum: et is nunc propterea tibi

30 Succenset: nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres.

P A M. Imo etiam, quo tu minus scis aerumnas meas:

Hae nuptiae non apparabantur mihi,  
Nec postulabat nunc quisquam vxorem dare.

C H. Scio: tu coactus tua voluntate es. P A M. mane:

35

28 *Haut istuc dicas, si cognoris*] Nosti enim: sed *si cognoris*, non ita dicas. D.

29 *Cum patre altercasti*] Ab iis quae facta sunt, ad ea quae facta non sunt. *Cum patre altercasti*] Legitur et *altercastus es*. non enim *alterco* dicimus. D.

*Altercasti*] Contendisti, diutissime disputasti. E.

*Altercasti dudum*] Priscian. lib. 8. L.

30 *Nec te quiuit hodie cogere*] Hoc argumentum attulit ex iis, quae non sunt facta, cum fieri debuerint. D.

*Succenset*] Irascitur. E.

31 *Imo etiam*] Propterea (lege *Praeterea*) et amplius. *Imo etiam*] Deest, audi. *Quo tu minus scis aerumnas meas: hae nuptiae non apparabantur mihi*] *Quo*, id est quod, et deest, *audi*, vel *accipe*: vt sit, quod, vel quoniam minus scis. Vel *quo*,

id est, ex quo, aut qua re. Aut certe erit sensus, cum huiusmodi tamen subauditione, Imo etiam quo tu minus scis aerumnas meas, eo magis audi. Aut, Imo etiam hae nuptiae non apparabantur mihi, quo ipso minus tu scis aerumnas meas: id est, falsae nuptiae erant: quae res te fallit magis, irascique mihi cogit merito (*Lege immerito*). D. . .

*Aerumnas meas*] Misérias et labores. E.

32 *Hae nuptiae*] Legitur et *haec nuptiae*. sic enim veteres dixerunt. *Non apparabantur*] *Apparari* cum datiuo casu semper cladem et perniciem significat. vt Virgil. (*Aen. 11, 132.*), *Mibi sacra parari*. D.

*Haec* apud Donatum, recte, more veterum. B.

34 *Coactus tua voluntate*] Haec est accusatio, ille enim excu-



35 Nondum scis. CH. scio equidem illam ducturum esse te.

PAM. Cur me erucas? hoc audi: nunquam desistit Instare, vt dicerem me esse ducturum patri; Suadere, orare, vsque adeo donec perpulit.

CH. Quis homo illic? PAM. Dauos. CH. Dauos? PAM. interturbat. CH. quamobrem? PAM. nescio.

40

excusat per imprudentiam: hic arguit voluntatem. hoc ergo dixit, Eo grauius, quo nullo cogente peccasti. D.

*Coactus tua voluntate*] Quia est necessitas naturalis, est etiam necessitas cum voluntate, est et sine voluntate. Sed postposita naturali, de duabus reliquis hic agitur. Ait enim, quia non pater te coegit, sed tu coactus tua voluntate. E.

35 Cod. Palatinus s. Romanus apud G. Fabricium *Nondum etiam scis*. Recte. Illud *illam* versus quoque respuit. B.

36 *Cur me enecas?*] Exerucias. D.

*Cur me enecas?*] Cur his dictis crucias. E.

37 *Instare, suadere, orare*] Quia dixit, *instare, suadere, orare*, non plus dicere posset, quando nihil potest esse (Mf. Hulst. *Quare nihil potest esse*. Vnde suspicor legendum, *Quartum nihil potest esse*. Dicit *quartum*, quia tria praecesserant. *instare, suadere, orare*. Ed Venet. 1490. legit *quarto*: similiter Mf. Boend. et ed. Du

B. Wielingius tuetur *quando*, quod hic valeat, *quia*). D.

Cum versus hic iusto fit longior, alii *me* eiciunt, ego deleo *esse*. B.

38 *Donec perpulit*] Id est, persuasit. E.

39 *Dauos?*] *Dauos*, cum admiratione pronuncian- dum. *Interturbat*] Deerat et hic, vt Dauus diceret: sed plus intulit, *interturbat*. Et *inter*, modo non mediocriter significat (Mf. Hulst. *Et INTER modo non pro mediocri significatio- ne est*. Varie autem haec e- duntur. Sed si verum est, quod Faernus existimat, et *interturbat* ex annotatione ir- replisse, possit etiam haec ani- maduersio non esse a Donato, ita sibi parum constar): est enim adauertina particula. vt *interfectus, interemptus*. Modo post vt (Virg. Aen. VII, 30.): — *hunc inter flumio Tyberinus amoeni Vorricibus rapidis, et multa flauus arena In mare pro- rumpit*. — *Nescio*] Quia irascitur Dano, dixit *Nescio*: alio- quin scit. D.

Dele

40 Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos, qui ei auscultauerim.

CH. Factum hoc est, Daue? DAV. factum. CH.

hem! quid ais, scelus?

At tibi Di dignum factis exitium dunt.

Eho, dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias

Inimici vellent: quod, nisi hoc, consilium darent?

45 DAV. Deceptus sum, at non defetigatus. CH. scio.

DAV.

Dele *interturbat* tanquam glossema. B.

40 *Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos*] Deest, quia: ut sit, nisi quia. D.

*Satis scio*] elegantius abest, et ei abundat. B.

41 *Factum est hoc*] Non, quod non credat, interrogat: sed quod increpet. D.

*Qui auscultauerim*] Qui consensum: huius peruationibus commodauerim. E.

Libri antiquiores omnes, *Factum est hoc*; et mox pro *factum*; Petrensis *factum est*. Vtrumque recte. B.

42 *At tibi di*] *At* principium inreparationi aptum. ut Virg. (Aen. II, 535.) *At tibi pro scelere*: Et Horatius (Epod. V, 1.) *At o deorum quisquis in coelo regis Terras, et humanum genus*. D.

*At tibi*] Mss. *Vt tibi Di*. L.

43 *Eh, dic mihi*] *Eho*, inreuerctio est intentionem audientis exposcens. *Dic mihi*] Semper *dic mihi*, iniuriosum

est. ut Virgil. (Ecl. III, 1.), *Dic mihi, Damoeta, cuium pecus?* D.

44 *Quod, nisi hoc consilium, darent?*] Cum odio *hoc* pronuntiandum est. ideo *coniectum* dixit. D.

*Eho dic mihi*] Stultum admodum, Daue, et contrarium domino dedisti consilia: namque si inimici Pamphilum vellent vxorem ducere, non aliud consilium darent, quam quod tu dedisti: uti cum videres eum alterius amore retineri, cogeres tamen ut promitteret patri vxorem esse ducturum. E.

*Inimici eius vellent*] Ita ex Mss. editum. tamen in Reg. exempl. et aliis *o eius* non habetur. L.

Ne versus duriter incedat, pro *quod, nisi lege quidni*. B.

45 *Deceptus sum*] Concessio. *Scio*] *o Scio*, non ad deceptionem, sed ad defatigationem reddit. ergo cum *elgavetiz* sonandum. D.

*Defetigatus*] Mss. *Delassatus*. L.

DAV. Hac non successit, alia aggrediemur via.

Nisi id putas, quia primo processit parum,  
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.

PAM. Imo etiam. Nam satis credo, si aduigilaucris,

50 Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.

DAV. Ego, Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo,  
Conari manibus, pedibus, noctesque et dies,  
Capitis periculum adire, dum profim tibi.

Tuum est,

*Deceptus sum*] Cum non habeat purgationem seruus, confitetur de peccato: tamen promittit aliquid spei, ut periculum possit euadere. E.

46 *Hac non successit*] Deest, quod conabamur: et proprie de bono sic dicitur. *Alia aggrediemur via*] Vel adoriemur, id est enitemur. *Adoriri* proprie dicitur repente ex insidiis aliquem inuadere: D.

Codd. superstites omnes, *aggrediemur*. B.

*Hac non successit*] *Succedere* dicitur, cum bene aliquid prouenit. E.

47 *Lege, Nisi si id putas*. B.

*Nisi id putas*] Nisi credis, inquit, exinde iam ne (forte, me) bonum consilium reperiri (*reperire*) non posse, quia primum contrarius decepit euentus. E.

48 *Lege numerose magis, Non iam ad salutem posse* etc. B.

Menander in Conizomenis apud Stobaeum: ὄτε μηδεις προς Θεων. Πράτων κακῶς λίαν

ἀθυμῶσι ποτε. ἴσως γὰρ ἀγὰρ τῶτο πρόφασις γίνεται. W.

49 *Credo si aduigilaucris*] Colligit [Pamphius consilia Dau ad hoc proficere posse, ut mala duplicata gementur. et est σερακασμός. E.

51 *Hoc tibi pro seruitio debeo*] μεταληπτικῶς vel μετανομηκῶς seruitium pro seruitute posuit: ut (Virg. Aen. III, 327.), *Seruitio enixe tulimus*. D.

*Pro seruitio debeo*] Ut corpus quod in seruitio est, debeat seruiantis officium: animus vero nunquam a seruo quaeri debeat: ita consilium quod dedi parum si prouenit, debes ignoscere. Hoc cum dominus audisset, petit ut sibi praeterita fortuna restituatur. E.

52 *Conari manibus, pedibus, noctesque et dies*] Ad id intulit, quod ait supra, *Quem ego credo manibus, pedibusque obuixe omnia facturum*. Et accusatio casu sine intermissione significat, *Noctes et dies*. *Manibus, pedibus*, ὑπερβολικῶς. D.

Tuum est, siquid praeter spem euenit, mihi ignoscere.

55 Parum succedit quod ago? at facio sedulo.

Vel melius tute reperi: me missum face.

P A M. Cupio. restitue, quem a me accepisti, locum.

D A V. Faciam. P A M. at iam hoc opus est. D A V.

hem! est, mane: concrepuit a Glycerio ostium.

P A M.

54 *Praeter spem euenit*] *Euenit*, productum magis: quia hoc perpetuo non vult Pamphilo accidere. Ergo *euenit*, non autem *euenit* media corrupta. D.

Metri ratio *euenit*, non *euenit*, efflagitat. B.

Menander in *Δεισιδαίμονι*, apud Stobaeum: *ὄν δει γὰρ ἀδικῶν οὐκ ἐταξ' ἄλλως τε καὶ ὅταν εἰς πονηρῶς, ἀλλὰ μετ' εὐνοίας τινὸς Πταιίσωσιν' ἀισχρὸν τῆτο γὰρ πέλεται πάνυ.* W.

55 *Parum succedit quod ago*] Si nostrum est, officia praebere: at nostrum non est, fortunam posse praestare. Et bene *succedit*, ut; quod agimus, ostendat successus esse fortunae.

*Parum succedit quod ago*] Utilis sententia pro sapiente contra fortunam. *Sedulo*] Id est, ex animo, et sine dolo. *Me missum face*] Id est, noli uti opera mea. D.

Victorinus et alii antiqui codd. *succedit*, recte, non *successit*. B.

56 Omnes Faerni et nostri, *tute*, recte; plerique etiam addunt *aliud*, male. B.

57 *Restitue, in quem me accepisti locum*] Sensus hic est,

Omnia mihi integra et salua redde, qualia tibi tradidi consulturo (Mf. Hulst. *consulto*. Forte *consulturus*; ut notetur ipse Pamphilus), vel quum nihil promississem patri. D.

*Restitue quem a me accepisti locum*] Quoniam seruus dixerat: si consilium meum bonum non est, *tute aliud reperi*: Dominus dicit se utile sibi esse reperiturum, si modo in eo loco sit, ubi fuit ante quam promississet patri. Tunc enim tuta erant omnia, neque quadam necessitate tenebatur; ut uxorem duceret. Nunc autem quia coactus a seruo est, non poterit iam negare, quod pollicitus est. E.

Recentiores *in quem*, sed vetustiores recte omittunt *in*. B.

58 *Hem: sed mane*] Hoc quali incipientis demonstrantisque, aliquid noui se inuenisse. D.

*Crepuit a Glycerio ostium*] Cur totiens in antiquorum fabulis haec verba legantur, *fores crepuere*, vel *pulsabo fores*, Plutarchus nos docet in *Publicola*: *κόπτεισι καὶ ψοφοῦσι τὰς ἐαυτῶν θύρας, ἕσωθεν, δι' προϊέναι μέλλοντες,*

PAM. Nihil ad te. DAV. quacro. PAM. hem!  
nuncine demum? DAV. at iam hoc tibi in-  
uentum dabo.

## ACTVS

μέλλοντες, ὅπως αἰσθησὶς ἔξω γέ-  
νοιτο τοῖς παρερχομένοις, ἢ προ-  
εῶσι, καὶ μὴ καταλαμβάνοντο  
προϊούσαις ταῖς κλειάσειν εἰς τὸν  
σενωπόν. Optime Helladius in  
excerptis apud Photium, Bi-  
blioth. pag. 875. ὅτι, φησί,  
τούτῃ χάριν κόπτει παρὰ τοῖς  
κωμικοῖς οἱ ἐξιόντες τὰς θύρας,  
διότι ἔχ' ὡς παρ' ἡμῶν νυνὶ, τὸ  
παλαιὸν ἀνεώγνυντο αἱ θύραι, ἀλλ'  
ἐναντίῳ τρόπῳ. ἔξωθεν γὰρ αὐ-  
τὰς ἀντρέποντες, ἔνδοθεν ἐξήε-  
σαν. πρότερον δὲ τῇ χειρὶ ψόφον  
ἐποίουν κρούοντες, ἐπὶ τὸ γινῶναι  
τούς ἐπὶ τῶν θυρῶν, καὶ φυλά-  
ξασθαι μὴ πλιγείς ἐς ὧς λάθῃ,  
τῶν θυρῶν ἀθρομένων ἄφῳ. Vide-  
licet domus ita aedificatae fue-  
re, in publicum vt aperirentur:  
sed publicae tantum vel nobilium.  
Coniecturam sic facere licet ex Arist.  
cum de Hippia scribit οἰκονομικῶν lib. 2.  
cap. 2. Ἰππίας δ' ἀθηναῖος τὰ  
ὑπερέχοντα τῶν ὑπερώων εἰς τὰς  
δημοσίας ὁδούς, καὶ τὰς ἀναβαθ-  
μὰς, καὶ τὰ προφράγματα, καὶ  
τὰς θύρας τὰς ἀνεωγμένας ἔξω,  
ἐπώλησεν. Nam hic differitatis  
causa, τὰς ἔξω ἀνεωγμένας oppo-  
nit ταῖς ἔσω. Plutarchus in  
commune de omnibus id scri-  
bit: τὰς δὲ ἐλληνικὰς (θύρας)  
πρότερον ἔτις ἔχειν ἀπάσας λέγου-  
σιν etc. sed comoediis cum rem  
probare vult, comicum hoc pla-

ne testimonium: nisi quod le-  
nonum siue meretricum aedes  
hoc modo legantur apertae,  
quia et ipsae quasi publicae. Fal-  
luntur vero qui pulsandi fores,  
et strependi discrimen confun-  
dunt. quod nobis dilucide ex-  
plicat Scholiast. Aristophan. in  
Nubib. ἐχὶ κόπτω τὴν θύραν.]  
παρατηρητέον ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν  
ἔξωθεν κρούοντων, κόπτειν λέγουσιν.  
ἐπὶ δὲ τῶν ἔσω, ἐψόφηκε τὴν  
θύραν ἐξιῶν. Ergo κόπτει siue  
pulsant ianuam intraturi, ψοφῶ-  
σι siue strepunt qui exituri.  
Vid. Scholiast. Euripid. in Ore-  
stem p. 129. Phot. in Biblioth.  
p. 875. Thom. Magistrum in  
κόπτει τὴν θύραν. L.

Omnes codd. *hem sed*. Igi-  
tur ne *sed* elegans pereat, et  
versui consulatur, sublati*s hem*  
et *mane*, substituimus *hinc*. Om-  
nes fores, quae in fabulis me-  
morantur, intra Scenam erant,  
et eam versus aperiebantur.  
Lege igitur, *sed concrepuit hinc*,  
etc. B.

59 *Nihil ad te*] Haec enim  
ad cogitantem nihil pertinere  
oportuit. *Nuncine demum?*  
Pro denique. *At iam hoc tibi*  
*inuentum dabo*] Consilium sci-  
licet, quo in pristinum locum  
restituaris. D.

*Nihil ad te*] Hic diu inqui-  
rentem feruum, et vana sibi col-  
ligen-

## ACTVS QVARTI SCENA SECVNDA.

MYSIS. PAMPHILVS. CHARINVS. DAVVS.

**I**AM, vbi vbi erit, inuentum tibi curabo, et mecum adductum

Tuum Pamphilum: tu modo, anime mi, noli te macerare.

PAM. Mysis, quid est? MY. hem, Pamphile, optime te mihi offers. PAM. Quid est?

MY.

ligentem castigat adolescens. *Inuentum dabo*] Hoc quod quaeris iam inueniam, et consilio tibi eum locum restituiam, quem antea tenebas. E.

Cod. insignis, *hem nuncne demum*. Recte. B.

**1** *Iam, vbi vbi erit*] In scena hac, instauratio est adhortationis Pamphili per Myfidem. Opus est enim exhortari rursus adolescentem, ne sub patris oppressione frangatur. *Iam, vbi vbi erit*] Opportune rursus, aestuante Pamphilo, amicae mentio obiicitur per Myfidem, ne succumbat ad nuptias patri, quamuis promiserit patri se ducturum coniugem. aduersus quam difficultatem, quia ipsius persona non sufficit, id agit, ut ad Glycerium modo adducat Pamphilum: cuius affectum excitat, non ex eo solum, quod eum puella vocat: sed etiam, quod desiderat eum videre. *Vbi vbi erit*] *Vbi vbi*, in prima parte vim suam tenet, in posteriore productionem: et est

quemadmodum *ut ut, qua quas, unde unde*: pro ubicunque, utcunque, quacunque, vndecunque. *Iam, vbi vbi erit, inuentum tibi curabo*. Non solum se adducturam promisit, sed et tempus addidit. Et bene *tibi*, quasi amanti. D.

*Iam, vbi vbi*] Oportune in hac scena incerto adolescenti et anxio plane quod agat, interponitur Mysis ancilla, cuius aspectu et commemoratione facile animus in amorem inclinatus incubat (forte, *incumbat* Z.), quemadmodum et supra diximus. E.

**2** *Anime mi*] Mollis oratio et feminea, multis implicata blandimentis. Ait enim, *Tu modo, anime mi*. *Mi*, pro (forte, *παρὰ τοῦ*. Z.) *meus*. D.

*Anime mi*] Comicum nomen blandientis. E.

Colloca *modo tu*, et versus saluus erit. B.

**3** *Pone P. Mysis*. M. *QVIS est? hem, Pamphile, OPPORTVNE te mihi offers*. *Deletis*

M. V. Orare iussit, si se ames, hera, iam vt ad sese venias:

5 Videre ait te cupere. P. A. M. vah! perii: hoc malum integrascit.

Siccine me, atque illam opera tua nunc miseros sollicitarier.

Nam idcirco arcessor, nuptias quod mihi apparari fenfit.

C. H. Quibus quidem quam facile potuerat quiesci, si hic quiescet?

D. A. V.

tis vltimis, *quid est?* Nam *quis* habet vnus cod. cf supra II, 2, 7. *chem* monosyllabon praefert τῶν *hem*, quod est indignantis vel conturbati: *opportune*, vt Adel. III, 2, 24, quod saepe permutatur cum *oprume*, ob similitudinem, *oprune* et *oprume*. Denique *Quid est*, a Correctoribus ortum est ad versum splendendum, postquam vitiose legerunt *oprume*. B.

4 *Orare iussit*] παρελλειψις. cum praetermittentes quaedam nihilominus dicimus. Nam praetermisso nomine Glycerii ait, *Orare iussit*, quia superfluum esset, si nominaret eam. E.

*Orare iussit*] Priscian libb. 2. et 6. L.

5 *Hoc malum*] Amor meus, aut Glycerii sollicitudo, quam nescire oportuit nuptias. *Integrascit*] *Integratur*, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod instauratur. Virgil. (Georg. IV, 514.) *ramoque se-*

*dens miserabile carmen Integrat.* D.

*Videre ait te cupere*] Hoc per affectus necessitatem. Hoc utique Myfis egit, uti adolescens amore rursus incitatus existeret. *Integrascit*] Renouatur. E.

*Hoc malum integrascit*] Aristophan. in Vespis, prope finem: τῆτι καὶ ὃν χῶρεϊ τὸ κακόν. L.

6 *Sollicitarier*] Perturbari. D.

Lege, vt versus postulat, *sollicitari*. B.

7 *Quod mihi apparari*] *Apparari*, ad horrorem et timorem refertur: et datiuo casus subiunctum, cladem et perniciem significat. vt Virgilius, (Aen. II, 132.) *Mibi sacra parari*. D.

8 *Potuerat quiesci*] Charini persona istud dicit, quam facile quiesci potuerat, in nuptiis, si Dauus non tale domino tradidisset consilium, vt ducturum se promitteret? E.

DAV. Age, si hic non insanit satis sua sponte, infliga. MY. atque edepol

10 Ea res est; proptereaque nunc misera in moerore est. PAM. Myfis,

Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deferturum:

Non,

Antiqui codd. pro *poterat* recte *potuerat*, versu ipso potulante. B.

9 *Age, si hic non insanit satis*] Hic excitus (Mf. Hulst. et R. Steph. habent ita. Sed edd. vet. *Hic exitus*. Ed. Paris. 1552. totam hanc notam omisit. Utraque vero lectio mendo laborat. Malim: **ΗΙC**, *cervitus*. *Comprimat Charinum*. Certe quidem *cervitus* pro *insano* adhibetur. Nisi *excitus* fit iratus.) comprimat Charinum, ne fomenta iracundiae Pamphilo praebeat. Aut, si poenitet te, quantum hic sua sponte insanit. *Si hic non insanit satis*] *ειρωνεία* est, aut laus ad mitigandum (*irritandum*. Mf. Boend. et ed. Du B.) Pamphilum. D.

*Age si hic non insanit*] Si dominus meus, inquit, sua sponte non irascitur, tu, Charine, impelle et coge. *Aedepol ea res*] Myfis respondet ad id, quod Pamphilus fuerat suspicatus; quod Glycerium idcirco se aduocet, quod nuptias futuras esse audiuit. *Ea*, inquit, *res est*. Haec causa est miserae ad

dolorem (*quae miserae adfert dolorem*. Z.). E.

Translata esse videntur e Menandri Perinthia; in qua sunt haec: Ὅτις παραλαβὼν δεσπότην ἀπεράγμονα, καὶ κερδὸν ἔξαπατᾷ θεράπων, ἐν ὅδ' ὅτι αὐτὸς μεγαλεῖον ἐστὶ διαπεπραγμένος, ἀπαβελτερώσας τὸν τὸ πρόσθ' ἀβέλτερον. W.

10 *Ea res est*] Id est, nuptias apparari sensit. *Myfis*] Alseueratio est, si a nomine eius incipias, cum quo loqueris. D.

11 *Per omnes tibi adiuro deos*] *Ad*, auctiua (*adauctiua* recte est in Mf. Boend.) particula est: *ut*, *admirabiliter*, *valde mirabiliter*: *adiuro*] Et hoc superest, amissa fide ut adiurandum sit. D.

*Per omnes tibi adiuro*] Sic semper hi, apud quos iam periiit fides, cum argumenta deficiunt, per iusiurandum sibi in probationem succurrunt: ut est Simon apud Troianos, qui cum sibi ex captiuitate parum credi intelligeret, iusiurandum adhibuit (Virg. Aen. II, 154): *Vos, aeterni ignes, et non violabile*



Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.

Hanc mihi expetui, contigit: conueniunt mores. valeant,

Qui inter nos discidium volunt. hanc, nisi mors, mihi adimet nemo.

15 CH. Resipisco. PAM. non Apollinis magis verum, atque hoc, responsum est.

Si

*labile vestrum Testor numen, aiv.* E.

Dele tibi, vt redundans. B.

12 *Omnes homines*] Mira verecundia: *omnes homines* maluit dicere, vt in his quoque parentes significaret, quam aperte dicere patrem, cuius metu promisit nuptias. et est contra illud, *Sed vim vt queas ferre. Omnes homines*] Ita dixit de vno, hoc est patre, *omnes homines*: vt idem alibi, *O coelum, o terra, o maria Neptuni*. Nunquid et coelum Neptuni est? non vtique: sed omnia haec maria voluit esse. vt Virg. (Ecl. VIII, 58.) *Omnia vel medium fiant mare.* D.

*Non si capiundos*] Hoc ex generalitate concludit. E.

13 *Contigit*] Quod vix euenit, *contigisse* dicitur. *Conueniunt mores*] Recte: et id quod matrimonium firmat. *Valeant*] Hoc est, abeant, recedant: quia et discedentibus et mortuis, *vale* dicitur. vt Virg. (Aen. XI, 97.) *salue aeternum mihi, maxime Palla, Aeternum-*

*que vale.* vel potius τῷ ἐπιφημισμῷ, cum male optaturus esset, considerato patre παραδέξας locutus est: et non dixit, quod intenderat, pereant. Et attende quam moderate pluraliter dixerit, cum significaret patrem. *Valeant*] Renunciationis et imprecationis est verbum. D.

*Valeant*] ἀνυρολογία, id est, pereant. E.

*Valeant qui inter nos*] Seru. Aeneid. XI, 97. L.

14 *Hanc nisi mors, mihi adimet nemo*] Etsi valeant, hanc, nisi mors, nemo adimet. Concessio hic est, hoc enim per concessionem dicitur. *Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo*] Perseuerat, ne dicat, pater: pro, Non adimet pater. D.

*Qui inter nos diffidium*] Id est, diuortium. E.

Recte Faernus pro *diffidium* ponit *discidium*, consentientibus nostris vetustis libris. Nam venit a *discindere*, vt *excidium* ab *excindere*. B.

15 *Resipisco*] Spiritum reuocat sensus (lego: *spiritum*

Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat,  
Quo minus hae fierent nuptiae, volo: sed si id  
non poterit,

Id faciam, in procliui quod est, per me stetisse vt  
credat.

Quis videor? CH. miser aequae atque ego. PAM.  
consilium quaero. CH. fortis. 20

reuoat sensum). Magis verum] Aut magis verum, aut verius dicimus. D.

Non Apollinis] παραβολή: siquidem est rerum genere dissimilium. E.

Pro respisco, cod. C. C. respiro. Vtrumque recte. Caeterum hoc verbum ipsi Myfidi tribue. B.

16 Vt ne pater] Vt ne, pro ne non. Per me stetisse] Stetisse, hoc est, factum esse. vt Virgil. (Aen. vii, 191.) — desertaque montis stat domus. Aliter, plenum est; vt idem, (Ecl. vii, 53.) Stant et iuniperi, et castaneae hirsutae. Aliter horret; vt (Aen. vi, 300.) Stant lumina flamma. Et Lucilius, Stat senibus fundus. Per me stetisse] Hoc est, per me factum esse, ne fierent nuptiae. D.

19 Miser aequae, atque ego] Bene, atque ego: quia hic amore vexatur. Et intulit παράδοξον (lege, ἀπροσδόκητον. Nihil enim minus παράδοξον, quam binos amatores pariter esse miseros. W. Inepte plane corrigitur hoc, quod idem valet. Z.). Nam volebat Pamphilus sibi dici, et fortis (τό et sensum tur-

bat. Id vult Donatus, Pamphilum, vbi rogasset, Quis videor? expectasse, vt Charinus diceret, Fortis. Mihi aliter videtur. Illa enim, Quis videor? dolentis potius sunt, quam laudari volentis. W. Pro dici leg. videri. Z.): quod illi tamen mox dicitur. Hic igitur aliter respondet, atque interrogat Pamphilus, ideo quod videat impossibile esse, palam resistere parenti. D.

Quis videor? miser] Quoniam secundum consilium, quod Pamphilus posuit, tale est, vt dixerit patrem se non timere, si intellexerit quod ipse fecit, ne nuptiae fierent. Idcirco et quaesiuit ipse qualis futurus esset ex hoc consilio, et responsum est ei, miser aequae atque ego. E.

Aequae, atque ego] Postremae duae voces in Mf. non erant. L.

Consilium quaero dicit Dauus: lege fortis; haec Charinus non Pamphilo, sed Dauo dicit: sequentia Scio quid conere, emenda si quid conere, et tribue ipsi Charino. Nam nondum potest iratus Pamph. blande loqui cum Dauo. B.

20 P A M. Scio quid conere. D A V. hoc ego tibi profecto effectum reddam.

P A M. Iam hoc opus est. D A V. quin iam habeo.

C H. quid est? D A V. huic, non tibi, habeo, ne erres.

C H. Sat habeo. P A M. quid facies? cedo. D A V. dies mihi hic vt sit satis vereor

Ad agendum; ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas. Pro-

20 *Scio quid conere*] Sensus est, Scio quidem quid coneris: sed an efficere possis, nescio. *Scio quid conere*] Si Pamphili est persona, cum *εἰρη-νότης* dicitur: si Charini, simplex laudatio est. sed si Pamphili est, hoc significat quod supra, *Ex vnis geminas mihi conficies nuptias*. Sed non esse personam Pamphili, ex subiectis ostenditur. (Atqui non esse personam Charini, ex responso Dauis patet, *Hoc ego tibi profecto effectum reddam*, quod sane Pamphilo dictum, vt illa, *huic, non tibi habeo*, dicitur Charino). D.

*Hoc ego tibi*] Quia spem habere posse cognoscitur, quod ipsius opera futurum sit, nuptiae ne fiant: ideo dixit, *consilium quaero*. E.

21 *Huic, non tibi habeo, ne erres*] Deterret etiam nunc Charinum, vt et ipse adiuuet Dauum, ne Pamphilo nubat Philumena. Et eodem sensu vitur Dauus aduersum Charinum, quo supra: quasi necesse

fit, si huic non dat, te illam vxorem ducere. *Huic, non tibi habeo, ne erres*] Velut etiam pro se Charinus sentiat, hoc dicit (Lege et distingue: *Velut etiam pro se Charinus sentiat hoc dicit*): vel vt solent serui contumaciores aduersum amicum domini, quia nuper a Charino accusatus est: vel quia, et quid dicat non habet, et videt tacendum non esse. D.

*Non tibi habeo, ne erres*] In Ms. τὸ habeo deest. L.

22 *Sat habeo*] Quia dilatio facta est. *Vt sit satis*] *Vt* pro ne non. D.

*Dies hic mihi*] Dauus seruus cum consilium quaereret, vt proferat, ipse sibi reperit argumenta, vt dicat diem tibi vix posse sufficere, vt compleat de narratione consilium. *Vereor* autem est, timeo: et tali verbo iunctum pro ne accipitur. E.

Colloca e libris Faerni *Dies mi hic vt satis sit*. Metri causa. B.

23 *Ne vacuum esse me*] *Ne*, pro nedum. aut aduerbium est

Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis.

25 P A M. Ego hanc visam. D A V. quid tu? quo hinc te agis? C H. verum vis dicam? D A V. imo etiam:

Narrationis incipit mihi initium. C H. quid me fiet?

D A V.

prohibentis: ut sit *ne non*. Sallust. (in Fragm.) secundo libro, *Ne illa tauro paria sint*, pro nedum. D.

24 Proinde hinc vos amolimini] Amoliri dicuntur ea, quae cum magna difficultate et molimine summouentur, et tolluntur e medio. sic dixit quasi odioso et molesto (lege, *odiosis et molestis*, uti mox, *impedientibus*). *Discedere* dicitur, qui facile abire e medio: *Amolitur*, qui vix recedit. Proinde hinc vos amolimini] Molestum impedimentum ex rei magnitudine iacentis in medio, et ideo impediens se dixit, *Amolimini hinc*, non abire. Proinde hinc vos amolimini?] Spe iniecta, etiam domino imperat feruus callidus. Nam mihi impedimento estis] Vtrum hoc vere dicit, an fingit, qui adhuc consilium non inuenit, quod narrare possit? D.

Amolimini] Discedite. Nam molior est conor vel excogito: unde *amolior* et *demolior*. Molo vero, est molam verto. E.

25 Hanc] Glycerium scilicet. et cum miseratione puellae, hanc. Quo hinc te agis?]

Vt tarditatem discedentis ostendat. *Agere se* enim et tardi et tristes dicuntur. sic Virgil. (Aen. v, 271.): *Amiffis remis atque ordine debilis vno, Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat*. Idem alibi (Aen. vi, 337.) *Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Quo hinc te agis?*] Admonitio discedentis, ut solet. Nam a quo discedere desideramus, admonemus eum ubi vadat, vel quo eat. Id facere per interrogationem, admonet Dauus Charinum, ut ipse abscedat Charinus, qui nunc vltimus remanet. *Verum vis dicam*] Pro initio sedulae narrationis hoc sumimus. Ac sic respondet Charinus, tanquam qui intelligat, non dicere (sensus postulat vel *dici*, vel *scire*, vel *discere*. Ed. Du B. *dici*. Mf. Boend. *dici sibi*. quae vera lectio videtur) velle Dauum quo eat: sed id agere, ut abscedat. D.

26 Narrationis incipit mihi initium] Narrationis scilicet, quo eat. quia, *Verum vis dicam*, velut prooemium narraturus est. *Quid me fiet?*] Quid igitur, inquit, quid de me fiet?

ab

DAV. Eho tu impudens, non satis habes, quod tibi dieculam addo,

Quantum huic promoueo nuptias? CH. Daue, attamen. DAV. quid ergo?

CH.

ab eo hoc, quasi a iocante, pronuntiandam est. Nam sic illi imprudens respondet, *Quid me fiet?* de Philumena ducenda. D.

*Narrationis incipit*] Dauus volens (Mf. alter: *Dauus seruus domino discedente cum animaduerteret Charinum etiam nunc stantem, volens eum depellere.* Mox lacunae signum nullum. Alter, vt edidit Lindenbr. nisi quod omittit illa: *sed tantum impedimentum. a. i. d.*) Charinum depellere, quo celerius quae essent agenda compleret, astute interrogauit, cum omnes irent, *quid tu? quo hinc te agis?* non enim vere audire voluerat, sed tantum impedimentum ad interrogationem discederet \* At ille tanquam interrogari se credens, coeperat nescio quid narrare, cum dixit: *Verum vis dicam?* Vnde iratus vehementer Dauus, quod sibi nescio quid narrare vellet, cum hoc astute dictum fuerat, vt discederet. *Immo narrationis mihi incipit iniuriam.* Cum iam enim discessionem tuam complere debueris, nescio quid narrare coepisti. E.

27 *Eho tu impudens*] Proprie Charino dixit *impudens,*

quasi insolita et multa poscenti. quippe qui et sponsam alienam petere ausus sit: et non satis habeat, per Dauum sibi moram praestitam Pamphili nuptiarum. *Quod tibi dieculam addo*] *Dieculam*, horam. et est *ὑπερόρισμα*. *Dieculam*, hoc est tempusculum: et sumitur ab eo, quod est *haec dies*. *Diecula*, mora, et quasi parua diēs. et *dieculam*, in qua scilicet ambias, quantum poteris, ad ducendam Philumenam. Vult enim se Dauus adiuuari per Charinum et Byrrhiam. D.

*Tu impudens non satis*] Scit Dauus quid petierit Charinus a Pamphilo, et ideo impudentem appellat, quod amplius petat quam ante desiderauit, *Saltem aliquot dies profer, dum proficiscar aliquo ne videam.* Veruntamen stat Charinus consilium expetens, non tantum vt differat nuptias, sed vt ipse ducat uxorem. Hinc sequuntur interruptiones quam plurimae. E.

*Non satis habes*] Priscian. lib. v. *Eho impudens, non satis habes. Dieculam addo*] Charisius libro I. *Quid si tibi addo dieculam.* L.

28 *Promoueo*] Differo. *Promoueo nuptias*] Memoriter Dauus.

CH. Vt ducam. DAV. ridiculum. CH. huc face ad me vt venias, si quid poteris.

30 DAV. Quid veniam? nihil habeo. CH. attamen, si quid. DAV. age, veniam. CH. si quid, Domi ero. DAV. tu, Mysis, dum exeo, parumper opperire me hic.

MY. Quapropter? DAV. ita factum est opus. MY. matura. DAV. iam, inquam, hic adero.

### ACTVS QVARTI SCENA III.

MYSIS. DAVVS.

**N** I H I L N E esse proprium cuiquam? Di vos-  
tram fidem!

Sum-

uus. scit enim illum his verbis petisse, *Saltem aliquot dies profer, dum proficiscar aliquo, ne videam.* Cuius rei oblitus Charinus, etiam vt ducat uxorem, petit. D.

29 *Ridiculum*] Deest, *hominem.* D.

Duo e nostris vetustissimi, *ad me venias*, omisso *vt*; concinnius. B.

30 *Age veniam*] Vix concedentis, vix consentientis est, *Age veniam.* D.

31 *Dum exeo*] A Glycerio scilicet. D.

Deleto *me*, metri leges saluae erunt. B.

I *Nililne esse proprium cuiquam?*] Haec scena administrationem doli habet, quo fit vt deterreatur Chremes, filiam

suam Pamphilo dare. Et vide non minimas partes in hac comoedia Mysidi attribui, hoc est, personae femineae: siue haec personatis viris agitur, vt apud veteres: siue per mulierem, vt nunc videmus. *Nililne*] *Ne*, aduerbium percunctantis. *Nililne esse proprium cuiquam?*] Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. Ergo *proprium*, perpetuum, vt Virg. (Aen. VI, 872.) *Propria haec si dona fuissent.* Ergo nihil nobis proprium esse potest. quod enim non fuit, nec esse quidem potest; aut quod eripi potest, non est nostrum: nisi illa quae eripi non possunt, vt sapientia, iustitia, prudentia: quae fortuna neque dare, neque eripere cuiquam

Summum bonum esse herae putavi hunc Pamphilum,

Amicum, amatorem, virum in quouis loco

Para-

quam potest. Et simul hoc ipsum et a re, et a persona hic ostendit. A re, *Nihilne esse proprium?* A persona, *Cuiquam. Proprium*] perpetuum, non temporale ac (aut, Mf. Boend. et ed. Du B.) mutuum. *Di vosstram fidem*] Admirantis adverbium cum exclamatione. *Fidem* dixit opem et auxilium: ut, *Tyrrhenamque fidem* (Aen. x, 71.). D.

*Nihilne esse*] Haec scena compositionem doli habet, quem Daus domino futurum esse praedixerat: scilicet a mulieribus puerum ante ostium collocandum, quo viso Chremes Pamphilo filiam suam non daret. Ac primo conqueritur Myfis, quod Pamphilus, qui promiserat se ducturum Glycerium, iam incertam habeat voluntatem. *Proprium* dixit perpetuum et fixum, ut Virgilius, (Aen. iv, 126.) — *propriamque dicabo*. Et (Aen. iii, 85.) — *da propriam, Tymbrae, domum*. E.

Quae nunc una est scena, in vulgatis diuisa erat: sed quicquid huius factum, vett. codd. fide factum, quos hic secuti sumus auctores: quamvis Donatus priorem editionem agnoscere videatur. *Nihilne esse proprium*] Menander: βέ-

βαιον ἔδεν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν. Diphilus: βέβαιον ἔδεν ἐστὶν ἐν θυγατρὶ βίῳ. Quod imitatur Lucilius apud Nonium: *Nihil esse in vita proprium mortali datum*. L.

2 *Summum bonum esse*] Mire, pro pleno (Corrige, *proprio*. Z.). Et neutro extulit, *summum bonum*. D.

*Summum bonum*] Hoc est, summum et bonum amicum et amatorem. E-

Quinque codd. cum Edd. vett. *putabam*. Non male. Verum ne pes tertius uno verbo *herae* constet, repono *deputabam*, ut Hec. iv, 1, 9. B.

3 *Amicum, amatorem, virum*] *Amicus*, animi est: *Amator* vero, corporis. non enim continuo amor est, qui bene vult. ut, Dido amavit quidem Aeneam: sed non et amica fuit, quae ait (Aen. iv, 600.), *Non potui anulum diuellere corpus, et undis Spargere*. Et item Catullus (Lxx, 8.) *Cogit amare magis, sed bene velle minus*. et est hic officium et blandimentum, *amatorem et virum*, et dixit ad discretionem, ut per ea quae enumerat, maritum ostenderet. *In quouis loco paratum*] *Paratum* dixit ad omnes affectus, quicumque de proximo esse possunt, et maxima

ma

Paratum: verum ex eo nunc misera quem capit  
 5 Dolorem? facile hic plus mali est, quam illic boni.  
 Sed Dauus exit. mi homo, quid istuc obsecro est?  
 Quo portas puerum? DAV. Mysis, nunc opus  
 est tua Mihi

mo ad Homericam sententiam respexit, (Il. Z, 429.), Ἐκτος, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσι πατὴρ καὶ πρό-  
 τρια μήτηρ, Ἡδὲ κασίγνητος, σύ  
 δὲ μοι θαλερὸς παρακοίτης. D.

*Virum in quouis loco]* τὸ *vi-  
 rum* in Mf. deest. L.

Pro *amatozem*, quod et mi-  
 nus est quam *amicum*, et con-  
 tra fabulae argumentum, ne  
 Glycerium meretrix videatur,  
 lege *tutorem*. cf. supra 1, 5,  
 6. B.

4 *Verum ex eo]* Id est, Pam-  
 philo. *Nunc misera quem ca-  
 pit dolorem?*] Cum admira-  
 tione pronunciat *quem*, et cum  
 exclamazione quadam. D.

*Ex eo nunc misera]* Ἄντονο-  
 μωσία est, quod dixit *bera* et  
*misera* ab animo et extrinsecus.  
 Vbi est argumentum a minore  
 ad maius. vnde sequitur: *Fa-  
 cile hic plus mali est, quam illic  
 boni*, scilicet in relinquen-  
 do, quam in amando. *Labo-  
 rem* vero pro dolore; sicut *pe-  
 riculum* pro tentamento. E.

*Misera quem capit dolorem]*  
 al. *Laborem quem capit.* L.

5 *Dolorem]* *Dolorem* (We-  
 sterh. hic ubique edidit *Labo-  
 rem*. Z.) distinxit probe: et  
 post intulit separatim quod se-  
 quitur, *Facile hic plus mali est*,  
 in dolore et metu scilicet amit-

tendi, quam in voluntate reti-  
 nendi. *Facile hic plus mali  
 est, quam illic boni]* *Facile*, ad-  
 uerbiū confirmantis est, id  
 est liquido et manifesto. Ve-  
 teres dicebant *facile*, pro cer-  
 to. Vt Cicero, *Illius civitatis  
 facile princeps.* *Facile hic plus  
 mali est]* *Plus mali*, in dolore  
 et metu, vt diximus. *Quam  
 illic boni]* In summo bono.  
 Dicit enim, ex bonis quae bo-  
 na existimamus, plus nos mali  
 capere, cum aut amissuros nos  
 credimus, aut amittimus, quam  
 boni, cum habemus. *Quam  
 illic boni]* Id est, in amico, a-  
 matore, et viro. D.

Plures codd. Faerni et no-  
 stri iique antiqui pro *Dolorem*  
 habent *Laborem*, cf. Eugra-  
 phius. B.

6 *Mi homo, quid istuc obse-  
 cro est?]* Ex Myfidis verbis,  
 quid Dauus faciat, demonstra-  
 tur. *Quid istud obsecro est?]*  
 Inuolutum puerum portabat  
 Dauus: et ideo dicit mul-  
 lier, *Quid istuc obsecro est?*  
 Tum ille euoluit puerum, et  
 profert. quem postquam expedi-  
 uit, tum illa dixit, *Quo por-  
 tas puerum?* D.

7 *Mysis, nunc opus est]*  
 Haec scena actiua est. magis  
 enim



Mihi ad hanc rem expromta memoria atque astutia.

MY. Quidnam incepturus? DAV. accipe a me hunc ocus,

10 Atque ante nostram ianuam appone. MY. obsecro, Humine? DAV. ex ara hinc fume verbenas tibi,

Atque

enim in gestu, quam in oratione est constituta. *Myfis, nunc opus est*] Properantis et impense agentis Dauī verba monstrantur. D.

8 *Expromta*] In medium prolata. *Memoria atque astutia*] *Memoria*, vt praecepta Dauī retineat. *Astutia*, ad agendum strenue quae imperet. *Memoria*] Simpliciter magis, vt memor sit Dauī praeceptorum. Et *memoria*, modo pro intelligentia. vt Virg. (Aen. II, 244.) *Instamus tamen immemores*. D.

*Expromta malitia*] Id est, manifesta calliditate opus est et astutia. E.

*Expromta memoria*] V. C. *malitia*. L.

Pro *memoria* Vaticanus liber, Basilicanus, et aliqui alii, quos inspexit Faernus, it. Euphrasius legunt *malitia*, recte, h. e., calliditas, vafrities. In quibusdam corrupte legitur *malitia*. B.

11 *Ex ara hinc fume verbenas tibi*] *Ex ara*, scilicet Apollinis (vid. infra Lindenbr. Caeterum pro *δήλιον* Mf. B. end. et ed. Du B. legit *Cassion*), quem *δήλιον* Menander

vocat, aut quod Apollini comoedia dicata est: in cuius honorem aram constituebant, comoediam celebrantes. Apollini ergo comoedia, Libero patri tragoedia. *Sume verbenas tibi*] *Verbenae* quasi *berbenae*, redimicula sunt ararum. *Tibi*] τὸ *tibi*, quasi gestum quandam et motum stomachantis habet: vt alibi, *Quid vis tibi?* Et, *tibi sume*, dixit: non, *tibi substerne*. *Ex ara sume verbenas*] *Verbenae* sunt omnes herbae frondesque festae ad aras coronandas: vel omnes herbae frondesque ex aliquo loco puro decerptae. *Verbenae* autem diuinae, quasi *berbenae*. sic Menander \* ΚΟΔΕΞΙΑΣ ΚΡΥΠΤΗΝΑΣ ΚΧΗΔΑΙΟΤΗΝΗ \* (Io. Clericus restituere locum corruptum ita est conatus: σκολύψασα σὺ μὲν βότρυς τῆδε ἐκτείνε, h. e. *euulfos myrteos ramos hac extende*. Propius ad vestigia vetera, opinor, ἀπὸ δ' ἐστίας σὺ μὲν βότρυς, εἰάν ἔχης, διατείνε. Phileleuterus Lipsiensis postquam Clericum exigitauit, ita locum restituere Menandri tentauit: ἀπὸ δεξιᾶς σοι μὲν βότρυς κλάδους λάβε. Philargyrius Cantabrigientis Clerici agens cau-

fam

Atque eas substerne. My. quamobrem id tute non facis?

DAV. Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi Non apposuisse, vt liquido possim. My. intelligo:

15 Noua nunc religio in te istace incessit, cedo?

DAV.

fam haec reponit: ἀπὸ δ' ἐστὶ-  
ας, εὐ Μυθῆβαι, σχῆς δυσγενεῖ.  
At vero nili hic arae et verbenarum fiat mentio, verba Menandri sunt aliena. Si Μυθῆβαι feceris nomen proprium, pereunt herbae sacrae. Verbi δυσγενεῖ nulla hic reperiuntur vestigia. Atque κλάδος λάβε licet senarium iuuent, nullam Menandri praefereunt auctoritatem). D.

*Ex ara hinc*] Romanis omnibus mos est in atrio, hoc est in vestibulo, habere Vestiam, quippe cum inde *vestibulum* nominarint, cui sacrificium quotidie facerent. Illic ei fuerat collocata ara; idcirco dictum est, *Ex ara sume hinc verbenas tibi*. E.

12 *Quamobrem id tute non facis?*] *Tute* tunc dicitur, cum pronomen ad eam reuocatur personam, a qua sumitur: vt verbi gratia, cum dicimus, *Tu lege*: ille nobis respondeat, *Cur tute non legis?* D.

Ob numeros meliores *id* pone post *tute*. B.

13 *Quia, si forte opus sit ad herum iurandum mihi*] Sic locutus est, vt explicari atque intelligi non possit. aut enim deest *ius*, vt sit *iurandum* pro *ius-*

*iurandum*: aut, vt vulgo dicitur, *iuramentum*. Et, *opus est illam rem*: non, *opus est illa re*. D.

*Iurandum mihi*] Mf. R. *Iusiurandum mihi*. L.

*Iurandum* est vox nihili. Omnes, quos vidi codd. habent *iusiurandum*, praeter vnum Academicum, vbi est *iureiurando*. Nos vt versui medeamur, legendum censemus *iurato*, quod eodem dicitur modo, quo infra *transcurso*, Hec. 111, 4, 17. B.

14 *Vt liquido possim*] *Liquido*, pure et manifeste. Nam quae sunt pura et defaecata; liquida sunt. D.

*Vt liquido possim*] Vt pure, inquit, et manifeste possim iusiurandum adhibere, me puerum non exposuisse. E.

15 *Noua nunc religio*] Bene; iusiurandum metuere seruum, monstri simile est. *Noua religio*] In seruo, et (*est. Z.*) subita. *Noua nunc religio*] Seruum nolle mentiri, noua religio est. *Cedo*] Porrigentis est manum. *Porro intelligas*] *Porro*, modo aduerbium est ordinis: alias temporis. D.

*Noua nunc religio*] Subito, inquit,

DAV. Moue ocius te, vt, quid agam, porro intelligas.

Pro Iupiter! MY. quid est? DAV. sponsae pater interuenit.

Repudio quod consilium primum intenderam.

MY. Nescio quid narres. DAV. ego quoque hinc ab dextera

20 Venire me assimulabo: tu, vt subseruias

Orationi, vtcunq; opus sit, verbis, vide.

MY. Ego, quid agas, nihil intelligo. sed, si quid est,

Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides,

24

inquit, religiosus effectus es. et est σαρκασμός. E.

*Noua nunc religio*] Gloss.

Lat. *Religiones, superstitiones.*

B. Augustinus lib 1. cap. 3.

de ordine, *Nihilne mihi, in-*

*quit, vel tu qui compulisti, ad*

*ista respondes? Cui ego: Noua*

*nunc religio isthaec in te ince-*

*ssit. cedo? inquam &c. L.*

Dele *in*, quod repugnat vsui

inceffere. B.

17 *Sponsae pater interuenit*]

Mire, non dixit, *Chremes*: ne,

quum dixisset, quis *Chremes*?

rursus hic responderet, spon-

sae pater. Et non temere hoc

facit Poeta: nam promiserat se

rediturum domum *Chremes*,

*Domum modo ibo: vt apparen-*

*tur, dicam: atque huc renun-*

*cio. D.*

*Quid est* recte habent omnes

codd. B.

18 *Quod primum intende-*

*ram*] Verbum a venatoribus

translatum, qui retia intendunt

ad feras captandas. Quia ergo

parat Chremem et Simo-

nem fallere, *intenderam* dixit.

Vel a sagittis atque arcu. D.

19 *Nescio quid narres*]

Bene narres. Narrare enim alie-

na, et quae nobis non sunt ne-

cessaria, dicimus. *Ego quoque*]

Bene ait *quoque*; quia et Chre-

mes veniebat. D.

20 *Tu vt subseruias*]

Recte, *vt subseruias*, dixit. non enim

tantum loquitur Mysis, quan-

tum Dauus. D.

21 *Orationi, vtcunq; opus*

*sit verbis*] Tuis verbis orationi

meae. plura enim loquetur Da-

uus, inde *orationi* dixit. illa

subsequetur, ideo *verbis*. *Vi-*

*de*] Cauta esto, intellige, spe-

cta. D.

*Opus* in Thesi totum occul-

tatur. Lege, *opus est*. B.

23 *Aut tu plus vides*] Si fa-

pis, intelligis. D.

24 Manebo, ne quod vostrum remorer commodum.

ACTVS QVARTI SCENA IV.

CHREMES. MYNIS. DAUUS.

**R**EVERTOR, postquam, quae opus fuere ad nuptias

Gnatae, paravi, ut iubeam arcessi. sed quid hoc?

Puer hercle est. mulier, tu apposuisti hunc? MYNIS. ubi illic est?

CH. Non mihi respondes? MYNIS. nusquam est. vac miserae mihi!

5 Re-

Pro aut lege cum Guyeto ut, h. e. quia. Etenim dubium non est, Myfide Dauum esse longe callidiorum. B.

24 *Remorer commodum*] *Remorer*, retardem, retineam. *Remorari* a remora pisce minutissimo, qui naues retinet: nam Graece ἐχέμης vocatur. D.

I *Reuertor*] Adest nunc ipse Chremes, cuius causa scena fraudibus instructa est, ne promissas compleat nuptias. *Ut iubeam arcessi*] Recte *iubeam*: quia summa potestas nuptiarum in patre puellae est. D.

*Reuertor postquam*] Haec scena dolum complet, et habet subtilem causam et orationem, in qua aliud dicit, aliud intelligi vult. Quippe Dauus in hoc toto consilio constitutus est, uti prodatur Chremeti, quod Pamphilus ita Glycerium diligit, ut eam pro uxore habeat. Siquidem ex ea susceperit filium.

Qua re cognita, a nuptiis Chremes possit abscedere. E.

2 *Sed quid hoc?*] Non interrogantis, sed mirantis et non intelligentis est. et apparet eum non oculis prius, quam corporis offensus puerum sensisse latentem. D.

3 *Puer hercle est*] Ornatiua particula est *Heracle*. *Mulier*] Magis quam Myfis. *Ubi illic est?*] Dauum quaerit, qui nunc abcessit, ut et ipse de foro venire videatur. D.

*Ubi illic est?*] Cum vidisset Chremetem venire, discessit prope, repentinum simulaturus aduentum. Ideo nunc interrogata mulier quaerit ubi sit. E.

*Tu apposuisti*] Ms. *Tu posuisti*. L.

Ne versus sit iusto longior, aut dele *bunc*, aut scribe *tu*, ut edd. vet. habent. B.

4 *Non mihi respondes?*] *Bene, non respondes*. Se enim memor

5 Reliquit me homo, atque abiit. DAV. Di vosstram fidem!

Quid turbae est apud forum? quid illic hominum litigant?

Tum annona cara est. quid dicam aliud? nescio.

MY. Cur tu, obsecro, hic me solam? DAV. quae est haec fabula?

Eho, Mysis, puer hic unde est? quisue huc attulit?

10 MY. Satin' sanus es, qui me id rogites? DAV. quem ego igitur rogem?

Qui

memor est veritam quidquam dicere, nisi subseruiat orationi Dauis. D.

5 Reliquit homo me] Mire hominem, non Dauum dixit: ut, etiam si audiat Chremes, incertam personam hominis audiat, non Dauum. Di vosstram fidem] Aduerbium admirantis cum exclamatione. D.

Di vosstram fidem] Quasi nunc Dauus veniat, aliam orationem fingit, de multitudine populi apud forum litigantis, quod cara annona sit; et iucunde subiungit, Quid dicam aliud nescio. Haec enim repentina vox suscepta est, qui aduentus simularetur. E.

6 Quid turbae est apud forum?] Haec verba sunt venientis de foro. Quid illic hominum litigant?] Legitur et litigat. D.

Ne versus ultra mensuram excurrat, placet Guyeti ratio, Quid turbae apud forum est. B.

7 Tum annona cara est] Communiscentis est potius,

quam alicui referentis. Quid dicam aliud?] Hoc post spectatores. D.

8 Cur tu obsecro hic me solam?] Αποσιώπησις tertia. Fabula] Fabulam se dicit audire, qui rei principium, rationemque ignorat. D.

Plures et meliores codd. concinnius, ΗΕΜ, quae haec est fabula? B.

9 Eho] Eho interiectio est, vel principium (Dele principium, quod ex antecedentibus hic temere est repetitum. Z.) animaduersionem in se poscentis, aut repente cernentis. D.

Au Mysis puer hic] Dissimulat omnia, ut et Chremetem non videre videatur. Au, interiectio est irascentis. E.

10 Satin' sanus es] In Mf. R. τὸ es, desideratur. L.

Quamuis contra omnes codd. reponere tamen Satin' sanus, me qui id rogites? Quem igitur rogem? Vel istus ipsi satis hoc probant. B.

N

Qui hic neminem alium videam? CII. miror,  
vnde fit.

DAV. Dicituram es quod rogo? MY. au. DAV.  
concede ad dexteram.

MY. Deliras: non tute ipse? DAV. verbum si  
mihi

Vnum, praeterquam quod te rogo, faxis, caue.

15

11 *Hic neminem alium video*] Callide affirmat non sibi visam Chremem, cum et praeviderit venientem, et praesentem videat. *Miror vnde fit*] *Miror* veteres cum *vnde*, pro nescio ponebant. Nam admiratio ab ignorantia descendit. Plautus, (Aul. Prol. 1.) *Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar.* D.

Omnes Faerni et nostri libri habent *videam*, non *video*. B.

12 *Au*] Interiectio consternatae mulieris. *Concede ad dexteram*] Et bene *dexteram*. sinistra enim venit Chremes: et non vult proximum ei Chremetem, sed iuxta. Supra enim dixit, *Ego quoque hinc ab dextera venire me assumulabo.* D.

*Concede ad dexteram*] Id est, transi. Leui hoc voce pronanciandum est. E.

*Au. concede*] Priscian. lib. xv. L.

Lege *Dicitura es*. B.

13 *Deliras, non tute ipse?*] Deest, eum mihi dedisti. Sed et supra, et nunc interturbat Daus: ne mulier totum dicat. *Non tute ipse?*] submissa vo-

ce. *Verbum si mihi vnum*] Accommodate comminatur Daus: pene enim Myfis uniuersa narrabat, D.

*Deliras*] Ideo haec Myfidis praecisa oratio est, quia iam coeperat indicare, quod ipse Daus puerum attulisset. Pro quo statim Daus interposuit orationem, comminans, *Verbum si mihi vnum, praeterquam quod te rogo faxis, caue*] Si pro siquidem: *Caue* autem, pro vide ne. Et quia illa sensit indignationem, ait, *Maledicis.* E.

Dele *si*, quod est contra leges linguae, et transfer e versu sequenti *vnum* in locum illius. B.

14 *Praeterquam quod te rogo*] Hoc est sensum, et vt senex sentiat, pronanciari potest. (Verba corrupta. R. Steph. aliquanto melius: *Hoc et sensum, et vt senex sentiat, pronanciari potest.* Mf. Hult. et edd. Venet. vett. *Hoc, vt et senex sentiat, pronanciari potest.* Haut dubie scripsit Donatus: *Hoc sensum, et ne senex sentiat, pronanciari poter.* Mf. Boend.

15 MY. Male dicis. DAV. unde'it? dic clare. MY.  
a nobis. DAV. ha ha he.

Mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix.

CH. Ab Andria est ancilla haec, quantum intelligo.

N 2

DAV.

Boend. et ed. Du B. *Hoc ut senex sentiat, pronunciari potest). Faxis caue?*] Gestu comminantis est et vultu: ut suspenderet comminationem, deinde inferret gestum. Ordo, *Caue faxis.* D.

Lege cum libris nostris *Praeerea quam*, h. e. praeterquam, ut *posteaquam.* B.

15 *Male dicis*] Cum contemtu loqueris, conuicium facis. Apparet ergo *Male dicis* lentius esse dictum, quum subiungit, *Dic clare. Male dicis*] Noue *Male dicis* pro comminatione posuit, quum pro conuicio solet poni. Nisi forte, quia contumeliae genus est comminatio. Quidam putant esse vnā personam, Dauī scilicet, dictum superius Myfidis, non satis manifestum Chremi, in maledicti similitudinem deriuantis. *Unde est dic clare*] Hic expressius dixit. D.

*Unde est dic clare*] Vt senex possit audire. *A nobis*] Obscura responsio. et metuit Dauus, ne (pro *ne* leg. aut, *ut*, aut, *ne non* Z.) senex sciat, unde sit illa mulier, quae dixit *a nobis.* Idcirco ipse cum indignatione ridens, qua manifestior fieret, adiecit: *Mirum si impudenter mulier facit meretrix.* Argumentum est a

causa ductum, per ironiam, vt indicaret hanc esse meretricis. Id quod continuo Chremes agnouit, et subiecit. *Ab Andria est ancilla haec quantum intelligo*, hoc est, a Glycerio, quae Andria est. E.

Vt sensus et versus sit saluus, lege, *Quin dicis, unde est, clare?* MY. *a nobis.* D. *attate.* Nam non modo ridendi locus hic non est, sed codd. quoque habent, *ababe.* Legimus igitur *attate*, quod est admirantis et conterriti. B.

16 *A vobis*] Quia *a vobis* parum intelligebatur, hic addit morem meretricis, vt vel sic intelligat senex (Hoc scholium omne non ad *a vobis*, sed ad, *Mirum vero*, pertinet. Z.) *Mirum vero*] Saepe ad *sigaretax* refertur. *Impudenter mulier si facit*] (adde *meretrix.* Nam hoc quoque nomen explicat) Eono ordine locutus est. primo enim, causa impudentiae natura est: deinde conditio. D.

Ne versus sit longior, *meretrix* praepone sequenti. B.

17 *Ab Andria est ancilla haec*] Effecit quod volebat Dauus. Nam intellexit Chremes, ex qua fit Pamphilo natus puer. D.

Dele *ancilla*, quae poterat e vestitu cognosci. B.

DAV. Adeon' videmur vobis esse idonei,  
In quibus sic illudatis? CH. veni in tempore.

20 DAV. Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua.  
Mane; caue quoquam ex istoc excessis loco.

MY. Di te eradicient: ita me miseram territas.

DAV. Tibi ego dico, an non? MY. quid vis?

DAV. at etiam rogas?

Cedo, cuium puerum hic apposuisti? dic mihi.

25

18 *Adeone videmur vobis esse idonei*] *Idoneus* est aptus ad omnia, et bona, et mala. *Adeon'*] *Adeone*, an *adeone* ad eum? (verba *adeone ad eum*? sunt absurda, nec Donato digna. Vnde absunt a Ms. Hulst. et plerisque edd. vet. nisi legas: *adeon'*] *Adone*, an *adeo*; *ne* enim est *an*). D.

*Adeon' videmur vobis?*] Fingit Dauus iracundiam et accusationem, noua sane locutione, in quibus sic illudatis. E.

19 *In quibus sic illudatis?*] Et *illudo in te*, septimo casu: et *illudo te*, accusatiuo dicimus. sed in primo superuacuum est (Sensus postulat: *Sed in primo superuacuum est*): vt sit, quibus illudatis. *Veni in tempore*] Cum prouisus sit, interuenisse putat. *Veni in tempore*] Opportune. nos sine praepositione dicimus, *tempore* et *tempori*. D.

20 *Propera adeo puerum tollere*] Hic versus clare dicitur: sequens, ne senex audiat, presse. D.

*Propera adeo puerum*] Imperat, vt ab ianua puer, qui ibi positus, auferatur. Veruntamen post, submissa voce, ne Chremes audiat, imperat Myfidi, vt maneat, nec e loco recedat. Nondum enim fuerant Chremeri cuncta patefacta. Quia puerum esse ante aedes a meretrice positum, solum fuerat indicatum, necdum, quod is puer Pamphili filius esset. E.

21 *Caue quoquam ex istoc excessis loco*] Necessario Dauus retinet Myfidem. nondum enim omnia audiuit Chremes, nondum comperit vnde sit mulier, et puer de quo susceptus sit. *Excessis*, pro *excedas*: vt *facis*, pro *facias*. D.

23 *At etiam rogas?*] Rursum iurgium repetit, et turbulentam orationem. D.

Venustius edd. vet. *Tibi dico ego annon?*

24 *Cedo*] *Cedo* idem significat quod *dic*, et *da* mihi. Ergo repetitionem significat, non superuacuum orationem. et est dictum cum quadam fiducia,

et



25 MY. Tu nescis? DAV. mitte id, quod scio: dic, quod rogo.

MY. Vestri. DAV. cuius? nostri? MY. Pamphili. DAV. hem! quid? Pamphili?

MY. Eho, annon est? CH. recte ego semper fugi has nuptias.

DAV. O facinus animaduertendum! MY. quid clamitas?

DAV. Quemne ego heri vidi ad vos afferrri vesperi?

30

et contemptu eius, cum quo sermo est, interrogantis aliquid. D.

Denique praeparat illam rursus interrogationem, *Cuius vero puerum hic apposuisti, dic mihi. Mitte id quod scio*] Quia obscuro responderat interrogata Myfis, cuius puer esset tu nescis: vt facilius Chremes audiret, respondet Dauus, *Omitte quod scio: quod rogo dic.* E.

25 *Mitte id quod scio*] Hoc lentius et summissè. D.

Denique cogit ad apertio-rem expositionem. Nam cum illa dixisset *vestri*, et nunc interrogat, cuius, *nostri*? vt ad nomen proprium veniretur, quod illa continuo dixit: *Pamphili*? Post iratus Dauus quasi et nomen répetit, vt duplicatio vocis Chremeti plenius rem indicaret. E.

26 *Hem! quid? Pamphili?*] Apparet mulierem *vestri* et *Pamphili* lentius pronunciaffe quam Dauus veller: et ideo nunc repetisse nomen *nostri* et *Pamphili*. *Hem! quid? Pam-*

*phili?*] Duas res operatur Dauus simul, et vt ignarissimum se ostendat, et vt Pamphilus nominetur. Et argute repetit nomen Pamphili: quasi per indignationem, vt foceri auribus adolescentis nomen inculcet. metuit enim, ne non audiat velut senex. D.

27 *Recte ego semper fugi has nuptias*] Et hic efficit quod voluit Dauus, vt Pamphili Chremes puerum esse cognoscat, et recuset generum. *Has*] Id est, huiusmodi. D.

Quomodo *semper* fugit, qui I, I, 73 vltro ad Simonem venit? reponere igitur *nempe*. Deinde *has* pone ante *fugi*, auctoritate vnus codicis. B.

28 *O facinus animaduertendum*] ἐπισημῶσις quarta. *Quid clamitas?*] Clamauit enim Dauus, vt puerum (lege, *vipore verum* 7.) audiret Chremes. D.

29 *Quemne ego heri vidi ad vos afferrri vesperi?*] Vult negando irritare mulierem ad confirmanda quae vult. D.

N 3

Ego

30 MY. O hominem audacem! DAV. verum, vidi  
Cantharam

Suffar-

*Ego heri vidi ad vos*] Astute et callide Dauus mendacium esse dicit, quod puer a meretrice sit suppositus. E.

*Afferri vesperi*] Priscian. lib. xv. L.

30 O hominem audacem] Exclamatio Mylidis testimonium veritatis est. *Verum vidi Cantharam suffarcinatam*] Vide infirmum argumentum prius, *vidi puerum afferri*, dixit: post, non puerum, sed *Cantharam suffarcinatam*. *Canthara*, nomen est anus. Et hoc dicit, vt leuiter redarguat Myfidem, non vt vincatur. hoc enim vidisse se innuit, *Cantharam suffarcinatam*, non, puerum portantem. *Suffarcinatam*] Proprium est anibus suffarcinatas esse. vt Persius (IV, 21.), *pannucina Baucis*. Et Plautus (Pseud. II, 2, 64.) *Doliarem, claudam, crassam*. D.

*Cantharam suffarcinatam*] *Suffarcinari* dicitur, quasi farcina aliqua fulciri. Siquidem *farcio farci*, et *farcinor fartus*: vnde *suffarcinor* facit. Et *cantharam suffarcinatam* dixit, quasi corbem supponendo puero repletum. E.

*Cantharam suffarcinatam*] More siue lege potius Athenis receptum fuit, cum quid natum, quod natum nollent, vt morti id darent, vel alienae

miseri cordiae exponerent. Aristotel. lib. VII. Polit. cap. XVI. *περὶ δὲ ἀποθέσεως καὶ τροφῆς τῶν γιγνομένων, ἔσω νόμος, μηδὲν πεπρωμένων τρέφειν*. Ista expositio- nes ἐν χύτραις fiebant, vnde *χύτριζειν*: et obstetrices, quae hoc munus obibant, *ἐγχύτριζουσαι* dictae. Etymolog. magnum: Aristophan. Scholiast. in Ranis. Vel etiam in corbibus vel vanis exponebantur infantes, vt Eugraphius obseruauit: nam et quos tollere volebant, in illis ponebant. Scholiast. Callimach. Hymn. in Iouem: *ἐν λίκνοις τὸ παλαιὸν κατεκοίμιζον τὰ βρέφη, πλῆτον καὶ κερπὺς οἰωνίζομενοι*. Hinc ergo interpretatio huius loci petenda est. Caeterum vt impium hoc confilium tanti philosophi, inhumanaeque sapientis populi lex: sic meliore iure Thebani vsi; apud quos capitale erat, partum exposuisse. Aelian. Variar. lib. II. cap. VII. *Νόμος Θηβαίων, ὅτι ἔκ ἐξερει ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, ἢ δὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ βίψαι, θάνατον αὐτῷ καταψηφισάμενος* etc. Vt et apud Romanos L. 4. ff. de agnoscend. lib. L. 2. et final. C. de infantib. exponend. Vnde non minus grauiter quam diserte in eos, qui secius faciunt, invehitur Philo Iudaeus lib. I. *περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων*, qui locus dignus

Suffarcinatam. M V. Dis pol habeo gratias,  
Cum in pariundo aliquot affuerunt liberae.

DA V. Nae illa illum haut nouit, cuius causa haec  
incipit.

Chremes, si positum puerum ante aedes viderit,

35

dignus vt cum his conferatur. *Suffarcinatam*] Plaut. Curcul. II, 3, 9. *Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis.* L.

Recte a Westersh. repudiatur ratio P. Nannii, qui in Miscell. Lib. 1, legendum putat *canbarum suffarcinatum*, et intelligit *χύτραν*, h. e. vas fictile, quo Athenienses in exponendis pueris sint vsi. Nam primum repugnant omnes codices. Deinde commodum efficit sensum vulgaris lectio, qua significatur *sufferta onere*, quod sub axillis gestatur et veste tegitur. Cf. locus Plauti ante laudatus. Z.

31 Duo e nostris *gratiam*, recte, cf. Eun. 1, 2. Hec. III, 2, II. B.

32 *Cum in pariundo aliquot affuerunt liberae*] Indicium secuta confirmatio est, quam expressit Dauis refutatio. Superest etiam vt et concludatur effectus doli, negante Chremete se daturum filiam: quod subinde efficit Dauus dolo. *Aliquot liberae*] Nec paucae, nec multae. *Liberae*] Testimonia libera contra seruum. Et hoc proprium Terentii est.

Nam de Romano more hoc dixit. D.

*In parturiendo aliquot adfuerunt*] Sic enim confirmatur partus, cum liberae praesentes sunt, quae possint dicere testimonium. E.

*Aliquot adfuerunt liberae*] Vt hic, sic et in l. 2. §. 10. de ventr. inspic. l. 3. §. 5. ff. de Carbonian. edicto muliebretestimonium sufficit, quoniam virorum propter pudorem non admittitur. Vid. Synopf. Attal. xv. Harmenopol. lib. 1. Tit. 6. §. 14. et 52. 53. Vbi Scholiast. Graecus: ἐπὶ μὲν τοιγαυτοκετῆ, αἱ τὸν τῆς σεμνότητος τρόπον φυλάττεσαι, δύναται μαρτυρεῖν. Nam quae integrae famae non est, aut palam corpore quaestum facit feceritue, non admittitur. l. 3. §. 5. ff. de testib. L.

33 *Nae illa illum*] *Nae*, valde. Cic. (Cat. II, 3.), *Nae illi* vehementer errant. *Nae illa illum*] Chremetem scilicet. D.

*Ne illa*] Pro valde illa. vel *illa ne*, id est, nunquid illa? per soloecismum, immutato ordine. E.

34 *Chremes, si positum puerum*] ἐν ὑπακρίσει. Et est μί-

- 35 Suam gnatam non dabit: tanto hercle magis dabit.  
 CH. Non hercle faciet. DAV. nunc adeo, vt  
 tu sis sciens,  
 Nisi puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam  
 Prouoluam, teque ibidem peruoluam in luto.  
 MY. Tu pol, homo, non es sobrius. DAV. fallacia  
 40 Alia aliam trudit. iam sufurrari audio,  
 Ciuem Atticam esse hanç. CH. Eho! DAV. co-  
 actus legibus

Eam

μῆσις: transit enim a mixto ad imitativum characterem. *Chremes, si posuim puerum*] μίμησις, quando aliqua verba sic pronunciamus, vt vana videantur. D.

Lege *apposium*. B.

36 *Non hercle faciet*] Bene enim de se tertiam personam fecit, vt supra, *At nunc faciet. Vt tu sis sciens*] Eloquenter; sic enim veteres pro *scias* dixerunt. D.

*Nunc adeo vt tu sis sciens*] Quoniam omnia quae indicanda fuerant, patefacta sunt Chremeti, vere imperat et minatur, vt puerum ab aedibus auferat. Sed haec omnis oratio superior illud egit, vt ad disturbandas nuptias Pamphili pater doceretur, et amor commendaretur tantummodo; non tamen, vt omnino Chremes se crederet expulsum. E.

37 *In mediam viam prouoluam*] Bene *in mediam viam*: quia ante fores positus iacebat. D.

38 *Teque ibidem peruoluam*

*in luto*] De proximo *παρόμοιον* reperit. Et quando nomina sunt, *παρονομασία*; quando verba, *παρόμοιον* (*dicitur*, recte addit West. Z.). *Peruoluam*] Id est, porro voluam. Et dolo quidem minatur, quod facturus non est: verum sedulo id agit, vt iam puer tollatur e medio: simul eum seruat Chremeti, vt ipse recuset generum, non vt a quoquam passus videatur iniuriam. D.

39 *Tu pol homo non es sobrius*] *Sobrius*, est sanae mentis, quasi *sebrus*, hoc est, ab ebrio separatus, secretus, separatus ab iis qui discernuntur (Mf. Hulst. et edd. vert. Venetae melius: *hoc est, ab ebrio separatus. vt secretus, ab iis, quae discernuntur*). D.

40 *Fallacia alia aliam trudit*] Prouerbiū, cui subiacet, *memorem mendacem esse oportere*. D.

41 *Ciuem atticam esse hanc*] Transit ad imitationem. *Eho*] Interiectio est conturbatae mulieris. D.

Eam uxorem ducet. M Y. au! obsecro, an non  
civis est?

CH. Iocularium in malum insciens pene incidi.

DAV. Quis hic loquitur? o Chreme, per tem-  
pus aduenis:

45 Ausculta. CH. audiui iam omnia. DAV. ah, ne  
tu omnia.

CH. Audiui, inquam, a principio. DAV. audi-  
stin' obsecro?

Hem scelera! hanc iam oportet in cruciatum hinc  
abripi.

Hic est ille: non te credas Dauom ludere.

M Y.

42 Omnes nostri libri *eho*  
*obsecro*, recte. B.

43 *Iocularium in malum*]  
E contrario pro graui, et mole-  
sto, ac nimio. *Iocularium* igitur  
κατ' ἐντίφρασι. D.

*Iocularium in malum*] Vt in  
Phormion. *Iocularis audacia*.  
Glossar. *Iocularis γελοιώδης*. Ci-  
cero de Fato: Amm. Marcel.  
lib. xx. *Ioculares casus*. L.

44 *Quis hic loquitur? o*  
*Chreme, per tempus aduenis*]  
Principium loquendi Dauus  
Chremeti dat, perfecturus quae  
ipse conatus est. *Per tempus*  
*aduenis*] Idem est, *per tempus*,  
quod in tempore, aut certe *per*  
*tempus*, tempestiue. O *Chre-*  
*me, per tempus aduenis*] Astu-  
te, quasi eum nunc primum vi-  
derit. D.

45 *Ah, ne tu omnia*] Aut *ne*  
(verba corrupta: lege, *Aut*,  
ANNE pro AN legitur, *aut*,  
AH, NE TV OMNIA) pro

non legitur, aut *ne tu omnia*,  
vt *ne* producatur, et accipiatur  
pro non. *Tu omnia*] Audiisti,  
subauditur. D.

*An ne tu omnia*] Ms. R. *an*  
*haec tu omnia*. L.

In omnibus nostris deest *iam*,  
male. Caeterum plures et me-  
liores, *an haec tu omnia*. Le-  
go, *anne haec tu omnia*? B.

46 *Audistin' obsecro? hem*]  
Exultans Dauus infert, et in-  
culcat frequenter repetendo,  
*Audistin' obsecro? hem*] Diffi-  
cile credendo, affirmat se non  
sciuisse praesentem Chreme-  
tem, vt hac confirmatione ni-  
hil illum de se faciat suspi-  
cari. D.

47 *In cruciatum*] Non in  
in crucem, sed cruciatum. D.

*Hem* apponi debet superi-  
ori. B.

48 *Hic ille est*] Cum ἐμφά-  
σει, quasi vir magnus. sed hoc,  
N 5 Chre-

M Y. Me miseram! nihil pol falsi dixi, mi senex.

50 C H. Noui rem omnem. est Simo intus? D A V. est.

M Y. Ne me attingas, scelestē: si pol Glycerio non omnia haec.

D A V. Eho, inepta, nescis quid sit actum? M Y. quid sciam?

D A V. Hic focer est. alio pacto haut poterat fieri, Vt sciret haec, quae volumus. M Y. praediceres.

55 D A V. Paulum interesse censes, ex animo omnia,

Vt

Chremetem ostendens, dicit cum *εἰρωνεία*. Non te credas Dauum ludere] Virg. (Aen. x, 581.) Non Diomedis equos, non currus cernis Achillis. D.

Plerique nostri habent, *Hic est ille*. B.

49 *Mi senex*] Bene *senex*, quia quasi alienior est, et ignotus Myfidi. *Mi*, suppalpatio muliebris. D.

50 Ne inter Senarios male Dimeter et Tetrameter locum occupent, dudum Guyetus et alii versum essecerunt vnum: *Noui omnem rem. est Simo intus? D. est. M. ne me attingas*. Plautinum est *attingas*. Epid. v, 2, 58. Hinc intelligitur, Dauum Myfidi osculum obtulisse. B.

51 *Ne me attingas*] Quaedam ostenduntur aperte in comediis: quaedam ex aliis personis intelliguntur. *Si pol Glycerio non omnia haec*] ἀποσιώπησις tertia, quod alienae personae interuentu reticeatur.

Fiunt autem ἀποσιώπησις, id est, reticentiae, tribus modis. Aut enim tacet per se ipsum, et ad alium transit: et est prima. aut tacet, nec ultra aliquid dicit: et est secunda. aut alterius interuentu personae filet: et est tertia. D.

*Ne me attingas*] Turpilius apud Nonium, in Attingas. L.

52 *Nescis quid sit actum*] *Nescis*, plerumque dicitur ei, non quem volumus redarguere imperitiae aut ignorantiae, sed quem facere volumus vt velit libenter audire. D.

Pauci codd. habent *quid sciam?* Caeteri nostri, et Faerni omnes, *qui sciam?* B.

54 Faernus e codd. suis legit *volumus*: nos *voluimus*, fide codicis 900 annorum. B.

55 *Paulum interesse*] Noue, pro multum. Et est *ταπεινώσις σχῆμα*. *Ex animo omnia, vt fert natura, facias*] Figura ἐπεξήγησις. Nam quid est *ex animo*, nisi, vt fert natura? Et haec

Vt fert natura, facias, an de industria?

## ACTVS QVARTI SCENA V.

CRITO. MYSIS. DAVVS.

**I**N HAC habitasse platea dictum est Chrysidem:

Quae

haec sententia a Terentio ἐρωτηματικῶς prolata est, quam Menander ἐπίδεικτικῶς posuit. D.

*Paulum* si cum Donato per *multum* explicas, sensus loci quidem patitur, sed repugnat vsus loquendi. Legendum esse censemus *Hilum*, quod est Lucret. III, 881. B.

56 *Vt fert natura*] Hoc est, naturalis et ingenita actio. *An de industria?*] Id est, scientia et providentia. ea enim quae discimus et scimus, operatione genita et industria quadam scimus (lege: *ope rationis, et industria quadam scimus*). vt Virg. (Georg. II, 204.) *Et cui puerre solum, namque hoc imitatur arando.* D.

I *In hac habitasse platea*] In hoc loco persona ad catastrophem machinata, nunc loquitur. Nam hic Crito nihil argumento debet, nisi absolutionem erroris eius. Simul ex verbis suis, quam grauis, quam modestus, quamque iustus fit, ostendit. *In hac habitasse*] Non *habitare*: sed quia mortua est, *habitasse* dicit. *Platea*] Graeci πλατεῖαν dixerunt,

quam nos *plateam* dicimus. Secundum formam eiusmodi, μηδείαν et *Medeam*, σπονδεῖον et *spondeum* scribimus. D.

*In hac habitasse*] Haec scena percontationem tenet, vbi Chrysis habitet. Habet tamen deliberatiuae formam. Nam Crito sobrinus est Chrysidis, qua mortua, ad eum lege hereditas pertinebat. Deliberat ergo, an ad eandem hereditatem aspiret, maxime cum sciat, Glycerium, sororis loco, habitam esse: eamque esse iam adolefcentulam. Haec igitur deliberatiua in eo, quod audierit mortuam Chrysidem, puellam vero et nunc necdum parentes suos hic cognouisse, quam constat esse Atticam ciuem. Continuo tractat articulos honesti et vtilis, dicendo: *Haut auspicio huc me appuli.* Hoc est, non recte neque bono omine huc veni. Siquidem quae soror dicta est Chrysidis, et nunc parentes suos non reperit: vnde non possum petere hereditatem. Nam ab vtili fatis pro ipso est, cum dicit, *Nunc me hospitem lites sequi.*

Huc

Quae sese inhoneste optauit parare hic diuitias  
Potius, quam in patria honeste pauper viuere.  
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.

5 Sed quos perconter, video. saluete. M V. obsecro

Quem

Huc accedit quod iam illi est defensor aliquis vel amicus, vel maritus, contra quem peregrinum hominem litigare videtur esse difficile. Concluserit ab honesto: *ipsam praeterea despoliare non licet* (liber). Boni viri personam merito sustinet et honesti hominis. Sed quoniam meretricis affinis est, ne aliquid criminis in se redundet, in eo quod sibi iuncta est sanguine, accusat illam, quod *inhoneste optauit parare* (*parere*) *hic diuitias*. E.

2 *Quae se inhoneste optauit* *Optare*, est vnum de duobus eligere. Virg. (Aen. I, 425.) *Pars optare locum tecto. Parare hic diuitias potius*] Animo heredis dixit *parare diuitias*. D.

Vt *pauper* sequentis versus possit casum nominatiuum obtinere, sequor lectionem cod. vbi pro *sese parare* reperitur *sibi parere*. Praefertim cum omnes Faerni habeant *parere*. B.

3 *Quam in patria*] Primum dolet Crito, quod meretrix fuit Chrysis. secundo progressus, queritur quod mortua est. Et nota quod tria dixit Crito, contempsisse Chrysidem patriam, honestatem, et paupertatem. τὸ πρῶτον etiam seruatum est graui viro, quum illum sobrinae

pueret. Simul hic ostenditur eius generis fuisse Chrysidem, vt quae probe viuere potuerit, nisi, vt ait, necessitas cogeret. *Quam in patria honeste* ἀντιβῆτον primum. *In patria honeste pauper viuere*] His verbis a Poeta iam honestus inducitur Crito, et dignus cui credi oporteat. *Pauper viuere*] Ad illud reddidit; *Sed inopia, et cognatorum negligentia coacta*. D.

*Honeste pauper viuere*] Ita plerique Mss. et Priscian. lib. v. p. 41. tamen in, Ms. R. *viueret*, erat. L.

Ordo *honeste in patria* et efficit suauiores numeros, et comprobatur meis et Faerni libris, sed recentioribus. Deinde lego cum codd. duobus Bodleianis *viueret*, cf. infra Adel. I, 2, 28. B.

Menander: Πένταν τ' ἄλοπον μάλλον, ἢ πλεῖτον πικρόν. W.

4 *Ea ad me lege redierunt bona*] Hic ius tractauit dicendo *Redierunt*: quia in familiam redeunt, si non est heres de proximo, aut ex testamento. D.

5 *Perconter*] Interrogatio est, cui necessario responderetur, aut *etiam*, aut *non*. Percontatio, cui nihil horum. Vt si quis dicat. Vbi habitabat Chrysis,



Quem video? estne hic Crito, sobrinus Chrysidis?

Is est. CR. o Myfis, salve. MY. saluos sis, Crito.

CR. Itane Chrysis? hem! MY. nos quidem pol  
miseras perdidit.

CR. Quid vos? quo pacto hic? fatin recte? MY.  
nosne? sic

10 Vt quimus, aiunt; quando, vt volumus, non licet.

CR.

sis, dicatur, Ecce hic. *Percontatio*, vt si quis dicat, Cur adulterium commisisti (lege: *Vt si quis dicat, Vbi habitat Chrysis? dicatur, Ecce hic, percontatio est. Aut si quis dicat, Cur adulterium commisisti?* sub. *similiter percontatio erit*)? Simul etiam modeste et mature, et de se nihil interrogaturus, coepit a blandimentis. D.

*Sed quos percontet?*] *Percontatio* namque est apud Dialecticos inquisitio, cui responderetur aliter, quam est illa responsio: vbi aut *est* ponimus, aut *non*. Haec enim interrogatio dicitur: Vidisti hominem? necessario respondemus, aut vidi, aut non. At vero *percontatio* est: Vbi habitat Chrysis? huic responderi non potest aut Est, aut Non; sed Hic, Illic. E.

6 *Estne hic Crito sobrinus Chrysidis?* Sobrini sunt consobrinorum filii: nam sic dicit Menander. verum vt alii putant, de sororibus nati, vt sint *sobrini*, quasi sororini. D.

7 *Saluus sis Crito*] *Saluus*, affeueratio salutantis est, non quasi responsio. D.

8 *Itane Chrysis? hem*] Non nunc interrogat, sed commiseratur: et ita sequebatur vt diceret, periit. sed magis gemitus (lege, *gemitu*) significat, quod minus dixerat. *Nos quidem pol miseram perdidit*] Hic intelligitur, supra subaudiendum, periit. Nam pro *periit*, haec reposuit *perdidit*. D.

*Itan' Chrysis?*] Breuiter interrogationem de Chrysidis morte effecit cum dolore: et recte et ordine requisit, an Glycerium cognouerit suum patrem. Nam honeste peteret hereditatem, si illa iam cuius cognita videatur. E.

Lege, *nos pol quidem*, vt III, I, I. B.

9 *Quid vos? quo pacto hic?*] Progressio loquentis ad interrogandum. Id est puto, inquit, quod illa periit: vos autem quo modo? *Quo pacto hic?*] Significatio est peregrinantis. D.

Ratio versus exigit, vt *fati- ne* legatur. B.

10 *Nosne? sic vt quimus, aiunt, quando vt volumus, non licet*] Et ad praesentis, et ad  
prae-

CR. Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit?

MY. Utinam! CR. an nondum etiam? haut auspicato huc me appuli.

Nam pol, si id scissem, nunquam huc tetulisssem pedem.

Semper enim dicta est eius haec atque habita est foror.

15

praeteritae vitae excusationem pertinet ista responsio, qua purgatur voluntas Chrysidis in quaestu meretricio. Caecilius in Plocio, *Viuas ut possis, quando nequis ut velis.* D.

*Vt quimus aiunt*] Apud Zenobium: ζῶμεν γὰρ, ἔχ' ὡς θελομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. Horat. Carm. lib. I. od. 24. *Leuius sit patientia, Quicquid corrigere est nefas.* Vbi vet. Scholiast. hunc Terentii locum laudat. L.

II *Quid Glycerium? iam hic suos*] Conuenit hereditatem petenti, conuenit iudici (*iudici.* Cod. Boend. et ed. Du B.) futuro, de pluribus indagare. Ergo recte et ordine quaesuit, Quid Chrysis? quid vos? quid Glycerium? D.

12 *Utinam*] Nouo genere exoptationem pro negatione intulit. *Haut auspicato huc me appuli*] Id est, inauspicatus, quod non esset auspicatus. Et vsitatum veteribus sic dicere, si quid aliquando aliter euenisset, quam vellent. D.

Vnus e nostris bonae notae,

*attuli pro appuli.* Recte. vt Plaut. Amph. III, 4, 6. B.

13 *Nunquam huc tetulisssem pedem*] Virg. (Aen. II, 657.) *Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto Sperasti?* Et (Georg. I, II,), *Ferre simul Fau-nique pedem, Dryadesque puellae.* Sed Critici adnotant, alienius esse a charactere comico, *tetulisssem pedem.* D.

*Nunquam tetulisssem pedem*] Id est, nunquam venissem. et *tetulisssem* dixit per prothesin. est enim *ferre*, ire et proficisci. vt Virgil. (Aen. II, 657.) *Mene efferre pedem, genitor.* E.

*Tetulisssem pedem*] Ita Diomedes lib I. ac Mil. L.

14 *Semper enim eius dicta est haec, atque habita est foror*] Aut veris credendum est, aut etiam falsis, quae tamen inuenterauerint. Hinc Cicero, *Ita habeantur, itaque dicantur. Habita ergo plus est, quam credita.* *Semper eius*] A possibili et vtili. D.

*Semper eius dicta est haec*] Quo magis difficile esse ostendat

- 15 Quae illius fuerunt, possidet. nunc me hospitem  
Lites sequi, quam hic mihi sit facile atque vile,  
Aliorum exempla commonent. simul arbitror,  
Iam aliquem esse amicum et defensorem ei. nam fere  
Grandiuscula iam profecta est illinc. clamitent,  
20 Me sycophantam hereditates persequi,

Men-

dat hereditatem petere, adiecit, quod haec *soror et dicta est et habita*: vnde iure in hereditate Chryfidi succederet. E.

*Dicta est eius haec*] Variant hic scripti codices: *eius dicta esse haec*. sed melius quod in Mf. R. *Semper enim dicta eius haec, atque habita est soror*. L.

Vaticanus et Basilicanus sic: *Semper enim dicta est esse haec, atque habita est soror*. Reliqui omnes Faerni, *Semper EIVS* etc. Lege, *Semper EI dicta est esse haec atque* &c. Sensus est grauior per asyndeta, *sublato enim*. cf. Heaut. II, 3, 29. B.

15 *Nunc me hospitem lites sequi*] Mire dicit *me*, (lege e Mf. Hullst. *Et ME et HOSPITEM et LITES SEQUI*, mire dicit et cum ἐμφάσει. ME, id est, senem et remotum a litibus), cum ἐμφάσει, id est senem et remotum a litibus. *Hospitem*, id est, peregrinum. *Lites sequi*, id est, pauperem. totum per ἐμφάσει (Verba *lites sequi* — *emphasin* forte ita sunt sananda: LITES SEQUI, id est, hereditatem persequi). D.

16 *Quam hic mihi sit facile atque vile*] Id est difficile et inutile. et est comicum. D.

*Facile atque vile*] Hic et an fieri possit tractabat, et an expediat: quod utique deliberatiuae e partibus dicitur. E.

*Pro hic lego id*, ob fidem quatuor codd. antiquorum, et ob sensum. Nam cum *aliorum exempla* dicat, non solas Athenas vult intelligi, sed quamuis ciuitatem. B.

18 *Defensorem ei*] V. C. eius. L.

Concinnius erit, si cum quatuor codd. et editione vet. colloces: *Iam esse aliquem* etc. B.

19 *Grandiuscula iam*] Ad partem aetatis refertur grandis, id est, grandis natu est. Maior autem generaliter, et ad summam aetatis refertur, et ad comparisonem aetatis pariter (Mf. Hullst. *pariliter*. sed Mf. Boend. et ed. Du B. *per-tinet, et comparatiue, et similitudinarie*) positum est. D.

*Grandiuscula*] Argumentum est ab aetate. E.

*Profecta est illinc*] Mf. R. *profecta est illinc clam: clamitent*, etc. L.

20 *Sycophantam*] Hoc est, quum in me conueniant lites (forte, *quam in me conueniant lites*)

Mendicum. tum, ipsam despoliare non licet,

MY. Optume hospes, pol, Crito, antiquum obtines.

CR. Duc me ad eam: quando huc veni, vt videam. MY. maxume,

DAV. Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat senex.

## ACTVS

*lites. Respicit versum 15). Sycophantam] Bene, sycophantam: quia bonam causam habet, nihil aliud timens quam conuicia. Et sycophantam subdistingue: et sic infer sequentia. D.*

Codd. omnes, *hereditatem*, sc. hanc Chrysidis. Melius. Caeterum cum Donato post *sycophantam* interpungendum puto. B.

21 *Tum ipsam despoliare non licet] (forte a manu Donati est, lubet Z.) Ab honesto. et bene, quia nihil suum habet, nisi Chrysidis. D.*

Codd. duo perantiqui, et totidem apud Riuium habent *lubet*: quod persona Critonis est dignius. B.

Mendicum et Sycophantam idem valere, patet e Menandri γεωργῶ ap. Stob. Tit. 96. Ἐν καταφρόνητόν ἐστι, Γοργία, πένης, κἄν πάνυ λέγει δίκαια, τῆτο γὰρ λέγειν Ἐνεκα μόνον νομιζέσθ' ἕτος τῆ λαβεῖν, καὶ Συκοφάντης ἐυθὺς δὲ τὸ σφισβάνιον ἔχων καλεῖται, κἄν ἀδικούμενος τύχη. W.

22 *Antiquum obtines] Antiquum absolute dixit, vt aequum aut bonum, quod antiqui solebant: aut certe per ἕξειψιν, id est, morem et ingenium. D.*

*Perpol, antiquum obtines] Scilicet morem; id est, sine dubio sic loqueris, quemadmodum antiquorum hominum mores sunt. Pol autem, iuratio est per Pollucem, quomodo, Hercle, Aecastor. E.*

Duo e nostris, *O optume. Recte. B.*

23 *Duc me ad eam, quando huc veni, vt videam] Vel hoc inquit, vt videam. cur autem vt videam? quia timet. Et est ordo, Duc me ad eam, vt videam, quando huc veni. D.*

24 *Videat senex] Bene senex. Simo enim cum Chremete est. Propter hoc videri non vult, ne eius vtatur apud focerum testimonio, rem esse Pamphilo aduersus Glycerium: et rursus nuptiae confirmentur. D.*

## ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.

CHREMES. SIMO.

**S**A T I S iam, satis, Simo, spectata erga te' amicitia' st mea:

Satis pericli coepi adire: orandi iam finem face.

Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiae.

**SI.** Imo enim nunc quam maxime abs te postulo, atque oro, Chreme,

5 Vt

**I** *Satis iam, satis Simo*] Haec Scena officiorum disceptionem continet, patrum inter se de officio amicorum, et paterna pietate tractantium. *Satis iam, satis*] Haec veluti quaedam controuersia est: namque iniuriarum reus fit Simo. Contradicitur per coniecturam, falsum esse quod intendit: cum Pamphilus neque amet, neque ex eo natus sit filius. et adhibetur deriuatio causae, qua dicitur meretricem ista omnia esse molitam, ad disturbandas nuptias. *Satis iam, satis*] Bene, negaturus filiam, purgat prius officium suum de fide promissi (*promissa* Mf. Boend. et ed. Du B.): et vltro accusat ipsum. *Spectata*] Probata. vt Virgil. (Aen. VIII, 151.) ait, *Rebus spectata iuuentus*. D.

*Satis iam, satis*] Chremes Simonem reum iniuriarum facit, quod eo vsque persuasione duxerit animum eius, vt ad periculum deueniret: quippe qui coegerit se filiam dare ei ado-

lescentulo, qui non solum amicam haberet, verum et peregrinam nescio quam pro vxore retineret, et ex ea filium suscepisset. Huic responsio fit et status coniecturalis, falso istud esse, neque adolescentem habere illam pro vxore, neque talem illum esse filium: sed meretricem ad disturbandas nuptias ista cogitasse. *Spectata iam satis amicitia*] Probata, inquit. olim est amicitia mea, iam deliste amplius calamitatis imponere, vsque ad periculum, custodita familiaritate, perueni. E.

2 Lege cum codd. nostris et edd. vet. *incepi*, quod plus est quam coepi, et suauior fit versus per elisionem. B.

3 *Dum studeo obsequi tibi*] Haec omnis accusatio est. Dum obsequor, inquit, tibi, iam et filia mea periclitari coepit. E.

*Dum studeo*] C. V. *studui*. L.

4 *Imo enim nunc quam maxime abs te postulo*] Renunciare affinitati Chremetem, aut parum

5 Vt beneficium verbis inimum dudum, nunc re comprobas.

CH. Vide, quam iniquus sis prae studio, dum id efficias quod cupis.

Neque modum benignitatis, neque, quid me ores, cogitas.

Nam si cogites, remittas iam me onerare iniuriis,

SI. Quibus? CH. ah! rogitas? perpulisti me, vt homini adolescentulo,

10

parum adhuc intelligit Simo, aut subtiliter dissimulat, vt ad fidem promissi (*promissam*, Mf. Boend. et ed. Du B.) hominem compellat. *Imo enim*] *Enim* *παρέλκον* est figura. D.

*Immo enim nunc maxime*] Generalem enim supra positam accusationem parum intellexerat Simo: et idcirco se conuertit ad preces, vt hic Chremes potius in promissionibus perseveret, et quod verbis ante dixerat, ipsa compleat veritate. E.

Donatus et Eugraphius, auctore Faerno, recte legunt *cum maxime*. B.

5 *Inimum*] Coeptum, ab inuendo: vnde et *initia* quoque dicta. D.

6 *Quod cupis*] Quod velis. Legitur et, *quod iubes*. D.

*Vide, quam iniquus sis*] Supra generaliter Chremes accusauerat, nunc descendit ad speciem: *Vide quam iniquus sis prae studio, dum id facias quod velis, neque modum benignitatis, neque, quid me ores, cogitas*. Cupiditatis, inquit, studio, et

ardore nimio voluntatis, non animaduertis benignitatis modum: vel, quod postulas, diligenter intelligis ac cogitas. E.

*Prae studio*] Priscian. lib. xv. L.

Interpunge sic, *Vide quam iniquus sis prae studio: dum id efficias quod cupis, Neque modum etc.* B.

7 *Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas*] Id est, non cogitas, aut quantum de benignitate amoris exigendum, aut praesumendum sit: aut quam sit impossibile, quod petis. D.

8 *Remittas iam*] *Remittas*, pro mittas. D.

*Onerare iniuriis*] Plaut. Pseud. Scen. Pseudole non audis: *Affiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis*. L.

9 *Perpulisti me, vt homini adolescentulo*] Haec est tota accusatio. *Homini adolescentulo*] Sic Sallustius (B. Iug. 12.), *Occultans se tugurio mulieris ancillae*. D.

Per-

10 In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,  
 Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias;  
 Eius labore, atque eius dolore, gnato vt medica-  
 rer tuo.

Impetraſti: incepti, dum res tetulit. nunc non  
 fert; feras.

O 2

Illam

*Perpulisti me*] Hic est omnis  
 aperta illa accusatio, quae sum-  
 mam continet omnium factorum:  
 et est *συνδυασμός*, qui fit,  
 cum bona malis conferimus. *A-*  
*dolescentulo*] Cui lubrica aetas  
 varium dat ingenium. E.

Lege cum nostris *at rogi-*  
*tas?* vt Hec. IV, I, II: et, *bo-*  
*mini vt.* B.

10 *In alio occupato amore*] Qui amet alteram. *Abhorren-*  
*ti ab re vxoria*] Qui vxorem  
 nolit ducere. E.

11 *Filiam darem*] Inuidio-  
 se; non, promitterem, inquit,  
 sed darem, quantum in te  
 est. D.

*Filiam vt darem*] Huic ado-  
 lescenti amanti, inuito vxorem  
 vt darem coegisti filiam: cum  
 futurae seditiones essent, cum  
 incertae nuptiae. quippe ille  
 amore meretricis quotidie se-  
 ditiones faceret, et neque cer-  
 tas nuptias perimpleret. Ex-  
 sequitur deinde, quanta calami-  
 tas filiae esse potuisset, si ado-  
 tescenti amanti illa traderetur.  
 Verum haec quoniam sciens  
 ante promiserat Simoni, leuia  
 sunt. Haec est omnis accusa-  
 tio, quod iam idem adoles-

cens ex meretrice suscepit fi-  
 lium. Vnde omnino fieri non  
 potest, vt ei filiam suam Chre-  
 mes tradat vxorem. E.

Cum plerisque Faerni lege ver-  
 sus causa, IN *incertas.* B.

13 *Dum res tetulit*] Com-  
 positum pro simplici est *tetu-*  
*liz.* et altius quam decet comi-  
 cum characterem, dictum vide-  
 tur (videtur aliter legisse Do-  
 natus. Certe quidem in Ms.  
 Hullst. est *detuliz.* Si vero *tetu-*  
*liz* legit, qui compositum vo-  
 cat? qui porro *altius quam de-*  
*cet comicum characterem?* quod  
 et monuit supra ad IV, 5, 13.  
 Plautus certe Amph. II, 2, 84.  
*Mi vir, et manum prehendi, et*  
*osculum tetuli tibi.* Et alibi  
 saepe). D.

*Impetraſti, incepti*] Vt darem  
 filiam amanti filio tuo *impetra-*  
*ſti,* et, *coepi,* dum res passa est.  
*Nunc non fert. feras*] Quidam  
 sic distinguunt, vt dicant: *nunc*  
*non fert,* scilicet res ipsa iam  
 non sustinet: ex persona Simo-  
 nis. subiungitur *feras,* quasi di-  
 cat, sustineas. Cui respondet,  
 quod iam omnino ferri non  
 potest, quod illa cuius dicatur,  
 quod filius natus. E.

Illam hinc ciuem esse aiunt: puer est natus: nos  
missos face.

15 SI. Per ego te deos oro, vt ne illis animum indu-  
cas credere,

Quibus id maxime vtile est, illum esse quam deter-  
rimum.

Nuptiarum gratia haec sunt ficta atque incepta  
omnia.

Vbi ea causa, quamobrem haec faciunt, erit adem-  
ta his: desinent.

CH. Erras. cum Dauo egomet vidi iurgantem an-  
cillam. SI. scio.

20

15 *Per ego te deos oro*] Defensio per coniecturam. et est ordo, *Per deos oro te ego*. D.

*Per ego te deos oro*] Hic incipit defensio secundum coniecturalia argumenta, vti falso esse doceat ea, quae ad accusandum sunt collocata: *Vi ne illis animum inducas credere*. Facit autem argumentum a persona, quippe cum meretrix sit. Deinde a causa: quod illis vtile est, Pamphilum esse quam deterrimum, et per *ἐπιτροχασμὸν* exsequitur, cur id fiat. E.

16 *Quibus id maxime vtile est*] Argumentum a persona. *Quibus id maxime vtile est*] A causa ratiocinatiua. D.

17 *Haec sunt ficta, atque inuenta*] Quae causa si auferatur, cum duxerit Pamphilus uxorem, dimittet haec omnia, et a proposito desinet. E.

Tres codd. habent *facta* pro

*ficta*. Recte. Nam sequitur statim *faciunt*, non *fingunt*. B.

18 *Vbi ea causa, quamobrem haec faciunt*] *Ἀναλόγησθον*. Nam non intulit, *ob quam causam*: cum supra dixerit *ea causa*, sed quasi dixerit, *Vbi ea res*, intulit, quamobrem haec faciunt. *Vbi ea causa, quamobrem haec faciunt*] Aut *rem* abundat, aut *causa*. D.

19 *Erras*] Iam hic probatio est, vera esse illa, quae Simo dixerat falsa, quod viderit Dauum iurgantem cum ancilla. Et ne simulatio esset, adiecit, *vero se voltu* vidisse. Et ne vultus ad veritatem fuerit compositus, adiecit: *Cum, ibi me adesse, neuter dum praesenserrat*. Cum, inquit, neque Dauus, neque Myfis sciret me esse praesentem. E.

Lege numerosius, *vidi ancillam iurgantem*. B.



20 CH. At vero voltu; cum, ibi me adesse, neuter tum praesenserat.

SI. Credo: et id facturas, Dauos dudum praedixit mihi:

Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere.

## ACTVS QVINTI SCENA II.

DAVVS. CHREMES. SIMO. DROMO.

**A** N I M O nunc iam otioso esse impero, CH. hem Dauom tibi.

SI.

20 *Vero voltu*] Quasi dixerit Simo, *simulabat ancilla. Cum, ibi me adesse, neuter tum praesenserat*] Credit (Edd. Venet. Creditur. Mf. Hult. *Queritur*: Lego audacter: *Queritur*: *Quid si visus a Myside erat. Tamen ignorabatur esse Chremes.* Nisi tò credit e seq. versu irrepisse, et delendum statuas, quod suspicatur Wieblingius. Sed superiorem nostram coniecturam comprobat Mf. Boend vbi interrogationis nota est addita). aut eisi visus a Myside erat, tamen ignorabatur esse Chremes, donec diceret Dauus, *Hic ille est. non te credas Dauum ludere. Cum ibi me adesse*] Tum deest, vt sit integrum, *Tum, cum.* D.

Tolle *At*, quod obest versui. Lolgius legit *neuter dum*, h. e. *neuter adhuc.* Sed omnes codd. *tum*, quod plane idem valet. B.

21 *Dauus dudum praedixit*

*mibi*] Hic ostenditur quod vidit calidus Dauus, vt praediceret futurum feni id, quod ipse erat facturus. D.

*Credo*] Redit rursus vt neget vera, quae erant dolo ficta. E.

*Pro facturas*, quod alienum est, reponere *futurum.* cf. supra III, 2, 27. B.

22 *Nescio quid*] Deest *Propter*: vt sit, *Propter nescio quid*, aut *nescio pro (cur, Z.)* quare: vt sit aduerbiale. *Ac volui*] *Ac*, pro contra quam. D.

Lege, *Et nescio* QVI, i. e. quomodo. Pro *ac*, quod Donatus male retulisse videtur ad *oblitus*, reponere *vt*, et refer ad dicere. cf. supra IV, 5, 10. Phorm. v, I, 32. B.

I *Animo iam nunc otioso esse impero*] Haec scena principium indicii, et iracundiam senis continet: atque in ea vehementer exprimitur consuetudo patris ac domini offensi, et in-

SI. Vnde egreditur? DAV. meo praesidio atque hospitis. SI. quid illud mali est?

DAV. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus, non vidi, SI. scelus,

Quemnam hic laudat? DAV. Omnis res est iam in vado. SI. cesso alloqui?

5 DAV.

dignantis. *Animo iam nunc otioso*] Exultans egreditur Dauus, nuncians prona esse omnia ad securitatem. Et *otioso*, securo: quia negotium, sollicitudo est. *Impero*] pro volo. an vt statim fiat (Forte leg. NVNC IAM. *Vt statim fiat t. i. q. i. Z.*), tanquam illud quod imperatur? Et *impero*, superbe dixit. summum enim indicium securitatis est superbia. D.

*Animo nunc iam*] Dauus egrediens de domo Glycerii, gaudet quod laeta sint omnia suo praesidio, et eius hospitis Critonis, qui aduenit: cuius indicio scit illam ciuem esse Atheniensem. Verum haec Scena tantummodo iram continet domini commoti; quod Dauus, de domo Glycerii exiens, continuo in pistrinum mittitur. Hoc enim ei futurum antepromiserat, cum dixit, *in pistrinum, Daue, te dedam ad necem; si sensero quicquam in bisce nuptiis fallaciae conari.* E.

2 *Vnde egreditur*] Hic non interrogat: sed cum admiratione, vel magis cum indignatione dicit. *Meo praesidio at-*

*que hospitis*] Id est, *Animo iam nunc otioso esse impero. Atque hospitis*] scilicet: Critonis. D.

3 *Ego commodiorem hominem*] Hic Dauus admiratur, quod in ipso articulo periculi superuenerit Crito. *Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi*] Potest enim et commodus esse quis, et alieno tempore superuenire potest, et commodum in homine est. sed et opportunus malum etiam aduentum habere potest. Nam (ante hoc verbum legitur in utroque cod. *potest et commodum esse in homine, sed opportunum malum et aduentum habere potest*) *commodum*, in homine est: *aduentus*, in facto eius: *tempus* in opportunitate facti. *Commodiorem hominem, aduentum, tempus*] σὺλληψις. D.

*Aduentum tempus*] Pro, ad tempus ventum, id est, venisse. et singula sunt pronuntianda. E.

*Aduentum tempus*] Mf. R. *aduentum ad tempus.* L.

4 *Scelus, quemnam hic laudat?*] Non est hic soloecismus: ad sensum enim, non ad verba respice-

5 DAV. Herus est: quid agam? SI. o, saluc, bone vir! DAV. chem Simo! o noster Chreme! Omnia apparatus iam sunt intus. SI. curasti probe. DAV. Vbi voles, arcesse. SI. bene sane: id enim vero hinc nunc abest.

Etiam tu hoc respondes? quid istic tibi negotii est?

DAV. mihin'?

SI.

respexit. etenim propter sensus, verba sunt: non propter verba sensus. *Omnia iam in vado*] *In vado*, in securitate. Nam vt in profundo periculum est: ita in vado securitas est. Prouerbiale, *In vado*, in tuto. D.

*Res in vado*] Hoc est, in tuto sunt iam vniuersa. *Vada* enim sunt loca humilia \* (in Ms. lacuna nulla, inquit West. Sed mihi videtur excidisse, *maris*, seu, *fluuii*. Z.). E.

5 *Quid agam?*] Plus est dicere, *quid agam?* quam cogitare de fuga. *Salue bone vir*] *eigw-velz* maior est, quam increpatio. Quum enim omne genus criminis aliquis superauerit (Melius Ms. Hulst. *spreuerit*): tunc exclusi (lege *elusi*), *eigw-velz* laudamus. *Hem*] Interiectio perturbati est. *O noster Chreme*] *Noster* dicendo, latenter significat Glycerium filiam Chremetis esse inuentam. D.

6 *Omnia apparatus iam sunt intus*] Quia infecta sunt de paratis. *Curasti probe*] *Probe*, memoriter vt solet. supra enim

dixerat senex, *Imo abi intro: ibi me opperire: et quod parato opus est, para*. D.

*Omnia iam parata*] Dissimulat feruus domino viso, et dicit ad nuptias cuncta disposita esse. E.

*Iam sunt intus*] Ms. R. *ra iam* deest. L.

7 *Vbi voles, arcesse*] *Vbi*, pro quando. non est enim loci, sed temporis aduerbium. *Bene sane*] Valide: quia qui sanus est, idem et validus. *Adest*] *Pro deest*. D.

*Bene sane, id enim uero*] Recte, inquit, dicis: hoc enim solum iam deest, vt ipsa puella debeat euocari. E.

*Id enim uero*] Ms. R. *Is enim uero*. L.

Tres ex nostris, *Is enim uero*. Male. Faernus et vnus cod. e nostris *Hic nunc*. Frustra. B.

8 *Etiam tu hoc respondes*] Deest, *an non*. (Ob annon haud dubie legit A. *respondes*. Sed ex sequenti explicatione *ra etiam* auctorem legisse *responde*, patet. Quae repugnantia interpolationem indicare videtur. Z.) *Etiam*

SI. Ita. DAV. Mihine? SI. tibi ergo. DAV. modo introii. SI. quasi ego, quam dudum, rogem.

10 DAV. Cum tuo gnato vna. SI. anne est intus Pamphilus? crucior miser.

Eho, non tu dixisti esse inter eos inimicitias, carnufex?

DAV. Sunt. SI. cur igitur hic est? CH. quid illum censes? cum illa litigat.

DAV.

*in hoc respondes?*] *Eziam*, aut hortatio est aut coniunctio. Et vide quanta dixerit, et *quid*, et *istic*, et *tibi*. D.

*Quid istic tibi?*] Interrogatus Dausus quare domum Glycerii intrasset, non cur, sed quando respondet. E.

Lege *responde*, ob auctoritatem omnium codd. nostrorum, praeter unum. et Seruii ad Aen. XI, 373. ubi ait *etiam* esse hortantis adverbium. B.

9 *Mihine?*] Quando non sumus parati ad respondendum, ducendo tempus eludimus. *Mihine?*] Apparet ita turbari Dausum modo consilio Poetae, ut omnes amittat fallacias: et oppressus prodat Pamphilum, dum malum cominus perhorrescit; totumque hoc ex argumento est. Vult enim iam Poeta catastropham fieri. *Modo introii*] Hoc signum, perturbatum induci ob conscientiam Dausum. D.

*Modo introii*] Ideo Simo adiecit: *quasi ego, quam dudum, rogem*] Quasi ego inter-

rogem, quam dudum sis ingressus. E.

*Quam dudum, rogem*] V. C. *quam dudum id rogem*. L.

Codex C. C. C. *introiui*. Apud nostrum *introire* cum semper in medio Synaloepham faciat, tanquam bina fuerint verba: versum totum, ubi *Ita* superiori apposueris, restitue sic: *Mibi? Tibi ergo. Modo ego introiui*. etc. B.

10 *Cum tuo gnato vna*] Serui excusatio, filii accusatio est. et hoc quasi a perturbato dicitur seruo: sed consilio Poetae ad exitum festinantis et resolutionem fabulae. *Anne est intus Pamphilus?*] Causa irae vehementior (*vehementioris* Z.) inuenta est. D.

*Cum duo nato vna*] Conturbatus seruus, quoniam se defendere non potuit, a domino constringitur. E.

12 *Sunt*] Nulla ratione dicit, *sunt*: sed ne nihil respondeat. Nam turbatus est, vixite oppressus. *Quid illum censes?*] Deest, *propter*: ut fit, pro-

DAV. Immo vero indignum, Chremes, iam facinus faxo ex me audias.

Nescio quis senex modo venit. ellum, confidens, catus:

O 5

15

propter quid illum esse censes? *Cum illa liigat*] Chremeti conuenit hic sermo: hic enim irridet: qui et supra dixit, *Amanuum irae, amoris inregratio est.* Et sic hoc dicit, vt alibi, *Credo, vt fit, misera prae amore exclusit hunc foras.* *Cum illa liigat*] irridet Simonem Chremes, quia dixerat, *Irae sunt inter Glycerium et guatum.* D.

13 *Imo vero indignum, Chreme*] Bene ad eum loquitur, qui est a nuptiis dererendus: vel qui non interturbet orationem suam: vel quem etiam sibi precatorem destinet. Ita loquitur quasi haec sit causa, cur sit Pamphilus ingressus: quod quasi ei lis intendatur a Critone hospite ducendae uxoris, quam (*quum Z*) ciuem Atticam vitiauerit. (Argutiae mihi videntur. Dauus hic, vt Simonis animum, ioco Chremetis ridentis commotum leniret, quasi refellere conatus est sententiam Chremetis. Dicit enim, *Immo vero*, h. e. illud non est, sed *Z*.) D.

Lege *Chreme* cum vno ex nostris; et cum quatuor audies. ob usum τῆς faxo apud Terentium. B.

14 *Nescio quis senex modo venit*] Bene, *nescio quis.* etenim si notus esset, videretur gratificari, id est, gratiosus esse testis et minus verus. *Ellum*] Veteres quod nos *illum* dicimus, vel *ellum*, vel *ollum* dicebant. quamuis *ellum*, quidam *ecce illum*, velint intelligi: tanquam pro ipso domum (Mf. Hultf. *pro ipsa domo*, h. e. ante ipsam domum) Glycerii ostendat Dauus, dicens, *Ellum*, quasi *en illum.* est enim, vt alii volunt, pronomen: vt (*at Z*.) alii, aduerbium demonstrantis: nam pronomen huiusmodi veteres sic proferebant, *ille, ellus, ollus.* Sed, vt diximus, aduerbium compositum ex pronomine videri potest: vt *fit, en, vel ecce illum.* *Confidens*] *Confidentem* hic pro constanti, non mala significatione, posuit. *Catus*] Callidus, doctus, ardens: *κατὰ τὸ κελειν*, vnde *Caro* dictus: ingeniorum etenim igneus vigor esse videtur (Mf. H. *ingeniorum etenim ingenuus vigor est.* Et refert illud *videtur* at sequentia, *esse quantiuis pretii.* Hoc recte, illud minus). D.

In antiquo Decurtato Faerini, et vno e nostris est, *Nescio qui.* Recte. B.

- 15 Cum faciem videas, videtur esse quantiuis pretii.  
Tristis seueritas inest in voltu, atque in verbis fides.  
S<sub>I</sub>. Quidnam apportas? DAV. nihil equidem,  
nisi quod illum audiui dicere.  
S<sub>I</sub>. Quid ait tandem? DAV. Glycerium se scire  
ciuem esse Atticam.  
S<sub>I</sub>. Hem, Dromo, Dromo. DR. quid est? S<sub>I</sub>.  
Dromo. DAV. audi. S<sub>I</sub>. verbum si addideris.  
Dromo.  
20 DAV. Audi obsecro. DR. quid vis? S<sub>I</sub>. subli-  
mem hunc intro rape, quantum potes.

DR.

15 *Quantiuis pretii*] Ad magnitudinem refertur *quantiuis*, non ad paruitatem pretii (Mf. Hulst. *ad grauitatem*, PRETII, omisso *non*). Et totum oratorie. scite enim locutus est. Sed interest inter *quamuis* et *quantiuis*. Nam alterum contemtionis, alterum laudis. D.

*Videtur esse*] Mf. *Videtur quantiuis p.* est autem Plautina imitatio, in Pseudol. 1, 2, 9. *At faciem cum aspicias eorum, haur mali videntur, opera fallunt.* L.

16 *Tristis*] Ad laudem interdum sumitur, non ad amaritudinem, *tristis*. Cicero (Act. 1. in Verr. 10.), *Iudex tristis et integer.* D.

*Tristis seueritas*] Thrasea apud Tacit. Seru. Georg. 3. ad vers. 37. — *annemque seuerum.* et Aeneid. x, 612. *tua tristia dicta.* L.

18 *Glycerium se scire ciuem esse Atticam*] Bene: constanter et ea quae locutus est, *scire* se dixit. D.

19 *Dromo, Dromo*] Com-motus ira et dolore nihil dixit, nisi quod lorarium repetendo saepius vocat. *Verbum si addideris*] Bene, qui omnia, praesente focero, contra nuptias loquitur. D.

*Hem* appone antecedenti. B.

20 *Audi obsecro*] Plerumque a verberandis, vel mora (R. Steph. quia sensum nultum putabat in vulgari lectione, post *verberandis*, interseruit *vel indulgentia loquitur.* Id autem velle videtur Donatus: quia Daus supplicii metu dixerit, *audi, obsecro*, sperasse, se mora impetraturum indulgentiam, quod nempe vel indulgentia, vel mora loquatur a verberandis. Idem igitur Donato est loqui ab aliquo, quod, stare

DR. Quem? SI. Dauom. DAV. quamobrem?

SI. quia lubet. rape, inquam. DAV. quid feci? SI. rape.

DAV. Si quicquam inuenies me mentitum, occidito. SI. nihil audio.

Ego iam te commotum reddam. DAV. tamen etsi hoc verum est. SI. tamen

Cura asseruandum vincitum; atque audin'? quadrupedem constringito.

25

stare ab aliquo. Nisi pro loquatur, legendum sit, scilicet rogatur, seu quaeritur, seu potius capitur). *Sublimem*] Id est in sublime, per altum. *Quantum potes*] Hoc est, celerime: quia seigniores se ostendunt ferui ad puniendos collibertos (lege *conseruos*), scilicet mora veniam captantes indignantium Dominorum. D.

21 *Quia lubet*] Hoc sensu et supra dictum est: *Aux si libitum fuerit, causam ceperit, quo iure, quaque iniuria. Quia lubet*] Dauo dicit. *Rape, inquam*] Hoc Dromoni. D.

22 *Si quicquam mentitum inuenies, occidito*] Hic plus dixit. Vbi enim *verbera* supra dixit: nunc *occidito* (Atqui Dauus in tota fabula id non dixit. Igitur memoria lapsus Donatus videtur, nisi animo obuersatae sunt Simonis minae, supra 1, 2, 28.). D.

23 *Commotum*] Citum, celerem (Donato indignam explicationem hanc censet Dacie-

ria, cum *commotum reddere* hic sit, *commouere*, *δικαινεῖν*, seu *verberibus caedere*. Z.). D.

*Tamenetsi hoc verum. S. Tamen*] in vet. lib. *tamenetsi hoc verum est. S. audin'? quadrupedem*. L.

Post *tamen* in fine est distinguendum, vt ad Dani interrogationem referatur. B.

24 *Quadrupedem*] Vtrum ligaturae genus sic dicitur, *quadrupes?* an quadrupedem, vt feram? an quadrupedem, id est cum pedibus et manibus? an quadrupedem, pro ceruo ac fugituo posuit? Sic Virgil. (Aen. VII, 500.) *Saucius at quadrupes nota intra recta refugit. Constringito*] Mire. ne quid fiat tragicum in comoedia, vsque ad vincula ira progreditur: nec quicquam tentat vterius (Vterque liber legit: *nec quicquam tentat, ne quoquam tendat vterius*). D.

[*Quadrupedem constringito*] Hoc est, ita eum (et nodis), et vinculis colligato, vt quadrupedem

- 25 Age nunc iam; ego pol hodie, si uiuo, tibi  
 Ostendam, herum quid sit pericli fallere;  
 Et illi, patrem. CH. ah, ne facui tantopere. SI.  
 o Chreme,  
 Pietatem gnati! nonne te miseret mei?  
 Tantum laborem capere ob talem filium?  
 30 Age Pamphile, cxi Pamphile, ecquid te pudet?

## ACTVS QVINTI SCENA III.

PAMPHILVS. SIMO. CHREMES.

QVIS me volt? perii, pater est. SI. quid ais, omnium? CH. ah,

Rem

dem (facias) cum eius manus retrouertens compedum ligaturis efficias, quali quadrupedem. Quidam hoc aliter: quasi dominus iracundiam suam deriuauerit, et leni voce dixerit, ut non ipsum, sed iumentum aliquod alliget. Et confirmant ex eo, quod conquerenti Pamphilo, non recte Dauum uindictum, respondit Simo: *hanc ita iussi*, sed superior sensus est melior. E.

25 *Si uiuo*] Qui certa minari uolunt, incertam faciunt vitam suam. D.

26 *Herum quid sit pericli fallere*] Herum et patrem cum ingenti pronuntiatione dixit. Et alibi, *Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut Audebit, tanto magis audebit caeteros.* D.

Lege commodiore ordine, *Ostendam, quid herum sit* etc. B.

27 *Ne facui tantopere*] *Ne*, imperatio magis quam coniunctio adiungitur. ut Virg. (Aen. VI, 544.) *Ne facui, magna Sacerdos.* D.

*Ab ne facui*] Priscian. libr. VII. Plaut. Bacchid. III, 2, 4. *Leniter qui faeuunt, sapiunt magis.* Seruius in Aeneid. VI, 544. — *ne facui, magna Sacerdos.* L.

28 *Pietatem gnati*] ἔλεος. deest enim *uides*, aut quid tale. Et est εἰρωνεία, pro impietate. Et uide inuidiam, quali parricidam accusantis. non enim pudorem dixit, sed pietatem, D.

29 *Tantum laborem capere*] σάβησις. affumendum est enim extrinsecus *me* (Westerhouius addita habet, sed nescio unde; *Labor, pro molestia Z.*). D.

I *Quis me uolt? perii*] Hic accusatio est: quae soluitur de-

fen-



Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.

SI. Quam quicquam in hunc iam grauius dici possiet.

Ain' tandem? cuius Glycerium' est? PAM. ita praedicant.

5 SI. Ita praedicant? o ingentem confidentiam!

Num

fensione, in eo quod ad amorem pertinet, per concessionem; in eo quod ad Critonis personam, per coniecturam. *Quid ais omnium?*] Ἀποσιώπησις tertia: et est ad deformationem personae. Et est irato familiaris ἀποσιώπησις, quum, pro dignitate peccati, non inueniat conuicium. *Quid ais*] Non interrogantis, sed inuenientis; et est εἰρησῆς, multa significans, in eo quod ait, *omnium*. D.

*Quis me volt?*] Haec Scena venialem statum habet. Accusatur enim (excidit, *filius* L.) a dictis, a factis, ab habitu faciei: quod peregrinam meretricem velit uxorem ducere. Sed purgat se, ut necessitate compelli possit. Nam inferit, ut noscatur, quod Crito dicat se scire, ciuem esse Atticam Glycerium. *Quid ais, omnium?*] Iracundiae familiare hoc esse, saepe dictum. Hic intercessit Chremes et dixit: *Rem potius ipsam dicito*, ommissis maledictis. Tantum filio crimen intentat (forte, *inuenta*, deleto puncto post maledictis). Accusatio incipit: *Num cogitat quod di-*

*cat? num facti pudet?* Deinde defensio a precibus: *Me miserum!* Tota rursus accusatio supponitur factis praeteritis, quod diu amauerit meretricem: a praesentibus, quod iam vxor sit, quod susceptus filius. Deinde concluditur accusatio per σύγχυσιν (lege, *συγχώρησιν* L.), *Imo valeat; habeat; uiuat cum illa*. E.

3 *Quasi quicquam in hunc iam grauius dici possiet*] Quam quod fecit, quam quod peccauit. D.

4 *Ain' tandem?*] Quaerit Probus, *ain'* quae pars orationis sit: et an vna sit. Est autem *ain'* quasi *aisne*. Et mire, quasi ipse dicat, quod Dausus dixerit. Ergo *ain'*, percontatiuum verbum est. *Tandem*] Pro tamen. *Praedicant*] Artificiose pro *dicunt* posuit, adeo in hac re vehementer commotus senex hoc ipsum repetit, *Ita praedicant*, per iracundiam. Et *ita*, est ἐν ἤθει, ut repetantur verba, in quibus arguitur impudentia. D.

5 *O ingentem confidentiam!*] Et *confidentia* modo pro audacia est cum improbitate. ut in Phor-

Num cogitat quid dicat? num facti piget?

Num eius color pudoris signum vsquam indicat?

Adeon' impotenti esse animo, vt praeter ciuium  
Morem atque legem, et sui voluntatem patris,

10 Tamen hanc habere studeat cum summo probro?

P A M.

Phormione, *Homo confidens*. Aliter hic (Excidit *quam*, seu, ac Z.) supra *confidens*, pro constanti et graui. Ergo confidentia interdum in bona significatione, interdum in mala ponitur: sed fiducia semper in bona. D.

6 Num cogitat quid dicat? num facti piget?] Amens est qui nesciat quid dicat: amentior, quem non poeniteat facti sui. Num cogitat quid dicat:] Quia iniuriarum se alligat. Num facti piget?] Quia dicit *praedicant*, non *dicunt*. Et, vt solent irascentes, auertit orationem a secunda ad tertiam personam: ab ea, cum qua loquebatur, ad aliam. D.

7 Num eius color pudoris signum vsquam indicat?] *Signum*, est parua quaedam significatio, indicans totius rei qualitatem. Num eius color pudoris signum vsquam indicat?] paterno animo dicit. Namque patribus velle erubescere filios, pudentesque esse, familiare est: cui contrarium est, *Erubuit, salua res est*. Hoc ergo dicit: Nec timer, inquit, nec enim (Mf. Boend. cum edit. Du B.

habet eum) poenitet, nec pudet. D.

*Color pudoris signum]* Alexand. Aphrodis. problemat. lib. I. Διά τὴν αἰδέμενοι ἐρυθριῶσι. Aristophan. in Equitib. ὡς δὲ πρὸς πᾶν ἀναιδέεται καὶ μετρίῃσι τῷ χρώματι τῷ παρετηκότος. L.

Faernus legit, *VIDE num eius etc.* et omnes vbique codd. Ego legendum puto, *Nummam eius etc.* ne verui quid desit. B.

8 *Impotenti]* Nimis potenti. vel certe debili et deuicto. D.

Ne fugiendum sit cum Faerno ad Synizesin, ad Pyrrichium efficiendum, pro *Adeon'* lege *Adeo*. B.

9 *Ciuium morem atque legem, ex sui voluntatem patris]* Tria contemta sunt, mos, lex, imperium patris. *Praeter ciuium morem]* *Praeter*, contra nunc significat. D.

10 *Tamen]* Quum non dixerit *quamuis*, subiicit *tamen*: et figura est *ἀνακόλυθον*. D.

*Cum summo probro?]* In Mf. R. sic legitur: *Tamen habere cupiat cum summo probro*. L.

Pro *studeat* in Edit. Sandbyensi legitur *cupiat*; quod sanè Simoni irato aptius videtur. Z.

P A M. Me miserum! S I. hem! modone id demum sensisti, Pamphile?

Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum,  
Quod cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi;  
Eodem die istuc verbum vere in te accidit,

- 15 Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?  
Cur meam senectutem huius sollicito amentia?  
An vt pro huius peccatis ego supplicium sufferam?  
Imo habeat, valeat, viuat cum illa. P A M. mi pater.

S I.

11 *Me miserum*] Initium defensionis et deploratio calamitatis et miseriae: quia in Amorem culpam remouet a voluntate sua, quum pater, quod amat filius, vitium mentis dicat esse, non impulsus Dei. (Mf. Hult. *Vitio mentis dicat quasi esse impulsus*. Vereor, vt ex mente Donati, cui Amor Deus est. Vid. infra vers. 25.) *Modone id demum sensisti, Pamphile?*] Comprobatione ostendit eum esse miserum. *Demum* autem, signum est tarditatis. Et *sentire* dicitur, qui vix colligit se, vixque animaduertit: vt alibi, *Vix tandem sensi stolidus*. D.

12 *Olim istuc olim*] Obiurgatio est, quod dictum est *olim*. Confirmationem autem per repetitionem ostendit. Vt Virgil. (Aen. II, 602.) — *dium in clementia, diuum, Has euerit opes*. D.

13 *Aliquo pacto*] Quoquo modo. D.

14 *Accidit*] euenit, fuit. D.

15 *Sed quid ego?*] Proprium est parentibus indignatione velut abiicere curam filiorum, quum destomachati fuerint. *Sed quid ego?*] ἄλλως per ἀποσιώπησιν. D.

Cod. Academicus: *Sed quid ego me autem? cur excrucio?* etc. Recte, dummodo deleueris *cur*. B.

16 *Sollicito*] Sollicitam reddo, id est, contristo et perturbabo. *Cur meam senectutem*] Non *me*, sed meam senectutem: quod plus est, et miserabilius dicit. D.

18 *Imo habeat, valeat*] Non irascitur vt pater, sed dissimulat vt alienus: quia vehementer dolet. Et *habeat*, subauditur *illam*. *Mi pater*] *Mi*, meus. Et principium factum a conciliatione personae. D.

*Mi pater*] Ex nomine benevolentiam comparat. Deinde petitur audientia. Post subiungitur narratio, in qua est venialis status: *Ego me amare hanc confiteor*. E.

- SI. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.  
 20 Domus, vxor, liberi inuenti; inuito patre.  
 Adducti, qui illam ciuem hinc dicant: viceris.  
 PAM. Pater, licetne pauca? SI. quid dices mihi?  
 CH. Tamen, Simo, audi. SI. ego audiam? quid  
 ego audiam,  
 Chreme? CH. at tandem dicat sine. SI. age, di-  
 cat: sino.  
 25 PAM. Ego me amare hanc fateor; si id peccare est,  
 fateor id quoque.

Tibi,

19 *Quasi tu huius indigeas patris*] *Huius*, ostendens se dixit. vt Virg. (Aen. ix, 205.) *Est hic, est animus lucis consentor.* D.

20 *Domus, vxor, liberi inuenti*] Mira grauitate sensus elatus est. nec de Menandro, sed proprium Terentii. Et *liberi inuenti* dicit, quum vnus esset: sed inuidiosius *liberi*. Et *inuenti*: non *geniti*, secundum illud, *Hoc ego scio, neminem peperisse hic.* *Domus* addidit, non lupanar. Et oratorie de vno pluraliter loquimur. D.

*Domus, vxor, liberi*] Haec ergo causarum vna est, cur filii familias sine consensu paterno matrimonium contrahere nequeant: ne videlicet inuito patri suus heres agnoscat. Instit. Tit. de nupt. l. 35. ff. de rit. nupt. l. 12. Cod. eod. Quapropter in emancipatis haec sollemnitas non obseruatur. l. 25. ff. eod. L.

21 *Viceris*] Verbum est eius, qui vix sibi extorquet, vt abii-

ciat curam. Et proprium patribus, ac familiare iratis. D.

22 *Pater, licetne pauca?*] Titubans et balbutiens oratio pudore et conscientia. D.

23 *Tamen, Simo*] Mf. R. *Tandem, Simo.* L.

Faerni liber Bembinus, et Basilicanus, *Tamen, Simo, audi.* Recte. Sed lege ΕΓΟΝ' *audiam?* B.

24 *Age dicat: sino*] Hoc totum non ex animo permittentis, sed cum stomacho patientis est. D.

Pro *at tandem*, quod tres codd. vetustiores habent, ne duplici ictu sit inuenustum, lege *at tamen.* vt supra IV, 2, 28. B.

25 *Ego me amare hanc, fateor*] ἀμφιβολία τῆς ἐρωμένης. *Hanc fateor*] Et bene *hanc* dicit, non *Glycerium*, cuius nomine offenditur senex: nec *peregrinam*, ignominiam scilicet vitans. *Si id peccare est, fateor id quoque*] Noli, inquit, me accusare quia (*quod* Z.) amo-  
aman-

Tibi, pater, me dedo. quiduis oneris impone, impera. Vis me vxorem ducere? hanc vis amittere? vt potero, feram.

Hoc modo te obsecro, vt ne credas a me allegatum hunc senem.

Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam. SI. adducas! P A M. sine, pater.

30 CH. Aequum postulat; da veniam. P A M. sine te hoc exorem. SI. sino.

Quid-

amantem enim nemo accusat, vt febricitantem nemo accusare potest cur febricitet. Sed amare, inquit, si putas esse peccatum, fateor etiam me hoc peccasse. Mire igitur et subdefendit (forte, *subdole defendit* Z.) culpam: et assensus irato est. *Si id peccare est*] Peccare dicit: quia amor deus est, non voluntas. *Fateor id quoque*] Peccare me scilicet. D.

Quamquam incidit veluti diffinitiuus status. *Id peccatum est.* (Cognitur enim, an amor crimen sit? Petit veniam sic: *Tibi me, pater, dedo.* E.

26 *Tibi pater me dedo*] Bene dedo, quasi hostilia et contraria volenti. Nam deditio in hoste fieri solet. *Quiduis oneris impone: impera*] Exsecutus est translationem oneris, dicendo *imponere, vt potero, feram.* D.

27 *Vis me vxorem ducere? Hanc vis amittere?*] Et (*Ex eo* Z.) quod vnum est, duo fecit: vt ostendat se non posse ferre. *Vt potero, feram*] Ob-

sequium sine voluntate ostendit: et multum valet sub Chremetis praesentia haec confessio, ad recusandas nuptias. D.

Exponuntur duae partes: vna ex voluntate, altera citra voluntatem: *Vis me vxorem hanc ducere? vis amittere?* Concluditur cum affectu, *vt potero, feram.* Hic enim ostendit, se nihil aliud velle, nisi vt eam vxorem ducat. Insinuatur et illud, quod supra diximus, vt, Crito quod nunciat, audiatur. E.

Faernus recte *mittere* pro *amittere*, et metri et sensus causa. Nam *amittitur* vxor iam domum ducta; *mittitur*, quae nondum ducta est. B.

28 *Vt ne*] Pro, vt non. *Allegatum*] Adhibitum. *Hunc senem*] Critonem scilicet. Et non Critonem, sed senem dicit: vt de hac appellatione pondas adiiceret testimonio. D.

30 *Aequum postulat. da veniam*] Artificiose interponit loquentem Chremetem: quem

Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar,  
Chreme.

CH. Pro peccato magno paululum supplicii satis  
'est patri.

## ACTVS QVINTI SCENA IV.

CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILVS.

**M**ITTE orare. vna harum quaeuis causa me, vt faciam, monet:

Vel

volens vsque ad cognitionem filiae suae retinere, non facit irasci Pamphilo ob contentum filiae suae, et post hoc abire de medio. *Da veniam*] Concede, indulge. *Sine te hoc exorem*] Id est, vt me purgem, non (Pro non Ms. Hulst. habet *bunc*: rectius: vtrumque enim rogauerat Pamphilus) adducam. D.

31 *Ab hoc me falli comperiar*] O paterna pietas! ipse accusator est, et redargui se cupit. D.

*Quid vis cupio, ne ab hoc me falli comperiar, Chreme*] Pati omnia volo, dummodo non cognoscar, ab hoc me falli. E.

32 *Paulum supplicii*] *Supplicium* dicit ipsam accusationem. D.

*Paululum supplicii*] Aduerbia frequenter fiunt nomina . . . accipiuntur (et casui adiunguntur Z.). vt *paululum* et *satis*. Horatius (1, 2, 1.) *Iam satis nis misit parer*. Et est diffini-

tio a causa, id est, a filio, cui semper indulgere conuenit. (Haec tota nota abest a Ms. utroque). E.

Esti libri antiqui habent *paululum*: versus tamen exigit, vt cum recentioribus quibusdam libris sequamur *paulum*. B.

I *Mitte orare*] Hic in Scenam progreditur Crito: in cuius verbis non modo quod ipse promittit, sed etiam quod et Pamphilus dixerit, demonstratur. Et hic omnis error aperietur fabulae. *Mitte orare. vna harum quaeuis causa*] Pamphilo dicit. et dicendo *vna harum*, ostendit multas esse causas: etiam pares magnitudine esse, dicendo *quaeuis*. D.

*Mitte orare*] (Initium huius Scena in Ms. altero lacerum: in altero eadem lacunae, quae in editis). Haec Scena cognitionem habet puellae, quod cuius Athenientium sit, vt omnis error iu comoedia solui possit. Senes igitur duo sunt, Chre-

Vel tu, vel quod verum est, vel quod ipsi cupio  
Glycerio.

CH. Andrium ego Critonem video? certe is est.

CR. saluos sis, Chreme.

CH. Quid tu Athenas insolens? CR. euenit. sed  
hicine est Simo?

P 2

5 CH.

Chremes et Simo . . . .  
etiam Pamphilus et Crito egre-  
ditur, . . . . Pamphilo  
vt diceret Atheniensem ci-  
uem . . . . dicit autem  
iustum esse ac propterea . .  
. . . ride eo quod verum est,  
et quid meretur . . . .  
iam Glycerium digna sit. Ita  
se. . . . pelli vt istuc  
faciat vnde . . . . ro-  
gari (Forte sic locus est restitu-  
endus: Senes igitur duo sunt,  
Chremes et Simo, *quorum in-  
terest nodum solui. Redit iam  
Pamphilus, et Crito egreditur  
vna, qui oratus est Pamphilo,  
vt diceret Atheniensem ciuem  
esse Glycerium. Hic dicit au-  
tem iustum esse, ac propterea,  
vt faciat, se moneri de eo, quod  
verum sit, et quod mereatur eius  
virtus, et quod dudum iam Gly-  
cerium digna sit. Ita se vna  
harum quauis causa impelli, vt  
istuc faciat: vnde opus non esse  
ab illo rogari Z.). E.*

3 Andrium ego, Critonem  
video?] Bonum initium agni-  
turi filiam. Itaque compendii  
causa, non laborat de agnitio-  
ne personae Critonis, vt ab eo

facile doceri possit. *Saluus sis  
Crito*] Ne laboret ad persua-  
dendum: miro compendio Po-  
etae, iam Crito notus est Chre-  
mi. D.

Lege *is certe est.* B.

4 *Quid tu Athenas insolens?*  
*Insolens*, insolitus, infuerus.  
Cicero (pro Deiot. 2.), *Moue-  
or etiam loci insolentia.* Sal-  
lustius (in Fragmentis), *Inso-  
lens vera accipiendi. Insolens*  
et arrogans intelligitur. Qui  
praeter legem agit humanam  
et naturalem, *insolens* dicitur.  
Cicero (pro Marcello 3), *In  
victoria, quae natura insolens  
et superba est. Euenit*] Pudet  
fateri propter hereditatem ve-  
nisse. Et vide ipsum esse, qui  
dixerit supra, *Clamitent me sy-  
cophantam, hereditatem perse-  
qui.* D.

*Athenas insolens*] Id est, non  
solitus venire Athenas. Vnde  
Cicero (pro R. Deiot. 2.): *Mo-  
ueret et loci insolentia.* Alio-  
quin *insolens*, superbus dici-  
tur. E.

*Quid tu Athenas insolens?*  
Cr. *euenit*] Priscian. lib. xv.  
pag. 168. L.

5 CH. Hic. SI. men' quaeris? cho, tu Glycerium hinc ciuem esse ais?

CR. Tu negas? SI. itane huc paratus aduenis?

CR. qua de re? SI. rogas?

Tune impune haec facias? tune hic homines adolescentulos,

Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?

Sollicitando et pollicitando eorum animos lactans?

CR. fanusne es?

IO

5 Ut metro consulatur, amplector lectionem duorum codd. meliorum, qui pro *men' quaeris?* habent, *Simo, men' quaeris?* tribuuntque Critoni. B.

In edit. Sandby. est *Hic est.* 7.

6 *Paratus aduenis?*] Hoc est, subornatus, et compositus dolo (Mf. Hulst. forte rectius, *compositor doli*: nisi id voluit interpres, illud *paratus* valere et ab aliis subornatum, et vltro compositum ad fraudem). D.

Pro *qua de re* duo codd. habent *qua re*. Recte. Nam ita trochaicus stare potest. B.

7 *Tune impune hoc facias?*] Mire. acriter Critonem aggressus (Mf. Boend. *Nunc acriter Critonem aggressus*), dilatauit incusationem, et generale (*lege* vel *grauem*, vel *grauiter*. Nam haec est illa *δεινότης*) fecit virtute oratoria, quae *δεινότης* dicitur. *Tune hic*] Id est Athenis, vbi delicta vindicantur. D.

*Tui' homines*] Hoc versu anitheton est, id est, compositum ex contrariis. E.

Antiqui libri pro *hoc* legunt

recte *haec*: quod inuidiosus esse iudicat Faernus. B.

8 *In fraudem illicis?*] Illigas. vnde Virgil. (Ecl. VIII, 73.) *Terna tibi haec primum triplici circumdata filo, Licia circumdo. Licia* enim dicta sunt, quasi ligia. D.

*Imperitos rerum*] Hoc est; in rebus imperitos tuis dolis in persuasionem deducis. E.

9 *Eorum animos lactans?*] Hinc etiam *oblectatio* dicitur. *Lactans*] Quasi teneros animos. *Lactare*, est dulcedine aliqua tenere, ad persuasionem inducere (*ac persuasionem inducere*. Wieling.): vnde et *delectare* et *oblectare* dicimus. D.

*Eorum animos lactas?*] Eorum ingenia fallis et decipis: hoc est enim *lactare*, quasi confuto nutrimento decipere. Vel *iactas*, per hypallagen, id est, in iactationem et superbiam mittis. E.

Pro *lactans* lego *lactas*, atque distinguo ita: *in fraudem illicis Sollicitando, et pollicitando e. a. lactas?* Postea ne essent litterae superuacuae, edidi, *fanusne es?* B.



- 10 SI. Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?  
 PAM. Perii, metuo vt substet hospes. CH. si, Simo, hunc noris satis,  
 Non ita arbitrere: bonus est hic vir. SI. hic vir fit bonus?  
 Itane adtemperate venit hodie in ipsis nuptiis,  
 Vt veniret antehac nunquam? est vero huic credendum, Chreme?  
 15 PAM. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probe.

P 3

SI.

10 *Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?*] Vide oratorie agi, vt grauius Critonem accuset Simo, nunc defendit filium, quem dudum increpauerat. *Ac meretricios amores*] Peius lenocinio crimen ingessit: non amicam facere de meretrice, sed coniugem. *Nuptiis conglutinas*] Hoc grauius est lenocinio. D.

*Meretricios amores*] Efficis vt meretrices fiant vxores. E.

11 *Metuo vt substet hospes*] *Vt*, ne non. Lucilius, *Tuum vt memoriam retineas*. Et bene *hospes* ait, non *homo*, vel *Crito*. est enim (*in 7.*) ipso nomine causa diffidentiae. D.

*Metuo, vt substet hospes*] Vereor, inquit, Pamphilus, ne patris sermone hospes Crito teritus, non possit resistere fortiter. E.

12 *Non ita arbitrere*] Id est, non arbitreris. *Bonus hic vir est*] Cum pondere et distin-

ctiōne inferendum. *Hic vir fit bonus*] Hic, per *εἰσπελάειν* nec virum, nec bonum esse dixit. *Hic vir fit bonus*] Mire poeta, cum oportuerit Critonem inimiciorem Chremi esse quam Simoni, sic rem inducit, vt notior ei sit contra quem maxime venerat, atque ab eo defendatur, magis vt res progredi ad catastrophē possit. D.

13 *In ipsis nuptiis*] In ipso articulo nuptiarum. D.

*Itane adtemperate*]. Mf. R. *Ita adtemp.* L.

Plures codd. *euenit*, vt ante 4, quod hic Simo iratus repetit. Caeterum distingue sic: *Itane a. euenit, b. i. i. nuptiis. Ut veniret, a. n.? e. v. b. c. C.* vltima esset, sine interrogatione, per ironiam. B.

14 *Vt veniret antehac nunquam?*] Plerumque casus imitatur industriam: et hoc saepe fit, vt etiam sedulo facta, sint suspecta. D.

SI. Sycophanta, CR. hem! CH. sic, Crito, est hic: mitte. CR. videat, qui fiet.

Si mihi pergīt, quae volt, dicere: ea, quae non volt, audiet.

Ego istaec moueo, aut curo? non tu tuum malum aequo animo feres?

Nam,

16 *Sycophanta*] Hoc est, quod minime voluit sibi dici Crito. Nam ita loquutus est supra, *Clamitent me sycophantam, hereditatis persequi. Hem*] Principium iracundiae. audiuit enim quod maxime vitabat: nam vt supra, *Clamitent me sycophantam. Sic, Crito, est hic: mitte*] Hic Chremes traducit illum ab iracundia, dicendo *sic eum esse*. Menander: ἄτος αὐτός ἐστιν \* (ἄτως αὐτός ἐστιν, ed. Westerh. Forte pro ἐστιν leg. πέφυκε. Z.). Et recte: quia naturae ignoscitur, voluntati non item. D.

*Sycophanta*] Calumniator. Hoc verbum est ab his, qui apud Atheniens. accusabant eos, qui cum ficu frumenta extra ciuitatem ferebant. E.

17 *Si mihi pergīt, quae volt, dicere*] Grauiter et mature. D.

*Si mihi pergīt*] Alexis: τῷ κακῶς λέγειν γὰρ ἀρχὴ γίγνεται. ἂν δὲ εἴπῃς ἅπασι, εὐθύς ἀντήκασας ἤδη, λοιδορεῖσθαι λείπεται. L.

Pro *pergīt* codd. et edd. vett. recte habent *perget*, vt *audiet*. B.

18 *Ego istaec moueo, aut curo?*] Est enim sycophantae

perturbare rem bonam, et curare malam. Hoc igitur dicit cum ὑποκρίσει, Ego haec turbo, aut cogito quemadmodum tu dicis, Simo? *Non tu tuum malum aequo animo feres?*] Non filium, sed amorem in filium (Mf. Hulst. et ed. Venet. 1490. melius, *amorem filii*) significat. An quia iratus est? Et quaeritur, an conueniant haec verba Pamphilo, veniente (Mf. H. *Pamphilo venienti*: Ed. Venet. *pro Pamphilo veniente*. Haut dubie legendum: *Pamphilo praesente*. Neque enim veniebat Pamphilus, sed praesens adstabat. Nisi *Pamphilo* vel *pro Pamphilo veniente*, notet, Pamphilo aduocati instar aduenienti). Imo enim conueniunt: nam quanto magis dissimulat fauorem, tanto plus acquirit fidei ad ea quae loquitur. D.

*Moueo et curo?*] Hoc est, ista facile contemno. *Tuum malum aequo*] Calamitatem tuam, Simo, et quodcunque tibi accidit, aequo animo ferre debes, neque alteri maledicere. E.

*Ego istaec moueo*] Mff. *meuo*, al. *moueo*. L.

Nam, ego quae dico, vera an falsa audieris, iam sciri potest.

20 Atticus quidam olim, naui fracta, apud Andrum eiectus est,

Et istaec vna parua virgo. tum ille egens, forte applicat

Primum ad Chrysidis patrem se. SI. fabulam inceptat. CH. sine.

CR. Itane vero obturbat? CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit,

Qui eum recepit. ibi ego audiui ex illo, sese esse Atticum.

25

19 *Iam sciri potest*] Addit et temporis celeritatem. et magna maturitate dixit. D.

Liber Bembinus et Collegii C. C. cod. recte legunt *audierim* sc. ex Phania. cf. v. 28. B.

20 *Atticus quidam olim*] Haec pars argumenti est: quae et supra iam dicta. D.

*Atticus quidam fuit*] Narratio incipit ad cognitionem. E.

*Olim naui fracta*] Priscian. lib. 11x. L.

Liber Bembinus recte legit *ad Andrum*. B.

21 *Fortie applicat*] *Applicat*, proprie de naufrago in litus eiecto atque egenti. D.

22 *Primum ad Chrysidis patrem*] Quid est, *primum*? an quia postea mortuus est? *Fabulam inceptat*] Aut ad comœdiam retulit *fabulam*: quia *fabula* comœdia: et quia argumentum quasi fabulae narra-

tur. aut certe ad irrisionem narrationis dicit. etenim *olim* fabulae proprium, vt Horatius (Serm. 11, 6, 70.) — *olim Rusticus urbanum murem mus paupere fertur Accepisse cauo, veterem vetus hospes amicum*. D.

23 *Itane vero obturbat?*] Si subdistinguit (*subdistinguis* Z.), *interstrepit* accipe: si non distinguit (*distinguis* Z.), *euertit* intelligas. *Itane vero obturbat?*] Potest, *itane vero*, subdistingui: et sic cum comminatione inferri, *obturbat*. D.

*Ita vero obturbat?*] Ita scilicet interloquitur? E.

Pro *tum*, quod profus ineptum est, corrige *tu*, et refer ad *perge*. B.

24 *Ibi ego audiui ex illo*] Magna confirmatio veritatis est. D.

Menander in τῷ παλαιμένῳ. apud Athenaeum VI: — —

25 Is ibi mortuus est. CH. eius nomen? CR. nomen tam cito tibi? Phania.

CH. Hem, perii. CR. verum hercle opinor fuisse Phanium; hoc certo scio,

Rhamnusium se aiebat esse. CH. o Iupiter! CR. eadem haec, Chreme,

Multi alii in Andro tum audiuerunt. CH. vtinam id sit, quod spero. Cho, dic mihi,

Quid

τάλας ἔστηκας ἔτι πρὸς ταῖς θύραις, τὸ φορτίον θείς. σιτόκρονον, ἄθλιον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν. W.

25 *Nomen tam cito tibi?*] Non negantis est; sed difficile se dicturum ostendit. *Phania*] Hoc ita dicit Crito, vt nemo audiret: scilicet adhuc dubitans, an ipse sit. D.

Fallitur Donatus, qui putat illud *Phania* summissè dictum a Critone. Nam Chremem audiuisse, patet ex proxime sequentibus. Nos pro *tibi*, quod in codd. quibusdam perantiquis abest, reponimus PAM. Nam olim iam fuisse, qui illud *Phania* tribuerent Pamphilo, patet ex Donato. B.

26 *Hem*] Sunt qui putent Simonem dicere, irascentem filio, Critonem submonenti. *Perii*] Hoc Pamphilus post iracundiam patris. An Chremis est dolentis, vel ad eius mentionem, vel quod in filiam pene peccarat? *Verum hercle opinor*] Hoc adhuc cunctanter est dictum: et ideo indiget confirmatione. D.

*Hem* appone superiori, vt semper. B.

27 *Rhamnufium se*] Piraeus et Rhamnus, et caetera huiusmodi maritima Atticae oppida intelligenda sunt. *Rhamnus*, pagus Atticae est. D.

*Rhamnufium se aiebat*] Locus est prope Athenas. E.

Lege *Rhamnufium sese aibat esse*. B.

28 *Multi alii in Andro*] Hoc *testimonium caecum* dicitur. Testimoniorum enim modus duplex est: *manifestus* et *caecus*. *Manifestus* est, qui certos testes et praesentes habet. *Caecus*, in quo multitudinem, aut ciuitatem dicimus scire: vt Cicero, (pro Leg. Man. II.), *Testis est tota Sicilia*. quod tamen audientem consternat. Est etiam in cacco iusiurandum, tabulae, absentesque personae. D.

*Alii in Andro*] Ne parum sibi fides haberetur, alios id cognouisse asserit. *Vtinam id sit*] Chremes posteaquam audiuit nomen fratris sui, qui Phania fuit, suspicatus eam puellam

Quid eam tum? suamne esse aiebat? C.R. non  
C.H. Cuiam igitur? C.R. fratris filiam.

30 C.H. Certe mea est. C.R. quid ais? S.I. quid tu  
ais? P.A.M. arrige aures Pamphile.

S.I. Qui credis? C.H. Phania ille, frater meus fu-  
it. S.I. noram, et scio.

C.H. Is hinc bellum fugiens, meque in Asiam per-  
sequens, proficiscitur.

Tum illam relinquere hic est veritus; postillà nunc  
primum audio.

P 5

Quid

ellam, quae cum illo naviga-  
uerat, filiam suam, ideo dicit:  
*Vtinam hoc sit*, inquit, *quod*  
*spero*. Et interrogat an ille  
Phania filiam suam diceret.  
Quod cum audisset, confirma-  
uit dicendo, *certe mea est*. E.

Dele *tum*, quod abest a cod.  
Petrensi, nihil confert senten-  
tiae, et metro repugnat. B.

29 *Cuiam igitur?*] Vetusse, *cu-*  
*iam*. quod omnibus generibus  
et casibus seruit. D.

Lege *aibat* ob metrum. B.

30 *Arrige aures, Pamphile*] Translatio a pecudibus, qui-  
bus verbis intendit, accipien-  
dam esse vocem (An, *arripien-*  
*dam?* W. At haut dubie leg.  
*quibus aures intenduntur ad ac-*  
*ciendam vocem*. Z.). *Arrige*  
*aures, Pamphile*] Hoc Simo vi-  
detur dicere. Ut alii putant,  
ipse sibi Pamphilus. D.

*Arrige aures*] *καθέμφορον* est.  
Significat tamen, intende audi-

tum: votiua enim sunt quae  
nunciantur. E.

*Arrige aures*] Plautus Ru-  
dent. V, 2, 61. *Suo mihi*  
*hic sermone arrexerit aures*. hu-  
ius locutionis illud Sallust. a-  
pud Diomed. *arrexerit animos*  
*militum*. L.

31 *Noram, et scio*] *Noram*  
Phaniam, *scio* fratrem fuisse.  
Ergo et ad personam, et ad  
rem retulit. D.

*Ille, frater meus*] Implet  
quod errorem fecerat, ut doce-  
at filiam suam. E.

32 *Meque in Asiam perse-*  
*quens, proficiscitur*] Bene in A-  
siam, ubi bellum non erat, sed  
in Graecia. Et *persequens* di-  
cit, perseverationem sequentis  
ostendens. *Persequitur* enim  
qui non desinit sequi. Virgi-  
lius (Aen. IX, 217.), *Quae te*  
*sola, puer, multis e matribus,*  
*ausa Persequitur*. D.

33 Lege hoc ordine: *Tum*  
*illam hic relinquere veritus est*.  
B.

Quid illo sit factum. P A M. vix sum apud me, ita  
animus commotus est metu,

35 Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

S I. Nae istam multimodis tuam inueniri gaudeo.

P A M. credo, pater.

C H.

34 *Vix sum apud me*] Hoc est argumentum, sapientibus laetitiam vehementem in bonis moderandam: cum vaufquilque gaudens ita perturbetur, ut apud seipsum iam non sit. *Vix sum apud me*] *Non sum apud me*, magis consuetudine quam ratione dicitur. Aut forte sic dicit, quasi abierit animus, et rursus redierit. *Ita animus commotus est metu*] Duo carnifices futurarum rerum sunt, spes et metus. Dolor enim et gaudium, praesentium rerum sunt. Virg. (Aen. vi, 733.) *Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: nec auras Respiciunt.* Sed dolorem hic in laetitia non posuit. et mire ordinem seruauit. sic enim se haec inuicem sequuntur. Et *κόυρδέρως* distinguendum est, *spe, gaudio*, ut separatim inferantur. D.

*Commotus metu*] Metum de praeterito intelligimus, qui tamen adhuc manet. Denique ordine fecit. Nam post metum spes collocata est, quae boni imminentis est semper. Deinde adiecit confirmatum bonum quod dixit, *gaudio*. ipsumque totum supposuit: *Miran-*

*do hoc tanto, tam repentino bono.* E.

35 *Mirando*] *Mirando*, dum miror. Et est participium. D.

36 *Nae istam multis modis tuam*] Non, *multis modis inueniri gaudeo*: sed, *tuam inueniri*. Alii, *multis modis tuam inueniri gaudeo*: non, *inueniri gaudeo*. Hic iam redit in gratiam Simo cum filio: nisi forte patrem focerum appellat. ut Turnus apud Virgilium (Aen. xii, 50.), *Et nos tela pater, ferrumque haud debile dextra Spargimus* (ut sensus constet, *verbanisi forte — Spargimus*, transponenda sunt post verba quae mox sequuntur, *quamuis Pamphilus respondeat*). Sed quomodo infra dicit, *Quid restat pater?* an *restat* ideo, quia haec iam maior pars reconciliationis est? *Nae istam*] *Nae*, nimis. Cicero (Catil. ii, 3.), *Nae isti vehementer errant*. Sallustius (B. Cat. 52.), *Nae ista nobis mansuerudo et misericordia. Gaudeo*] *gaudemus* nostris: *gratulamur* alienis. Ut Sallustius, *Et ei voce magna vehementer gratulabantur*. *Credo, pater*] Incertum vtrum, cui gratulatur, Simo sit, quamuis Pamphilus

CH. At mihi vnus scrupulus etiam refat, qui me male habet. P A M. dignus es, Cum tua religione, odium. Nodum in scirpo quaeris. CR. quid istuc'ft?

CH.

philus respondeat. potest enim Chremes et pater videri. *Credo pater*] Sic responderi solet dicenti, gaudeo. D.

*Nae istam multimodis*] *Nae*, id est, valde. vt, *Faciunt, nae intelligendo, vt nihil intelligant.* E.

*Nae istam multimodis*] V. C. *Sane istam multis modis.* L.

Pro *tuam inueniri*, cum non Chremeti, sed Pamphilo dicantur, reponere *cuem inuentam.* vt Eun. v, 5, 10. v, 9, 6. B.

37 *Az mihi vnus scrupulus etiam refat*] *Az*, discretiuum est superiorum dictorum. *Scrupulus* a scrupo lapide dictus, lapillus minimus. Nam nimis molestae sunt pedibus scrupulosae viae. vt Virg. (Aen. vi, 238.) *Scrupea ruta lacu nigro, nemorumque tenebris.* *Etiam*] Pro adhuc. D.

*Scrupulus etiam*] Sollicitudo et quasi quiddam quod animum compungat. *Scrupuli* dicuntur lapilli admodum leues et parui. Vnde *scrupeam speluncam* Virgil. (Aen. vi, 237.) dixit, hoc est, lapillis asperam. Ponitur ergo *scrupulus* pro dubietate, per metaphoram. *Dignus cum illa tua*] *σεραστοδος.* E.

*Dignus cum tua religione odio*] Ita Nonius Marcell. al. o-

*dium.* Plaut. Trucul. II, I, I. *Haba, hercle quicquit, quia introiuit, odium.* L.

38 *Dignus es cum tua religione odium*] Aut accusatiuus pro ablatiuo casu est positus, pro odio. aut separatim *odium* legendum est, vt sit, dignus qui male habearis. *Nodum in scirpo quaeris*] *Scirpus*, palustris res et leuissima. Lucilius in primo, *Nodum in scirpo insane facere vulgus.* Est autem *scirpus* sine nodo, et leuis iunci species. Alibi ipse, *Reddunt curatura iuncea.* Plautus (Aul. iv, I, 9.) *Scirpea inducitur ratis.* D.

*Nodum in scirpo*] *Scirpum* dicimus herbae genus, vt est iuncus, qui omni leui corpore, longitudinem suam aequali parte custodit. vt dixit in Eunucho. *Reddunt curatura iuncea.* Ergo hoc dixit: Rem, quae omnino esse non potest, nimia sollicitudine et cura inquiris. E.

*Nodum in scirpo*] Isidor. Orig. 17. cap. 9. *Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quaerit.* Ennodius Episc. Ticin. libell. Apol. pag. 350. *Nunquam bene nodus in scirpo quaeritur.* Vid. Festum in *scirpus.* L.

*Odium* habet, praeter Donatum, liber Bembinus, Vatic. et noster veterrimus. B.

CH. Nomen non conuenit. CR. fuit hercle huic aliud paruac. CH. quod, Crito?

40 Numquid meministi? CR. id quaero. PAM. ego ne huius memoriam patiar meae

Voluptati obstare, cum ego possim in hac re medicari mihi?

Non patiar: heus, Chreme, quod quaeris, Pasibula'st. CR. ipsa'st. CH. ea'st.

PAM. Ex ipsa millies audiui. SI. omnes nos gaudere hoc, Chreme,

Te credo, credere, CH. ita me Di ament, credo.

PAM. quid restat, pater?

45 SI. Iamdudum res reduxit me ipsa in gratiam.

PAM. o lepidum patrem!

De

40 *Id quaero*] Rursus Crito obliuiosus est, utpote alienarum rerum. D.

*Egone huius memoriam*] Pamphilus scit nunc quod quaeritur. Nam ab ipsa Glycerio frequenter audiuit, quali nomine vocaretur. Idcirco ait, non pati se Critonis memoriam voluptati suae obstare, cum sibi ipse auxilium ferre possit, nomen suggerendo, quod audierat. E.

41 *Voluptati obstare*] Nunc laetitiae et gaudio. D.

Pro ego tres codd. cum edd. vet. recte habent *égomet*. B.

42 *Heus, Chreme*] *Heus* dicendum erat, quia Chremes Critonem intuebatur. D.

Scribe simpliciter metri causa, *Pasibála*. Caeterum

*ipsa'st* dicit Chremes, et *ea'st*, Crito. B.

43 *Ex ipsa audiui millies*] Duas res ostendit Pamphilus, et quod verum sit quod ex ipsa saepe audierit: et quod sit Glycerium. *Omnes nos gaudere hoc, Chreme*] Aut *hoc* correpte, aut *hoc* producte: ut sit, hac re gaudere. Et *gaudere*, nostris est, ut supra adnotauimus: alienis vero, *gratulari*. Sallustius, *Et ei voce magna uehementer gratulabantur*. Plus est ergo gaudere, quam laetari. D.

*No, gaudere*] Prisc. VII. L.

44 *Quid restat, pater?*] Hoc est, ne irascaris. D.

*Quid restat, pater?*] Illud significat ut eam ducat uxorem, et sibi hoc permittat pater. E.

45 *O lepidum patrem*] In quo



De vxore, ita vt possedi, nihil mutat Chremes. CH.  
causa optuma<sup>3</sup>st:

Nisi quid pater ait aliud. P A M. nempe. S I. id  
scilicet. CH. dos, Pamphile, est

Decem talenta. P A M. accipio. CH. propero ad  
filiam. eho mecum, Crito:

Nam

quo leporis est plurimum, *lepidus* dicitur. Nam *lepos* est venustas. D.

46 *Nil mutat Chremes*] Vt neque conditionem nouam ferat, et omnia quae eius fuerunt, habeat. E.

47 *Nempe scilicet*] *Nempe*, et *Scilicet*, dicentes, manu vel vultu dotem significant. quod mox intelligit Chremes. Alii *ἔπὸ τῆς scilicet*, Chremetis personam faciunt (Dacieria contendit *nempe* et *scilicet* habere vim assentiendi et comprobandi, et haec simul a filio et parente pronuciari. Z.) *Dos, Pamphile, est*] id est, Pamphilo pro vxore dabuntur decem talenta. D.

*Nisi quid pater*] (Hic intelligi vult Chremes, nihil se de bonis Glycerii ablaturum, sed quaerere ne amplius quid velit \*). *Nempe* hoc verbo indicat (dotem, et quasi manu \*) . . . vestis tangatur, ita intelligi debet, vt dotem expectere videatur. Ideo adiecit scilicet, postquam (*plusquam*, lege) intellexit \* Nam antiquitus dos dabatur a patre puellae. Est q . . (autem \*) dos quo

se coniuges . . . an (sine *an* et signolacunae posuit Westerhousius) more antiquo . . (coemunt \*) qua coemitione materfamilias dicitur \*. E.

*Dos est decem talenta*] Alludit ad hunc locum Sidon. Apollin. lib. II. Ep. XI. *Namque vt familiae superiori per filiam saltem, quamquam honestissimam iungeretur, contra rigorem civici moris, splendidam vt ferunt, dotem Chremes noster Pamphilo suo dixerat.* L.

Lege *Nisi si quid*, et *id* tribue ipsi Pamphilo loquenti *nempe.* B

48 *Accipio*] Ille nisi dixisset, *accipio*, dos non esset. datio enim ab acceptione confirmatur: nec potest videri datum id, quod non sit acceptum. *Ebo*] *Eho* hic admiratio est intentionis (lege, *admonitio est attentionis*. sed Wieling. emendat; *Εἶχο hic aduocationis est interiectio*), ad id quod dicturi sumus. D.

(*Decem Talenta*] Talentum est magnum pondus, cuiuslibet metalli \*.) E.

Cod. Academ. *propere. Ma-*  
le. B.

Nam illam me credo haut nosse. S I. cur non illam huc transferri iubes?

50 P A M. Recte admones. Dauo ego istuc dedam iam negoti. S I. non potest.

P A M. Qui? S I. quia habet aliud magis ex sese, et maius. P A M. quidnam? S I. vincetus est.

P A M. Pater, non recte vincetus est. S I. haut ita iussi. P A M. iube solui, obsecro.

S I. Age fiat. P A M. at matura. S I. eo intro.

P A M. o faustum et felicem hunc diem!

## ACTVS

50 *Dedam iam*] Addidit et temporis celeritatem. D.

Omnes libri, vetusti impri-  
mis, post *Dauo* habent *ego*. B.

51 *Qui?*] Quamobrem. D.  
*Qui?*] V. C. vt et Regium  
exempl. *Qui non potest?* L.

52 *Non recte vincetus est*] Id est, non iuste. Sed hic ad causam retulit *Non recte*: senex vero, ad rem retulit.

*Haut ita iussi*] Quia quadrupedem stringi iusserat, quasi recte ac diligenter. Et hoc ipsum non vacat. Nam iam ioculariter loqui, et minus irascentis est, et placabilis animi.

*Haut ita iussi*] Eleganter lusit ad ἀμφιβολίαν, et simul ostendit, quam propitius sit Pamphilus pater, et quam facile veniam Dauo impetrare possit ab eo: quippe qui iam etiam iocetur. Pamphilus autem dixerat non iuste: ille sic respondit, quasi dixerit, non diligenter vincetus

est. Et *haut ita iussi*, sic enim praeceperat, *Quadrupedem constringito*). Non male conicit Bentleius ex hac explicatione patere, Donatum, pro *haut*, legisse, at. Z.) D.

*Non recte vincetus*] Probatum est Dauum non esse mentitum: qui nescio quem dixerat venisse, qui sciret Glycerium ciuem esse Atticam. Ideo dixit Dauum non recte vincetum, quia non falsa nunciauerit. *Haut ita iussi*] Hoc est, non vehementer ligari iussi. E.

Pro *haut*, quod alienum est, recte cod. Acad. habet at. Iocatur enim Senex ex ambiguo verbi *recte*: iussi nempe, vt recte vinciretur. B.

53 *Mature* T. Faber recte reposuit. Deinde *hunc* abest in Bembrino et aliis; et ex consuetudine loquendi abesse posse, recte vidit Faernus. B.

## ACTVS QVINTI SCENA V.

CHARINVS. PAMPHILVS.

**P**ROVISO quid agat Pamphilus : atque ecum.

PAM. aliquis forsan me putet

Non putare hoc verum : at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.

Ego Deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror,

Quod

**I** *Prouiso quid agat Pamphilus*] Haec Scena alterum generum Chremeti comparat : ne aut Charinus tristis recedat, aut non prouisum videatur Philumena. *Prouiso quid agat*] Hoc colloquium post (pro post lege per. cf. Donatus ad v, 6, 5, et 8.) compendium fabulae inducitur : vt vna narratione etiam negotium Charini transigi possit. *Prouiso quid agat*] Dupliciter res ab oculis spectatorum mouentur : aut enim futura promittuntur, aut facta narrantur. *Prouiso*, duo significat : et prouideo et procedo. D.

*Prouiso quid agat*] Haec Scena Charini aduentum tenet, vt et ipsi laetitia generari possit ex cognitione. Si enim Pamphilo Glycerium datum, dari potest ipsi Philumena quam diligebat, quae Pamphilo offerebatur. *Aliquis forsan*] Laetitiae plenus Pamphilus, forsitan, inquit, putet alius me hoc, quod mihi contigit, verum non

credere. At vero sic esse, ego hoc vero credo et gaudeo, vt *deorum vitam propterea credam sempiternam, quod eorum voluptates proprice sunt.* Ergo quemadmodum intelligo, hoc verum vt immortalitas parata sit, si nulla gaudio aegritudo intercesserit. E.

*Forsan me putet*] Ms. R. et V. C. *forsitan.* L.

**2** *At mihi nunc sic esse hoc verum lubet*] Sic delicate pronuntiandum est, et separatim distinguendum. *At mihi nunc sic esse hoc verum lubet*] Sensus hic est, alii putent, vt volunt : ego autem verum esse confirmo, quod mihi lubet verum credere. D.

*Nunc sic esse*] τὸ sic in Ms. deest. L.

Illud *lubet* cum alienum efficiat sensum, muta in *liquet*, h. e. constat, certum est. Cod. Academicus habet *licet*. B.

**3** *Ego deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror*

Omne

Quod voluptates eorum propriae sunt. Nam mihi immortalitas

5 Parta est, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit. Sed quem ego mihi potissimum optem nunc, cui haec narrem, dari?

CH. Quid illud gaudi est? P A M. Dauom video. nemo est, quem mallet, omnium.

Nam

Omne quod habemus aut mutuum est, aut proprium. *Mutuum* est quicquid ad tempus habemus, nec postmodum nostrum futurum est, ut vxor, domus, villa, serui, et caetera in hunc modum: *Proprium*, ut virtus animi, et bonum sempiternum, quod proprie de diis dicitur: non enim aliunde venerunt, sed apud se ipsos sunt semper. Et Epicurum secutus hoc dixit: Proprie ergo de diis *sempiternum* dicitur. Nam inter *sempiternum* et *perpetuum* hoc interest: quod *sempiternum* ad deos, *perpetuum* proprie ad homines pertinet. *Ego deorum vitam propterea*] Hanc sententiam totam Menandri de Eunucho transfudit. et hoc est quod dicitur, *Conzaminari non decere fabulas. Ego deorum vitam*] Non dixit, quod scit (*sic Z.*): sed quod verum putet. Et est δόγμα ἐπικέρειον, quod a caeteris philosophis repudiatur, de otio deorum ac perenni voluptate. D.

*Deorum vitam*] Apollodorus: ἐ τῆτο τὸ ζῆν ἐστὶ τὸ κα-

λόμενον θεῶν ἀληθῶς βίον. in Heautont. *Deorum vitam apti. L.*

Lege metri gratia ea propter; sic laudat locum Seruius. B.

4 *Propriae sunt*] Perpetuae, sempiternae, quae non sunt accommodatae ad tempus, ac mutuae. sic et supra, *Nililne esse proprium cuiquam?* D.

5 *Si nulla aegritudo huic gaudio*] Scilicet secundum supra dictam sententiam, Si propria, inquit, haec fuerit voluptas, deus sum. D.

*Parta est*] V. C. *Parata est. L.*

6 *Sed quem ego*] Adolescentum iste affectus est, velle indicare gaudium. Vnde in Eunucho Chaerea: *Sed neminemne curiosum interuenire nunc mihi?* E.

Faerni libri habent, *Sed quem ego mihi potissimum exoptem nunc*, etc. nisi quod Bembinus legit *optem*. Sed, ne versus laboret, pono cum duobus codd. *cui nunc*. B.

7 *Quid illud gaudi est?*] In aliis, *Dau* persona inferatur. D.

Nam hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia.

## ACTVS QVINTI SCENA VI.

DAVVS. PAMPHILVS. CHARINVS.

**P**AMPHILVS vbinam hic est? PAM. Daue. DAV. quis homo est? PAM. ego sum. DAV. o Pamphile.

PAM. Nescis quid mihi obtigerit. DAV. certe: sed quid mihi obtigerit, scio.

PAM. Et quidem ego. DAV. more hominum euenit, vt, quod sim nactus mali,

Prius

8 Nam hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia] Αε-  
χαισμός. Solide solum] Figura  
παρόμοιον. D.

1 Pamphilus vbinam hic est?] In hoc Actu mira arte ea quae restant de Comoedia breuiter explicantur, et designantur duarum fororum (vulgo duorum sociorum. Legerim duorum procorum) binae nuptiae. Pamphilus vbinam hic est? P. Daue. D. Quisnam homo est?] In affectu gaudentis Pamphili, et Dauis gratulatione cognitionem rerum Charino praebuit: cuius persona parce vititur post (propter Z.) compendium. D.

Eandem lectionem ipse Faernus expressit. Sed duo codd. vbinam est: et cod. Acad. ego sum Pamphilus. Recte. Nam illa exclamatio, cum nil aliud addatur, prorsus inepta putanda est. B.

2 Sed quid mihi obtigerit, scio] Scio, id est, persensit. D.

Nescis quid mihi obtigerit] Quo gaudium melius nunciet, primo generaliter interrogationem proponit. Nescis, inquit, quid obtigerit. Sed Dauus, qui vincetus fuerat, aliquid accepit, ac respondet: Certe nescio quidem quid obtigerit, sed quid mihi obtigerit scio: quod in pistrinum missus, et vincetus est. E.

3 More hominum] Hominum abundat. More hominum euenit, vt id quod sim nactus mali] Quia fama mali celerior, quam boni: id est, vt facilius mala, quam bona nunciantur. Ad hoc ergo dixit, quod ille prior scierit quod esset vincetus, quam ipse cognitam Glycerium cognosceret. D.

Et quidem ego] Quod tu passus sis, Daue, scio. More

Q

boni.

Prius rescisceres tu, quàm ego illud, quod tibi euenit boni.

5 PAM. Mea Glycerium suos parentes repperit.  
DAV. factum bene! CH. hem!

PAM. Pater amicus summus nobis. DAV. quis?

PAM. Chremes. DAV. narras probe.

PAM. Nec mora vlla est, quin eam vxorem ducam. CH. num ille somniat

Ea, quae vigilans voluit? PAM. tum de puero, Daue? DAV. ah, desine.

Solus est, quem diligant Di. CH. saluus sum, si haec vera sunt,

10

*hominum*] Famam malorum celerem nuncium omnes dixerunt: idcirco *hominum more hoc contigit, ut, mali quid ego passus essem, prius scires, quam ego, quid tibi contigisset.* E.

Post *sim* interfere *ego.* B.

4 Omnes codd. praeter cod. Palat. quidem habent *illud*, sed male: ut ex oppositione constat. Atque pro *quod tibi repone tibi quod.* B.

5 *Mea Glycerium suos parentes reperit*] Haec ita narratur Dauo, ut eadem opera etiam Charinus audiat. D.

6 *Pater amicus summus*] Haec omnia, ut diximus, propter Charinum dicuntur, ut audiat. *Amicus summus*] Deest eius. D.

7 *Num ille somniat ea, quae vigilans voluit?*] Hinc Virgil. (Ecl. VIII, 108.) *Credimus?*

*an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?* D.

*Somniat ea*] Argumentum a repugnantibus. Nam vigilare repugnat somniare, sicut nigrum pallido. Charinus ergo non credit ista omnia contigisse, quae Pamphilus narrat. E.

*Quin eam vxorem*] Mf. R. *Quin iam.* L.

Duo veterrimi habent *quin IAM vxorem.* Recte, ut Adel. IV, 5, 66. B.

8 *Desine*] Compendium attulit. D.

9 Duo libri cum edd. vetr. recte habent *Solus es*, quia hoc non tam infanti conuenit, quam patri. Atque pro *diligant* lege cum Faerno *diligunt.* ut et in gr. prouerbio: *ὅν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποδιήσκαι νέος.* B.

10 Colloquar. PAM. quis homo'ft? o Charine, in tempore ipfo mihi aduenis.

CH. Bene factum. PAM. audistin'? CH. omnia: age, me in tuis fecundis respice.

Tuus est nunc Chremes: facturum, quae voles, scio esse omnia.

Q 2

P A M.

10 Colloquar] Ms. R. Adibo et colloquar. L.

Deleatur illud o ante Charine, tanquam inutile. B.

11 Bene factum] A gratulatione coepit. Omnia] Compensum. Age, me in tuis secundis rebus respice] Haec sunt quae absolute dicuntur: et est commonitio. Sunt enim qui felicitate elati, ne respicere quidem velint amicos. Et respicere, est proprie retro aspicere. Id est, quem praecedis felicitate, non obliuiscaris. D.

Age, me in tuis secundis] Exhortatur Charinus Pamphilum, vt auxilium sibi praebeat. In secundis, inquit, rebus tuis respice me, habes in potestatem (potestate Z.) Chremetem, omnia potest facere ille, quae tu voles. Post hunc versus sequuntur continentes illam sententiam, quemadmodum itum est ad Chremetem, quemadmodum exoratus Charino promiserit filiam. Sed hos tollendos versus esse persuadet, quod sequitur: Memini. atque adeo longum est expectare, dum ex-

eat. Si enim acta sunt ista omnia in publico, quomodo dici potest, maxime cum sequatur, Ne expecteris, ne exeant huc: intrus despondebitur: Intrus transigeretur, si quid est quod restat. Ergo cum legerimus primum, Tuus nunc Chremes: facturum, quae voles, scio esse omnia, continuo debemus subiungere, Atque adeo longum illum expectare, dum huc exeat. Ita enim integritas fiet sensus, sublatis versibus, qui intus gesta retinebant. Quod vero sequitur ω. Plaudite, verba sunt Calliopii eius recitatoris, qui cum fabulam terminasset, eleuabat aulaeum Scenae, et alloquebatur populum, Vos valere, vos plaudite, siue, fauete. E.

Me in tuis secundis respice] Sophocles Oedip. Colon. εὐδαίμονες γένοσθαι, καὶ τ' εὐπραξίᾳ μέμνησθαι μὲν. L.

Pro bem audistin'?] repone simpliciter audisti? B.

12 Tuus est nunc Chremes] Lucilius in secundo, (Ms. Hult. et Lindenbr. in septimo). Nunc praetor tuus est, meus si discenserit homo Gentilis. D.

PAM. Memini: atque adeo longum est, nos illum expectare, dum exeat.

Sequere hac me intus ad Glycerium nunc. tu, Daue, abi domum:

15 Propera, arcesse, hinc qui auferant eam. quid istas? quid cessas? DAV. eo.

Ne expectetis, dum exeant huc: intus despondetur:

Intus

13 *Atque adeo longum est nos illum expectare*] Quia et audacter et artificiose binos amores duorum adolescentium, et binas nuptias in vna fabula machinatus est: et id extra praescriptum Menandri, cuius Comoediam transferebat: idcirco aliud in proscenio, aliud post scenam retulit: ne vel iusto longior fieret, vel in eandem propter rerum similitudinem cogerentur. D.

14 *Sequere hac me intus: ad Glycerium*] Iam post scenam itur: quia ulterius in proscenio nihil agitur. *Tu Daue abi Domum*] Hi versus, usque ad illum, *Gnatam tibi meam Philumenam uxorem*, negantur Terentii esse: adeo ut in pluribus exemplaribus bonis non inferantur (Ms. Hulst. *ferantur*. rectius; nisi malis, *inueniantur*. Wielingius mauult, *inferantur*. Citat hos versus septemdecim, quos Donatus et Eugraphius recte spurios iudicant, Guyetus e quibusdam codd. quos vi-

dit. In decem codd. quibus sum usus, eos non inueni. Ut autem lector non ignoret, quid iste auctor de Charini somniauerit nuptiis, ex Guyeto versus istos infra adscribere lubet). D.

*Abi domum: propere*] Ms. R. *abi domum propere*. Ut Heautont. Act. 2. Scen. 2. *Abi obuiam propere*. et *traduce huc ad nos propere*. Hecyr. Act. 5. Scen. 3. 10. *propere curre ad Pamphilum*. L.

Bembinus cod. *ad Glycerium*; Donatus apud Faernum, *apud Glycerium*. Nostri omnes, *nunc est*, quod versus ipse postulat. Lege et distingue: *Sequere hac me. intus apud Glycerium nunc est*. B.

15 Meliores et plures libb. *Propere arcesse*. B.

16 *Ne expectetis*] Mire dicit, latenter se laudans: quo verbo auidum adhuc audiendi populum, adeoque cupidum et intentum ostendit, ut finem Comoediae euenisse non sentit. D.



Intus transfigetur, si quid est, quod refert. Ω.  
Plaudite.

## CALLIOPIVS RECENSVI.

Q 3

AELII

17 *Intus transfigetur, si quid est quod refert*] Artificiose poeta hereditatis iustam petitionem ex Critonis persona prae-termisit, quae ei, Glycerio cognita, iurestribuebatur: ne vel paruo rei Critonis tractatu, aut defraudatione Glycerii infuscaretur finis fabulae, ad laetum exitum spectans. *Si quid est quod refert*] Quia narratione dignum non est, quod Charinus rogat. D.

Ω. *Plaudite*] Haec nota in omnibus vett. codd. vt et in Regio exemplari habetur. L.

Alii aliter de *plaudite* et nota ω, quae praeposita est, sentiunt. Ego ex Horat. Art. Poet. 154, *Cantorem* puto significari, cuius, vbi Actores omnes e Scena exierunt, fait, depositis ex ore tibiis illis dextris et sinistris, *plaudite* sonare. Igitur huius Cantoris nota in libris olim fuit c A. quae postea vel ex ignoratione, vel compendii causa in formam ei similem ω degeneravit. B.

*Calliopus*] In quibusdam libb. *Calliopus*. De Calliopio quaedam Eugraphius. Sed ne amplius nugemur, criticum eum fuisse, mea quidem fert opinio,

qui haec fabulas ad prisca exemplaria correxit. Sic Vettius Agerius Basilus Horatium recensuit, vt testantur vetusti codd. in quibus ita scriptum: *Vettius Agerius Basilus Manorius* V. C. et INL. ex comen. Dom. Exconf. ord. legi et vt potui emendavi: Nicomachus Dexter et Victorianus V. V. C. C. Titum Liuium: Iulius Celsus Constantinus V. C. et Flavius Licerius Firminus Lupicinus Ephemerin Iulii Caesaris: Flaccus Theodorus Memorialis sacri scrinii epistolarum, et adiutor viri magni Quaestoris Sacri palatii Priscianum: Securus Melior Felix Asper Com. consist. rhetorvrb. R. Martianum Capellam. vti haec nomina in vetustissimis scriptis codicibus adnotantur. Sic Apuleii Milesiarum libros et Apologeticum Crispus Salustius quidam legit, emendavit, et recognouit: ita enim in antiquissimis codicibus legitur, qui Florentiae in bibliotheca Magni Ducis Hetruriae asseruantur. Ad horum ergo exemplum Calliopus nomen quoque suum, siue verum fictumue hoc sit, fabulis a se recensitis adscripsit. L.

## AELII DONATI V. C. ORATORIS VRBIS

ROMAE COMMENT. IN TERENTI AN-  
DRIAM EXPLICIT.

Mf. Hulf. ita: *Donati in Andriam Commentum explicat feliciter.* In aliis aliter. Caeterum multis exemplis confirmatur, quod scribit Hieronymus ad Marcellam, Epist. 138: *Scire debemus, apud Ebracos in fine librorum unum e tribus solere subnecti, ut aut Amen scribant, aut Sela aut Salom, quod exprimit pacem, unde et Salomon, pacificus dicitur: ut solemus nos completis opusculis, ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere* Explicit, aut Feliciter, aut aliquid istius modi. Ut autem de aliis taceam, est in fine vnius cod. Lugduno-Bataui, *P. Terentii Afri Comoedia Phormio Callioppio bono Scholastico explicat feliciter.* Alius additum habet: *Callioppus recensuit. P. Terentii Afri Comoedia Phormionis explicat. Amen.* Alius

habet: *Finis Libris sit laus et gloria Christo.* Mf. Bodl. praeter *Explicit* nihil subiungit, idque ter; sub finem Eunuchi, Adelphorum et Hecyrae. De cuius vocis origine Euer. Otto in Diatr. de Papiniano cap. XII, 6. *Locutio, inquit, desumpta est a vetusto voluminum euoluendorum more: quae demittis loris, vnicisque relaxatis explicabantur, adeoque lectoribus ad finem usque patebant.* Martial. XI, 108.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum,  
Et quasi perlectum, Septiciane, refers.

*Inde profecta antiquorum consuetudo, ut completo libro vocem Explicitus, dein posterioribus seculis curius Explicit subiicerent, statimque scriptionem continuarent.* W.

## APPENDIX SPURIA.

P. Te expectabam. est de tua re, quod agere ego tecum volo.

Dedi operam, ne me esse oblitum dicas tuae gnaetae alterae.

Tibi me opinor reperisse dignum te atque illa virum.

CHAR. Daue, ah perii. de meo amore ac vita nunc fors tollitur.

CHR.

C H R. Non noua istaec mihi conditio est, si uoluissem, Pamphile.

C H. Occidi, Daue, perii! C H R. Sed id quamobrem non uolui, eloquar.

Non idcirco, quod eum affinem mihi nollem. P. Hem, tace.

C H R. Sed amicitia nostra, quae est a patribus nostris tradita,

Non aliquam partem studii adductam tradi liberis,

Nunc cum copia atque fortuna utriue ut obsequeretur, dedit, detur. P. bene

Factum: abi, atque age gratias homini. C H A. Salues, Chremes amicorum

Meorum omnium mihi carissime, quod mihi commodum est, gaudio,

Quam id, quod a te expeto, me reperisse, ut habitus antehac fui

Tibi animum, quo ad eumque applicaris studium exinde ut erit,

Tute existimaueris id ita esse facere ex me coniecturam ex me licet.

Alienus abs te tamen quis tu esses, noueras, ita res est. C H R. Gnatam tibi meam

Philumenam uxorem, et dotis sex talenta spondeo.

FRIDERICI LINDENBROGI  
OBSERVATIONES  
IN AELII DONATI. V. C.  
COMMENT. IN ANDRIAM.

**C**ommentarium hunc, qui Aelio Donato, oratori urbis Romae adscribitur, sic quidem illius esse censeo, ut integriorem multo eum olim extitisse, mea quidem opinio sit: qualem autem nunc habeamus, collectanea potius siue excerpta dicenda esse, quam ipsissimum Donati opus. Id quod arguere videntur frequentes asterisci; et quod totiens eadem repetantur, nonnulla etiam parum dilacide explicentur. Quin etiam Hieronymus Comment. in Eccles. cap. I. attestatur, Donatum praeceptorem suum, cum vericulum illum, *Nil est dictum, quod non sit dictum prius*, interpretaretur, *pereat*, dixisse, *qui ante nos nostra dixerunt*. Quae sane verba in hisce commentariis nunc minime leguntur. Dein, quae ex Probo et aliis hic afferuntur, quis negaret ea collectoris potius studio, quam Donati iudicio inserta esse. Praeter hunc enim et alios plures certum est in Terentium commentaria edidisse: Euanthium puta, Aruntium Celsum, Flaviium Caprum, Helenium Acronem, Af-

prum, Probum, Nigidium, et si vera lectio, Adelsonem. De Euanthio Rufinus Grammaticus de metris Terentianis: *Euanthius in commentario Terentii de fabula, hoc est, de comodia, sic dicit*. Reliquos Charisius Sospiter, et Donatus ipse in hisce commentariis laudant. At quicquid sit, contenti simus hoc Cato, qui ex tantorum naufragio solus periculum qualiter qualiter evasit.

*Aelii Donati*] Ita expressim libb. Pithaeor. et P. Danielis, quos hic auctores sequor. Quamvis in Commentariis Virgilianis, quae et illa Donato attribuuntur; et quidem ab antiquis, CL. TIBERIVS vocetur. Etiam in vetustissimo Ms. Cod. quem Florentiae in Bibliotheca Ducis Haetruriae vidi, Donatus nomen Africanum est. B. Augustin. Epist. 163. *Quamquam enim Donati nomen Afrum esse soleat, non tamen repugnaret a vero, ut vel partium illarum aliquis vocaretur nomine Afro*. Inde Donatus Proconsul Africae, ad quem scribit Augustin. Epist. 127; et Donatus iste Carthagini-

ginientis, qui postea seclae suae nomen dedit; et Donatus Bagaientis, et alii, qui hic minime sunt recensendi.

### IN ARGUMENTVM ANDRIAE.

*Haec prima acta*] Vet. cod. Petr. Danielis: *Haec prima facta est, acta ludis.*

*M. Fulvio et*] al. *M. Fulvio aedile, et M. Glabrione. Q. Minucio Valerio curulibus.*

*Diuerbiis authenticis*] Sic quidem omnes scripti libri; sed non dubito quin vera sit emendatio haec: *Diuerbiis aut canonicis.* Tertullian. de Spectacul. *Si scenicae doctrinae delectant, satis nobis literarum est, satis versuum est, satis sententiarum, satis etiam canonicorum.* Vitruuius de architect. lib. 5. praefat. *Comici interponentes e choro canicum, diuiserunt spacia fabularum, ita partes cubica ratione facientes, inter capedibus leuant actorum pronuntiationes.* Vid. Tit. Liuium Decad. I. lib. 7. Diomed. lib. 3. et prolegom.

*Post scenam fieri*] Vid. quae notauimus ad Andr. Act. III, Sc. I.

*Sibi exhibeat*] Excerpta Mf. R. *sibi exhibiturus.*

*Hunc enim orbem*] Ita Mf. R. al. ordinem.

*Poeticarum virtutis*] al. *poeticarum artis et virtutis.*

### IN PROLOGVM.

**I** *Minimeque errantem*] Mf. R. Dan. *minimeque erradi.*

*Lucio Lannino*] Dan. *Luscio Laniino.* al. *Luscio Lanuino.* Hieronym. Quae est. Hebraica. *Qui in principiis librorum debent sequuntur operis argumenta proponere, cogor respondere maledictis: Terentii quippiam sustinens, qui comoediarum prologos in defensionem sui scenae dabat.* Urgebat enim eum *Luscio Lanius* nostro *Luscio* similis, et quasi publici aerarii furem poetam criminabatur. Vid. Sarisber. Policrat.

**5** *Quae ab amantibus saluo*] Vitiosus hic locus. liber Daniel. *quae amantibus saluo.* Excerpta Reg. *quae a manentibus.*

**7** *Quasi rancidi*] Mf. rancidioli.

**8** *An nunc vitio*] Mf. *non nunc vitio dent?*

**12** *Prolata oratione*] Mf. *in probata oratione.*

*In poemate*] Excerpta Reg. et Dan. *Et poema.*

**22** *Nam quiescere illi*] Rectius puto quod in Mf. R. et Dan. *Nam QUIESCE illi dicitur. Ante denuntio*] Mf. Dan. *praedico, admoneo.*

### ACT. I. SC. I.

**1** *Properanter discernit*] Mf. *properat et discernit.*

**2** *Figura ellipsis*] Excerpta Reg. *figura syllepsis.*

**3** *Medicinae famulatrix*] Mf. *adulatrix.*

**4** *Generales sunt partes*] Mf. R. *species.*

*Et temperantia*] Mf. R. *Pazienzia.* Hieronym. ad Pam-mach.

mach. *Quatuor virtutes scribunt Stoici ita sibi inuicem nexas, et mutuo cohaerentes, ut qui unam non habuerit, omnibus careat: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam.* Vid. Martian. Capell. de nupt. Philol. lib. 2. pag. 33.

*Perfectionem designat]* R. desiderat.

9 *Moderata, aequalis]* R. moderata qualitas.

*Patres plebem]* Ita Ms. al. P. C. locus est lib. 1. Histor. cap. 2.

10 *Ad aliquid dicitur]* Ita Excerpta Reg. al. ad aliquem.

12 *Beneficium erogatum]* R. beneficiis prorogatum.

13 *Secundum ius]* l. 6. §. 1. π. de alend. et agnos. lib. 1. 5. π. de iur. patronat. l. 2. C. de libert. et eor. lib. Legum Burgund. Tit. 40. de manumiss. Ambros. de Iacob et beata vita.

*Admirabiliter]* Mss. et excerpta Reg. adverbialiter.

22 *Quod praecedit]* Reg. excerpta: quod sequitur, id quod praecedit.

*Incipit mala ibi]* Ms. I. m. ab.

28 *Plerique παρέλλκον]* A. Gell. lib. 8. cap. 12.

*Omnes subiguntur]* al. subiungunt.

34 *Vt ne quid nimis]* Conuenit cum hoc loco quod Seruius notat in Virgil. Aeneid. x. vers. 861. *Phoebe, diu. Terentius seruis dat plerumque sententias prudentissimas quidem, sed quae per naturam se offerunt cunctis, ut NE QUID NIMIS.*

41 *Obsequium primum]* Quint. lib. 8. c. 3.

43 *Huc loci vel huc locorum]* Reg.] excerpta. ut huc locorum.

45 *Neque addendum iam fit]* Aristot. ad Nicomach. lib. 2. cap. 6.

48 *Victus, in paruis arduisque]* Plaut. Capt. Act. 1, 2, 85.

— *Asper meus victus sane est.* Ibidem Act. III, 1, 37.

*Redibo huc ad senem, ad coenam asperam.*

52 *Conditio est pactio]* Vt Plaut. Capt. 1, 2, 78.

*Quasi fundum vendens meis me addicam legibus.*

56 *Haber, qui lesaliter]* Ita Prudent. in Pseudomach. Virgil. et alii. (Ad illustrandum locum Terentii et sententiam Donati confirmandam valet locus Anacreontis XLV, 13, vbi ἔλαβεν βέλεμον ἄρης, non significat *Mars zelum manu apprehendit*, quae est vulgaris opinio, sed satis inepta; sed *zele vulneratus est.* Z.).

*Mane adverb.]* Ms. *Vtrum Pamphilum an adverbialiter.*

58 *Vt sis, si vis. nam delirar, etc.]* Haec est lectio vet. codd. Apparet autem fuisse tam acute fatuos nonnullos qui hariolarentur, *Sodes* Graecam esse vocem, ἀντι τῷ ζῶος ζῆς, *ita viuas*, quae est vtitata obtestandi formula, ad verbum: *Ita saluus atque incolumis viuas.*

*Peregrinae mulieri]* Mss. *peregrinis meretricibus.*

61 *Et quidem*] Mf. *Et quod tacitum.*

80 *Frequens ut miles*] A. Gell. libr. 16. cap. 4.

81 *Noctu efferebantur propter celebrationem.*] Seruius ad Virgil. Aeneid. xi. versu 143. *Funereas rapuere faces.*

82 *Alienis lacrumis suas commendabat*] Hoc non protriti sermonis est. Zeno Veronensis Episcopus, Serm. de continentia: *Cui magis lacrimas commodabis? mortuone, an morientii?* Et quouis pacto contendere ausim, sic Petron. Arbitrum c. 3. scripsisse: *Adsidebat aegrae fidiissima ancilla, simulque et lacrimas commodabat lugenti, et quorians defecerat, positum in monumento lumen renouabat.* vbi vulgo legitur *commendabat lugenti*, male.

88 *Funes et in genu*] Ita in Mf. Pith. at in P. Daniel. *Funes et ingenium cerei f.* aequae corrupte. Sed vitiosam scripturam exprimere malui, quam ex ingenio parum feliciter quid substituere. Nam quod in vulg. legitur: *delibuzi funes et cerei fomites*, dubito an pro vero accipiendum sit. De hisce autem funalibus Seru. xi. 143. Aeneid. *Funera alii a funalibus candelis, sebo et cera circumdatis dicta, quod his praelucenibus noctu efferrentur mortui.* Isidorus Orig. libb. xx. cap. 10 *Funalia sunt quae intra ceram sunt, dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere maiores, vnde*

*de et funera dicuntur. Funalia autem Graecis scolaces dicuntur, quod sint scolicae, hoc est, inortuae. Hos Romani funes et funalia nominabant, etc.* Vid. Seru. Aeneid. i. 727. *Flammis funalia vincunt.* Vbi etiam de papyro additur. vti et apud Pont. Paulin. in natali Felicis: *Limina ceratis adorenur odora papyris.* Ennodius Episc. in benedict. cerei: *ceram pavit nectareis partibus foeta virginitas, papyrus ad alimenta ignium lympba transmisit, lumen adhibetur e coelo.* Antipater Epigramm. lib. vi.

Δαμπαδά κηροχίτωνα κρόνα τυφύρεα λύχρον,  
Σχέονα καὶ λεπτῆ σφιγγόμενον παύρω.

92 *Forma immabilis*] Isidor. libr. different.

100 *Post ipsam morituri*] Referri huc commode potest, quod Seruius notat Aeneid. iii, 60. *magna supremum voce cie-mus. Hoc loco dicimus more solempni, id est, tertio Vale; nos te ordine, quo natura permisit, cuncti sequemur.* Plane vt in vet. inscript. Hispan.

VALE. ET. SALVE. ANIMA.  
O. OPIANAE. FELICIS.  
NOS. EO. ORD. QVO. NATVRA.  
PERMISERIT. TE. SEQUEMUR.

101 *Sepulcrum κατ' ἀντίφασιν dicimus*] Ita Mf. alii, *Vt diximus*, quod tamen iam non dixerat: itaque mutila haec est

esse commentaria, vel hinc etiam colligere licet.

115 *Per ratiocinationem*] Ita Mf. Alii, *Per rationem*.

118 *Appareat verum*] Mf. *cuersum*.

134 *Omnibus membris*] Mf. R. Pith. Dan. *omnibus verbis*. fortassis an fuit *neruis*?

136 *Nulla causa*] Mf. *vlla causa*.

### ACT. I. SC. 2.

I *Narratione iam habita*] Mf. *narratione peracta*.

2 *DaFus, SerFus*] Vid. Quintil. libr. I. cap. 4. de litteris.

4 *Florentis Homerī*] Haec vera est lectio in lib. Dan. Alii codices male, *Florentis honoris*. Locus Lucretii extat lib. I, 125.

11 *Miranda locutio*] Reg. excerpt. *Imitanda locutio*.

13 *Vultuose agunt*] Excerpt. R. *Inuidiose agunt*.

15 *Spectat pronuncians*]. Ni tardius ad manus meas pervenisset Mf. cod. Danielis, sic ex eo edi debuisset: *Vos hoc agite, spectatores, nunc iam. Pronuncians* etc. quae vera est lectio. Locus Plauti extat Prolog. Afinar.

21 *Trepida confessio*] Mf. *trepida consensio*.

29 *Auspiciis servatis*] Reg. excerpt. et Dan. *Auspiciis servatitiis*. de hoc autem ritu, quo leges auspicato rogabantur, vid. Ciceron. Philipp. V.

34 *Vnam affirmativam*] Mf. *confessivam*.

### ACT. I. SC. 3.

I *Metu et cura aestuantis*] Ita excerpta Reg. quibuscum in parte consentiunt Mf. reliqui.

13. *Παρόμοιον dicitur*] Reg. *Paromoneu*. Dan. ΠΑΡΩΝΟΜΑ-  
CΙΑΙ.

21 *Nomina comicorum ser-  
vor.*] Bene de his feruorum nomi-  
nib. Heiladius in biblioth. Photij. cuius locum integre ad-  
scribam: ὅτι οἱ κωμικοὶ τὰς οἰκέ-  
τας τὸ μὲν πλεονεκτοῦ τῆ γενέως ἐκάλεον,  
οἶον Σῦρον, Καρίωνα, Μίδαν, Γέ-  
ταν, καὶ ὅμοια. ἐκάλεον δὲ τὰ ἐξ  
ἐπιθέτων, ὡς ἀπὸ τῷ χρώματος  
μὲν Πυρρῶϊαν καὶ Σαυθῖαν: ἀπὸ τῷ  
τρόπῳ δὲ Παρμένονα, καὶ Πισόν,  
καὶ Δρόμονα; ἐκάλεον δὲ καὶ ἀπὸ  
τῆς ἡμέρας, ἐν ἣ ὠνήσαντο τὸν  
οἰκέτην, ἐξ ἧ καὶ τὰς Νημενίαις  
ὠνόμαζον. Vid. Aristophan. in  
Ranis, et quae notat Donat. ad  
Act. I. Scen. I. vers. I. Adelp. Illud porro antiquitus observa-  
batur, vt comica nomina dua-  
rum syllabarum, tragica vero  
plurium essent. Athenaeus id  
docet, lib. XIV, c. I. φιλόγεως  
δὲ ἦν καὶ Δημήτριος ὁ πολιορκη-  
τῆς, ὃς φησὶ Φύλαρχος ἐν τῇ ἐκ-  
τῇ τῶν ἰσοριῶν, ὅς γε τὴν Λυσι-  
μάχῳ ἀρχὴν κωμικῆς σκηνῆς ἠδὲν  
διαφέρειν ἔλεγεν. ἐξίεναι γὰρ ἀπ'  
αὐτῆς πάντας διςσυλλάβους. De  
tragicis ibidem mox additur.

In comoedia frequentissimus  
Dauus. Philostrat. lib. I. Icon.  
χρηταί γὰρ αὐτῆ (ἀλοπέκι) ὁ Αἴ-  
σωπος διακόνῃ τῶν πλειεῶν ὑποθέ-  
σειν, ὡσπερ ἡ κωμῳδίᾳ τῷ Δάμ.  
Horat.



Horat. de arte, v. 14. *Inteverit malum, Dauus loquatur, an heros.* Ex eodem libro 237.

*Ut nihil intersit, Dauusne loquatur, et audax*

*Pythias, emuncto lucrata Simone talentum.*

Dio Chrysofom. πρὸς Ἀλέξανδρ. Lucian. περὶ ὀρχήσεως. At minus recte a patria Dauum dici autumo: verius vero a Glossario scriptum, *Dauus ἄφρων, ἄπειρος.* indeque interpretandum illud, *Dauus sum, non Oedipus.* Sic Getae nomen non raro frequentabatur. Arrian. in Epict. lib. III, cap. 26. πρῶτον μὲν ἐξελήλυθε νυκτός, ὅτε ἔταος ἔτολμα ἐξελεῖν. Cael. Sedulius in opere Pasch. *Sive clamoribus corburnatae tragoediae, seu ridiculi Getae comica foeditate.* Quod Caracallae temporibus adeo odiosum fuit, ut si quis illud vel scripisset, vel verbo tenus protulisset, statim is de vita periclitaretur. ὅθεν ἔδ' ἐν ταῖς κωμωδίαις οἱ ποιηταὶ ἔτι ἐχρῶντο. Xiphilinus in Caracalla. De Phormione Cicero pro Cecinna 10, et ex eo Quint. libr. VI, cap. 4. *Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio.* Auf. Ep. 22. *Canus, comosus, hispidus, trux, artubus, Terentianus Phormio.* Parmenonem et Syrum, praeter Terentium, Plautus inducit Bacchidibus IV, 4, 7. *Non mihi istli placent Parmenones, Syri, qui duas aut tres minas auferunt beris.* Parmeno παραμένων, ταῦτ' ἐστὶ παραμένων. Dio Chrysof. Rhodiac. p. 219. ἀνδράποδον μὲν τις

ὠνόμενος, εἴ ποτε ἀπέδρα σκόπει, καὶ εἰ μὴ παρέμενον τῷ πρώτῳ δεσπότη. Igitur Parmeno, qui non fugitiuus: neque de quo dici potest illud Horat. l. 2. Ep. 2. v. 14. — *semel hic cessauit, et, ut fit, In scalis lauir* — Vbi sic Porphy. *Iam nunc verba sunt quibus mango vititur, ut monstrat cessatorem esse quem vendidit, hoc est, fugitiuum.* Atque haec vera nominis ratio.

*Ut Thyllacus*] Sic ex Reg. excerptis restituimus, cum antea corrupte legeretur *Chylacus.* Est autem hic *Thyllacus*, ut in Pandecte Saccus. l. 44. de manum. testam. *Saccus seruus meus, et Eurychia, et Hirena ancillae meae.* Quo quidem nomine ventriofii et vinarii potissimum vocabantur. Antiphanes vetus Comicus apud Athen. Dipn. l. XII, c. 13. — τῆτον ἔν Δι' οἴνοφλυγίαν καὶ πάχος τῆ σώματος ἄσκον καλεῖσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι. Ut et Alexis quodam in loco testatur: cuius verba in notis ad Theophrast. notauit vir doctissimus Isaac. Casaubonus.

ACT. I. SC. 4.

2 *Abstemius, sobrius*] Quint. 1, 7. Aul. Gell. x, 23. Ouid. Metam. xv, 322. *Clizorio quicumque sitim desonze leuarit, Vina fugit, gaudetque, meris abstemius, vndis.*

ACT. I. SC. 5.

2 *Cum stomacho dictum*] Mf. *cum stom.* δεκτικόν.

15 *Infringi, impingi*] Mf. *Infligi, impingi.*

18 *Constatur excusatio*] Mf. *excusatio.*

26 Ἀπὸ τῆ ἀλοῖα] Mf. ἀπὸ τῆ δολι.

33 Nam utraque] Mf. nam utrumque.

35 *Voluntas non factum damnatur*] Punitur videlicet voluntas in grauioribus delictis. l. i. ff. ad Leg. Iul. Maieft. l. i. ff. ad. l. Corn. de ficar. l. i. π. De leg. Pomp. de Parricid. l. 16. §. 8. ff. de poenis. l. i. in. ff. de extraord. At quod l. 18. ff. de poenis habetur, *cogitationis poenam nemo patitur*, id de leuioribus culpis intelligendum est. vt reſte in Synopſi Attaliat. Tit. 78. pag. 69. ὑπὲρ ψυχῆς ἐνοίας ἕδεις ὑφίσταται ποινὴν.

60. *Iunctis dextris*] Mf. iungens dextras.

62 *In manum conuention.*] Cicero et Boetius in Topicis.

ACT. II. SC. I.

I *Pauoribus, gaudiisque*] Dan. Mf. *periculis gaudiisque*.

*Ne τραγικώτερον fieret*] Mf. *Ne ἀποθεάτον*. Quae vox ſi proba ſatis eſſet, non male iſti loco aptari poſſet, pro re quam inuiti ſpectant ſpectatores; vel aliena a theatro, id eſt, contra artem et legem ſcenicam. Sed non facile in animum induco, eſſe id verbi δόκιμον. Itaque vulgatam lectionem retinere ſatius eſt.

ACT. II. SC. 5.

18 *Tum fieri pauum*] Haec veriſſima lectio eſt, quam Mſſ. debemus. antea nimis quam inepte, *tum fieri pauidum*. Tertull. de anima cap. 33. *Pauum ſe meminif Homerus, Eumio ſomniant: ſed poetis nec vigilantibus credam, et ſi pulcherrimus pauus, et quo velis colore cultiſſimas,*

etc. Cornutus in Perſium; Hor. l. II, Ep. I. et ibid. Acro.

ACT. II. SC. 6.

I *Nullus ſpectator*] Mf. *ſpectator non ſenex*. et poſt. *hoc agit, non ait*.

ACT. III. SC. I.

I *Peregrinae, inhoneſtae*] Vide quae notat Iſ. Caſaubonus ad Theophr. Charact.

12 *Praeſtamus caeteris animalib.*] Salluſtianum eſt.

15 *Iuno Lucina*] Reſtitui hic locus in melius poteſt ex ſcripto cod. Daniel. hoc modo: *Iuno Lucina Iunonis filia, Graece εἰλήθουια, Latini nixos dicunt. Iuno a iuniando dicta; Lucina ab eo, etc.*

Phornut. δοκεῖ δὲ καὶ πλείοις ἢ αὐτὴ εἶναι καὶ εἰλήθουια, ἀπαύτως εἰλημένη καὶ θέουσα περὶ τὴν γῆν. ἢν εὐχονται εἰλεῖν αὐταῖς ἢ πῖαν καὶ λυσιζωνον αἰ ὠδίναςαι. De Nixis Nonius in voce ENIXAE. et Feſtus: *Nixi dii appellantur tria ſigna in Capitolio ante cellam Mineruae genibus nixa, velut praefidentes parturientium nixibus*. Vt in illo verſu. Ouid. l. IX Metam. 294. *Lucinam Nixosque pares clamore vocabam* Et nixus ſunt ὠδίνας. Virg. IV, 199. Georgicor. Et Rufinus in expoſitione Symboli: *Apes neſcire coniugia, nec foetus nixibus edere omnibus palam eſt*. Gloſſ. Philox. *Nixae, ὠδίνας*.

ACT. III. SC. 2.

I *Firme nunciabant*] Mf. *firmē inuiniabant*.

3 Ἄσατε αὐτὴν Y T I S A \*] Haec eſt ſcriptura Mſſ. codd. Palam vero legi debet vel ἤδισα, vel, quod Iſ. Caſaubono placebat,

τάχε-

τάχιστα, vel quid tale. In versu Lucilii, *Daze bibere summo*, diuissim legendum censeo: *Daze biber e summo. Biber τὸ πίνειν*, ut notauit Charif. l. 1. Dein, *e summo*; ut Plautus *Afinar. v, 2, 41. Da, puere, ab summo*. Confer. vero cum hoc loco Donati Quintilian, lib. 9. et Seru. ad illud Virgil. *Aen. 1, 319. comam diffundere ventis*.

4 *Duo verba aēlina*] Ms. duo verba iniuncta.

6 *A matre sanguinolentum*] Iuuenal. *Satyr. vii, 196. Et ad huc a matre rubentem*. Mar. Viēt. in *Genes. iii, 547. Iussus pueros a matre recentes*. De Sanguinolentis in Rubr. cod. De infantibus exposit. et l. 1. Cod. Theod. eod. tit. 1. 2. C. De parrib. qui filios suos distrax. *Lactant. lib. vi, 20.*

11 *Fieri potuerit*] Ms. oportuerit.

25 *Nec dico, nec facio*] Sine dubio legend. *Nec dico, nec facio mu. Vnde et mutire dicimus*, etc. vid. Charif. lib. 2.

ACT. III. SC. 3.

11 *τῷ ελλησμον*] Vitiosam scripturam reliquimus, ut cuius emendandi liberum esset arbitrium. Non multum autem a vero abesse censeo, si legatur τῷ ἑλλησμοῦ. *Μὴ λιτάνευε, μὴ μάχεσθαι*. Ut etiam Pithoeus suo codici adscripserat.

ACT. III. SC. 4.

13 *τί δῆποτ' ἀκίωσθαι*] Ms. ΠΡΟΤΟΝΚΥΜΕ.

ACT. III. SC. 5.

5 *Ἄν θεός φεγγει*. etc.] In Dan. lib. sic erat: *Ἄνθεός φεθόκανα πολείμπε*.

aeque corrupte: tamen Isaaco Casaubono sic legendum videbatur, *ἐνθεν ἀποφεύγων, ἐκ ἄν ἀπο. οἰμην ποτέ*, vel, *ἐντεῦθεν φεύγων*, etc.

15 *Quibus vultu*] Nihil hic variant scripti codd. rectius tamen opinor esse: *quibus vltro operae pretium*.

ACT. IV. SC. 2.

23 *Ne illa tauro paria sint*] al. *parita*. Sed alterum minus vitiosum; quod intelligi de Phalaridis tauro potest. Senec. *Controuerf. 8. libr. 5. Siciliae dicitur fuisse dominus, qui inclusos aeneis tauris homines subiectis vrebat ignibus, ut mugitum ederent*. Textul. de Pall. *Inclusus in Phalaridis tauro hanc vocem emittat* Iuuenal. *viii, 82. — admoto dicitur periuria tauro*. *Lactant. iii, 26. lam cruces, et ignes, et Phalaridis taurum contemner*.

ACT. IV. SC. 3.

1 *Fortuna neque dare, neque*] Sallustianum hoc est.

11 *Ex ara Apollinis, etc*] Suid. *ἐστὶ δὲ μετὰ τὴν ὀρχήστραν βωμὸς τῷ Διονύσῳ, ὃς καλεῖται θυμέλη, παρὰ τὸ θύειν*. Isid. Orig. lib. xviii, cap. 47. *Pulpitum quod thymele vocatur*. Iustinian. Nouel. 5. — *et thymeles delectatione*. Vidd. Plutarch. *Quaest. Rom. Sueton. in Calig. cap. 54. Vitruv. Architect. v, 6.*

*Libero patri tragoedia*] Olympiodorus non solum tragoediae sed etiam comoediae praesidem facit Dionysum. Eius haec verba sunt in Platonis Phaedone: *Ἐφορος γὰρ πάσης βαρχείας* (Dionysus scil. nam de illo

illo hic fermo) διὸ ἔ μόνων κωμικῶν ἔφορος ἔστιν, ὡς περὶ ἡδονᾶς καταγινομένων, ἀλλὰ καὶ τραγικῶν, περὶ λύπης καὶ θλίψεως καταγινομένων, ὡς τὸ εἰκός. Huius opinionis et alii videntur esse.

*Herbena ridimicula*] Horat. Carm. IV, II, 6. — *ara castis Vincta verbenis, auez immolato*

*Spargier agno.*

*Verbenae sunt omnes herbae frondesq.*] Servius in Aeneid. lib. XII, 120. *Abusivae verbenas vocamus omnes frondes sacras, ut est laurus, oliua, vel myrtus. Terentius: Ex ara sume hinc verbenas: Nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transfulit. Vera Servium dicere, corruptus apud Donatum Menandri locus indicat.*

ACT. IV. SC. 4.

15 *Contumeliae genus est*] Ulpian. l. 15. §. 3. ff. de iniur. et fam.

40 *Memorem mendacem*] Apul. Apologet. *Saepe audiui non de nibilo dici: Mendacem memorem esse oportere.* Hieronym. aduers. Rufin. *Interim in te dum aliud agis, crimen fortissimum prodidisti, et oblitus es veteris prouerbii, Mendaces memores esse debere.* Opat. Mileuit. lib. 2. pag. 23. *Vulgo dicitur: Memoriam custodem habere oportet mendacem.* Inde Quinilian. *Mendacia plerum-*

*que confutari solent inconstantia sermonis.*

ACT. IV. SC. 5.

4 *In familiam redeunt*] Institut. Iustin. lib. 3. Tit. II.

15 *Totum per ἔμφασιν*] ἔμφάσεως.

19 *Pariter positum est*] Mf. *pariliter.*

ACT. V. SC. 3.

4 *Et an vna*] Mf. *Et an vnde sit.*

5 *Sed fiducia*] *Sed fidentia.*

25 *Τῆς ἐρωμένης*] al. *τῆς ἐραμένης.*

ACT. V. SC. 4.

18 *Amorem in filium*] Mf. *filio.*

28 *Caecum testimonium*] Graecis *ἐκμαρτυρία*. Val. Harpocration. *ἐκμαρτυρία τῶν ἀπόντων*: ut Donatus, *in caeco absentes personae*. Aristid. *πρὸς Πλάτωνα*. pag. 116. *οἶμαι γὰρ ἡμῶν ὡσπερ ἀπόντος ἐκμαρτυρίαν εἶναι*. Ita Latini inter *testes et testimonia* distinguunt. In scripto D. Hadriani ad Iunium Rufinam. l. 3. §. 3. π. de testib. Hoc autem probationis genus Graeci *πίστιν ἀτεχονον* vocant. Mar. Victorin. in Cicéron. Rhetor. 2. pag. 199.

48 *Nec potest videri datum*] l. 69. ff. de reg. iur. l. 19. §. 2. ff. de donat.

ACT. V. SC. 6.

1 *Duarum sororum*] V. C. *duorum sociorum.*

12 *Lucilius in secundo*] Mf. *in seprimo.*

C. SVLPITII APOLLIN.  
PERIOCHA IN TERENT.  
EVNVCHVM.

**S**OROREM falso dictitatum Thaidis,  
Id ipsum ignorans, miles aduexit Thrafo,  
Ipsique donat. erat haec ciuis Attica.  
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi iubet  
Thaidis amator Phaedria, ac rus ipse abit,  
Thraconi oratus biduum concederet.  
Ephebus frater Phaedriae, puellulam  
Cum deperiret, dono missam Thaidi,  
Ornatu Eunuchi induitur: suadet Parmeno:  
Introiit: vitiat virginem. sed Atticus  
Ciuis repertus frater eius collocat  
Vitiatam ephebo; Phaedriam exorat Thrafo.

AELII DONATI V. C. ORATORIS VRBIS  
ROMAE PRAEFATIO IN EVNVCHVM  
TERENTII.

**H**aec masculini generis nomine nuncupata fabula est, Ev-  
NVCHVS: et est Palliata Menandri vetus: quam ille  
auctor de facto adolescentis, qui se pro Eunuchō deduci ad me-  
rettricem passus est, nominauit. Itaque ex magna parte moto-  
ria est. Atque in hac Comoedia qui personam Parmenonis a-  
ctor sustinet, primas habet partes. Secundae sunt Chaeraeae,  
Tertiae ad Phaedriam spectant. Huius Prologus sane est con-  
citatior. Nam et obiicit crimina aduersantibus: et comminatur  
in posterum: et accusatorie narrat iniuriam Terentio iactam:  
et ad vltimum tumultuose, et cum magna inuidia defendit Poe-  
tam. Haec et πρότασιν et ἐπίτασιν, et κατατροφήν ita aequales  
R habet,

habet, ut nusquam dicas longitudine operis Terentium delassatum dormitasse. Actus sane implicatiores sunt in ea, et qui non facile a parum doctis distingui possint: ideo quia tenendi spectatoris causa vult Poeta noster omnes quinque actus velut vnum fieri, ne respiret quodammodo: atque distincta alicubi continuatione succedentium rerum, ante aulaea sublata fastidiosus spectator exurgat. Acta plane est Ludis Megalensibus, L. Posthumio, L. Cornelio Aedilibus curulibus: etiam tunc personatis L. Numidio Posthumio, L. Ambiaio Turpione: item modulante Flacco Claudio tibiis dextra et sinistra ob iocularia, multa permixta grauitate. Et acta est tanto successu ac plausu atque suspirio, ut rursus esset vendita, et ageretur iterum pro noua: proque ea pretium, quod nulli ante ipsam fabulam contigit, octo millibus sestertium numerarent Poetae. Prouerbia (Legendum arbitror, *diuerbia*. Vid. supra ad argument. Andr. pag. 249. L.) multa saepe pronunciata, et cantica saepe mutatis modis exhibita sunt. *Προτατικόν πρόσωπον* nusquam habet: sed suis tantum personis utitur. In hac Terentius delectat facetiis, prodest exemplis, et vitia hominum paulo mordacius, quam in caeteris, carpit. Exempla autem morum hic tria praecipua proponuntur, urbani scilicet, parasiti, et militaris. Haec edita tertium est: et pronunciata, **TERENTII EUNUCHVS**: quippe iam adulta commendatione Poetae, ac meritis ingenii notioribus populo. Facta autem ex duabus Graecis vna est Latina. Nam ex **EUNUCHO** et **COLACE**, **MENANDRI** fabulis, haec Eunuchus Terentiana scripta est, non sine crimine, quod multa in hanc translata sunt ex multis Poetis Latinis. quod totum, per Prologum purgat atque defendit.

## ARGUMENTVM.

**R**APTA quaedam ex Attica virgo nobilis, atque abducta est Rhodum; ibique matri Thaidis meretricis ab amico dono data est, et educata velut soror, vna cum filia Thaide. Sed Thais, relicta matre, Rhodo cum amatore quodam Athenas se contulit: ab eoque heres instituta mortuo, mox a milite Thrafone diligebatur nimis. Qui cum Athenis profectus matrem Thaidis mortuam Rhodi comperisset, et eam virginem, quam diximus, ab heredibus mortuae animaduertisset venum esse propositam: quamuis ignarus rerum omnium, emit tamen, et dono amatae Thaidi vexit Athenas. Verum postquam adueniens ritualem Phaedriam apud amicam reperit, quem per eius absentiam sibi meretrix conciliarat: affirmavit, se non ante daturum promissam virginem, quam Thais foras aemulum pepulisset.

Illa

Illa igitur, etsi amaret Phaedriam, cupiditate tamen recuperandae virginis et ciuis Atticae, et quam a paruula vt sororem dilexerat, excludit Phaedriam. Hinc ille primo irascitur: post accepta facti ratione, a Thaide lenitur: et in bidui spatium sponte concedens militi, rus proficiscitur: statimque ne ab aemulo muneribus superaretur, Eunuchum et puellam Parmenoni iubet abiens ad Thaidem deducere. Verum Chaerea frater Phaedriae tunc ephèbus, visa in via virgine, inflammatur amore eius; atque eo equalit vehementi ardore, vt pro Eunucho ipse deducatur ad Thaidem. Hac occasione vitata virgo, et mox ciuis, et nobilis cognita, datur vxor Chaeraeae. Phaedria vero et miles riuales, ambo concordēs per parasitum redditi, communi amica sine certamine potiuntur. In *primo* actu Phaedria exclusus a Thaide, et secum primo, et mox cum Parmenone conqueritur fortunas suas: et ad postremam coram accusat Thaidem. Rursus permulcetur ab eadem, et voluntate digrediens, rus sese concessurum in spatium bidui esse promittit. *Secundus* actus, profectiōnem Phaedriae continet, delegantis seruo deductionem Eunuchi et puellae ad Thaidem; tum parasitum loquentem, per quem virgo a milite dono amicae missa est; tum interuentum Chaeraeae amantis virginem, eiusdemque cum Parmenone consilium de eadem potiēda per fallaciam: quia pro Eunucho ipse supponitur Thaidi. *Tertius* actus characterem exprimit militis et parasiti per ridiculum colloquium: tum inuitationem ad coenam Thaidis: tum oblationem velut Eunuchi Chaeraeae et puellae ex Aethiopia per Parmenonem factam; tum verba Chremetis ad Thaidem venientis, perductique ad militem: Antiphonis Chaeraeaeque colloquium de vitata per dolum virgine. In *quarto* actu Dorias nunciat iurgium inter militem et Thaidem: tum reditum habet ex villa Phaedriae, et querelam Pythiae de vitata virgine apud Phaedriam: et eundem stupentem quod audiebat: errorem ebrii Chremetis: et verba petulantia Thaidis aduersum militem, et militis aduersum Thaidem: parata praelia, ridiculeque deposita. *Quintus* actus haec continet, querelam Thaidis de vitata virgine, primo cum Pythia, postea cum ipso Chaerea: tum interuentum Chremetis atque nutricis: tum perturbationem Parmenonis per dolum Pythiae; atque eius indicio per senem, qui rure tunc aduenerat, confirmatas nuptias: et ad vltimum reditum in gratiam militis cum Phaedria et Chaerea.



## FABVLAE INTERLOCVTORES.

ANTIPHO <i>adolescens.</i>	PARMENO <i>seruus.</i>
CHAEREA <i>adolescens.</i>	PHAEDRIA <i>adolescens.</i>
CHREMES <i>adolescens rusticus.</i>	PYTHIAS <i>ancilla.</i>
DORIAS <i>ancilla.</i>	SANGA <i>lixa.</i>
DORVS <i>eunuchus.</i>	SOPHRONA <i>nutrix.</i>
GNATHO <i>parasitus.</i>	THAIS <i>meretrix.</i>
LACHES <i>senex.</i>	THRASO <i>miles.</i>

## IDIOMATA PERSONARVM.

Antipho, quod obuius appareat. Chaerea, a gaudio: epebeus ad quiduis audax, incogitans, et impotenter amans. Chremes, adolescens ruri educatus, eoque ciuiliu blanditiarum insolens, et artium imperitus. Dorias, ab hasta, quod in bello capta sit. Dorus, quod dono mittatur Thaidi. Gnatho, a mandibula, vt edax. Fingitur assentator et callidus. Laches, a sortiundo siue ab incendendo actionem iniuriarum, pius in filios et vehementi ingenio. Parmeno, quod sedulo adsit domino suo, callidus et osor meretricum. Phaedria, ab hilaritate morum, cordatus adolescens, et cum morbo suo pugnans. Pythias, ob calliditatem, aut quod omnia perconterur. Sanga, a σάττω, hoc est, a componendis sarcinis dictus videtur. Fingitur liber ac domini contentor, quales fere coqui. Sophrona, a temperantia et morum frugalitate. Thais, a pauone videtur dicta, addita aspiratione. Inducitur cordata et ciuilis, et intermeretrices probis moribus. Thraso, a confidentia. Fingitur stolidus et arrogans.



## P. TERENTII EVNVCHVS.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. POSTVMIO AIBI-  
NO L. CORNELIO MERVLA AEDIIIB. CVRVLIB.  
EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATILIVS  
PRAENESTINVS, TIBIIS DVABVS DEXTRIS.  
GRAECA MENANDRV ACTA II. MODOS FECIT  
FLACCVS CLAVDI M. VALERIO, C. FANNIO  
ROSS.

## PROLOGVS.

**S**I quisquam est, qui placere se studeat bo-  
nis

Quam

*Modos fecit*] Vett. fere omnes et Mf. R. *Modulauit*. Postea, *Flac. Claudi tibiis duabus dextris* etc. Et sane alieniore loco in vulg. libb. posita videntur. L.

*Caiio Fannio*] Sic melioris notae exemplaria: in quibusdam tamen Mff. erat, *G. Mumio Fannio*. L.

I *Si quisquam est, qui placere, etc.*] Attendenda Poetae copia, quod in tot prologis de eadem causa iisdem fere sententiis, variis verbis vritur. D.

*Si quisquam est*] Hic prologus habet controuersias: vnam ex accusatoris persona, aliam ex defensoris. Nam et Terentius obiicit crimen, et obiectum purgat. In eo, quod obiicit, talis est controuersia: Comoedias dedit aduersarius, in hunc vnam, qua priori loco causam dicit, a quo petitur, non ille

qui petit. Hoc ita quod (forte, itaque) crimen stultitiae est et imprudentiae. Ira status est qualitas. Alia controuersia est, qua obiicitur Terentio, quae talis est: Graecam Comoediam in Latinam transferre licet (videtur excidisse: *sed Latinam in Latinam transferre non licet*. Z.). Eunuchum Terentius dedit comoediam, parafiti et militis. Quod Plautus in sua comoedia habuerit, nunc Terentius in Eunucho posuit. Reus est quod contra legem fecerit. Hic status primo qualitas absoluta ex iuris ratione, deinde qualitas venialis per ignorantiam. Nunc iam singulas, ut proposuimus, explicemus. *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis*] Controuersiae principium semper est ad benevolentiam captandam auditorum, aut a nostra persona, aut ab au-  
dito-

Quam plurimis, et minime multos laedere:

In his poeta hic nomen proficitur suum.

Tum si quis est, qui dictum in se inclementius

5 Existimauit esse: sic existimet,

Responsum, non dictum esse, quia laesit prius,

Qui

ditorum, aut a iudicum, aut a rebus ipsis. Hic nunc vtrumque complectitur, et a nostra persona, et ab auditorum. A nostra sic: *si est aliquis, qui placere se studeat bonis, et minime multos laedere, in his poeta nomen proficitur suum.* Ab aduersariorum: *tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimauit esse sic existimet. Bonis quam plurimis*] Quidam intelligunt, *quam plurimis bonis.* Nos intelligamus extrinsecus *plurimos*, nihil aliud posuisse nisi malos: boni enim admodum pauci sunt: ita quod dixit in numero, *plurimis*, qualitatem potius declarauit. E.

Nisi pro *studeat* legeris *studeant*, verba in his inepta videntur. cf. And IV, 1, 3. unde intelligitur, ipsum Donatum hic sic legisse. B.

2 *Bonis quam plurimis*] Commendat personam. *Et minime multos laedere*] Αντιθετον προτων. D.

*Et minime multos laedere*] Duo praecepta posuit, *placere bonis, nec multos laedere*: haec et hic tenuit in causis iudicialibusque publicis. ita fit versatus, ut defenderit multos, laeserit neminem. E.

3 *In his poeta hic nomen proficitur suum*] Cum dixisset *quisquam*, intulit in his. Et, (lege, vi) alibi, *Cuius mos maxime est consimilis vestrum, hi se ad vos applicant.* D.

4 *Tum si quis*] Bene *si quis*: cum L. Launium significet, ne vel ipsum a se laesum fateretur. Et *Tum*, praeterea: ut (Virg. Ecl. vi, 61.), *Tum canit Hesperidum. Inclementius*] Pro *inclementer*. ut (Aen. vi, 304.), *Iam senior, sed cruda deo, viridisque senectus.* D.

*Inclementius*] Id est, iniustus, acerbior. E.

*Dictum in se inclementius*] Sic Plautus passim *Inclementer loqui*. Graeci μη δικαίως λέγειν. Dio Prusaeus περι βασιλειας. Plautus in *Bachid. Ne recte.* L.

5 *Existimet*] Pro *existimauit* (Bentleius corrigit *existimarit*; sed Westerh. *existimabit* Z.). D.

Plures e nostris habent *existimauit*; vnus *existimabit*. Et sane sensus postulat futurum; lege *existimarit*, ob versum I. B.

6 *Responsum, non dictum esse*] Deest ei, ut in *Phormione*, *Si quis quid reddit, magna habenda*

Qui bene vertendo, et eandem scribendo male,  
 Ex Graecis bonis Latinas fecit non bonas:  
 Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.

10

*benda est gratia. Non dictum esse]* Superius dictum, participium est: inferius, nomen. A quo etiam *dicaces* dicuntur; qui iocosis salibus maledicunt. *Responsum, non dictum esse]* Figura *πλοκή*. Nam dictum modo bis numero positum, supra nomen significat, infra participium. ut in *Heautont.* (v, 1, 3.) *In quem quidvis harum rerum convenit, quae sunt dicta in stultum.* D.

*Responsum, non dictum esse, quia laesit prior]* Ne videatur (*videretur* Z.) Terentius improbam continuo maledici subisse personam, quod prior laederet, dixit, respondisse potius, non maledixisse: hoc enim est quod positum est, *non dictum.* *Dictum* enim Cicero de Oratore maledictum ponit, hoc est, maledicere, *dicta dicere* (Omittendum censeo *maledicere*. Forte enim respexit locum Cic. de Orat. II, 60. *Ne, quotiescunque posuerit dictum dici, necesse habeamus dicere*). Sequitur controuersia ipsa, et criminatio a parte accusatoris; *Qui bene vertendo et eandem describendo male]* Bene vertit de Graeco in Latinum: male scribit, male verba componit. E.

Nostri libri habent *prius, sed prior*, quod in Bembino, Vati-

cano et apud Eugraphium reperitur, Faerno recte probatur. B.

7 *Qui bene vertendo]* Bene, pro valde. *Ex vertendo*, in linguam Latinam transferendo. Plautus, *Vertit barbare* (lege, *Plautus: Plautus vortit barbare*. Trin. Prol. 19.). Aut *vertendo*, corrumpendo. D.

*Bene vertere* est fideliter vertere, verbum verbo reddere e Graeco; id ipsum vero, ob utriusque sermonis diuersitatem est *male scribere Latine*. Talem anxie fidem interpretem egerat Lauinius Luscus. B.

8 *Ex Graecis bonis]* Hieron. in lib. Didymi de S. S. *Iuxta Comici sententiam, ex Graecis bonis Latina vidi non bona.* L.

Illud *Ex* priori appone verui. B.

9 *Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit]* τὸ αὐτὸ (Erasmus restituit, *ἐμφατικῶς*) apparet pronunciatum, quasi hoc ipso admonuerit spectatorem, quam turpiter et imperite haec fabula scripta sit. Et bene, *nunc nuper*: ut ex vicinitate facti ostendat nihil esse dicendum, quam displicuerit haec comodia L. Lauinii: propterea quod res recens sit, et omnes meminerint. *Phasma* autem nomen est fabulae Menandri: in qua nouer-

10 Atque a Thesauro scripsit, causam dicere

Prius,

nouerca superducta adolescenti, virginem, quam ex vicino quodam conceperat, furtim e ductam, cum haberet in latebris apud vicinum proximum, hoc modo secum habebat assidue nullo conscio: parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perdidit, vt in ipso transitu sacrum locum esse simularet. Cumque transitum intenderet (*obtenderet* Z.) fertis ac fronde felici, rem diuinam saepe faciens, euocabat ad se virginem. Quod cum animaduertisset adolescens, primum aspectu pulchrae virginis, velut numinis visu percussus, exhorruit: vnde *Phasma* est nomen fabulae. deinde paulatim re cognita, exarsit in amorem puellae ita vt remedium tantae cupiditatis, nisi ex nuptiis, non reperiretur. Ita ex commodo matris ac virginis, et ex voto amatoris, consensuque patris, nuptiarum celebratione finem accipit fabula. Vtrum ergo hoc dicat, quod, totam fabulam transferendo, laeserit L. Lauius: an hoc tantum, de quo reprehendat (Mf. Hulst. Boend. et ed. Venet. 1490. ac non hoc, de quo tantum reprehendat. Forte locum corruptum sic restitueris: an hoc tantum dicat, non quo reprehendat, sed his signis velit ostendere, quam dicat viti-

ose etc.). sed his signis velit ostendere, quem dicat vitiose thesaurum composuisse: vt in thesauro sit culpa, non in phasmate? *Nunc nuper dedit*] *Nuper*, ex illis verbis est, quae veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant. Nam nisi adderet *nunc*: hoc *nuper*, olim, pridem, et iam significasset. *Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit*] (verba sequentia non sunt Donati) Hanc fabulam totam damnat, vt apparet, silentio: Thesaurum vero, non totum, sed ex vno loco. (In Donati Msto reperi additum, *Item, id est, similiter*. B.) D.

*Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit*] Aliter *fana*. nomen fabulae *Fana* est. Et bene addidit *nunc nuper*, vt crimen istud, quod obiicit, non longi temporis, sed vt recens memoria videatur peccati esse. E.

Ne totus versus instar arenae sine calce sit, lege, *Item vt* etc. h. e. *similiter* ac. B.

10 *Atque in Thesauro scripsit causam dicere*] *Thesaurum* Latini veteres secundum Graecos, sine *n* litera proferebant. *Atque in Thesauro scripsit causam dicere*] Arguit Terentius quod Luscius contra consuetudinem litigantium, defensionem ante accusationem induxerit;

xerit; huiusmodi enim est Lus-  
 cii argumentum: Adolescens,  
 qui rem familiarem ad nequi-  
 tiam prodegerat, seruum mit-  
 tit ad patris monumentum, quod  
 senex sibi viuis magnis opibus  
 apparauerat, vt id aperiret, il-  
 laturus epulas, quas pater post  
 annum decimum cauerat sibi  
 inferri. sed eum agrum, in quo  
 monumentum erat, senex qui-  
 dam avarus ab adolescente e-  
 merat. Seruus ad aperiendum  
 monumentum auxilio vsus se-  
 nis, thesaurum cum epistola ibi-  
 dem reperit. Senex thesau-  
 rum tanquam a se per tumultum  
 hostilem illic defossum re-  
 tinet, et sibi vindicat. Ado-  
 lescens iudicem capit: apud  
 quem prior senex, qui aurum  
 retinet, causam suam sic agit:  
*Atheniensis, bellum cum Rho-*  
*diensibus Quod fuerit, quid ego*  
*hic praedicem?* (Haec verba no-  
 tata, esse duo versus ipsius Lus-  
 cii, primus deprehendit Bentle-  
 ius. Z.) et caetera, quae con-  
 tra naturam iurisque consuetu-  
 dinem posita argumenta notat  
 Terentius: quod ille ordo po-  
 tior erat, vt adolescens prior  
 proponeret causam, qui peti-  
 tor inducitur. D.

*Scripsit, causam dicere*] In  
 Comoedia sua hoc argumen-  
 tum est: Quidam agrum ven-  
 didit: illic habuit patrium mo-  
 numentum, in quo thesauros  
 emtor inuenit: comperit emtor  
 (venditor Z.): in iudicium ven-  
 nitur. Vtique ex ratione et  
 ex consuetudine prior loqui de-  
 bet ille, qui petit. Petitor au-

tem hic venditor est: vt secun-  
 do loco respondeat, a quo pe-  
 titur, hoc est, emtor. At contra  
 Luscius Lanuinus fecit, vt pri-  
 or loqueretur, vnde petitur,  
 quam ille, qui petit. Ergo pro-  
 positio criminis collocata est:  
 incipit enim eius causae quae-  
 stio. Ac primo praescriptio-  
 nis est status, potestque dicere  
 Luscius Lanuinus, reprehendi  
 non possum. Placuit in hac  
 comoedia hanc praescriptio-  
 nem solui sic: *Ne frustretur*  
*ipse se, aut sic cogitet: Defun-*  
*ctus iam sum, nihil est quod di-*  
*cat mihi.* Sed hanc praescrip-  
 tionem donat, et admonet, ne  
 peccet; quam rem subtili ac-  
 cufatione composuit. Ex hoc  
 enim plus accusatur: siquidem  
 de praeteritis se donare pro-  
 mittit crimen, et monet quali  
 iterum peccaturum. Simul et  
 alia multa crimina se donare  
 dicit; nunc nolle, et nihilomi-  
 nus postea nolle (lege, *velle*)  
 maledicere, si tum laedat ini-  
 micus: quibus rebus et perso-  
 nam suam commendat, et ad-  
 uersarium ad confirmandam im-  
 pudentiam iniecit. E.

*Atque a Thesauro*] Ita pluri-  
 mi vet. in Regio tamen exem-  
 plari, *atque a thesauro.* Sed  
*Thesaurus, Formosus,* aliaque  
 similia olim dicebant, vt in  
 Pandeste Florentino, Cod. The-  
 odof. Schol. Iunen. et alibi legi-  
 tur. *Thesaurum* Menander scri-  
 pserat et Philemo: eamque  
 Plautus vertit, vt ipse inquit,  
*Trinumnum* vocans. L.

Prius, vnde petitur, aurum quare sit factum,  
 Quam ille qui petit, vnde is sit thesaurus sibi,  
 Aut vnde in patrium monumentum peruenerit.

Dhinc,

Vulgo legunt, *in thesauro*. Daciria dicit, valde errare, qui *Theſaurum* nomen Comoediae, a Phantasmate diuerſae putent, cum ſit locus eiufdem fabulae, vbi de theſauro reperto agatur. *In* igitur hic ſignificare ob, vti in Prologo Andr. 15. *in co diſputant*. Z.

11 *Prius, vnde petitur aurum*] *Vnde*, a quo. Virg. (Aen. 3, 6.) *Genus vnde Latinum*. Nam poſſeſſorem fecit priorem agere, quam petitorum: quod abhorret a conſuetudine et iuris et litium. D.

12 *Quam ille qui petit*] *Deſt dicat*. *Qui petit*] Id eſt, petitor. *Quam ille qui petit*] Eſſet recta locutio ſi diceret, *quam petitorum*: aut *quam illum qui petit*. Sed *quam ille*, maluit: vt ſubaudiamus *cauſam dicat*, per ζεῦγμα a ſuperiore figuratum. D.

Liber Bemb. Vaticanus, Donatus, et tres e noſtris *ille*, multi *illi*, vnus *illum*. Nos recepiſimus *illic* e tribus codd. Riuii, Fabricii et Lindenbrogii. B.

13 *In patrium monumentum*] Mos priſci ſeculi, theſauros in monumentis ſepelire: cuius exemplum nobis exhibet hiſtoria Cyri, quam aſſatim deſcripſit Arrianus περὶ Ἀλεξάνδρου ἡγεμονίας lib. vi. In illius monu-

mento inuenta fuerunt, vt pauca e plurimis referam, καὶ ἑρπυτοὶ, καὶ ἀκινάκαι, καὶ ἐνώτια, χρυσοὶ τε καὶ λίθων κολλητὰ. Quin etiam ex iis, quae Hyrcanus atque Herodes e monumento Dauidis abſtulerunt, abunde apparet, quantis cum diuitiis is ſepultus fuerit. Iosephus enim Antiquit. lib. xvi. cap. 11. enumerat: ἀργυροὶ περὶ ἑξακκλιὰ τάλαντα, κόσμον δὲ χρυσοῦ καὶ κέιμηλιῶν πολὺν. Romanis vero legibus interdicitum eſt, ne pecunia ſepeliatur. l. 4. §. 6. ff. ad L. Iul. pecul. Neue etiam aurum vel ornamenta cum corporibus condantur. l. 14. §. 5. ff. de religioſ. Et in fragmentis xii. Tabb. Quod tamen a ſimplicioribus fieri, Ulpianus d. l. notat. Hinc apud Scaeuolam Iuriſconſult. in l. fin. ff. de auro, arg. *In teſtamento matronae cuiuſdam ita cautum fuerat: Funerari me arbitrio viri mei volo, et inferri mihi quaecunq; ſepulturae meae cauſa feram, ex ornamentis lineas duas ex margaritis, et viriolas ex Smaragdīs*. Vid. l. 113. §. 5. de leg. 1. Dein, iuris quaerſtio olim fuit, theſaurus inuentus cuius eſſet? Apud Philoſtratum lib. 2. Apollonii ſententia obtinuit, vt totus cederet inuentori, ἐκράτησεν ἡ τῷ ἄτολ.

Dehinc, ne frustretur ipse se, aut sic cogitet;

15 Defunctus iam sum, nihil est quod dicat mihi.

Is ne erret, moneo, et desinat laceffere.

Habeo alia multa, quae nunc condonabitur;

Quae

Ἀπολλωνίε γνώμη, καὶ ἀπῆλθεν ὁ  
 χρυσός, ὡς παρὰ τῶν θεῶν ταῦτα  
 ἔχων. quasi Dei munus, vt lo-  
 quitur Tryphonianus l. 63. §.  
 I. ff. de acquir. et omit. poss.  
 l. 2, C. Theod. de Thesaur.  
 Liban. Sophista declam. XI,  
 pag. 379. θεσαυρὸς τις περιέπτω-  
 κε, θεῶν τὸ δῶρον ἀντικρὺς. At iu-  
 re civili aliter sancitum: Insti-  
 tut. Tit. de diuis. rer. l. 63. ff.  
 de acquir. et omit. possess. E-  
 ratque siue lege siue consuetu-  
 dine receptum, vt quicumque  
 thesaurum inuenisset, in suo aut  
 in alieno, Imperatori eius iudi-  
 cium vt faceret; vt videmus  
 apud Corn. Tacitum vltimo An-  
 nal. vbi Caesellius Bassus Ne-  
 roni expromit, repertum in agro  
 suo specum altitudine immen-  
 sa, quo magna vis auri conti-  
 neretur. Et Philostrat. in vita  
 Attici, cuius haec ad Neruam  
 Imp. verba referuntur: Θεσαυ-  
 ρὸν, ὃ βρασιλεῦ, ἐπὶ τῆς ἐμαυτῶ  
 οἰκίας ἔυρηκα. τὶ οὖν περὶ αὐτῶ  
 κεύεις; quem locum Zonaras in  
 Nerua transcripsit, et Photius  
 in biblioth. Sed id postea  
 mandatu D. Hadriani immuta-  
 tum. Spartian. in Hadrian. et  
 Instit. d. loc. Quamuis Calli-  
 strat. l. 2. §. 10. ff. de iur. fisc.  
 diuis fratribus hoc tribuat, quo-  
 rum constitutionibus, quod

tunc dubii, nunc certi atque  
 explorati iuris est. Vid. Nouell.  
 Leon. l. l. L.

14 *Dehinc*] Si loquatur. *Ne  
 frustretur ipse se*] παρὰ προσδο-  
 κίαν dicitur: sed post addit, *Aut  
 sic cogitet*] Si taceat. D.

*Ne frustretur ipse*] Mf. R.  
*Frustret*, in aliis *fraudet*. L.

15 *Defunctus iam sum*] εχῆ-  
 μα διανοίας, ὑποποίησις, id est, o-  
 mni labore liberatus sum, au-  
 thoritate iam confirmata et in-  
 uiolabili. *Defunctus iam sum*] Id est, iam egi fabulas meas:  
 aut iam destiti periclitari in e-  
 dendis comoediis: aut certe,  
 iam edidi quam tu reprehend-  
 is fabulam. *Defunctus iam  
 sum: nihil est quod dicat mihi*] Non sit, inquit, de suis vitiis  
 securus propter vetustatem, ni-  
 hilominus enim a me repro-  
 hendetur. D.

16 *Is ne erret, moneo*] εχῆ-  
 μα, ἐπισείκεια. D.

*Desinat laceffere*] Mf. R. *Ces-  
 set laceffere*. L.

17 *Quae nunc condonabitur*] Sic in Phormione, *Argentum  
 quod habes, condonamus te*. Nam et *dono*, ablatiuo casui iun-  
 gebant veteres: *condono* vero  
 accusatiuo. D.

Egregie cod. C. C. collocat  
*nunc quae*. B.

Quae proferentur post, si perget laedere  
Ita, vt facere instituit. Quam nunc acturi sumus

20

19 *Nunc quam acturi sumus*] Obliqua narratio facti est, secundum casum accusatiuum. D. *Ita, vt facere instituit*] Ommi enim genere laborare debemus, vt aduersarios aut in odium, aut in contemtionem, aut in inuidiam ducamus. Ita enim in odium adduxit, quod dixit, *si perget laedere, ita vt facere instituit*; in contemtionem, quod dixit, *esse tali ingenio, vt ignorauerit qui prior loqui in actione deberet*. Subiungit deinde alteram controuersiam: *Quam nunc acturi sumus Menandri Eunuchum, postquam aediles emerunt*] Hic a narratione incipit, quia supra exordium collocatum. Ergo haec tota narratio vsque ad propositionem criminis et quaestionis, quae incipit ex hoc versu; *Exclamat, furem, non poezam, fabulam dedisse, et nihil dedisse verborum*] Pulchre primo generaliter proposuit illam ex aduersarii persona: ita enim oportet, vt species sic subiiciatur, quae qualitatis est, vt diximus supra, de Latino in Latinum transferri non licere. Haec quaestio sic proponitur: *Colacem esse Nacuii et Plauti veterem fabulam: parasiti personam inde ablata et militis*] *Personam* autem hic intelligo non nomina, quod postea declara-

bo. Subiungit responsonem, primo quasi quodam statu finitio, quae sic inungit: *Si id est peccatum, peccatum hoc est*] An hoc peccatum sit verum donat (Haec videntur orta esse ex scriptura v. *Donat*. h. e. Vide Donatum). hoc ad qualitatem ipsam descendit venialem, quam sic proponit: *peccatum imprudentia est Poetae*. Venia enim tribus modis fit, vi, casu, ignorantia. Cum autem *imprudencia* vel vna de tribus fuerit, coniectura erit, nec aliquid animus faciet. Adiunxit ergo Terentius: *Non quod furium facere studuerit*. Haec tantum verba repromissionem argumentorum tenent, non veritatem. Ergo adiungit: *Id ita esse, vos iam iudicare poteritis*. Quoniam diximus illa lege, ex Graeco in Latinum transferre liceat. Hoc namque dico, quod *Colax Menandri est*. In ea est fabula de parasito Colace et glorioso milite. *Parasitus* autem *Colax*, id est, adulator: hoc enim significat et *miles gloriosus*, apud Latinos, quod *Colax* apud Graecos. Sicut igitur supra diximus, inde est ablata persona parasiti et militis. Ergo hae personae in Menandri comoedia sunt: quod concludit. Eas se personas non negat transulisse in Eunuchum suam ex Grae-



- 20 Menandri Eunuchum, postquam Aediles emerunt, Perfecit, sibi vt inspiciundi esset copia. Magistratus cum ibi adesset, ocepta'it agi. Exclamat, furem, non Poetam, fabulam

De-

Graeca. Ergo iam non contra legem fecit, quod ex Graeca transtulit, quoniam et Latinae comoediae sunt. Redit ad venialem statum, vt nescisse se dicat; *Sed eas fabulas factas prius Latinas scisse se, vero id pernegat*] Sic iungitur qualitas absoluta de iuris ratione, quod licitum est ex necessitate rerum, vt nota similitudo personarum singulas referuet. Hoc est enim quod dicit: *Quod si personis nisi aem aliis non licet uti*] Haec enim semper necessitate naturali sunt apta et intelligata personis. Ita fit vt quicumque personam aliquam collocat, eius debeat mores exprimere: quam rem concludit: *Denique nullum dictum est, quod non dictum sit*] Sed hic res intelligamus, non verba; haec quae dicunt Graeci *πρώματα*, naturaliter sunt omnibus semper aequalia. At *dicta*, verba sunt. Sed haec controuersia est. Sequitur iam ratio prologi, quam in Andriam praecepi, vt audientiam a populo petat, concludens simul cum veniali statu prologum: *Quare aequum est, vos cognoscere atque ignoscere*] Vt hic est absoluta qualitas per exempla, cum

tacita sit: deinde sic audientia petitur: *Et cum silentio animaduertite, vt peruoscatis, quid sibi velit*] Hic iam comoediae ipsius res potestatemque noscimus. E.

20 *Postquam aediles emerunt*] Mire; cum ordo melior videretur, si sic diceret: Postquam aediles emerunt, quam nunc acturi sumus, perfecit sibi vt inspiciundi esset copia. *Emerunt* autem, mediam corripit. vt (Virg. Ecl. 1v, 61), *Matri longa decem tulerunt fastidia menses*. D.

*Aediles emerunt*] Diomed. lib. 1. L.

21 *Perfecit*] Mire, quasi difficile et illicitum. D.

22 Magistratus hic cum sint Aediles, recte tres codd. vett. *adessent*. B.

23 *Exclamat, furem, non poetam*] Mire reprehendit ante vitium, quam de causa maledicti dicat. *Exclamat, furem, non poetam*] Adhuc nulla reprehensio est: si quidem licet transferre de Graeco in Latinum. D.

Est Lusiti iocus in Terentium, paulo obscurior. *Fabulam dare* est ipsum quodam modo verba dare, seu fallere: et *verba*

Dedisse, et nihil dedisse verborum tamen :

- 25 Colacem esse Naeui et Plauti veterem fabulam :  
Parasiti personam inde ablatam, et militis.  
Si id est peccatum, peccatum imprudentia est  
Poetae ; non quo furtum facere studuerit.  
Id ita esse, vos iam iudicare poteritis.
- 30 Colax Menandri est : in ea est parasitus Colax,  
Et miles gloriosus : eas se non negat  
Personas transfulisse in Eunuchum suam

Ex

*tamen non dedisse* nempe Luscio, quo minus deprehenderet furtum factum ex Colace Plauti. B.

24 *Et nihil dedisse verborum tamen*] Aut, neminem fefellisse : aut, nihil apposuisse de suo. *Et nihil dedisse verborum tamen*] Aut neminem fefellisse : *dare enim verba*, decipere est ; quia qui rem expectat, et nihil praeter verba inuenit, deceptus est. vnde alibi, *Verba istaeca sunt*. Et e contrario, *Rem cum videas, censeas*. Aut aliter : nihil addidisse de stilo suo Terentium. D.

25 Naeuii Colax nusquam memoratur. Deinde Luscio ita non accusat Terentium, sed excusat, quia ipse Plautus personam parasiti et militis a Naeui fit furatus. Forte pro *Naeui ez*, legi debet *nempe*. B.

26 *Parasiti personam inde ablatam*] Et hoc mire : non versus (Immo quam maxime cum persona Parasiti et Militis in integros eorum loquen-

tium versus. Si aliter accipias, ridicula erit calumnia, ne dicam, pudenda Vnde haec nota vix Donato digna) obiicit, sed per personam esse translata. quid stultius, aut calumniosius dici potest? D.

27 *Peccatum imprudentia est*] Id est, ignorantia : vt, *imprudens harum rerum* (sunt verba Terentii Eun. 1, 2, 56.). non enim stultitia. *Si id est peccatum, peccatum imprudentia est Poetae*] Primo negat peccatum, deinde concedit et purgat. *Imprudentia*] Ignorantia, non imperitia. *Si id est peccatum πλοκή*. Nam *peccatum* superius, nomen est : et sequens, participium. Et primo negat peccatum. deinde si peccatum est, purgat id ipsum veniali qualitate ab imprudentiae participibus. D.

28 Pro *qui* antiquissimi libb. recte *quo*. B.

31 *Lege eas se hic non negat*. B.

32 *In Eunuchum suam*] Ad fabu-

Ex Graeca. sed eas fabulas factas prius  
Latinas, scisse sese, id vero pernegat.

35 Quod si personis iisdem vti aliis non licet:

Qui magis licet currentes seruos scribere,  
Bonas matronas facere, meretrices malas,  
Parasitum edacem, gloriosum militem,  
Puerum supponi, falli per seruum senem,

40 Amare, odisse, suspicari? denique

Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.

Quare

fabulam, non ad hominem re-  
tulit. vt Virg. (Aen. v, 122.)  
*Cenzauro inuebitur magna.* D.

33 Per eas fabulas intelligit  
Menandri Colacem et Eunuchum. B.

34 Metri gratia recte ha-  
bent sese omnes nostri codd.  
et Faerni, praeter Bembinum,  
vbi se, deleto altero se, reperi-  
tur. B.

36 *Currentes seruos*] Mf. R.  
*discurrentes.* L.

Placet vulgaris lectio prae  
Bembiniana, vbi est *currentem*  
*seruum.* Nam sequitur *Matro-*  
*nas.* B.

Menander Εφεσίω: Ε'γω μὲν  
ἤδη μοι δοκῶ, νῆ τὰς θεὰς, Ε'ν  
τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν ἐκδευκότα  
ὄρῃν κύκλω τρέχοντα καὶ πωλῶ-  
μενον. W.

37 *Bonas matronas*] Vt Nau-  
sifratam. *Meretrices malas*]  
Vt Thaidem atque Bacchidem.  
Sic est in Heautont. *Scortari*  
*crebro nolunt, nolunt crebro con-*  
*uiuari.* Et artificiose osten-  
dit omnem materiam Comico-  
rum. D.

*Meretrices malas*] Plaut. Ca-  
ptiu. Prol. 57. *Hic neque per-*  
*iurus leno est, nec meretrix ma-*  
*la, Neque miles gloriosus.* Ma-  
rius Victorin. in Cicer. Rhetor.  
lib. 1. *Terentius meretrices*  
*malas, auaros lenones, tristes se-*  
*nes, edaces parasitos esse commo-*  
*morauit.* L.

38 *Parasitum*] Vt Gnatho-  
nem. *Gloriosum militem*] Vt  
Thrasionem. *Gloriosum mili-*  
*tem*] Facere subauditur. D.

39 *Falli per seruum senem*]  
Vt Demeam et Simonem. D.

40 *Amare, odisse, suspicari?*]  
Mire a personis ad gesta cum  
varietate transitum fecit. Omne  
enim quod in orationem venit,  
vel persona, vel factum est.  
*Odisse*] Quia *odere*, non est la-  
tinum (Mf. Boend. et ed. Du  
B. addunt, *in infinitiuo mo-*  
*do*). D.

41 *Nullum est iam dictum,*  
*quod non dictum sit*] σχῆμα λό-  
γος, πλοκή. Nam *dictum*, bis  
positum, vt superius *peccatum*,  
diuersa significat. D.

Nut

Quare aequum est vos cognoscere, atque ignoscere,  
Quae veteres factitarunt, si faciunt noui.

Date operam, et cum silentio animaduertite,

45 Vt pernoscat, quid sibi Eunuchus velit.

## ACTVS PRIMI SCENA PRIMA.

PHAEDRIA. PARMENO.

**Q**UID igitur faciam? non eam? ne nunc  
quidem,

Cum

Nullum est iam dictum quod] Hunc locum Terentii laudat Hieronym. in Ecclesiast. cap. I. ad illa verba: *Quid est, quod fuit? ipsum quod erit. Huic quid simile sententiae et Comicus ait: Nihil est dictum, quod non sit dictum prius. Vnde praeceptor meus Donatus, cum ipsum versiculum exponeret; Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerunt etc. L.*

Credo a Poeta esse, dictum quod non sit prius, ut supra v. 27. B.

42 Vos cognoscere, atque ignoscere] σχῆμα λόγου, παρόμοιον. D.

43 Quae veteres factitarunt si faciunt noui] Et varie dixit, factitarunt et faciunt, et cum magna defensione Terentii, semel facientis id, quod saepe veteres. D.

44 Animaduertite] (Donatus apud Terentium legit haut dubie ANIMVM ADVERTITE. Z.) Nos εἰσαπτικῶς dici-

mus aduertite, quod veteres plene, *animum aduertite. D.*

Cum silentio animaduertite] M. R. *animum attendite. L.*

Bembinus, Basilicanus Faerni, et tres e nostris pro *animaduertite* recte legunt *animum attendite. B.*

45 Quid sibi Eunuchus velit] ἀρχαϊσμός velit sibi. ut alibi, Nam proh deum atque hominum fidem, quid vis tibi, aut quid quaeris? D.

I Quid igitur faciam?] In hac προτάσει exemplum proponitur, quam non suae potestatis sit, qui amat: (Excidit et, s. ac Z.) quam sapiat, qui non amat, neque aliter affectus est (Forte, neque amore meretricum capius est. Nisi malis, ista verba a Sciolo quodam Stoicae sectae addito esse interpolata. Z.). Quid igitur faciam?] διαλογισμός, σχῆμα διανοίας. Apparet et multa tacitum cogitasse adolescentem, et tandem in haec verba prorupisse. Igitur, pro

Cum arcessor vltro? an potius ita me comparem,  
Non perpeti meretricum contumelias?

Exclu-

pro deinde: vt Plautus in Amphitryone (I, I, 54.) *Sin aliter sient animati, neque dent quae petas, Sese igitur summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere. Quid igitur faciam?*] Menander, εἴτα τὶ ποιήσω; Sic Virgil. (Aen. iv, 534.) *Heu quid agam?* Et est διαλογισμὸς perditae mentis, post multam frustra cogitationem. *Non eam, ne nunc quidem*] Hoc videtur non esse contrarium: sed est. Nam dubitat vtrum meretricis satisfactionem expectet: an illam omnino non quaerat. *Non eam, ne nunc quidem*] *Non eam*, Probus distinguit. Iungunt qui secundum Menandri exemplum legunt. D.

*Quid igitur faciam?*] Prima Scena deliberatiuam integram tenet, quae talis est: deliberat adolescens, an expulsus a meretrice, cui munera missurus est, rursus rogatus vt redeat, reuertatur. Haec igitur deliberatiua duas partes in propositione deliberantis continet (excidit et Z.), ex vtraque parte argumenta. Sed ea hic seruus accedet (*Sed eo*, seu, et *huc seruus accedit*) Z.), vt possit partem alteram persuadere. Deliberatiua vtiq; ab honesto est; et ab utili; et ab eo, an fieri possit, et an necesse sit,

semper diuiditur. Haec igitur an seruata sint, considerare debemus. Ac propositio est primo, *Quid igitur faciam?* quae communis est ad vtramque partem. Deinde incipit vna pars, *Non eam?* Adiecit causam cur ire debeat, *Ne nunc quidem, cum vltro arcessor?* Deinde alterius partis est propositio, *An potius ita me comparem?* Ab honesto diuisio ponitur, *non perpeti meretricum contumelias?* E.

*Quid igitur faciam?*] Cicer. III, 29. de Nat. deor. Quinctilian. lib. II. cap. vlt. Horatius Satyr. lib. II. Ecl. 3, 259. — *amator Exclusus qui distat? agit vbi secum, eat, an non, Quo rediturus erat non arcessitus: et haeret Inuisis foribus; nec nunc, cum me vocet vltro, Accedam? an potius mediter finire dolores? Exclufit, reuocat.* et quae sequuntur. Persius Saty. v, 172. *Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum arcessat, et vltro Supplicet, accedam?* L.

2 *Comparem*] Constitutam: vt, *Quam iniue comparatum est.* D.

3 *Non perpeti meretricum contumelias?*] Sic in Andria, *Priusquam harum scelera et lacrumae confictae dolis.* Cum vni sit iratus, de omnibus queritur. D.

S

Non

Exclufit: reuocat: redeam? non, fi me obfecret.

5 P A R. Si quidem hercle poffis, nihil prius, neque fortius:

Verum fi incipies, neque pertendes nauiter:

Atque,

*Non perperit*] Aeneid. 2. ad vers. 155. *uestrum reftor nomen.* L.

4 *Exclufit, reuocat*] Vtrumque iniuriam fecit ex verbo, dicendo *Exclufit* potius, quam *non admifit.* et *reuocat* potius, quam *perit ut redeam,* quod erat moderatius. *Redeam? non, fi me obfecret*] Vides ergo fuperiorem partem dubitationis in eo fuiffe, vt rogatus rediret (lege: *An rogatus rediret.* Et mox, *An ne rogatus quidem*): inferiorem, vt ne rogatus quidem. *Non, fi me obfecret*] Bene de ea, quae, totum proterue agens, *exclufit* et *reuocat*: non, petat, nec, roget, nec, oret, fed, *obfecret,* inquit: quod horum omnium in maiorem partem eft vltimum. D.

*Exclufit: reuocat*] Rurfus diuifio illa in alteram partem, ex diuifione illa, an fieri poffit, vt amator contemnat quam diligit. E.

5 *Si quidem hercle poffis*] (videtur Donatus etiam haec verba tribuere Phaedriae) *διαιλογισμὸς* quafi ad alterum: vt (Virg. Aen. iv, 541.) — *nefcis heu, perdita, necdum Laomedoniae fentis periuria gentis. Nihil prius, neque fortius*] Deft, est. vt (Aen. I, 3.), *Mul-*

*rum ille et terris iactatus et alto.* Et prius modo ad laudem, non ad ordinem pertinet: vt Salluftius (Iug. 41), *Quae prima morzales ducunt.* Et ipfe in Heautont. *Et fuauiam quae effent, prima habere.* D.

*Si quidem hercle poffis, nihil prius, neque fortius*] Et quafi afferit fieri non poffe. Deinde adiungit ab honefto, quod *ultro ad eam veniat.* Atque hic adiungit et ab inutili, quod confeflus fuerit. Confideratis partibus adolefcens concludit ad ipfam rurfus deliberationem, *Proin tu, dum eft tempus.* Hic iam perfuafio accidit, quoniam cogitatio fuperior ex vtraque parte concepta, ad integrum aequali cogitationum ratione prorupit. E.

Secundum Donatum Phaedria haec fecum loquitur. Hinc Faernus inductus effe videtur, vt, contra omnes, quos viderim codd. Phaedriae tribueret omnia vfque ad v. 12. Male. Etenim ab hoc verfu 5. vfque ad 25, effe *perperuam* Parmenonis *confulentis* orationem recte olim vidit Muretus. B.

6 *Nauiter*] A nau ductum, a qua in alto nullum diuerforium eft. D.

*Neque pertendes*] Charif. lib.

Atque, vbi pati non poteris, cum nemo expetet,  
 Infecta pacc, vltro ad eam venies, indicans  
 Te amare, et ferre non posse: actum' est. illicet.

IO Peristi. eludet, vbi te victum fenserit.

PH. Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam  
 cogita.

PAR. Here, quae res in se neque consilium, ne-  
 que modum

Habet

II. Neque pol tendes nau-  
 zer. L.

Nostri, *perficies*, sed Charifius  
 p. 185, Seruius ad Aen. I, 41,  
 atque in Bembino et aliis Faer-  
 ni antiquis codd. antiquius et  
 melius, *perzendes*. B.

8 *Infecta pace*] Εμφανίς per  
 μεταφοράν. *Indicans te amare*]  
 Non verbis indicans (lege om-  
 nino: *Re, non verbis indi-*  
*cans*. Etenim re excidit vel  
 ob syllabam praecedentem, vel  
 verus scripturae compendium,  
 AMARE, h. e. *amare re*). vt  
 alibi, *Ibi tum exanimatus Pam-*  
*philius Bene dissimulatum amo-*  
*rem, et celatum indicat*. D.

9 *Actum est: ilicet: peristi*]  
 De iure translatum. *Actum est*,  
 ad *Vltro ad eam venies*, relatum  
 est: *Ilicet*, ad *Indicans te ama-*  
*re: Peristi*, ad *Ferre non pos-*  
*se. Ilicet*] Semper in fine  
 transactae rei ponitur. *Peristi*,  
 ὑπερβολή. *Ilicet*] De iudicio. D.

*Actum' est ilicet!]* Charif. lib.

II. L.

IO *Peristi*] De supplicio.  
*Eluder*] *Eludere* proprie gladi-

atorum est, cum vicerint. Ci-  
 cero (Catil. I, I.), *Quam diu*  
*etiam furor iste tuus cludet?*  
*Eludere* (lege *Et eludere*. Syl-  
 laba praecedens *et* absorpsit),  
 est finem ludo imponere. D.

II *Proin tu*] Vt *exin* et *ex-*  
*inde*, sic *proin* et *proinde* dici-  
 tur. D.

Lege *etiam atque etiam* HOC  
 cogita. B.

12 *Here, quae res, &c.*]  
 Concessum est in palliata Poe-  
 tis comicis seruos dominis sa-  
 pientiores fingere: quod idem  
 in togata non ferre (Lin-  
 denbr. *ferre*: melius. sed opti-  
 me Mf. Boend. edd. Du B. et  
 Veneta *facere*. Nam ex *ire*,  
 quod significat *facere*, ortum  
 est partim *ferre*, partim *ferre*)  
 licet. D.

*Here, quae res*] Persuadet  
 Parmeno, vt reuertatur ad me-  
 retricem, ab eo quod fieri non  
 possit, vt non reuertatur. Re-  
 spondet autem, se iniuriam pas-  
 sum. Verum quaestioni oppo-  
 nit illud, quod semper aman-  
 tium ista sit consuetudo. Ex-

Habet vllum, eam consilio regere non potes.

In amore haec omnia insunt vitia: iniuriae,

15 Suspiciones, inimicitiae, induciae,

Bellum, pax rursus. incerta haec si tu postules

Ratione certa facere, nihilo plus agas,

Quam

go primo, an possit repugnare, proponit. *Quae res*, inquit. Aduersus iniuriam, quam passus est, opponitur consuetudo, ubi sic assumitur: *Haec omnia vitia sunt; iniuria, suspiciones.* Et post ita concludit: *Incerta igitur haec*] Sensus est hic; si ea, quae in amore semper varia contigerunt, ac propterea videntur incerta, tu volueris ratione corrigere, vt certa perficias, tale erit, inquit, vt *si operam des, vt cum ratione insanias.* Subiungit deinde orationem irascentis amatoris exclusi; in qua exprimitur ira, quae nunquam verba (forte, *verbis*) complet, quod cogitat mens. Ita posuit, *Egone illam?* scil. puniam. *quae illum?* sc. amat, et me exclusit. sic enim iram exprimimus. Haec igitur molesta iungit. Tu vero ea vitia noli cumulare, ne sollicitudo geminetur. E.

*Neque consilium, neque modum*] Cicero IV. Tuscul. *qui modum vitae quaerit.* Seneca Controu. *Facilius in amore finem impetres, quam modum.* Tacitus Annal. 13. *In amore et ira, iurgia, preces, exprobratio, satisfactio.* Sed vnus o-

mnium elegantissime exprimit hunc locum Horat. lib. II. Satyr. 3. L.

13 *Eam consilio regere non potes*] Nunc domino seruus est sapientior: quia nec amator, nec amans (*animo aegrotus* Z.). Vt idem in Andria, *Facile omnes cum valemus, recta consilia aegrotis damus.* D.

Lege eam REM c. r. n. p. Vetusse. Ita ex laxo densior fit versus et solidior. B.

E Menandri Consobrini: — φύσει γὰρ ἐστ' ἔρωσ τῆ νυθετῆντος κωφὸν, ἅμα δ' ἔξάδιον νεότητι μιᾶν ἐστὶ, καὶ θεὸν λόγῳ. W.

14 *In amore haec omnia insunt vitia*] Duae praepositiones, *in amore insunt.* D.

15 *Induciae*] *Induciae*, sunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium praebeant. D.

16 *Pax rursus*] Bene, vt consolaretur, vltimam partem (*pacem* postulat sensus) posuit. *Haec si tu postules*] Id est, si velis, vel coneris. D.

17 *Nihilo plus agas*] Id est, nihil agas. D.

*Certa est*] Accusatiuus plur. cf. Horatius Sermon. 11, 3, 270. B.



Quam si des operam, vt cum ratione insanias.

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,

20 Egone illam? quae illum? quae me? quae non?  
sine modo,

Mori me malim: sentiet qui vir siem.

Haec verba, vna mehercle falsa lacrymula,

Quam, oculos terendo, misera vix vi expresserit,

S 3

Restin-

19 *Et quod nunc*] Pro, quae: vt sit consequens, haec verba. sic in Andria, *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Horum ille nihil egregie.* D.

20 *Egone illam? quae illum? quae me?* Familiaris ἑλλειψις irascentibus; nam singula sic complentur, *Egone illam NON VLCISCAR? quae illum RECEPIT? quae EXCLUSIT me? quae non ADMISIT?* Etenim (excidit, nec, aut muta in *Nec enim* Z.) necesse habet, nec potest complere orationem, qui et secum loquitur, et dolore vexatur. Nam amat ἀποσιώ-πυσιν nimia indignatio. vt Virg. (Aen. I, 135.), *Quos ego. sed motos praestat componere fluctus.* D.

*Egone illam*] Charif. libr. II. L.

22 *Haec verba*] Verba ἐμ-φαιμῶς dixit, quae scilicet nihil effectura sint. *Me hercle vna falsa lacrymula, quam oculos terendo misere, vix vi expresserit*] Expressio ad ἀθέτησιν ducens. et non vera, sed falsa: et non lacryma, sed lacrymu-

la: et non *ultro flens*, sed *oculos terendo*: et non *facile*, sed *vi*: et non, *exstillauerit*, sed *expresserit*. sic Virg. (Aen. II, 196.) *Captique dolis lacrymifque coactis.* D.

*Falsa lacrymula*] Verum nimirum, quod ait Publ. Syrus in Mimis: *Didicere flere feminae in mendacium.* Vid. Ouid. Petron. et Scholiaf. Iuuenal. Satyr. XIII, 133. *Vexare oculos humore coacto.* Seru. Aeneid. II. vers. 196. *Lacrymisque coactis.* Vbi hic Terentii locus laudatur. L.

Et versui et sententiae gratificaberis, si ante vna interferas ea, h. e. Thais. B.

23 *Quam oculos terendo misere, vix vi expresserit*] Totum sensum verbis significantibus protulit: vt (Virg. Ecl. III, 27.), *Sridentis miserum stipula disperdere carmen.* et (Aen. IV, 95: *Vnde dolo diuum si femina victa duorum est.* D.

Etsi Seruius ad Aen. II, 196, et Charif. p. 184. habent *misere*, h. e. male: legendum tamen est *misera*. B.

Restinguet: et te vltro accusabit: et dabis ei  
 25 Vltro supplicium. P. H. o indignum facinus! nunc  
 ego

Et illam scelestam esse, et me miserum sentio:

Et taedet: et amore ardeo: et prudens, sciens,

Viuus, vidensque pereoo: nec, quid agam, scio.

P. A. R. Quid agas? nisi vt te redimas captum quam  
 queas 30

24 Pro *accusabis* in libris Faerni et nostris recte legitur *accusabis*. Caeterum *ei* ponendum puto ante *supplicium* sequentis. *Vltro* Faernus explicat per *insuper*. B.

25 *Nunc ego et illam*] *Nunc*, id est, fero. vt Virg (Ecl. viii, 43.) *Nunc scio quid sit amor*. Et (Aen. iv, 376): — *nunc augur Apollo, Nunc Lyciae sorores*. D.

*O indignum facinus!*] Ex his quae amori accidunt, et se et illam esse aliter asserit: *se miserum, illam scelestam* dicens. Cui seruus persuadet, vt *se ab ea redimat, quam minimo queat prezio*. Quam etiam Bacchidem longius supra translatione definit quid sit, scilicet *calamitas nostri fundi*, id est, miseria, per *ἰπαλλὰ γὰρ*, quod miseros facit. Et quoniam serui persuasio parum profecerat circa adolescentis dolentis animum, quod erat exclusus; optima ratione subiungitur Scena, in qua meretrix ipsa est, cuius praesentia, et oratio, et vultus persuadere possint, vt amator iniuriam ignoscat. E.

27 *Et prudens, sciens*] *Prudens* est, qui intelligentia sua aliquid sentit. *Sciens*, qui alicuius indicio rem cognoscit. Ergo *prudens*, per sese: *sciens*, per alios. D.

28 *Viuus, vidensque pereoo*] *Mire et noue, viuus pereoo*: et propterea sic dixit, vt intelligamus *occidoo*: et *viuus*, quasi sapiens et sentiens. *Viuus, vidensque pereoo*] Bene addidit *videns*; nam *viuus* perit, qui etiam dormiens opprimitur: *videns* autem, qui vigilans vim patitur et perit. Nam *videre*, pro vigilare posuit. vt etiam Virgilius (Ecl. vi, 21.), quum de silentio dicit, — *iamque videnti Sanguineis frontem moris et tempora pingit*. Ergo *viuus*, non mortuus: *videns*, non dormiens. D.

29 *Captum*] Sallustius (B. I, I.), *Sin captus prauis cupidinibus. Quam queas minimo?*] Perseuerauit in translatione, quam iamdudum sumsit a bello (Respicit versus 8. 10. 14. 15. 16.). D.

- 30 Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas:  
Et ne te afflictēs. PH. itane suades? PAR. si sapiſ;  
Neque, praeterquam quas ipſe amor moleſtias  
Habet, addas: et illas, quas habet, recte feras.  
Sed eccā ipſa egreditur, noſtri fundi calamitas.
- 35 Nam quod nos capere oportet; haec intercipit:

## ACTVS PRIMI SCENA II.

THAIS. PHAEDRIA. PARMENO.

**M**ISERAM me! vereor ne illud grauius Phae-  
dria

Tulerit,

31 *Si sapiſ*] Id eſt, ſi ſapias ad inferiora iungendum eſt: nam aliter non intelligitur. D.

32 Haec leui immutatione ex Eunucho Menandri ſunt expreſſa; Μη θεομάχει, μηδὲ προβάς τῶ πρόβατι χειμῶνας ἐτέρας, τὸς ἀναγκαίους φέρε. W.

34 *Noſtri fundi calamitas*] Proprie *calamitatem* ruſtici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc eſt, culmum ac ſegetem. D.

Lege cum omnibus codd. *Sed eccā ipſa egreditur*, ita vt ec corripitur. Vulgaris igitur lectio *Sed ipſa egreditur* non eſt neceſſaria. B.

35 *Intercipit*] Proprie, quaſi totum capit (imo *intercipi* proprie dicitur, quod capitur ante quam ad locum deſtinatum peruenerit. Sic litterae *intercipi* dicuntur). Plautus in *Aulularia* (III, 6, 22.), *Quae*

*mibi interbibere ſola ſi vino ſcareat, Corinthienſem fontem ex Pyrcnaeum poteſt.* D.

I *Miferam me, &c. neue aliorſum*] *Aliorſum*, in aliam partem: vt *ſeorſum, retrorſum* dicitur. D.

*Miferam me!*] In hac Scene primo controuerſia eſt: dein deliberatiua. Controuerſia talis eſt: Adoleſcens amator miſſurus munera fuerat, quae eadem meretrix poſtularat, et multa alia, cui alter amator promiferat quandam virginem, quae aliquando eius meretricis ſoror dicebatur. Sed aberrauerat, a praedonibus rapta et venundata. Hunc, inquam, amator alius cum promiſiſſet, meretrix adoleſcentem amatorem a ſe excluſit. Rea ſit iniuriarum. Haec controuerſia venialem ſtatum continet: confitetur enim ſe fe-  
ciſſe

Tulerit, neue aliorsum, atque ego feci, acceperit,  
Quod heri intromissus non est. P H. totus, Parmeno,

Tremo, horreoque, postquam aspexi hanc. P A R.  
bono animo es :

5 Accede ad ignem hunc, iam calesces plus fatis.

T H.

cisse iniuriam. Verum dicit necessitate, quod velit eam puellam a milite recipere, quae sibi soror antea fuerat. Et quoniam semper venialis status sub qualibet purgatione coniecturam tractat, an hoc animo fecerit siue necessitate, siue alia qualibet causa. Hic erit tractata etiam coniectura similiter, quam quidem rem breuiter percurrit ipse dicens: *Non, quo quendam plus diligam, eo feci: sed ita erat res, faciendum fuit.* Haec controuersia accusationem habet et defensionem. Sed defensio perseverat vsque ad deliberatiuam orationem. Nam petitura est meretrix aliquot dies, et pollicetur haberi deinceps se a Phaedria adolescente suo amatore. Omnis autem petitio deliberatiuam tenet. Ergo secundum ordinem ad singula reuertamur. Egreditur meretrix primo: ex hoc declarat, se quod fecerit, necessario fecisse, dicens, *Vereor ne illud grauius Phaedria tulerit, neue aliorsum, atque ego feci, acceperit*] Duo posuit, ne factum meum aliter acceperit Phae-

dria, quam a me factum est. Propositionem iniuriae tenuauit, non quod quasi minus est ab excluso (corrige sic: *tenuauit eo, quod quasi minus est excluso, seu ab aedibus exclusione Z.*). Non enim dixit, quod exclusus est, sed *quod intromissus non est.* E.

3 *Quod heri intromissus non est*] Haec leuius, vt de facto suo loquens. At Phaedria, *Exclufit, reuocat, inquit, redem? non, si me obsecret.* D.

4 *Tremo horreoque*] Ex amore nimio. Nimius ignis effectum frigoris reddit: et ex frigore nimio effectus ignis existit: secundum illud quod Physici aiunt. hinc et Virg. (Georg 1, 93.) *Aut Boreae puenabile frigus adurat. Tremo horreoque, postquam aspexi hanc*] Natura magni caloris etiam horrorem incutit, vt nimiae febres. D.

*Tremo, horreoque*] Charif. lib. 2. L.

5 *Accede ad ignem hunc*] Potius (Aprius. Mf. Boend. et ed. Du B.) *ignem meretricem accipimus, quam aram Apollinis: vel quia amator vritur,*

vt

**TH.** Quis hic loquitur? hem, tun' hic eras, mi Phaedria?

Quid hic stabas? cur non recta introibas? **P A R.**  
caeterum

De exclusione verbum nullum. **TH.** quid taces?  
**P H.**

vt Virgil. (Ecl. III, 66.) *At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas:* vel quia auida et auara est, vt ignis alimentorum. *Iam calesces plus satis*] Noue, fed intelligitur *quam*, id est, plus aequo. vt alibi, *Quam ne quid in illum iratus plus satis faxit pater.* - *Iam calesces plus satis*] Noue: fed intelligitur, *plus quam satis.* Hoc quidam putant; at mihi de his videtur esse, quae a veteribus geminabantur: vt, *plerique omnes*, hoc est, omnes: et, *pleraque omnia*, id est, omnia. sic et, *plus satis*, pro satis. D.

*Accede ad ignem*] Quidam intelligunt, *ad ignem*, ad amorem, hoc est, ad ipsam meretricem. Sed melius est illud, quod quidem Menander aperte dixit, Meretrices iuxta domum suam vel in atrio solitas habere aram Veneris vulgaris, cui quotidie sacrificarent. Vt hoc fit, *accede ad ignem*, hoc est ad aram. vt iocatus seruus fit Parmeno dicens; *iam calesces plus satis.* E.

*Accede ad ignem*] Apul. Miles. 2. *Quam procul a meo foculo discede. Nam si te vel modice meus igniculus afflauerit,*

*vreris intime. Plus satis*] Quintilian. IX, 3. Priscian. lib. xv. L.

Οὐδὲν ἔτιως τὰ σώματα θερμαίνει, ὅσπερ πῦρ καὶ γυνή. Artemidor. II, 8. W.

6 *Quis hic loquitur?*] Non imperite intelligunt, qui existimant meretricem etiam hoc simulare, quod non prouiderit Phaedriam. Nam et personae, et dictis eius caeteris hoc conuenit: et tunc erunt gratiora omnia, quae supra dixit. D.

*Tun' hic eras?*] Optimum principium sumsit meretrix. Cum rea ipsa sit facti, adolescentem coepit arguere, quod non ingressus est. E.

7 *Cur non recta introibas?*] Quasi parum fuerit *introibas*: satis mire additum *recta*. D.

*Caeterum de exclusione*] Hoc seruus dicit, quod meretrix calide loquitur. Dicit tantum de iniuria; vnde (forte, *idinde* Z.) intelligi licet, quod hic *exclusionem* posuit; quia seruus accusatoris animo dicit ad illa supra, *quod intromissus non est.* E.

8 *De exclusione verbum nullum*] Plus admirationis est, nec

P H. Sane, quia vero hae mihi patent semper fores :  
 10 Aut quia sum apud te primus. T H. missa istae  
 face.

P H. Quid, missa? o Thais, Thais, vtinam esset  
 mihi

Pars

accusationi, nec satisfactioni locum reliquisse meretricem, callide dissimulata iniuria. *Quid rases?*] Et hoc callide, quasi innocens ne suspicetur quidem, quid (*quod* Mf. Boend.) succenseat adolescens. D.

9 *Sane quia vero semper, &c.*] Tolle *sane* et *vero*, et pronunciandi adiumenta vultumque dicentis: et in verbis non negatio, sed confessio esse credatur (Locum scabrum ope Mf. H. et edd. vett. ita restituendum puto: *Tolle SANE. Et VERO ad pronunciandi adiumentum, vultumque dicentis illatum est: vt in verbis non negatio, sed confessio esse credatur*). Nam *vero*, ironiae conuenit. vt Virgil. (Aen, iv, 93.) *Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis*. D.

*Sane quia hae*] Accusatio hic fumit exordium; quod quanto (sorte *magno* Z.) temperamento dictum est: quod non semper fores meretricis amatori pateant: quod riuialis sibi praeponatur. Hoc enim dixit: *quia sum apud te primus*. Et cum meretrix dissimularet totum impetum, rursus adolescens accusationes effudit. E.

10 *Aut quia sum apud te primus*] Duo dixit quae doleat: et quia clausae fores, et quia posterior habetur, praelato milite. *Aut quia sum apud te primus*] Subauditur, *Non recta introiui. Missa istae face*] Alia dissimulatio, et durior post admonitionem. Sed bene intelligit, qui hoc a meretrice ridente molliter, et osculum porrigente dici accipit. D.

11 *Quid missa?*] Magna virtus Poetae est, non sententias solum de consuetudine ac de medio tollere, et ponere in comedia: verum etiam verba quaedam ex communi sermone; quale est quod ait nunc, *Quid missa?* D.

*O Thais, Thais*] Iteratio nominis accusantis ostendit iracundiam. *Vtinam esset mihi*] Sensus hic est: Vtinam et tu amatoris et partem mecum amoris habuisses. Si enim hoc fuisset, posset contingere, vt in hac iniuria aut tibi doleret, vt mihi dolet: aut mihi non doleret, vt tibi non dolet. Hoc enim dixit: *Ego istuc abs te factum*] Hoc est, factum tuum contemnerem. E.

Pars aequa amoris tecum, ac pariter fieret,  
 Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet;  
 Aut ego istuc abs te factum nihili penderem.

15 TH. Ne crucia te, obsecro, anime mi, Phaedria.

Non

12 *Vinam esset mihi pars aequa amoris tecum*] Vel amandi, vel non amandi scilicet (*A-mandi et non amandi*) habet ed. Argentina. Vtrumque vero, quod memorat, fieri optat Phaedria, cuius geminum aut non facit dilemma, sed copulat. Est igitur sensus alterius versus: vt ego istuc factum abs te aequo animo ferrem, si scirem, illud itidem dolere tibi, vt mihi dolet). *Ac pariter fieret*] *Pariter*, similiter. Sallustius (in Fragmentis), *Cui nisi pariter obuiam iretur*. D.

*Pars aequa amoris*] Io. Sarriser. Polycr. IIX. cap. 5. L.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔγωγ' ἴσα τόξ' τιταίνεις, ἔι θεός· εἰ δὲ ἕπερς πρὸς μένος, εἰ θεός εἶ. Anthol. VII, 139. W.

13 *Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet*] Si ambo amaremus. D.

14 Cod. Academicus, *vili penderem*. B.

15 *Ne crucia te, obsecro, anime mi*] *Mi*, vocatiuus est, ab eo quod est *meus*. Vide quam familiariter hoc idem repetit blandimentum. Vult enim Terentius velut peculiare verbum hoc esse Thaidis. ideo totiens dictum est, *Tunc hic eras,*

*mi Phaedriae? Ne crucia te, obsecro, anime mi, Phaedria. Ne crucia te*] Haec nisi amplectens adolescentem mulier dixerit, videbitur *ne crucia*, sine affectu dicere. Sed sic dicit, *ne crucia te*, eo gestu, quasi in eo etiam ipsa crucietur: nam ideo subiicit, *anime mi*, hoc est, animus meus. D.

*Ne crucia te, obsecro*] Incipit defensio, quae optimum principium tenuit, vt irascentis primum animus temperaretur. Deinde consilio generaliter subiungit argumentum meretrix, sed coniecturale: quod non hoc animo fecerit, quo alium apud se videatur habere potiozem. Hoc enim dixit: *Non pot quo quemquam plus amem, aut plus diligam, eo feci*. Similiter subiungit generale aliud argumentum, status venialis ex necessitate: *Sedita erat res*. Post meretrix conturbata oratione serui, petit audientiam, vt plenior origo narretur. Non tantum exclusionem ipsius narrare debet, sed et causam. Post principia petit audientiam: qua concessa, narratio incipit. E.

Lege, *anime mi, mi Phaedria*. B.

Non pol, quo quemquam plus amem, aut plus diligam,

Eo feci: sed ita erat res: faciendum fuit.

PAR. Credo, vt fit, misera prae amore exclusisti hunc foras.

TH. Siccine ais, Parmeno? age, sed, huc qua gratia

20 Te arcessi iussi, ausculta. PH. fiat. TH. dic mihi Hoc primum, potin' est hic tacere? PAR. egone? optume.

Verum

16 *Non pol quo quemquam plus amem*] Hoc totum nimis blande, et cum contractione (*contractatione* Z.) adolescentis dicit meretrix. D.

17 *Faciendum fuit*] Legendum, faciendum, scribendum, totum hoc semper necessitati adiungitur. Virgilius (Aen. xi, 230.), *Aut pacem Troiano ab rege petendum*. Et alibi (Aen. viii, 441.), *Arma acri facienda viro*. D.

18 *Credo, vt fit, misera prae amore exclusit hunc foras*] Oratorie ac facete additum, *misera*. Et cum illa a deriuatione causae argumentetur, mire a Parmenone correpta est, verisimile non esse, vt quis, quem amet, eundem possit excludere. *Exclusit hunc foras*] *παρὰ προσδοίαν* intulit. intuens puellam, et ei ostendens Phaedriam: vt ostendat quam falsa et repugnantia loquatur meretrix. D.

Antiqui libri Faerni habent *exclusit*, etiam mei, praeter duo, qui cum Faerni Donato et re-

centibus libris legunt *exclusisti*. Ego cum Faerno legendum arbitror, *exclusi*. B.

E Menandri Prologo Thaidis haec laudat Plutarchus, de audiendis Poetis: *Ἐμοὶ μὲν ἔν ἄειδε τοιάυτην, θεὰ θεοσεΐαν, ὠραΐαν δὲ καὶ πιθανὴν ἅμα, ἄδικῶσαν, ἀποκλείωσαν, αἰτῶσαν πυκνά, Μηδενὸς ὄρωσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.* W.

19 *Age*] Corripientis est modo *age*, non hortantis aduerbium. D.

*Age, sed huc*] In Ms. alterius lectionis vestigia extant, *age sis huc* etc. quod verius arbitror. L.

Faerni libb. antiqui quinque, et omnes fere nostri habent *agis*. B.

20 *Te arcessi iussi*] Hoc est, quod supra ait, *Non eam, ne nunc quidem, cum arcessis vltro? Dic mihi*] Meretricia calliditate commendat, quae dictura est. D.

21 *Egone? oprume*] Bene, non expectauit seruus, vt pro se dominus responderet Thaidi. D.



Verum heus tu, hac lege tibi meam astringo fidem :  
 Quae vera audiui, taceo, et contineo optume ;  
 Sin falsum, aut vanum, aut fictum 'st, continuo  
 palam 'st.

25 Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.

Proin'

22 *Verum heus tu*] Astute feruus reponit Thaidi vicem. Nam illa vt magnum voluit expectari, quod dictura est (*erat Z.*), iste vt falsum contemnit. *Meam astringo fidem*] Fidem promitto: quia *vincula fidei* dicuntur. D.

23 *Quae vera audiui, taceo*] Mire vicem Parmeno reddidit meretrici. Nam vt feruum difficile est tacere commissa: ita meretricem rarum est vera dicere. *Quae vera audiui*] Figura παρασνεῡ. *Contineo optume*] Proprie a metaphora vasorum transtulit verba. D.

24 *Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est*] *Falsum* est, quod regitur id quod factum est. *Vanum*, quod fieri non potest. *Fictum*, quod non est factum, et (*sed Z.*) fieri potuit. Vel *falsum*, est fictum mendacium simile veritati. *Vanum*, nec possibile nec verisimile. *Fictum*, totum sine vero, sed verisimile. *Falsum* loqui, mendacis est: *Fictum*, callidi: *Vanum*, stulti. *Falsum* loqui, culpae est: *Fictum*, virtutis: *Vanum*, vecordiae. *Falsis* decipimur: *Fi-*

*ctis* delectamur: *Vana* contemnimus. D.

*Continuo palam*] Priscian. lib. xiv. L.

Pro *vanum* cod. Acad. *varium*, Regius *vacuum*. Verum cum non videam, qua ratione illa tria *falsum, vanum, fictum*, satis distingui possint; ego legendum puto, *Sin falsum AVDIERIM AC fictum, continuo p. B.*

25 *Plenus rimarum sum*] Vilis atque abiecta translatio, et apta ad meretricem loquenti (Quin ἀλλήγορεϊ feruus, qui modo dicerat eadem metaphora *contineo optime*. In quibus sane nihil est, quod ad meretricem spectet): translata autem est ab aquario vase fictili. *Hac atque illac perfluo*] Contra, *Contineo optume*. D.

*Plenus rimarum*] Paschasius P. P. ad Placidium: *Illo vt vtar Comici, quia plenus rimarum, veritatem sciens silere noluit*. Vid. Scholiast. Horat. lib. 11. Satyr. 6. L.

Sensus postulat *perpluo*. Nam liquor in vase quidem *perfluit*, sed vas ipsum siue domus *perpluit*. Quinct. Inst. vi, 3, Plaut. Trin. 11, 2, 41. Most. 1, 2, 30. B.

Proin' tu, taceri si vis, vera dicitō.

TH. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.

P A R.

26 *Proin', taceri si vis, vera dicitō*] Vtrum te taceri, aut tuum dictum? an impersonaliter, et infinito modo? D.

27 *Samia mihi mater fuit*] Puduit dicere Thaidem, *Meretrix mihi mater fuit*; quod tamen significauit, dicendo aliunde ciuem alibi habitasse. Nam ideo meretrices, *peregrinae* dictae sunt in comoediis; vt in *Andria*, *Adeone est demens? ex peregrina?* D.

*Samia mihi mater*] Breuitas semper in narratione seruanda est, et in dictione aperta verba. Ita hic et nomen, et affectum, et locum posuimus (forte, *posuit primum Z.*) habitationis: narrat matri suae datam puellam dono, a quodam mercatore, ab Atheniensi ciuitate sublatam. At se ignorare dicit, vtrumne ipsa ciuis Atheniensium fuisset: (excidit, *an Z.*) tantum de ciuitate sublata sit. Adiecit illud, quod *nomen matris et patris dicebat*. Ipsum hoc proficit ad causam eius rei, quam petitura est. Scimus enim in narratione rationem futuris quaestionibus collocari. Quoniam ergo dictura est: concedi sibi debere aliquot dies, vt puellam recipiat, et hanc adiungit causam, vt suis parenti-

bus reddat. *Volo enim*, inquit, *amicos sic parare beneficio meo*. Ideo praemisit matris nomen et patris, vt verisimile sit, posse hinc parentes sciri, si nomina iam tenentur. Denique adiecit et alia signa: sibi cognitam (forte, *cognita*) esse: quia *mercator ex praedonibus, vnde emerat, se vidisse dixerit, abreptam esse e Sunio*. Sunio (lege *Sunium*) autem intelligit locum prope Athenas, iuxta mare collocatum. Redit rursus ad affectum, quod dicit, sibi carissimam esse puellam, cum mater sic eam educauerit, vt opinione populi filia (*Joror Z.*) diceretur. Inde narrat discessum suum. Excitat enim, quod cum hospite Athenas venerit, quae sibi haec omnia, quae habebat meretrix, dereliquit (deleto τῆ Meretrix, leg. *quae haberet; dereliquerit Z.*). Quam rem quidem illa non sine causa videtur adiecisse: sed vt ostenderet, quanta semper mercede dilecta sit, vt adolescens intelligat (*intelligeret Z.*), non se maximum munus dedisse, cum videat, tantum donari meretrici. Hoc quidem seruus negat factum, dicens et dominum multa donasse. E.

*Samia mihi mater*] Sidon. *Apollin. lib. II. Epist. I. L.*

P A R. Potest taceri hoc. T H. ibi tum matri par-  
uolam

Puellam dono quidam mercator dedit,

30 Ex Attica hinc abreptam. P A R. ciuemne? T H.  
arbitror,

Certum non scimus: matris nomen et patris

Dicebat ipsa: patriam et signa caetera

Neque sciebat, neque per aetatem etiam potuerat.

Mercator hoc addebat, e praedonibus,

35 Vnde emerat, se audisse, abreptam e Sunio.

Mater vbi accepit, coepit studiose omnia

Do-

28 *Potest taceri hoc*] Id est, verisimile est. Nec hoc ad laudem proficit, sed ad dedecus meretricis. *Potest taceri hoc*] Hoc, peregrinam nasci meretricem; et ideo potest verum videri. D.

29 *Puellam dono quidam*] Aetas et sexus amoris causa sunt, cur eam Thais puellam diligit. *Puellam dono quidam mercator dedit*] Propter hoc ostendit meretricem fuisse matrem: et dono ideo accipere puellam potuisse. D.

30 *Ex Attica hinc abreptam*] Quia Athenis est constituta scena. *Arbitror*] Bene arbitror, et nihil certi. Quando (lege, *Quomodo*) enim ausurus esset Parmeno adornare Chaeream ad vitiandum hanc virginem, si praecisset ciuem esse? D.

31 *Matris nomen et patris dicebat ipsa*] Quae infantis memoriae proxima sunt. Nam quid prius aetas illa, quam patrem matremque cognoscit? D.

32 *Et signa caetera neque sciebat*] Id est, domum patris, regionemque eius (in Ms. B. end. et ed. Du B. est, *domum, patriam, regionem*). D.

33 *Neque per aetatem etiam potuerat*] Hoc ideo addidit, ne esset minus elegans, quae nesciret. D.

Versus causa corrige, *sciebat*, et, ne *potuerat* peccet tempore, lege *potis erat*. B.

34 *Hoc addebat*] Ad matris scilicet nomen et patris, quod puella dicebat. D.

35 *Vnde*] Id est, a quibus: vt Virg. (Aen. 1, 6.) *Genus vnde Latinum*. Et (praecedat in edd. antt. *Quomodo*: E DAUO AVDIVI), *Causam dicere prius, vnde petitur aurum. E Sunio*] *Sunium*, promontorium est Atheniensium, et in eo forum rerum venalium, *ἑμπορίον*. D.

36 *Mater vbi accepit*] Haec figura in narrationibus *βασίς* dicitur, cum omnia pedeten-  
sim

Docere, educare, ita vt si esset filia.

Sororem plerique esse credebant meam.

Ego cum illo, quocum tum vno rem habebam,  
hospite,

40 Abii huc: qui mihi reliquit haec, quae habeo,  
omnia.

P A R. Vtrumque hoc falsum est: effluet. T H.  
qui istuc? P A R. quia

Neque tu vno eras contenta, neque solus dedit.

Nam

tim dicuntur insinuandi gratia. vt nunc, *Matri mercator dono dedit. Mater ubi accepit.* Et simul conuenit mulieri loquenti huiuscemodi mora. *Mater ubi accepit]* *Accepit*, simpliciter; aut (*an* habent edd. vett.) audiuit ingenuam: vt *Capiendi et c. a. r.* (Mf. H. *capiendi, et c. a. r. o*, sed pro *o* edd. Venetae habent *b*. Citatio est verborum incerti auctoris, seu potius verba otiosa). Sed melius prius. *Coepit studiosè omnia docere]* Mire: nam non docuit, sed *coepit docere.* τῶ μελλισμῶ. Et vide quam satis muliebriter. D.

37 *Ita vt si esset filia]* Ergo velut soror habenda est Thaidi, et ideo sequitur, *Sororem plerique esse credebant meam.* Et oratorie cumulat dignitatem et amorem puellae, vt eius comparatione leniatur iniuria facta Phaedriae. D.

Etli omnes codd. habent *educare*: corrige tamen cum edd. melioribus *EDUCERE*, *ita* **VII. B.**

39 *Ego cum illo, quo cum vno tunc rem habebam, hospite]* Totum dixit et quod hospitem, et quod rem habebat. Et bene *tunc*, et non *nunc*. Nam nunc, cum duobus. *Quo cum vno tunc rem habebam]* Id est, consuetudinem, amorem. *Hospite]* Id est, Attico. D.

Ne toties illud *o* aurem vuleret, pro *quo cum* repone *qui cum*, B.

40 *Abii huc]* Rhodo Athenas scilicet. *Qui mihi reliquit haec, quae habeo, omnia]* Hoc ideo, ne tantundem obsequii exigat Phaedria. Ideo contra Parmeno. D.

41 *Vtrumque hoc falsum est: effluet.]* Ipse exponit *hoc vtrumque* quid dicat. et contradicendum est, quia praesens amator grauatur hoc dicto. D.

42 *Neque in vno eras contenta]* Quippe quae admiseris militem. *Neque solus dedit]* Quippe quia non omnia tua illius fuere mortui (Leg. haut dubie, *militis. Z.*). D.

Nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit.

ТН. Ita'ft: fed sine me peruenire, quo volo.

45 Interea miles, qui me amare ceperat,  
In Cariam est profectus: te interea loci

Cogno-

43 *Nam hic quoque*] Δεικτι-  
κως. non Phaedria, sed *hic* di-  
xit, tangens illum, et quasi in-  
uito illo hoc: (*huic Z.*) expro-  
brat. *Bonam magnamque par-  
tem ad te attulit*] Haec dicun-  
tur ἰσοδυναμῶτα: vt, *Abs te pe-  
zere et pofcere*. An potius *bo-  
nam* specie, *magnam* quantita-  
te? et nunc discretius dictum  
est: nam alias *bonam* pro ma-  
gna et multa accipimus. D.

44 *Ita est*] Non erat negan-  
dum, quod dixit Parmeno me-  
retrici satisfacere cupienti, et  
non tacenti culpam in confci-  
entia esse. D.

Contendit mulier ad nar-  
rationem, rediens dicit, profe-  
ctum militem amatorem ado-  
lescentis Phaedriae notitiam,  
sed hunc (forte, *ad se nunc. W.*  
At haut dubie locus restituen-  
das est ita: *post profectum mi-  
litem, amatorem, in adolescentis  
Phaedriae notitiam se demum  
peruenisse. Z.*) peruenisse. Qua  
in re commendat animum, cum  
dicit: *Tute fcis, post illa quam  
intimum habeam te; et mea con-  
filia vt tibi credam omnia*. Per-  
git igitur narrationis partes v-  
niuerfas complere, quod, mor-  
tua matre, frater materna bona

inuaserit, virginem venunde-  
derit, et speciosam et peritam  
artis, quod fidibus sciret. De-  
inde quod eam ille amator fu-  
us emerit miles, quod venerit,  
et irascatur, quod meretrix coe-  
perit alium amatorem habere.  
Hic intelligendum acriter il-  
lud est, quod supra dixit miles,  
te amatorem (forte, *militem  
amatorem*). E.

46 *Te in re a loci cognoui*] Oratorie priorem amatorem fa-  
cit militem, quam Phaedriam.  
Nam posterius dicit hunc cog-  
nitum per absentiam militis.  
Ergo cum militi Phaedria riu-  
lis superductus fit, consequens  
est, vt miles queri debuerit,  
non Phaedria: et propterea ni-  
hil peccatum, si ordine seruato  
miles antepolitus fuerit amato-  
ri postmodum cognito et hoc  
fine puella (*puellae, Mf. H.*),  
et muneram causa, multum pro  
milite contra Phaedriam valet.  
Sed vide meretricem, quia rem  
dixit perurentem, quot et qua-  
lia blandimenta subiicit, dicen-  
do, *Tute fcis post illa, quam  
intimum habeam te*, et caete-  
ra. D.

*Interea loci te cognoui*] Vt  
ideo miles puellam tanto pre-

Cognoui tute scis, post illa quam intumum  
Habeam te, et mea consilia vt tibi credam omnia.

PH. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. PAR. o  
dubiumne id est?

50 TH. Hoc agite, amabo. mater mea illic mortua est  
Nuper: eius frater aliquantum ad rem est audior.  
Is, vbi hanc forma vidit honesta virginem,

Et

tio emerit, quod sciret se tantum amari a meretrice; quippe cum eam sic reliquisset, cum adhuc haberet nullum amatorem. Ergo consequenter hodie irasci miles, posteaquam inuenit meretricem cum hoc amatore. Hoc ergo adiungit: *Fingit causas, ne det, sedulo.* Et hoc temperate ostendit, hoc militem velle, vt praeponatur alteri amatori. Quare acceptasse pollicetur munus, miles quod comparauerat donaturus (Ms. alter lacunam agnoscit nullam, alter: *Quare concessisse pollicetur munus miles, quod comparauerat donaturum*). E.

*Interea loci cognoui*] Charis. lib. 2. L.

47 *Cognoui*] Proprie cognoui. *Tute scis post illa, &c.*] *Ἐπιπλοκή* figura: nam hoc ad narrationem non pertinet. D.

48 *Et mea consilia vt tibi credam omnia*] Ex praesenti actu sumit argumentum, quod eum nunc tanquam consultorem adhibuerit. Et bene *Credam*, secundum illud, *Potin' est hic tacere?* D.

49 *Ne hoc quidem*] Id est, hoc quoque falsum est. *Δη-*

*biumne id est?*] *Me non taciturnum scilicet.* D.

Metri causa mihi placet Vaticanani lectio, *Neque hoc tacebit Parmeno.* B.

50 *Hoc agite*] Pro aduersione corripientis est positum: aut certe pro adhortatione audientiae praebendae. Sic Plautus (Afin. Prol. 1.), *Hoc agite, sultis, spectatores.* Et conuenit velut nutu audientiam significantis, et gestu hoc ipsum adiuuari. *Hoc agite*, id est, illud definite, et hoc attendite. D.

51 *Nuper*] Vt adhuc amor flagrare videatur, addidit *nuper.* *Aliquantulum ad rem est audior*] Vultu accommodato ad reprehensionem pronuncian- dum est. *Ad rem audior*] Proprie *audior.* Et *rem pecuniam* modo dicit. D.

52 *Is hanc vbi forma*] Ex aliena persona vult ostendere praeter affectum, quanti sibi aestimanda sit: et quanto munere miles Phaedriae meruerat (lege, *meruerit*) anteponi. D.

Sensus et versus postulant, *Is, vbi esse hanc forma videt honesta virginem.* B.

Et fidibus scire, pretium sperans, illico  
Producit, vendit. forte fortuna affuit

- 55 Hic meus amicus: emit eam dono mihi,  
Imprudens harum rerum ignarusque omnium.  
Is venit: postquam sensit me tecum quoque  
Rem habere, fingit causas, ne det, sedulo:  
Ait, si fidem habeat, se iri praepositum tibi

T 2

60

53 *Et fidibus scire*] *Vetusta* ἐμεΐψις. *Pretium sperans*] *Deest magnum.* vt (Virg. Georg. III, 184.), *et stabulo frenos audire sonantes.* D.

54 *Producit: vendit*] *Proprie.* Nam *produci* res venales dicuntur. *Producit: vendit*] Haec celeritas vendibilem indicat mercem. *Forte fortuna*] Id est, bona fortuna. D.

55 *Hic meus amicus*] Quia locus est meritorum, non iam *miles*, sed *meus amicus*. Vide enim quid sequatur. *Emit*, inquit, *eam dono mihi, imprudens harum rerum.* Hic ostenditur quain avidus id faceret, si rem penitus nossent. simul etiam ostenditur, quanta secreta dicat Phaedriae: vtpote quae rivalis nesciat. D.

56 *Imprudens harum rerum, ignarusque omnium*] *Prudentia*, naturalis est: *gnaritas*, extrinsecus venit. *Imprudens*, per se, *Ignarus*, per alios; hoc est, qui nec suspicatus sit, neque ex aliquo audierit. D.

57 *Postquam sensit me tecum quoque rem habere*] (exci-

dit *sensit*) Non dictum, sed quasi celatum. *Sensit me tecum quoque rem habere*] Magno pondere dixit, *tecum quoque*: tanquam irascendi iusta magis sit causa militi, quam Phaedriae. Nam *sensit*, et *tecum*, et *quoque*, hoc significat. *Rem habere*] Sic dixit, vt honeste res impura dicatur. D.

58 *Ne det, sedulo*] *Sedulo*, sine dolo, hoc est, impense. D.

59 *Ait*] Semper *ait* dicimus, quum vel iniusta nobis et audientibus, vel vana dicta narramus alicuius. *Si fidem habeat*] Hoc est, si faciam aliqua, vnde credat se tibi praeponi. *Si fidem habeat*] Si credere rogatur, id est, si credat: vnde *fideiussor* dicitur, hoc est, auctor credendi. *Se iri praepositum tibi apud me*] ἀναστροφῆ in verbo, *praepositum iri*, ac necessaria implicatio in his, quae dura dictu sunt. D.

*Si fidem habeat, se iri praepositum tibi*] Hoc est, si accipiat fidem, me praeposuisse (*praeposuisse se Z.*) tibi. E.

- 60 Apud me, ac non id metuat, ne, vbi acceperim,  
 Sese relinquam: velle se illam mihi dare:  
 Verum id vereri, sed, ego quantum suspicor,  
 Ad virginem animum adiecit. PH. etiamne am-  
 plius?  
 TH. Nihil: nam quaesivi. nunc ego eam, mi  
 Phaedria,  
 65 Multae sunt causae, quamobrem cupiam abducere.

Pri-

60 *Apud me, ac non id metuat*] Duo sunt, si fidem habeat, et si non metuat. Quid autem non metuat? *Ne, vbi acceperim, sese relinquam*] Hic iam causas petitionis ostendit. Hoc autem petitura est meretrix, ut paucos interim dies, quousque puella dono detur, miles apud meretricem in amore praeponatur. E.

Alii legunt *vbi EAM acceperim*. B.

62 *Sed ego quantum suspicor*] Alta et acuta inuentio. Scit meretrix hoc solo amatorum inimicos esse, quod idem diligunt. Magnifice igitur, ut rivalis odium deliniret (*declinet*, Mf. Boend. hanc lectionem leges linguae postulant), vult persuadere Phaedriae, non se amari, sed virginem. D.

Finita narratione concludit a suspitione, nescio quem exitum narrantis, quod idem miles, iam amisso amore meretricis, nunc virginem diligit. Hoc enim dixit. E.

63 *Ad virginem animum ad-*

*iecit*] Cur hoc inferat? ut vel laedendi militis causa, Phaedria patiat eum, quam amet, et nolit virginem dono dare (Varia haec leguntur. Sensus videtur esse hic: *eum* [militem] *dono dare virginem, quam amet, et* [dare] *nolit*. Nisi si fortasse *nolit àvri τῆ colat*. Aut, *Ei, quam amet et colat, virginem dono dari*). *Etiamne amplius?*] Mundat Terentius, ut solet, res huiusmodi per *ἔλεψιν* suam. D.

64 *Nihil? nam quaesivi. nunc ego eam, mi Phaedria*] Optime purgavit Terentius, quod mox liberalibus nuptiis fuerat obfurrum, si vitiatam virginem duceret Chærea. Necessario ergo defenditur, tanquam quae honeste nuptura est. D.

65 *Multae sunt causae*] Non indiligenter considerauerunt hanc meretricis orationem, qui illam instar controuersiae retulerunt. Nam et principium est, *Me miseram, vereor ne illud grauius Phaedria tuleris*. Et narratio, *Samia mihi mater fuit*. Et partitio cum confirmatio.



Primum, quod soror est dicta: praeterea, ut suis  
Restituam ac reddam. sola sum: habeo hic nemi-  
nem.

T 3

Neque

matione: ut, *Nunc ego eam, mi Phaedria, multae sunt causae, quamobrem cupio abducere. primum quod soror est dicta, et caetera.* Reprehensio quoque, *Egone id timeo?* et, *Egone non ex animo misera dico?* Et conclusio per conquestionem: ut, *Quam ioco rem voluisti a me tandem, quin perfeceris? Ego impetrare neque hoc abs te, biduum saltem ut concedas solum. Quamobrem cupio abducere*] Etiam hoc verbo gratificatur Phaedriae: non enim accipere, ut ab amico remunerante: sed abducere, ut ab stulto, et experte. D.

adolescens omnia se, meretrix quae vellet, facturum esse promittit: et monet, ut memoriam sui nominis teneat, \* quicquid incidit (Barbare scriptum, pro, *inciderit*): et ita secum loquitur (Restituo: *Ita Thais secum loquitur*), quod vehementer diligit Phaedriam, neque aliquid callide fecerit, sed cuncta ratione complerit. E.

Donatus et recentes libri cupio, sed meliores nostri et Faer-  
ni recte habent cupiam. B.

67 *Vt suis restituam, ac reddam*] *Restituimur* (*restituimus* Mf. Boend. et ed. Du B.) iis, quibus nos volumus: *Reddimur* (*reddimus*, *ibid.*) iis, qui nos volunt. Ergo restituimus volentem (*volentes*, *ibid.*), reddimus volentibus. Sed in hac utrumque est. *Sola sum: habeo hic neminem*] *Sola sum*, ad familiarium refertur absentiam. *Habeo hic neminem*, ad alienorum amicitiam. Potest enim sola domi esse, habere tamen aliquem foris. Et, *Habeo hic neminem*, plus sonat, quam, *Neminem hic habeo*. Et, *Sola sum*, ab iis quos natura conciliat per se. *Habeo neminem*, eorum qui voluntate iunguntur. D.

Petit rursus Phaedriam, ut paucos dies sibi commodet, quibus prior apud se miles esse possit. Dicit causas, *quod soror dicta est, quod velit parare amicos beneficio suo*. Sed post haec iratus adolescens redit ad accusationem vehementer, quo eam declarare possit ingratham: enumerans quae beneficia sua, vel quae praestiterit, vel quae parauerit. Quibus accusationibus meretrix victa, quo facilius adolescenti persuadere possit, quod antea postulauerat, dicit se ei ad omnem voluptatem commodare consensum, ne eum aliquo offendant. Quare victus

Neque amicum, neque cognatum. quamobrem,  
Phaedria,

Cupio aliquos parere amicos beneficio meo.

70 Id, amabo, adiuta me, quo id fiat facilius.

Sine illum priores partes hodie aliquot dies

Apud me habere. nihil respondes? P. H. pessuma,  
Egon' quicquam cum istis factis tibi respondeam?

P. A. R.

68 *Neque amicus*] Bene hoc apud amatorem: quia est aliud *amator*, aliud *amicus*. *Amator*, qui ad tempus, *Amicus*, qui perpetuo amat. An quia in patris potestate est Phaedria? *Quamobrem, Phaedria*] In necessariis (forte leg. *in rebus seriis*. Mf. Boend. et edd. vett. *Ne in necessariis inopem videretur in necessariis interponi non licet audientis nomen*) interponi nomen licet audientis. D.

Cum statim versu proximo occurrat *amicos*, hic pro *amicum* legendum esse censeo *notum*, vt Phorm. I, 2, 48. B.

69 *Cupio aliquos parere amicos beneficio meo*] Hic ostendit specialiter, cuiusmodi amicos quaerat, ne Phaedriam contemnere videatur. *Parare amicos beneficio meo*] Quia parantur et suo (*alieno*, edd. Venett.) sed minus diligunt. D.

Donatus et omnes codd. habent *parare*, sed, ne versus impediatur, amplectendum est Bembinii cod. *parere*. Caeterum *beneficio meo* spondei et dactyli spatium metiuntur. B.

70 *Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius*] Παρέλκον. bis id posuit. *Adiuta me*] Mira coactio, pro patere excludi, *adiuta me*, dixit. D.

71 *Sine illum*] Blande *sine illum*, tanquam in manu eius sit iniuriam non pati, et excludi militem. Non enim dixit *fer*, aut *patere*, sed, *sine*. *Priores partes hodie aliquot dies*] Honestè circumloquitur et oratorie, ne dicat, Abi foras, atque excludi te patere. D.

72 *Nihil respondes?*] Iam silentium accusat, quia scit nihil responsum contrarium (Leg. *nihil respondentem contrariari*, siue, *contrarium esse* Z.). Et satis blande, *Nihil respondes* dixit: tanquam qui debeas amoris vicem (Omnino leg. *Et satis blande, MIHI, dixit, tanquam cui debeas a. v.* Et si integer Senarius τὸ MIHI videtur respuere: Donatum tamen ita legisse certum est. Idem *mibi* exhibent Mss. Mark. quatuor Pall. et edd. vett). D.

73 *Ego quicquam*] Facete exprimitur illud, *Amantium irae amoris integratio est*. D.

PAR. Eu noster! laudo: tandem perdoluit: vir es.

75 PH. Haut ego nesciebam, quorsum tu ires? par-  
uola

Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua:

Soror dicta est: cupio abducere, vt reddam suis:

Nempe omnia haec nunc verba huc redeunt de-  
nique:

Ego excludor, ille recipitur. qua gratia?

80 Nisi illum plus amas, quam me: et istam nunc  
times,

Quae aduecta est, ne illum talem praeripiat tibi.

T 4

T H.

74 *Tandem perdoluit*] Ni-  
mis doluit, id est, persensit do-  
lorem. Et *tandem*, quasi qui  
nimis patiens fuit. *Tandem  
perdoluit: vir es*] Eleganter  
variavit personam secundam,  
et tertiam. *Vir es*] Non puer,  
sed iam vir, qui meretricem  
contemnis. D.

Bembinus liber et alii anti-  
qui non *heu* sed *eu* sine respi-  
ratione habent. B.

75 *Paruola hinc est abrepta:  
eduxit mater pro sua*] Vide *μι-  
μηση* cum odio inductam, et  
deprauatam pronunciatione:  
ita vt et *δμοιοτέλευτα* non vita-  
rentur de industria: *Paruola  
hinc est abrepta, eduxit mater  
pro sua, soror est dicta.* D.

*Haud ego nesciebam*] Quin-  
tilian. lib. ix. cap. 2. *At ego  
nesciebam.* L.

Tres antiquissimi codd. Faer-  
ni *Aut ego*, alii eiusdem, *Haut  
ego.* Sed melius tres nostri

cum edd. vett. *At ego*, quod  
ipsum expressit Quint. Inst.  
ix, 2. Caeterum lege *nesci-  
bam.* B.

77 *Ne lege Soror est dicta,  
sed, Soror dicta est.* B.

78 *Haec nunc verba*] Id est,  
falsa dicta. *Huc redeunt*] Vt  
excludar. D.

80 *Nisi illum plus amas,  
quam me*] Repudiatis causis,  
quas illa attulerat, per deriu-  
ationem causae: hic aliud dicit  
esse cur repellatur. *Et istam  
nunc times, quae aduecta est*] Adeo, inquit, amas militem, vt  
etiam inuideas, si quam ama-  
uerit. D.

Versum satis inconcinnum  
adiuuant codd. nonnulli, qui  
habent, *Nisi si illum*, Caete-  
ra, vt *me* sit in ictu, colloca,  
*plus quam me amas.* B.

81 *Talem praeripiat tibi*] *Εἰσώματα*  
stomachantis amato-  
ris. D.

TH. Egon' id timeo? PH. quid te ergo aliud sollicitat? cedo,

Num solus ille dona dat? nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier?

85 Nonne, vbi mihi dixti cupere te ex Aethiopia Ancillulam, relictis rebus omnibus,

Quae-

82 *Quid te ergo aliud sollicitat?*] Quid est, inquit, si hoc non est? D.

Ne versus syllaba sit hypermeter, repone *Ego sine ne*. B.

83 *Num solus ille dona dat?*] Iam quasi quaestiones tractantur: sed ille munus aduexit. *Nuncubi meam benignitatem*]

Possunt enim dona dari, sed exigua, aut minus liberaliter: et ideo mentionem benignitatis adiecit. *Nuncubi meam benignitatem*] Sed ille benignus est. *Nuncubi*, numquid alicubi. Aut si, *nunc vbi*, legitur (Haud dubie scripserat Donatus, *NUMC VBI, numquid alicubi*. Postea vero seu Asper, seu Cornutus, seu quicumque alius interpret legens *NON VBI*, quod in quibusdam libris reperitur, ipse addidit verba *Aut si — qua in re*), erit aduerbium temporis: ut sit vbi, quo in loco, qua in re. *Nuncubi meam benignitatem*] Intelligit se et dona obtulisse, et id benigne saepe fecisse. Nam plerumque ingrata dona sunt, in quibus benignitas non apparet: quae aut

in quantitate rerum est, aut in facilitate praestantis. D.

*Nuncubi*, quod est in pluribus codd. nusquam alibi, opinor, inuenitur, et versus ipse repudiat. Bembinus et alii, *num vbi*. Lege *num tibi*. Deinde in versu seq. pro *in te claudier* lege *intercludier*. cf. Andr. III, 3, 41. B.

84 *Claudier?*] *Claudi*, aut claudicare. Sallustius (in Fragmentis), *Neque enim ignorantia claudit res*. et, *Nilil socordia claudebat*. D.

*In te claudier*] Mf. R. et vett. codd. *interclaudier*. L.

85 *Nonne vbi mihi dixti cupere te*] Plus dixit, *vbi dixti cupere te*: quam si diceret, fecisti ut emerem. Plus est enim id praestitisse, quod qui (*quae*, edd. Venett.) acceperit, non ausus fuerit postulare. *Cupere te*] Vult rem parui (*quantiuis*, postulat sensus) pretii, ex illius cupiditate et suo labore perpendi. *Ex Aethiopia*] Non Aethiopiā: sed honestius *ex Aethiopia*. D.

86 *Relictis rebus omnibus, quae*] Haec iam omnia in beneficiis considerari solent. D.

Quaefui? porro Eunuchum dixi velle te,  
Quia solae vtuntur his reginae; repperi.

T 5

Heri

87 *Quaefui?*] Vide quemadmodum exhibeat, atque aerumnas sibi difficultium munerum dicat imposuisse meretricem (Edd. vet. ita: *Vide, ut exhibeat, aerumnas sibi difficultium munerum imposuisse meretricem*). *Ex Aethiopia ancillulam*, inquit, *dixi te cupere*. Quid ego feci in re coeli, et solis, ac pene orbis alterius? *quaefui*. non enim in promptu erat. Deinde, non *petisti*: sed *dixisti*: nec velle te, sed cupere: non nigram, sed ex Aethiopia: nec dedi, sed relictis rebus omnibus quaefui. Quid hic non exquisitum? quid non ita expressum, vt nihil addi possit? *Eunuchum porro velle*] Eunuchos a Persis institutos putant ex captiuis. A Babyloniis enim Hellanicus auctor est id habuisse. *Eunuchum porro dixi velle*] Vide quemadmodum, vt maius faciat quod praestitit, non semel imputat duo mancipia: sed primo *puellam*, deinde *Eunuchum*. *Eunuchum*] *Ευνῦχος εἰρηται, ὡς εὐνήν ἔχων, τῶν ἐστὶ φυλάτων οὐκοεὶν γυνὴν κεκανάροσ.* \* (Wielingius opinatur, scripsisse interpretem: *ὁ σώζων εὐνήν γυναικῶν, καὶ ἀνδρῶσ.* En meam symbolam: *ὅσα ἐν εὐνῇ γυνῆσ τε καὶ ἀνδρῶσ.* W. Forte, *ὅσα ἐστὶ κοινὰ γυναικῶσ τε καὶ ἀνδρῶσ.* Siue, *ὅπως μὴ ἄλλω ἢ γυνῇ κεκοί-*

*τωνκε ἀνδρῶσ.* Z.). Porro] Deinde, vel postea, vel multo post. D.

88 *Quia solae vtuntur his reginae*] Illam, quia ex Aethiopia. hunc, quia solae his reginae vtuntur. Quid tale Thaidi riualis dedit? *Quia solae vtuntur his reginae*] Varie Eunuchum dixit, et intulit *His*. vt, *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quam plurimis, et minime multos laedere: In his Poeta hic nomen proficietur suum. Reginae*] Id est diuites. sed *ἐμφατικώτερον* est. *Quia solae vtuntur his reginae*] Nota, quum Eunuchum in singulari numero praeposuerit, *his* subiunxisse. sed *his* non ad Eunuchum retulit, sed ad delicias, aut quid tale: quia solae vtuntur huiusmodi deliciis seruitiisque reginae. Et oratorie hic subdidit, quod in ancillula praetermisit. quia nulla Aethiopissa honesta dici potuit. *Et reginas* modo diuites dicit. vt in Phorinione, *Regem me esse oportuit. Reperi*] Plus est quam *emi*. Et vide quam propriis et amplissimis verbis vsus est. quia et ancillam ex Aethiopia, et Eunuchum, quo solae vtuntur reginae. illam quaefui, et hunc repperi: neutrum enim horum facile (forte, *frustra* Z.) positum erat. D.

Heri minas viginti pro ambobus dedi.

90 Tamen contemptus abs te, haec habui in memoria,  
Ob haec facta abs te spernor. ΤΗ. quid istic,  
Phaedria?

Quamquam illam cupio abducere, atque hac re  
arbitror

Id

89 *Heri minas decem* (scripsit Donatus vel *viginii*, vel, quod verosimilius videtur, *triginta*. Nam paulo post *viginii* minis solum Eunuchum emtum esse ait Z.) *pro ambobus dedi*] Recentiora beneficia, grauiora aduersum ingratos sunt. Ergo a tempore inducitur exprobratio. *Pro ambobus dedi*] Melius amborum pretium dixit, quam vt separatim diceret, quanto emerit ancillulam nigram: de qua mox dicitur, *Hic sunt tres minae*. Nam constat Eunuchum solum emtum esse minis viginti; vt ipse Parmeno confitebitur seni. D.

Magis magnificum sonat, quod cod. C. C. habet, *Heri minas pro ambobus viginti dedi*. Atque auctor solet *viginii* illud ponere in sede quinta. B.

90 *Tamen contemptus abs te*] Et hoc seruatur in beneficiis. Nam maiora sunt, cessantibus meritis eorum, quibus praestantur. D.

91 *Ob haec facta abs te spernor*] Sic Virg. (Aen. IV, 217.) — *nos munera templis Quippe ruis ferimus, famamque foue-*

*mus inanem*. Et, *Vel quas tulit*, cum interrogatione aut cum increpatione proferri potest. *Ob haec facta abs te spernor*] Hic duplex est pronuntiatio: vel per inuidiosam prolationem (lege ex ed. Venet. et Argent. *exprobrationem*), vel per interrogationem. Et melius hoc modo, quam interrogatiue profertur: hic enim est multo grauior illo. *Quid istic?*] Hoc aduerbium consentire incipientis est, et est ελαψις: deest enim *remoramur*, aut quid tale. D.

92 *Cupio abducere*] *Abducere* dixit, tanquam ab stulto: nec per verum meritum, sed per fraudem. Cicero (Verr. III, 34.), *Per vim atque dolum abducta ab Rhodio tibicine*. *Atque hac re arbitror*] Non dicit qua, hoc est, ex te (Edd. Venet. *Non dicit, quia hoc est ex te*. Videtur legendum: *Non dicit qua, quia hoc est ex re*. Nempe non erat *ex re* Thaidis, speciatim dicere coram exulcerato Phaedria, qua re id quod cupiebat fieri posset maxime, sc. Phaedria excludendo, Thrafone admittendo, Nisi legas:

HAC

Id fieri posse maxume: verumtamen,

Potius quam te inimicum habeam, faciam vt iusseris.

- 95 P H. Vtinam istuc verbum ex animo ac vere diceres,  
Potius quam te inimicum habeam. si istuc crederem  
Sincere dici, quiduis possem perpeti.

P A R. Labascit, victus vno verbo, quam cito!

T H.

**H A C R E.** *Non dicit qua hoc est ex re).* Verumtamen scit meretrix, contentione quaedam negari (Lege: VERVM TAMEN] *Scit meretrix concessione quaedam leuari.* Quam lectionem, opinor, firmant sequentia). Ergo fingit se vinci, vt adolescentem molliat: et ipsa cedit, vt et ille remittat pertinaciam. D.

93 Snauius sonat, *Id posse fieri*, vt infra IV, 7, 9. B.

94 *Potius quam te inimicum habeam, faciam vt iusseris]* Hoc totum loquitur, tanquam magis ipsa amer Phaedriam, quam ab illo ametur. *Te inimicum habeam]* Huic contrarium est, *Vt te amicum habeam. Faciam vt iusseris]* Nec voluntate, nec vultu consentientis hoc meretrix agit (lege, *ait*. Nec enim agit, nec actura est, sed se facturam ait): sed callide tentat omnia. Nam quia persistendo non perficit quod expectabat, docet Phaedriam etiam ipsum negligentius negare quod poscitur. et adeo hoc subtile est, vt statim impetrauerit. Peruulgatum est enim, Quod summa vi defenderis, quin extor-

queretur, hoc idem postmodum remitte remittenti. D.

95 *Vtinam istuc verbum]* Et *istuc verbum*, pro tota sententia. *Verbum* pro dicto. Sed proprie ἐξίστωρ, id est, sententia vel enunciatio, quae vno ligatur et astringitur verbo, *verbum* a veteribus dicebatur. *Ex animo, ac vere diceres]* Certe: quia est qui ex animo dicat, fallat tamen. D.

96 *Potius quam te inimicum habeam]* Tantum in animum Phaedriae hoc descendit, vt etiam repetat, quod amica dixerat adulando. D.

97 *Sincere dici, quiduis possem perpeti]* *Sincerum*, purum, sine fuce, et simplex: vt mel sine cera. Bene ergo vt mel, blandimentum meretricis dulce fatetur, sed negat esse sincerum. D.

*Sincere dici]* Charif. lib. I. et 2. L.

98 *Labascit]* Omnia inchoatiua trisyllaba fere media producta enunciantur. *Victus vno verbo. quam cito?* *Quam cito]* ait, qui illum falsa lacrymula vinci crediderat posse. Plus factum est: vno victus est verbo,

TH. Ego non ex animo misera dico? quam ioco  
100 Rem voluisti a me tandem, quin perfeceris?

Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum  
Saltem vt concedas solum. PH. siquidem biduum:  
Verum ne fiant isti viginti dies.

TH.

bo, et cito. *Victus vno verbo*] *Vtinam istuc verbum.* Et *vno verbo*, vt diximus, sic accipe: vt verbum dictum intelligas, quod verbo complectitur (Edd. Venett. *amplectitur.* Sensus constabit, si iunctim legas, *quod verbo complectitur completæ* etc.), et completæ sententiæ pronounciationem, quod *ἀξίωμα* nominabatur. D.

*Labascit*] Diomed. lib. I. L.

Melius, opinor, sic: *Labascit, victu'st, vno verbo, quam cito.* B.

99 *Ego non ex animo misera dico?*] Quod sensit multam valuisse, hoc Thais inculcat animo amici sui. Et ego, vide quanta significet. Conuenit hoc pronomen blande multa exprobranti: vt Virgil. (Aen. IV, 314) *Mene fugis?* D.

100 *Quam ioco rem voluisti*] Contra illud refertur, quod ait Phædria, *Nonne ubi mihi dixi cupere te ex Aethiopia ancillulam, relictis rebus omnibus, quaesivi?* Sed hoc vehementius et disertius, *Quam ioco rem voluisti.* Non munus, inquit, sed quod plus est, *rem*; et non

serio, sed *ioco*, a facilitate praestantis. Et *voluisti*, non etiam dixisti. Mirandum obsequium, ex voto animi pendens. Non expectat imperium: ne voluntati mora sit, dum iubetur. Tum illud, quod ait, *perfeceris*: nonne pondus hoc verbi et potentiam Phædriae circa amicam, et illius obsequium vehemens, et rerum difficultatem quae extortae sint, monstrat, atque omnem obterit querelam Phædriae? D.

101 *Ego impetrare nequeo hoc abs te*] Tu et ioco, et non petisti, cum perfeceris tamen. at ego hoc impetrare non possum. D.

102 *Saltem vt concedas solum*] Argute additum *saltem* et *solum*. Et bene, *concedas*, vt voluntatis sit: sic enim dixit supra, *Sine illum priores partes hosce aliquoz dies apud me obtinere* (Ex memoria laudauit versum 71. lege, *habere*). D.

103 *Verum ne fiant isti viginti dies*] Facete biduum decuplauit: et simul quia ex eadem ratione sunt viginti, ex qua duo; et ex qua viginti, ducenti, duo millia, et sic deinceps. D.



TH. Profecto non plus biduum, aut. PH. aut?  
nihil moror.

105 TH. Non fiet: hoc modo sine te exorem. PH.  
scilicet,

Faciendum est quod vis. TH. merito amo te. PH.  
bene facis.

Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:

Ita facere certum est: mos gerundum est Thaidi.

Tu, Parmeno, huc fac illi adducantur. PAR. ma-  
xume.

110 PH. In hoc biduum, Thais, vale. TH. mi Phae-  
dria,

Et

104 *Profecto non plus biduum, aut*] *Ἀποσιώπησις* secunda. D.

105 *Hoc, modo sine te exorem*] Noue nunc, non *de te exorem*: sed *te exorem*. Hoc absolute. D.

106 *Faciendum est quod vis*] Non *quod oportet*, sed *quod vis* dicendo, multum addidit obsequio suo. *Merito amo te*] Bene amoris mentionem ad auferendam suspicionem contemptus Phaedriae fecit. *Bene facis*] In consuetudinem venit. *Bene facit*, et *bene fecisti*, non iudicantis esse, sed gratias agentis. D.

Verba *bene facis* ipsi Thaidi esse tribuenda, praeter cod. G. Fabricii, duo e nostris veterissimi confirmant. B.

107 *Rus ibo*] Et hoc amatorium est, odisse urbem sine amica. Nec dixit, *Ibi ero*:

sed, *Ibi hoc me macerabo biduum*] Pronunciandum est *biduum*, ac si dixisset biennio. D.

108 *Ita facere certum est*] Ex his apparet verbis, quam sibi amator hoc aegre imperet. *Mos gerundus est Thaidi*] Cum pronuntiatione et gestu: ut ostendat, quae vis amoris sit, ut Thaidi mos geratur. D.

109 *Huc fac illi adducantur*] Eunuchus et ancilla figurate *illi*: sed praeualet genus masculinum. *Adducantur*, pro adducito eos. Et bene adiectum est, ne dilatis ob retentionem muneribus (*Lego: aut retentis muneribus*), non procederet actus fabulae. et simul quia absentia Phaedriae opus est, dum per Chaeream ludificatur meretrix. D.

110 *In hoc biduum Thais vale*] Nunc *vale* abcessum significat, non salutationem:

nam

Et tu. numquid vis aliud? PH. egone quid velim?

Cum milite isto praesens, absens ut fies:

Dies noctesque me ames: me desideres:

Me somnies: me expectes: de me cogites:

115 Me speres: me te oblectes: mecum tota sis:

Meus

nam si mera salutatio est, biduo solum amicam valere optat. Sed praescribere conatur, quanto tempore absfuturus sit: et simul ostendit, quam inuitus abscedat. *In hoc biduum Thais vale*] Accusatiuo utens casu exprellit amatoris impatientiam: *Biduum* dicens, praescripsit de tempore. Et *vale*, maiorem vim habet ex dolore discedentis, quam obsequio salutantis. D.

111 *Et tu. numquid vis aliud?*] *Vale* subaudiendum salutatorium. Et subintelligendum est post osculum dici, *Numquid vis aliud?* quasi reete factum. D.

112 *Cum milite isto*] *Isto* bene additum, quasi odioso, ut alibi, *Iam vero mitte, Demea, tuam istam iracundiam.* Et Virg. (Aen. ix, 94.) *Aur quid petis istis?* Haec enim pronomina spernentis sunt, odiumque monstrantis. *Praesens, absens*] *κακόζηλον.* D.

113 *Me desideres*] *Ἀυξήσεις;* quia plus est amore desiderium. D.

Mutato ordine, numeri meliores fiunt, *Noctes diesque*, ut v, 9, 49. Andr. iv, 1, 53. B.

114 *Me somnies, me expectes*] *Ἐπιναφορέα* prima. Cum amare et desiderare sit voluntatis atque etiamnum obsequii (*voluntatis, atque animi et obsequii.* Mf. Boend. et ed. Du Du B.): *somniare*, satis amatorie dictum est. D.

115 *Me speres?*] Cum, *me expectes*, iam dixerit: quid sibi vult iterum *me speres?* Inter spem et expectationem hoc interest: quia *expectatio*, certorum est: *spes* vero, incertorum. Et *expectatio*, propinquarum rerum: *Spes*, longinquarum. Et *expectatio*, destinatum tempus: *Spes*, non destinatum. An, *me speres idem facere?* id est, de te cogitare: ut sit *speres*, credas: ut statim in subditis inuenies. *Nam eius fratrem spero iam propemodum reperisse.* *Me te oblectes*] Septimus casus *me.* *Mecum tota sis*] Toto animo. Nam illam nunc animum vult esse, non (*nunc*, malim. In edd. vet. *dixit esse*) corpus. et simul quod ipse ab eius corpore patitur: id vult militi eius mente contingere, tanquam penitus excluso ab amica. D.

Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.

TH. Me miseram! forsitan hic mihi paruam habeat fidem,

Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.

Ego pol, quae mihi sum conscia, hoc certo scio,

120 Neque me finxisse falsi quicquam, neque meo

Cordi esse quemquam cariorem hoc Phaedria.

Et quicquid huius feci, causa virginis

Feci: nam me eius spero fratrem propemodum

Iam

116 *Quando ego sum tuus*] Animus scilicet. D.

117 *Me miseram! forsitan hic mihi*] Recte Thais nunc partem argumenti exsequitur tacitam (Cum non probabile sit, Phaedriam et Parm. restitisse in Scena: pro *tacitam* forte Don. scripsit, *quam tacuit ante Z.*) apud Phaedriam, propter praesentiam serui: quem Poeta vult ita nescire, ut audeat ad vitiandam virginem subornare Chaeream. D.

Lege *forfan paruam hic habeat mihi fidem*. B.

118 *Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet*] Hic Terentius ostendit virtutis suae hoc esse, ut peruulgatas personas noue inducat: et tamen a consuetudine non recedat: ut puta, meretricem bonam cum facit, capiat tamen et delectet animum spectatoris. D.

120 *Neque me finxisse falsi quicquam*] Aut, *dixisse*, debuit

dicere: aut abundat *falsi*: aut ideo quia et vanum aliquid fingi potuit, ut supra, *Si vanum, aut falsum, aut fictum est*. D.

121 *Esse quemquam cariorem*] Melius, *quemquam*, quam si dixisset, *mihiem quemquam cariorem*. *Quemquam cariorem*] Quasi meretrix, non carum alterum, sed cariorem negat. D.

122 *Et quicquid huius feci*] *Huius* absolute; aut per *ἐξουσιαν*, ut desit *rei*. In Hecyra, *Ne quid sit huius oro*. In Heautontimorumenno, *Nihil me istius facturum patri*. Virgil. (Aen. ix, 94.) — *aut quid petis istis?* *Quicquid huius*] *Rei* subaudiendum est, quod eum exclusi foras. D.

123 *Spero propemodum*] *Noe spero*, pro credo vel confido. *Propemodum* ideo, quia hominem quidem nouit, sed fratrem esse virginis nondum probauit. D.

Iam repperisse, adolescentem adeo nobilem:

125 Et is hodie venturum ad me constituit domum.

Concedam hinc intro, atque expectabo, dum venit.

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

PHAEDRIA. PARMENO.

**F**<sup>A.C.</sup>, ita vt iussi, deducantur isti. **PAR.** faciam. **PH.** at diligenter.

**PAR.** Fiet. **PH.** at mature. **PAR.** fiet. **PH.** satin' hoc mandatum' st tibi? **PAR.** Ah!

Rogitare? quasi difficile fit.

Vtinam

124 *Adeo nobilem*] *Adeo*, pro nimis positum est, aut pro expletiva particula. D.

*Adeo nobilem*] *Seru. Aeneid. iv. ad illum vers. 96. Nec me adeo fallit.* L.

125 Tres codd. cum edd. vet. habent *Et is SE hodie* etc. vt *Hec. I, 2, 120.* B.

126 *Atque expectabo dum venit*] Futurum actum promittere voluit: non quo aliquis gestus sit expectantis (*Scriptura corrupta, cui a libris nullis quicquam medelae. Legendum opinor: Venturum actum promittere noluit: neque aliquis gestus est expectantis*). D.

**I** *Fac ita vt iussi*] Iam amatorum multiloquium et vaniloquium continet ista actio: nam et repetit quod iam dictum est: et id facit magis et odiose nimis (*lege: et id facite magis, et odiose minus*). D.

*Fac ita vt iussi*] Haec Scene tenet prima parte mandata serui, ducantur ad meretricem illa dona, quae ante comparauit. E.

*Fac ita vt iussi*] *Diomed. lib. I. cap. 4.* L.

**2** *Satin' hoc mandatum*] *Aperite, inquit, dicta sunt ista tibi.* E.

**3** *Ah, rogitare? quasi difficile sit*] *Deest vis, vel pergis: vt sit, rogitare pergis? Vel se, si ipsum respicit: vel hunc, si aduersus (imo auersus, a Phaedria scilicet ad spectatores. Idem vidit Lindenbr.) hoc dicit: vt sit, Ah, rogitare te? aut, rogitare hunc? Et distinctione interposita, inferendum vultuose, quasi difficile sit id quod mandat (Malim, mandas, vel, mandatur). Ita et ineptiam nimiam circa hoc solliciti amatoris expressit; et ostendit nihil*

Vtinam tam aliquid inuenire facile possis, Phaedria,  
 5 Quam hoc peribit. PH. ego quoque vna pereo,  
 quod mihi est carius.

Ne istuc tam iniquo patiare animo. PAR. mini-  
 me: quin effectum dabo.

Sed numquid aliud imperas?

PH. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris:  
 et istum aemulum,

Quod

nihil esse facilius, quam dedu-  
 cere ad meretricem munera:  
 cum contra illud sit difficillimum,  
 poscenti aliquid non dare. *Rogitare?*] Subauditur *te*.  
 Ut sit, *mirum est te rogitare;*  
*quasi sit difficile complere quod*  
*iubes.* D.

*Rogitare? quasi*] Sensus:  
 quali si quid me fugit, sic in-  
 terrogas. *Difficile sit. vtinam*  
*aliquid*] Sensus: tam facile vti-  
 nam lucri aliquid inuenias,  
 quam facile istud amittas. E.

In edit. Sandby. et Dacier.  
 versum vnum constituunt haec:  
*Ab, rogitare? quasi difficile fiet.*  
*vtinam.* Z.

4 *Aliquid inuenire facile pos-*  
*sis*] *Inuenire*, acquirere. Sic  
 in Heautont. *Non quaeris pa-*  
*pri quomodo obsequare: et, vt*  
*serues quod labore inuenerit.*  
 Nam ideo a praecedenti etiam  
*quaestus* dicitur. D.

5 *Quam hoc peribit*] Deest  
*facile: vt sit, Facile hoc peribit.*  
*Quod mihi est carius*] Pro, qui  
 mihi sum carior. Sed ego di-  
 xit absolute, occurrens huic pro-  
 nomini *quod* (*Qui*, edd. vet.  
 Mf. Boend. et ed. Du B.). D.

6 *Quin effectum dabo*] *Quin*  
 pro imo. vt in Heautont. *Quin*  
*nolo mentiare.* D.

Faernus hunc et tres seqq.  
 versus sic quoque ordinauit,  
 haut dubie e libris suis. Cae-  
 terum vt sit trochaicus tetrame-  
 ter, pro *effectum* corrige *fa-*  
*ctum.* B.

7 *Sed numquid aliud impe-*  
*ras?*] In his seruus nihil vult,  
 nisi coactus facere, propter ma-  
 iorem dominum. sic et alibi,  
*Iubesne?* inquit responderet ei  
 Chaerea (R. Steph. *respondere*  
*Chaerea.* Lege et distingue:  
*IVBESNE?* inquit. *Respon-*  
*det ei Chaerea.* Vel cum Mf.  
 Hulst. et ed. Du B. *Responden-*  
*te Chaerea.* W. At si ante *re-*  
*sponderet* interferis *vt*, omnia  
 salua habebis Z.), *Cogo atque*  
*impero* D.

*Aemulum, quod poteris*] Man-  
 dat adolescens seruo, vt munus  
 suum verbis ornet, et militem  
 meretricis ab amore disclu-  
 dat. E.

8 *Munus nostrum ornato ver-*  
*bis*] Ἡβικῶς, non dixit *meum*,  
 quasi et Parmenonis sit. *Et*  
*istum*] V

Quod poteris, ab ea pellito.

10 PAR. Memini, tametsi nullus moneas. PH. ego rus ibo, atque ibi manebo.

PAR. Censeo. PH. sed heus tu. PAR. quid vis?

PH. censen' posse me obfirmare

Et perpeti, ne redeam interea? PAR. te ne? non hercle arbitror.

Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adigent horsum insomnia.

PH.

*istum*] Id est, molestum et odiosum: nam hoc significat *istum*. D.

*Munus nostrum ornato*] Charis. lib. 2. L.

9 *Ab ea pellito*] *Ab ea*, ab eius animo. et non, *pellit facito*: sed, *pellito*. D.

Illud *Au*, quod in codd. et edd. vett. versum 10. orditur, mutatum in *ab* apponatur nostro. B.

10 *Tametsi nullus moneas*] Properat seruus carpere vaniloquium domini. Et *nullus*, pro non. sic in Hecyra, *Nullus dixeris*. Plautus in Trinummio (III, I, 5.), *Nullus credas*. *Ego rus ibo*] Et hoc iam dictum est: sed ostendit, quam moleste id incipiat Phaedria. D.

*Nullus moneas*] Hoc est, etsi non moneas; quod alio in loco ait: *nullus dixeris; alias vri possim causa hac inregra*. E.

*Memini, tametsi*] Ms. *Au!* *memini*. L.

11 *Censen' posse me obfirmare, et perpeti*] Arbitraris: vt *Censores*, qui morum alienorum habent summum arbitrium. Et ideo hunc putant non censere, quia ipse desiderat fieri. *Posse obfirmare, et perpeti*] Verba sunt desperantis: non firmare, sed obfirmare: non pati, sed perpeti. D.

*Censeo* est ironice negantis se censere, vt audio, et similia. B.

12 *Te ne?*] *Te* quod ait, hanc vim habet, vt significet perditum amore Phaedriam esse. D.

*Et appone priori*. B.

13 *Nam aut iam reuertere*] *Modo iam*, pro statim. *Te adigent horsum*] Hoc est, ad urbem agent. *Insomnia*] Vigiliae. Legitur et *adiget*, vt sit *insomnia* numeri singularis. D.

Vnus cod. Faerni, et Donatus recte *adiget*. Nam *insomnia* in gen. fem. vsi sunt Ennius, Pacuvius, Caecilius, Sallustius, Suetonius, Gellius. B.

PH. Opus faciam, vt defatiger vsque, ingratiis vt dormiam.

15 PAR. Vigilabis lassus: hoc plus facies: PH. ah, nihil dicis, Parmeno.

Eiiciunda hercle haec est mollities animi: nimis me indulgeo.

Tandem non ego illa caream, si sit opus, vel totum triduum? PAR. hui!

Vniuersum triduum? vide quid agas. PH. stat sententia.

V 2

PAR.

14 *Vt defatiger vsque*] Ordo est, vsque vt defatiger. *Ingratiis vt dormiam*] Id est, etiam inuitus et coactus. Nam *ingratiis*, non vltro significat. quia vltronea grata sunt: ingrata, quae ab inimicis (lege, *inuitis*) fiunt, ac recusantibus. D.

*Opus faciam, vt defatiger*] Alexand. Aphrod. lib. 2. Problem. Διὰ τί ὁ κόπος ποιεῖ ὕπνον &c. L.

Antiqui libri recte habent *defatiger*. Pro vulgari illo *ingratus*, et Donati, Bembinique *ingratis*, corrige *ingratiis*. B.

16 *Nimis me indulgeo*] *Me* sic veteres, quod nos *mibi* dicimus. Alibi, *Te indulgebant, tibi dabant*. D.

*Nimis me indulgeo*] Mf. R. *nimis mibi*. L.

Melior ordo est in cod. Regio aliquo, *est haec*. B.

17 *Tandem non ego illa caream, si sit opus, vel totum tri-*

*duum?*] Sic coepit tanquam aliquid foret dicturus magnificum: non autem est παρά προσδοκίαν, sed vere amator magnum hoc putat. *Vel totum triduum?*] Magna professio virtutis, cum biduo sit opus, triduo posse durare. Et *totum triduum*, dicit *vniuersum triduum* (excidit *seruus Z.*) εἰς τριῶν: quasi sit triduum in multo numero. D.

*Ego illa est anapaestus*. B.

18 *Vide quid agas*] Sic dicitur magna aggredientibus. *Stat sententia*] Et vultu et gestu magis spectabile quod dixit *stat sententia*: vel maxime eo, quod tanto sonitu haec de se promittat Phaedria continuo rediturus, vel potius nou accessurus ad villam. Tantum autem aberit, quantum temporis opus est ad vitiandam virginem. D.

PAR. Di boni! quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier

20 Ex amore, vt non cognoscas eundem esse? hoc nemo fuit

Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.

Sed quis hic est, qui huc pergit? attat! hic quidem est parasitus Gnatho

Militis: ducit secum vna virginem dono huic. papae!

Facie honesta: mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo

25

19 *Quid hoc morbi est?*] Excusatio amoris, quando non culpa, sed morbus est. *Adeon' homines immutarier ex amore, vt non cognoscas eundem esse?*] More suo a plurali numero ad singularem se conuertit. D.

*Di boni quid hoc?*] Seruus confirmatus dat consilium domino, vt rus pergat, quia meretrici antea promisit. Secum colloquitur, conquerens fortunas domini: quae est allocutio sola continens dolorem. Generaliter tractat tamen, cum non tam de domino, quam de amore conqueritur. E.

20 *Vt non cognoscas eundem esse?*] Non solent stulti induci adolefcentes: et ideo ad amorem retulit stultitiam Phaedriae. D.

21 *Minus ineptus, magis seuerus*] Nisi enim hoc esset, quid esset quod illum mulier praeferret militi? aut quid relinqueretur proprium personae

militis, si et hic stolidus est (*esset*)? *Magis seuerus quisquam, nec magis continens*] Animaduerte vt amet Terentius magis addere positiuo, potius quam comparatiuum facere. Nam neque *seuerior*, neque *continentior*, tam valuit (edd. vet. recte, *voluit*) dicere, quam *magis seuerus*, et *magis continens*. D.

*Minus ineptus, magis seuerus*] Priscian. lib. III. L.

22 *Hic quidem est parasitus Gnatho*] Haec apud Menandrum in Eunucho non sunt, vt ipse professus est, parasiti persona et militis (cum laudet verba Prologi, legi debet: *Parasiti personam inde ablata et militis*): sed de Colace translatae sunt. D.

Non *quidem* in vnam syllabam contrahitur, qui est error Faerni, sed *hic* corripitur. B.

24 *Facie honesta*] *ὀκνοειν*, qua ostenditur amaturus Chae-rea:



-25 Cum meo decrepito hoc Eunucho. haec superat ipsam Thaidem.

ACTVS SECVNDI SCENA II.  
GNATHO. PARMENO.

**D**I IMMORTALES! homini homo quid praestat! stulto intelligens

Quid

rea: siquidem hanc Parmeno ipse miratur. *Facie honesta*] Sic Virg. (Aen. 1, 591.) *Et laezos oculis afflarat honores.* Et mox idem: *Ita me Di ament, honestus. Ni ego me turpiter hodie hic dabo*] *Ni dabo*, pro dero. Virg. (Aen. v, 542.) *Quamvis solus auem coelo deiecit ab alto.* D.

*Mirum, ni ego*] *Mirum est*, inquit, ni turpiter ego hic accipiar. E.

25 *Cum meo decrepito hoc Eunucho*] *Facete meo* ad paratam retulit, cum pulchro munere venientem. Et praeparatio est ad ducendum Chaeream potius, quam deformem Eunuchum. *Decrepito hoc Eunucho*] *Decrepiti* sunt dicti, quorum crepitu et plangore familiae fuerant iam conclamata funera (vid. Donat. ad Adolph. II, 3, 11.). *Haec superat ipsam Thaidem*] Hoc sic accipias, non vituperari Thaidem, sed tanquam *ὑπερβολικῶς* dici. Ideo addidit *ipsam*, quasi nimiae pul-

chritudinis. Et bene *ipsam*, propter quam datur. D.

*Cum decrepito Eunucho*] *Decrepiti* dicuntur magis senes; siquidem longa senectute vix loqui possunt, et tantummodo fractis vocibus loquuntur, ac sunt quasi quaedam crepitacula. E.

*Haec superat ipsam*] Prisci-an. lib. xv. *Papae! haec superat ipsam.* L.

I *Di immortales homini homo quid praestat*] In hac Scene non stans, sed quasi ambulans persona inducitur. Constatit tamen aliquantulum, intuens spectatores, dum secum loquitur. Exprimit autem paratitum, et sub eius verbis corruptos mores in assentationem ostendit: prorsus vt honestae quoque personae in huiusmodi culpa inuentae sint. vt alibi, *Obsequium amicos, veritas odium parit.* *Di immortales*] Hoc iam mire, et pro seculi ac temporum reprehensione satyricae Terentius, quod apud eum

Quid interest! hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi.

Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis,

Hominem haut impurum, itidem patria qui abligurierat bona.

5 Vi-

*stultum* vocat simplicem parasitus, et (*se* interferunt edd. vet.) *intelligentem* malum. *Di immortales*] Admirantis exclamatio est, cum parasiti gesticulatione. *Di immortales homini homo quid praestat?*] Morata narratio a sententia incipi solet, quae dicitur *πρωτόθιον*. *Homini homo quid praestat?*] Alii distinguunt, *Quid praestat stulto intelligens?* Alii, *Stulto intelligens quid interest?* quia sic veteres loquebantur. D.

*Di immortales!*] Haec Scena exultationem continet, in qua nihilominus parasitus loquitur, cuius de moribus et persona . . . . (Mf. alter lacunam non habet. Alter: addit, *collocauit*. W. Forte leg. *cuius de moribus et persona supra, quam nouam hic collocauit ex Menandro, apud quem dicitur* c. Z.) cum dixit colax, id est, adulator. Nam cum parasitorum personae antea his moribus essent, vti plagis atque verberibus risum dominis concitarent, hic nouo more artem exerceri monstratur; vt omnia omnibus consentiendo, hoc genus artis exerceat. Ita enim dixit, hanc nouam personam de Graeco esse translata. Er-

go hic mores exprimit suos. Et fit comparatio per qualitatem, quae melior ars in parasito esse videatur: vtrum illa quae plagis ac verberibus vitam turpiter continebat (lege, *contineat* Z.), an haec quae assentando et aridendo ipsa potius habere videatur in potestate dominos. *Homini homo quid praestat?*] Sensus est: homini stulto homo non (Westersh. omittit *non* Z.) intelligens quid praestat, id est, praecelcit. Hoc ad Sallustianum (Catil. 1.) accedit: *Omnis homines, qui sese student praestare caeteris animalibus*. E.

*Homo homini*] Symmach. lib. iv. Epist. 56. Antiphanes: *ἄνδρος διαφέρει τῶν ἀνῆρ*. L.

2 *Quid interest?*] Hoc admirantis est, et ideo sic pronunciantum. D.

3 *Conueni hominem*] *Conuenisse*, non vidisse tantum, sed etiam collocutum fuisse significat. *Mei loci atque ordinis*] *Loci*, ingenium: *ordinis*, pauperem. Illud natalium, hoc fortunae est. D.

*Mei loci atque ordinis*] *Mei loci* pauperem dicit, *ordinis* parasitum. E.

4 *Hominem haut impurum*] Non

5 Video sentum, squalidum, aegrum, pannis annisque obfitum.

Quid

Non dixit prodigum: quia hoc ipsum probat: sed non auarum, non improbum. Et sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere effera-  
mus. *Idem patria qui abligurierat bona*] Hoc ioculari vultu dicitur. Et eleganter ex persona parasiti non culpatur quod comederit bona. *Abligurierat*] Suauibus escis consumferat. Nam ἀπό τῆ λιγυρῆ est *ligurire*. et λιγυρόν Graeci suave appellant. D.

*Haut impurum*] Non malum. *Impuros* enim crudeles ac faeuos appellant; vnde et *spurcos* dicebant faeuissimos. vt Tullius in Gallia \* (Mf. neuter lacunam habet. Alter, *In Gallia*. quomodo legi in aliis, prior supra scriptum habet) *aqua spurce dictum commemorarent, in libera ciuitate. Patria abligurierat*] *Abligurire* est, leuiter cibos suspensis quodammo-  
do digitis tangere. Vt idem Terentius dixit de meretricibus: *quae foris cum coenant, liguriunt*. Ita adiecta praepositione, *abligurire*, plurimum consumere significat. E.

*Abligurierat bona*] Glossar. *Abligurio* καταλιχύνω. Et *abliguritores* Iul. Firmic. lib. v. cap. 5. L.

5 *Video sentum*] Quam bene *Video*, postquam dixit *conueni*. et tempus mutauit et verbum. *Sentum*] Horridum. *Sentum*] Ad horrorem retulit. *Squalidum*] Ad fordes. *Aegrum*] Ad inaciem. *Pannis annisque obfitum*] Ad vestitum et ad tristitiam. Sed *pannis et annis*, μωρολογία parasitorum sunt. *Pannis annisque obfitum*] Vel parasitica vernilitate καὶ ὁμοιοτέλευτον dictum: vel quia Homerus (Od. τ', 360.) dixit, ἄψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταληγῆσκεισι; et est miseriae senium deditum. Vnde huic magis tristitia grauitaque displicuit, aliena semper ab omnibus parasitis. *Annisque obfitum*] Bene addidit *annis*: quia vt quisque miserior est, ita senior videtur. *Obfitum*] Vt *sentum* dixit obfitum. μεταφορὰ ab agro. D.

*Video sentum*] Miserorum expressio his modis semper impletur, vultu, habitu corporis, atque vestitu. Ita vestitus est, quod dixit, *sentum et pannis obfitum*. Corporis habitus est, *squalidum annisque obfitum*. Vultus, *aegrum*. Sic Virg. (Aen. III, 593.) *Respicimus, diua illuuias immissaque barba, Conseruum tegmen spinis*. — Et supra (Aen. III, 591.), *memo-*

Quid istuc, inquam, ornati est? Quoniam miser, quod habui, perdidit. hem!

Quo redactus sum! omnes noti me atque amici deserunt.

Hic ego illum contemsi prae me. Quid homo, inquam, ignauissime?

Itan'

*randaque cultu, Procedit. Pannis annisque obsitum*] Obtectum intelligimus *obsitum*, vnde intellectus verbi ipsius efficitur: *pannis obsitum, et annis obsitum*. E.

*Video sentum*] Apul. Florid. 1. *Vultu ferino irux, hispida, illuzibarbus. spinis et pilis obsitus*. Vid. Seruium lib. III. Aeneid. ad illum vers. 594. *Consertum regmen spinis. Annis pannisque*] Hieronym. Epist. ad Eustoch. *Anus quaedam annis pannisque obsita procucurrit*. Iul. Firmic. lib. IV. *pannis obsitos et pauperes*. Lib. V. cap. IX. *Erunt pauperes, despecti, vestibus et pannis obsiti*. Ammian. Marcellin. lib. XV. *frustis squallere pannorum*. et alibi apud alios. L.

6 *Quid istuc ornati inquam?*] Scire nos conuenit, cum recto casu profertur interrogatio, non esse contumeliosum: vt si dicas, *Quis hic homo est?* Si autem in obliquo, contemptum significari. vt, *Quid hoc est hominis? quid mulieris? quid ornatus? Quid istuc ornati, inquam?*] *Ornatus, τῶν μέσων* est,

ad dedecus (*decus* recte habet Mf. Boend.) et ad turpitudinem. Vel simpliciter hoc accipe, vel *σὺν ἡμέτεροις*. Et *ornati*, vt *senati*, antiquus genitiuus. *Quod habui, perdidit*] Non dixit, id quod erat comedi, aut consumsi. D.

*Quid istuc ornati?*] Ornamenta et in malis dicimus, non solum in pulchris et melioribus. Cum supra de deterioribus dixerit, subiicit: *Quid, inquam, ornati est?* ipse similiter paulo post, cum Eunuchum mutata veste vestitum videret indecore: vt, *ita iam adornabat fugam*. Alibi: *ornatus esses ex tuis virtutibus*. E.

Pro *hem* in cod. C. C. singularis notae reperitur *en*, vt Virg. Ecl. I, 72. *En quo discordia ciues produxit miseros!* B.

7 *Hem, quo redactus sum?*] Vel habitum suum, vel corpus ostendens hoc dicit. Nec quicquam hic, nisi ex media consuetudine collocatum est. *Omnes noti me, atque amici deserunt*] Sententiose atque mordaciter in mores. D.

8 *Hic ego illum contemsi prae me*] Hoc est illud, *Homo homini*

Itan' parasti te, vt spes nulla reliqua in te esset tibi?

10 Simul consilium cum re amisti? viden' me ex eodem ortum loco?

Qui color, nitor, vestitus? quae habitudo est corporis?

Omnia

*mini quid praestaz? stulto intel- ligens? D.*

*Hic ego illum contempsit] Hoc est, me considerans, illum miserum dixi. E.*

*Hic ego illum] Priscian. lib. XIV. et XV. L.*

9 *Itane te parasti] Quam obiurganter? tanquam in illo sit, quod miser est. Et alibi, Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit, Quin ita paret se, abs te vt blanditiis suis, Quam minimo pretio, suam voluptatem expleat. Et hoc proprie verbum ad exprimendam inhumanitatem et ignauiam factum est. Vt spes nulla reliqua in te fiet tibi?] Sententiose, ad illud quod et Virgilius (Aen. XI, 309.) ait, Ponite; spes sibi quisque. Vt spes nulla reliqua in te fiet tibi?] Bene, quali qui rem a fortuna acceperit. D.*

*Esset probatur a Faerno, quod non modo sit in cod. Bemb. sed et habeat sensum elegantiorum. Ego probo sit, cum sermo sit de praesenti tempore. Sier, quod, tribus exceptis, nostri habent, nihili facio, quia id ipsum pronuntiandum erit sit. B.*

10 *Simul consilium cum re amisti?] Virg. (Aen. II, 79.) — nec si miserum fortuna Si-*

*nonem Finxit: vanum etiam, mendacemque improba finger. Et Sallustius (Iug. I.), Neque fortuna eget: quippe quae probitatem, induviam, aliasque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest. Ergo haec interrogatio, increpantis est: nec desiderat responsionem. Nam consilium in bonis animi: res in potestate fortunae. Ex eodem ortum loco?] Ex eadem fortuna. D.*

*Ex eodem ortum loco?] Sci- licet, quia supra dixit: quen- dam mei loci atque ordinis. E.*

11 *Qui color, nitor, vestitus, quae habitudo est corporis?] Hoc contra illud, Video sentum, squalidum, aegrum, pannis annisque obsitum. Color ergo ad sentum: Nitor ad squalidum: Vestitus ad pannis annisque obsitum: Habitudo corporis, ad aegrum refertur. Quae habitudo est corporis?] Plautus in Epidico (I, I, 8.), Corpulentior hercle, atque habitior. D.*

*Qui color] Hoc est quod supra positum, video aegrum. Nitor, vestitus] Quod supra dixerat, sentum. Quae habitudo] Id est, annis oblitum, cum contra Virgilius dixisset (Aen. III, 590.). — macie confecta su-*

Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cum est, nihil deficit tamen.

At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati

Possum

*prema.* Hic interrogatus ille nescio qui, cur tali habitu et miseria esset ornatus, docet illam quae in parasitis antea fuerat \* ideo (In neutro Mf. lacuna est. W. Forte sensus loci restitui potest ita: *docet vitam, quae in p. a f. et ideo subiicit* V.) subiicit: *At ego infelix, neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.* Itaque vtrumque quod in disciplina fuerat, breui responsione concludit, quod et *ridiculus* antea fuerit et *verberatus*. At contra Colax parasitus, quod nunc melius artis genus parasitorum esse videatur, idque dicit a se primum institutum. propterea quod est hominum genus, qui omnium rerum sibi vindicant principatum, quos, sectando et consensum his commodando, facile in amorem tuum possis inducere. Exinde natum dicit parasitorum hoc genus, vt colaces sint. E.

Distingue et lege sic: *Qui color, qui nitor vestitus.* Parasiti enim, vt statim agnoscerentur, in scenam prodibant *ἐσθῆτι μελαίνῃ ἢ φοιζῇ*, veste atra vel pulla. v. Poll. IV, 18. Igitur *color* et *nitor* ad vestitum pertinent. Gnatho suum vestitum

nitidum opponit pallio fordido et obsoleto popularis. *Flabridudo* est corpulentia. cf. infra II, 3, 23. B.

12 *Omnia habeo*] *Ad quod habui, perdidit. Neque quicquam habeo*] *Ad mei loci atque ordinis hominem. Omnia habeo*, ad industriam retulit. *Neque quicquam habeo*, ad fortunae culpam. Et item denuo, fortunae crimen, *Cum nihil est, ad suam laudem, Nihil deficit tamen. Omnia habeo, neque quicquam habeo*] Alterum horum neutrumue potest cuius accidere: vtrumque nulli. *Nihil cum est, nihil deficit tamen*] *Figura ἐξύμωρον.* Vt apud Virg. (Aen. XI, 695.) *Sequiturque sequentem.* Et Cicero (Catil. I, 8.), *Cum iacent, clamant.* D.

*Omnia habeo, neque quicquam*] Libanius Declari. XI. in Parasito: *ἐπλήθουν εἰδὲν κερκτημένος, ἐτρέφων εἰδὲν ἀναλισκων.* *Nihil deficit*] Priscian. lib. v. L.

13 *At ego infelix*] Iam transit *ἀπὸ τῆ μίμητικῆ πρὸς τὸ πρακτικόν.* *At ego infelix neque ridiculus*] Vehementer inuectus est in tempora et mores Poeta, sub hac persona: in qua hominem ita inducit poenitere probitatis suae, vt se infelicem, non

Poffum. Quid? tu his rebus credis fieri? tota  
erras via.

15 Olim ifti fuit generi quondam quaeflus apud fe-  
clum prius.

Hoc nouum eft aucupium: ego adeo hanc primus  
inueni viam.

Eft genus hominum, qui effe primos fe omnium  
rerum volunt;

Nec funt: hos confector: hifce ego non paro me  
vt rideant;

Sed

non honeftum dicat. Et non,  
*nolo*: sed non *poſſum*. D.

*Neque ridiculus*] Gloſſ. La-  
tinae. *Scur, qui res ridiculus di-  
cit et facit. Scurra, paraſitus,  
bucellarius.* Plaut. in Captiuis  
III, I, IO. *Mifer homo eſt.* Ni-  
colaus apud Stobaeum Serm.  
LXIV. δεῖ ſκαπτόμενον ἐφ' ἑαυτῷ  
γελάειν. Liban. Declam. XI. in  
paraſito: ἐπιτῆδεις δὲ ſκώματα  
εἰπεῖν καὶ ὦσαι μέλος, καὶ ἀρχή-  
σαſθαι ὡς δλίγοι, καὶ μιμήſασθαι,  
καὶ τοῖςτος ἂν ἔσχων ἢ ἐβελόμην.  
Vid. Athen. dipnoſ. lib. VI.  
*Neque plagas pati*] Axionicus  
apud Athen. dipnoſ. lib. VI.  
c. 9. πληγὰς ὑπομένων κονδυλίων  
καὶ τρυβλίων ὁσῶν τε. Nicolaus  
apud Stobaeum Serm. LXIV.  
γνάθον ἀκάματον, εὐθύς δυναμέ-  
ην πληγὰς φέρειν. Plaut. Capti-  
uis I, I, 20. — *Qui colaphos  
perperi Potis paraſitus, fran-  
gique aulas in caput.* Vid. Si-

don. Apollin. Epift. 13. lib.  
III. L.

14 *Quid? tu his rebus credis  
fieri?*] Dum quis ridetur, aut  
vapulat. *Tota erras via*] πα-  
ρόμοιον per μεταφορὰν. D.

15 *Apud ſectum prius*] Sci-  
licet cum eſſent tempora me-  
liora. D.

16 *Hoc nouum eſt aucupium*]  
Vide quid interfit, cum illud  
*quaeflum* dicat, hoc *aucupium*:  
illud de ſapientibus, hoc de  
ſtultis. *Inueni viam*] Adeo  
nouum eſt aucupium. D.

17 *Eſt genus hominum*] Quia  
multi ſunt huiuſmodi, non di-  
xit, *homines ſunt*, ſed, *eſt genus  
hominum*. D.

*Qui ſe primos omnium*] O-  
mnium rerum primos: in o-  
mnibus primos. E.

18 *Hifce ego non paro me  
vt rideant*] Quia ille dixerat,  
*Ego infelix neque ridiculus eſſe,  
neque plagas pati poſſum*. D.

Sed his vltro arrideo, et eorum ingenia admiror  
simul.

20 Quicquid dicunt, laudo: id rursus si negant, lau-  
do id quoque.

Negat quis, nego: ait, aio. postremo, imperavi e-  
gommet mihi,

Omnia

19 *Sed bis vltro arrideo*] Quid est, *bis arrideo*? aut ve-  
luti pareo, id est, obsequor:  
aut veluti dictis delector. At-  
que *arrideo*, non sicut in para-  
sitis fieri solet, vt his arridea-  
tur a regibus, quum potius ipsi  
dictis, factisque rideant alien-  
nis, hic esse intelligendum, et-  
iam res ipsa indicat ex contra-  
rio. Nam quod ait supra, *His  
ego non paro me vt rideant*, hoc  
e contrario ostendit, quod sub-  
iiciatur ex dictis, *Sed bis vltro  
arrideo*] *Vltro*, versa vice, an  
prior? an etiam insuper, hoc  
est ultra? *Admiror simul*] Plus  
intulit, quam si *laudo* dixis-  
set. D.

Pro *bis* reponere *eis*, versus  
gratia. B.

20 *Quicquid dicunt*] Non,  
*quod dicunt*: sed, *quicquid di-  
cunt*, id est, bene vel male. ne  
vel (*veluti* Z.) si interclusa fu-  
isset assentatio, se impediatur, quod  
contrarium laudauerit. *Id rur-  
sum si negant, laudo id quoque*] *Praeclare*  
Terentius, quod a  
Satyrico de aliis diceretur, id  
hic de se dicentem inducit, fa-  
cetiis multo, quam si aliter fe-  
cisset: scilicet καθ'απτόμενος μο-

res temporum iam tum vitiatos  
per assentationem, quod sere  
in plerisque fabulis monstrat.  
Vt etiam in *Andria*: *Nam hoc  
tempore obsequium amicos, ve-  
ritas odium parit*. Et in *Adel-  
phis*: — *quod te isti facilem  
et festiuum putant, Id non fieri  
ex vera vita: neque adeo ex ae-  
quo et bono: Sed ex assentan-  
do, indulgendo, et largiendo*. D.

*Quicquid dicunt laudo*] *Eu-  
polis* apud Athen. dipnosoph.  
— ἐπειδὴν κατῖδω τιν' ἀνδρ' ἡλί-  
θιον, πλουτᾶντα, δ' εὐθύς περὶ  
τῶτον εἰμι. Ἐὖν τὴν τύχην λέγων ὁ  
πλάταξ, πάνυ τῶν ἐπαινῶ καὶ κα-  
ταπλήττομαι, δοκῶν τοῖσι λόγοισι  
χαίρειν. Inde apud Quinilian.  
declam. 296. *Quid enim est  
parasitus? Comes vitiorum, tur-  
pissimi cuiusque facti laudator*.  
Vid. Ioh. Sarisberienf. Poly-  
crat. lib. III. cap. 4. lib. IIX.  
cap. 3. L.

21 *Negat quis? nego*] Be-  
ne sic dixit: *negat* et *ait* con-  
traria sunt. Vt Plautus in *Ru-  
dente* (v, II, 44.) *Vel tu ais,  
vel tu negas*. D.

*Negat quis? nego*] Cicero  
de Amicitia. *Quid potest esse  
tam flexibile, tam deuium, quam  
ani-*



Omnia assentari. is quaestus nunc est multo vber-  
rimus.

PAR. Scitum hercle hominem! hic homines pro-  
fum ex stultis insanos facit.

GN. Dum haec loquimur, interea loci ad macel-  
lum vbi aduenimus;

25

*animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam cultum atque nutum conuertitur? Negat quis? nego. ait? aio. postremo imperavi e-gomet mihi omnia assentari, vt ait idem Terentius, sed ille sub Gnatbonis persona. Vid. Cassiodor. de amicis. cap. 14. L.*

22 *Is quaestus nunc est multo vberimus]* Quam ille apud seculum prius fuerat. Et vide, quemadmodum illiberalem vitam honestiore nomine primo *aucupium*, post etiam *quaestum* nominauerit. ΡΟΠΟ-ΚΑΡΗC \* hic inducens. (Edd. Venett. non habent vocem Graecam. Forte legi debet: ΡΥΠΑΡΟΝ ΚΕΡΔΟΣ sic inducens. Sane enim illiberalem vitam honestiore nomine tegens *fordidum quaestum* inducit, h. e. tegit, obliterat). D.

*His quaestus nunc est]* Et concludit, hanc parasitorum seclam omnibus esse potiorum. E.

*Is quaestus nunc est multo vberimus]* Menander: ο βίος μάλιτα τοῖς πονηροῖς ἤδεται. Πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων. Δεύτερος ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτος. L.

Menander, citante G. Fabricio, ita: Πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων. W.

23 *Scitum hercle hominem]* Mire Terentius longae orationi interloquia quaedam adhibet, vt fastidium prolixitatis euitet; velut nunc Parmeno procul audiens Gnatonem, haec loquitur. D.

*Scitum hercle hominem]* Scitum inquit, id est elegantem; *ειρωνεία*. Quod autem dixit, hunc facile ex *stultis* reddere *insanos*, certa ratione concludit, quod semper insanos faciat praua laudatio. Vt Sallust. E.

24 *Interea loci]* Duae partes orationis cum coniunctae vnam fecerint, mutant accentum. D.

*Interea loci vbi ad macellum]* Significat iam *interea loci*, nihil aliud tenere nisi interim: vt *loci* adiectio sit, nihil significans. E.

In Bembrino, et, teste Riuio, in aliis codd. est *aduenimus*. Sed vera lectio est *aduenimus* praesentis temporis. Nam non modo consensu codd. sed et consuetudine Terentii comprobatur. B.

25 Concurrunt laeti mi obuiam cupedinarii omnes :  
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores,

Qui-

25 *Concurrunt laeti mi obuiam*] Et multos, et properos vno verbo ostendit, et ex aduerso ad se festinantes. *Cupedinarii*] Varro humanarum rerum: *Numerius Equirius Cupes*, inquit, *et Romanus Macellus*, *singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis publicata sunt bona, et aedes, ubi habitabant, dirutae: eque ea pecunia scilicet deum penatium aedificatae sunt. Vbi habitabant, locus ubi venirent, ea quae vescendi causa in urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum est.* *Cupedinarii*] Omnes qui esculenta et poculenta vendunt, a rebus Cupedinis ob alimentum *cupedinarii* appellantur. Et ipse subiicit, qui accipiendi sunt (lege *sint* ex cod. Boend. et ed. Du B.) *cupedinarii*. D.

*Cupedinarii omnes*] *Cupedinarii* sunt qui cupiditatibus populi seruiunt, quos omnes enumerat. E.

Libri quidem hic *cuppedinarii* habent; sed cum a *cuppedinis* originem habeat, analogiae lege scribe *cuppedinarii*. B.

26 *Lanii*] Qui laniant pecora: unde et *lanistae* dicti, qui laniendis praesunt gladiatoribus. Sic et *Macellum* a mactandis pecoribus dictum. *Piscatores*] Qui recentem pis-

cem praebent. *Fartores*] Qui insitia et farcimina faciunt (Festo *Fartores* etiam dicuntur *Nomenclatores*, quod clam velut infarcirent nomina saluatorum in aurem candidati). *Cetarii*] Qui cete, id est magnum pisces vendunt, et bolonas (h. e. vniuersos retis iactus simul vendunt. βόλος iactus) exercent. *Cetarii, Lanii, Coqui, Fartores*] ἀμάρτυμα comicum: in palliata Romanas res loquitur (Negat Daciera haec posteriora verba esse Donati, qui non videatur ignorasse hoc genus hominum Athenis aequae ac Romae fuisse. Id quod non solum patere ex Aristophane, sed et ex Plauto, qui in Trin. II, 4, 6, eosdem commemoret *cupedinarios* Z.). D.

*Cetarii* sunt, qui salsamenta vendunt: nam *Cetariae* dicuntur bolonae. *Cete* genere neutro pisces sunt, qui ad salsamenta proficiunt. *Lanii, coqui, fartores, piscatores, aucupes*] *Aucupes* sunt *cupedinarii* omnes. *Fartores* dicimus qui farciunt, ut in meliorem sagina (leg. *saginam*) pinguescant. E.

Nonnulli versui addunt *aucupes*; quod vero cum nec Donatus, nec Bembinus cod. nec Cicero de Offic. I. habeat, delendum est versui inutile. B.

Quibus, et re salua, et perdita, profueram, et profum saepe:

Salutant; ad coenam vocant: aduentum gratulantur.

Ille vbi miser famelicus videt me tanto honore,

30

27 *Quibus et re salua*] Cum de meo impenderem. *Et perdita profueram*] Cum de alieno nanciscor et expendo (Liber vterque habet *manicior et impendo*. Illud, quod etiam in edd. Venett. reperitur, videtur signif. *clam argento emungere, suppilare*; a *mantica*. cf. Plaut. Capt. IV, 2, 116. Eaedem edd. ipsum habent *impendo*). *Saepe*] Expletivae significationis est. D.

*Quibus et re salua, et perdita*] Supra dixerat hic parasitus de alio, *izidem patria qui abligur erat bona*. Vnde et se bona quoque patria consumsisse. Ergo sensus hic est: Quibus cupidinariis et de meo patrimonio demens ad victum necessaria profueram, et de alieno cum aliis obsonaram. Hoc enim dixit: *quibus et re salua*, cum integrum patrimonium haberem, cum de meo emerem: et *perdita*, cum consumto patrimonio de aliena re mercarer. E.

28 *Ad coenam vocant*] Vtrum ad emendam coenam? an ad conuiuium? *Aduentum gratulantur*] Accusatiuum casum pro datiuo, pro *aduentui gratulantur*. Et *aduentus* pro-

prie exspectatorum, necessariorumque dicitur. D.

*Salutant, ad coenam vocant*] Quidam intelligunt *ad coenam vocant*, inuitant. Solet enim aduenientibus coena promitti. Plautus in multis comoediis: — *aduenienti quid tibi coenae dabitur?* Sed melior sensus est, *Ad coenam vocant*, hoc est, ad emenda quae in coena sunt necessaria. Hoc est verisimile, quod qui aliquid vendat, lucrum potius velit ab eo, quam ad se venire, aut quiddam per obsequium velle. E.

29 *Ille vbi miser famelicus videt me*] Hic ostendit, quae res coegerit ad discendum: et simul vide secundum vulgi opinionem loqui parasitum, *miserum* et *famelicum*, hominem honestis moribus praeditum. *Ilic vbi miser famelicus videt me*] Vide vt sententiose demonstrat malos ex bonis contagione fieri, exemplis in prauum praevalentibus. Videt, mihi hoc prodesse, et discere optat; quod negabat se posse. *In tanto honore*] Quia concurrunt, salutant. *Famelicus* a fame et edendo dicitur est, quasi famelicus. D.

Me

30 Et tam facile victum quaerere: ibi homo coepit  
me obsecrare,  
Vt sibi liceret discere id de me. sectari iussi,  
Si potis est, tanquam philosophorum habent disci-  
plinae ex ipsis

Voca-

*Me tanto honore]* Al. *me esse in tantum honorem.* L.

Bembinus habet *videt mihi esse tantum honorem.* Sed caeteri Faerni et nostri libri cum edd. vet. recte sic: *videt me esse tanto honore.* B.

30 *Tam facile victum quaerere]* Quia ad coenam vocant. *Ibi]* Pro tunc. *Homo]* Mire addidit homo. aut additum superuacue homo. Vt, *Donat habere viro, decus et tutamen in armis* (Aen. v, 262.). D.

*Facile victum quaerere]* Hic vere quasi quidam intellectus superior ille explicatur, quod dixit *ad coenam vocant;* vt inde intellexerit ille nescio qui, facile quaerat victum (Lego: *quam facile quaerat victum*). Quamquam et, si ad coenam emendam intelligat, nihilominus poterit cognoscere, facile sibi parasitos victum quaerere. E.

*Et appone superiori.* B.

31 *Vt sibi liceret discere]* Quasi disciplinam, aut artem. Tantum auctoritatis criminum felicitas sumsit! *Discere id de me]* Magis, *de illo,* et *de me,* veteres dicebant. quam vt nos dicimus, *a me,* aut, *ab illo.* Se-

*ctari iussi]* Proprie. nam et *sectae* philosophorum ab eo dictae sunt. D.

32 *Ex ipsis]* Philosophis scilicet. *Ex ipsis vocabula]* Vt Pythagorica, Platonica (sc. *disciplina:* nisi malis cum Wielingio corrigere, *Pythagorici, Platonici*). Hoc igitur non est consequens ad illud, quod vult dicere: nisi forte *disciplinam* pro discipulis posuerit. D.

*Tanquam philosophorum]* Nomina disciplinae apud Philosophos saepe ab auditoribus (forte, *auctoribus*) videntur imposita, vt a Platone Platonici, ab Epicuro Epicurei. Ita hic parasitus exultans, nouamque disciplinam parasitorum cum adulatione complens, dicit suum nomen imponi, quod ipse eam primus inuenerit; si quis se parasitus huic nationi et aetui voluerit applicare, vt Gnaethonicus esse dicatur. E.

Lectio Bemini *disciplinam* est inepta. Sed duo Regii habent *discipuli.* Bene. Nam ita viri viris opponuntur, discipulis parasiti. B.

Vocabula, parasiti item vt Gnathonici vocentur.

PAR. Viden' otium, et cibus quid faciat alienus?

GN. sed ego cesso

35 Ad Thaidem hanc deducere, et rogitare ad coenam  
vt veniat?

Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video,  
Riua-

13 Parasiti item vt Gnatho-  
nici vocentur] Non hoc intulit,  
quod coeperat dicere: nisi for-  
te disciplinam pro discipulis ac-  
cipimus. D.

Nec ita cum Bembino, nec  
idem cum aliis codd. sed item  
versus exigit. Faernus apud B.

34 Viden' otium et cibus quid  
faciat alienus?] Rursus Parme-  
no et facetias dicit, et distin-  
guit longiloquium parasiti.  
Quid faciat] Legitur et, quid  
facit: vt sit figura per modos,  
pro, quid faciat. D.

Viden', otium, et cibus] Duo  
ad detrectationem posuit. O-  
tium, cum neque animus, ne-  
que corpus exitus curationem  
humanitatemue cognoscit. Ve-  
rum istud parum est, adiecit;  
Cibus alienus, vt et deinceps sit  
iam nulla cogitatione. E.

Viden', otium, et cibus] Dio-  
nysius P. P. Epistol. ad Seue-  
rum: Vos otiosi vultis comede-  
re alienum cibum, videte ne in  
vos illud conueniat: Vide quid  
faciat otium et alienus cibus.

In Mf. R. *ἀντὶ τῆς* faciat, facit  
erat; vt et postea rogare, pro  
rogitare. L.

Recte facit habent libri ple-  
rique, vt et versus ratio expos-  
cit. B.

35 Hunc deducere] Proprie:  
Nam ducitur quis ad supplici-  
cium: Deducitur ad laetitiam  
(Aut haec a Donato non sunt,  
aut ea sunt spuria, quae notan-  
tur infra II, 3, 85. Abducimur,  
vnde volumus; ducimur, quo  
volumus. Et sane promiscue  
vsurpantur ducendi, abducendi  
et deducendi verba. Sic supra  
II, I, 23. et mox versu 51.).  
Et rogitare ad coenam] Vide  
parasitum magis optare ad coe-  
nam Thaidem vocari, quam  
munus capere. D.

Omnes codd. Faerni et no-  
stri habent rogare. B.

36 Thaidis] Legitur et Tha-  
is. D.

Versui claudicanti alii aliter  
mederi conantur. Pro Thai-  
dis Faernus vult Thaeidis; Mu-  
retus, meretricis; alius, mulie-  
ris; alii, satis imperite, post  
Thaidis inferciunt ego. Ego  
pro Thaidis reponendum puto  
opperiri. B.

Riualis feruum. salua res est. nimirum homines frigent.

Nebulonem hunc certum'ſt ludere. P A R. hicc hoc munere arbitrantur

Suam Thaidem eſſe. G N. plurima ſalute Parmenonem

40 Summum ſuum impertit Gnatho, quid agitur? P A R. ſtatur. G N. video.

Nurr.

37 *Salua res eſt*] Quia et ante oſtium et tristem video, *ſalua res eſt*. Nec hoc valet ad laetitiam, quod Parmeno eſt, ſed quod riualis feruus. *Salua res eſt*] Prouerbialiter. D.

*Riualis feruum*] *Riuales* dicuntur qui vnam amant, vel meretricem, vel amicam. quod quaſi vno riuo amoris vtantur. *Salua res eſt*] Hic ſenſus eſt: Integra nobis ſunt omnia, ſiquidem aduerſarii ante oſtium ſtantes, propterea frigide agunt. E.

Poſt *nimirum* verſus gratia repono *hicc*. B.

38 *Nebulonem*] Vel ſurem, quia nebulas obiciat: vel mollem, vt nebulam: vel inanem eſt vanum, vt nebula eſt. *Hicc*] Pro *hi*, vetuſte. Virg. (Ecl. III, 102.) *His certe neque amor cauſa eſt; vix oſſibus haerent:* quia *hiſce* debebat dicere. *Hicc hoc munere arbitrantur*] Non immerito Gnathonem deridet Parmeno, qui penitus nouerit meretricis conſilium. D.

*Nebulonem*] Vel vanum, vt

nebula eſt: neque enim ali- quod corpus vel vlla ſoliditas: vel *nebulonem* ſurem. quoniam nebula ſemper vtuntur. Ho- merus (Il. γ', II.), κλέπτῃ δέ τε νοκτὸς ἀμείνω. *Hicc hoc munere*] *Hicc* nominatiuus plu- ralis; quo hi credunt exinde ſuam Thaidem eſſe, quod tale munus adducit. E.

*Hicc hoc munere*] Prifcian. lib. XII. L.

Eti alii malunt legi *hiſce*; adeo vt s, auctore Prifciano, euphoniae cauſa ſit inſertum; ego tamen malo ſequi analogiam et cum tribus codd. lege- re *hicc*. B.

40 *Summum ſuum*] Ἐξέλπις. *Summum ſuum impartit Gnatho*] Haec tota locutio paraſiticae elegantiae, et ſimul εἰρωνείας plena eſt. Nam et plurimam dicit ei ſalutem, quem ne exiguam quidem velit continere (leg. *retinere*, ſ. *conſequi re. Z.*): et ſummum dicit eum, qui nec leuis amicus ſit ſibi: et *Parmenonem Gnatho*, non ego te. *Summum ſuum*] Quam venuſte; quod

Numquidnam, quod nolis, vides? PAR. te. GN. credo. at numquid aliud?

PAR. Qui dum? GN. quia tristis es. PAR. nihil equidem. GN. ne sis: sed quid videtur

Hoc tibi mancipium? PAR. non malum hercle.

GN. vro hominem. PAR. vt falsus animi est!

GN.

quod summum amicum non re-  
salutet Parmeno. *Quid agi-  
tur?*] Pro blandimento, non  
pro interrogatione nunc poni-  
tur, vt, *O noster, quid fit? quid  
agitur? Quid agitur? statur*] Pro,  
*quid agis? sto.* Et facete:  
nam stat, cui ingredi non  
licet (*Lego: statur, cum ingre-  
di non liber.* Cuius lectionis  
vestigia sunt in edd. vett. At-  
que quia ex mente Donati fa-  
cete dixit Parmeno, *statur*, ea  
vox explicanda erat, et ratio,  
cur facete dictum videretur, ad-  
denda. Et quidni liceret Par-  
menoni ingredi, iussu dona de-  
ducere ad Thaidem). D.

*Impertit*] Participem fa-  
cit. E.

*Summum suum impertit*] Priscian. lib. iix. L.

41 *At numquid aliud?*] Cum iurgio hic de illo respondit; et ideo repetit dictum Gna-  
tho. D.

*Num quidnam hic, quod no-  
lis?*] Hoc dicit Parmenoni ob-  
iiciens virginem in aspectum.  
quod cum videre se Parmeno  
frequenter dissimulasset, etiam  
frequenter obiectum parasitus  
interrogare maluit. *Sed quid*

*videtur tibi hoc mancipium?* vt  
tam pulchra virgo mancipium  
diceretur. Deinde nunciat ir-  
ridens seruum, hoc munus Tha-  
idi mitti: quod quidem ille  
cognoscit; idcirco dicit, quod  
dominus suus intelligatur ex-  
clusus. E.

Nostri omnes, praeter vnum,  
ante quod habent *hic*, vti sen-  
sus postulat. B.

42 *Qui dum?*] Interrogat  
interrogantem, ne ipse respon-  
deat. *Nihil equidem*] Dicens  
*nihil*, mutauit vultum Parme-  
no in laetitiam. Ideo illi fa-  
cete Gnatho agenti hoc ipsum,  
*ne sis*, dixit: vt probaret tristem  
fuisse. *Nihil equidem*] Pro  
*non*: vt infra, *Nihil dixit vt se-  
querer se* (lege, *sequerere sese*.  
Verba Pythiae ad Chremetem:  
iv, 5, 9.). D.

Verfus postulat *risti's*, et,  
*nil quidem*. B.

43 *Hoc tibi mancipium?*] *Τραπέζωσι*, mancipium dicit pu-  
ellam, aut virginem. *Non ma-  
lum hercle*] Inimica laudatio.

*Vro hominem*] Sibi hoc gestu  
et vultu parasitico dicit. et pro  
eo quod est, dolere cogo (Edd.  
Venet. et Ms. Boend. *Et vro*  
pro

GN. Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse? PAR. hoc nunc dicis,

45 Eiectos hinc nos: Omnium rerum, heus, vicissitudo est.

GN. Sex ego te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam:

Ne sursum, deorsum cursites, neue vsque ad lucem vigiles. Ecquid

pro eo, quod est, dolore angor. Lege ango, et habebis scripturam Donati: nisi malis cum Fr. Iureto, cuius emendationem laudat Barthius ad Stat. Theb. II, 300. legere coquo). *Vt falsus animi est?*] Similiter et Parmeno secum gestu seruili. et animi pro animo, ἀντιπρωτος veterum, qui, *ingens es virium*, et *diues es opum*, amabant dicere. *Vt falsus animi est?*] Ex hoc falsus animi est, quod putat, huiusmodi munere capi posse Thaidem. D.

Omnes codd. animo. Illud animi Donato debetur. Tres egregii recte legunt es. †B.

44 *Quam hoc munus gratum Thaidi?*] Mire insultat Gnatho. Quanto enim magis munus gratum fuerit, tanto erit riuialis exclusior. D.

Omnes nostri dices. Minus recte. B.

45 *Omnium rerum heus vicissitudo est*] Vide locum in quo erumpere dolor Parmenonis potuit, nisi commissa seruaret, et celaret Thaidis consilium. D.

*Omnium rerum, heus, vicissitudo*] Vbique seruis Terentius vehementes grauesque senten-

tias applicauit, vt in Andria Sofia dixit: *Vt ne quid nimis*. Est enim astutum feruorum genus, et fatis ad intelligendum mente versutum. Sensus est: nihil in proprio statu perpetuo permanere, sed verso ordine in diuersas vices cuncta mutari. E.

46 *Sex ego te totos, &c.*] Quid est totos? an diebus et noctibus? utpote amatoris feruum: ac per hoc sine vlla cessatione et intermissione (Forte ita: *an de diebus et n? v. a. f. qui percurrerat huc illuc sine v. c. et i. Z.*). *Hos menses*] *Hos*, qui nunc aguntur, id est, hoc tempore. *Quietum reddam*] Facete; quati hoc ipse fecerit. et hoc est quod ait, *Plurima salute Parmenonem summum suum imparit Gnatho*: tanquam amico consulat. D.

*Sex ego te totos*] Familiare Terentio *sex menses* dicere: est enim dimidia anni pars; hinc de non paululum tempus sic alibi, *Ac non prius sex mensibus olfecissem?* E.

47 *Ne sursum, deorsum cursites*] Quod est laboris. *Neue vsque ad lucem vigiles*] Quod est exitii. D.



Ecquid beo te? P A R. men? papae! G N. sic soleo amicos. P A R. laudo.

G N. Detineo te: fortasse tu profectus alio fueras:

50 P A R. Nusquam. G N. tum tu igitur paululum da mihi operae; fac vt admittar

Ad illam. P A R. age modo, nunc tibi patent fores hae, quia istam ducis.

G N. Num quem euocari hinc vis foras? P A R. sine biduum hoc praetereat.

X 3

Qui

48 Sic soleo amicos] Hoc si-  
g<sup>ουμινα</sup>. D.

Ecquid beo te?] Hoc est, beatum te reddo. E.

49 Detineo te] Valde teneo. Fortasse tu profectus alio fueras] Vult exprimere confessionem, quod ad Thaidem venerit, sed intrare non possit. D.

Profectus alio fueras] In multis scriptis libris additur, si te non derinuissem. Sed illud emblema est manus sinistrae. L.

50 Paulum da mihi operae] Hoc quasi supplicantis vultu ad irrisionem dicitur. Paulum da mihi operae] Proprie sic dicitur, adinua me. Sic in Adelphis, Haec opera vt data sit. D.

Tum tu igitur paululum] Pulchra parafiti illufio, vt cum ipse adducat munus, nunciari ab aduerfario feruo velit. Cum (Leggo: Quam) enim stultum est, cum aduerfarius aduerfarium nunciat dona esse miffurum. E.

51 Nunc tibi patent fores hae] Ex eo quantum licere o-

portuit ostendit, \* quam misere nihil illi liceat Parmenoni (In edd. vett. sine lacunae signo, nihil ille liceat. Legerim: Ex eo, quantum licere oporteat, at quam misero sibi nihil liceat, ostendit Parmeno). Quia istam ducis] Hoc quasi ad Gnathonem: sed lente, ac sub lingua murmurat. D.

Metro vt confulas, lege, paret foris haec. B.

52 Num quem euocari hinc vis foras?] Quia ipse intrare non potest. Sine, biduum hoc praetereat] Et hoc lentius. Nam si aliter pronunciaueris, secreta produntur. D.

Nunc quem euocari] Et haec arte tractata sunt. Nam cum parafitus domum fuisset ingreffus, Parmenoni dicit, an aliquem sibi velit euocari; tanquam ipse ingrediendi iam non habeat potestatem. Sine, biduum hoc] Scit enim dominum affuturum; et ita eum meretrici absentiam promiffisse. E.

Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus,  
Nae tu istas, faxo, calcibus saepe insultabis frustra.

55 GN. Etiam nunc hic stas, Parmeno? eho! num-  
nam hic relictus custos,

Ne quis forte internuncius clam a milite ad istam  
curset?

PAR. Facete dictum. mira vero, militi quae  
placeant.

Sed

53 *Qui mihi]* *Mihi* τῷ ἀτ-  
τικισμῷ dictum est. *Fortuna-*  
*tus]* Vt ipse videris tibi. D.

Lege hic quoque in sing.  
num. *fores*, et versu sequente  
pro *istas* repone *istanc*. B.

54 *Nae tu]* *Nae* valde. *Nae*  
*tu istas, faxo, calcibus]* *Mira* e-  
loquentia, in qua vtraque ὑπερ-  
βολῆ expressissima est. Nam  
neque *vno digitulo* minus ali-  
quid dici potest: neque *calci-*  
*bis saepe insultabis*, aut ampli-  
us, aut ingentius. *Insultabis*  
*fores]* Sallustius (in Fragmentis),  
*Multos tamen ab adoles-*  
*centia bonos insultavit*. D.

*Calcibus saepe]* Frustra in fo-  
res exsultabis calcibus, hoc est,  
in filias. E.

55 *Nummam]* Hic *nam* ab-  
undat: vt *quidam*. *Relictus*  
*custos]* Bene *relictus*: quasi ab  
excluso. D.

*Etiam nunc hic]* Per silenti-  
um intelligimus parasitum iam  
ingressum esse ad meretricem,  
et dona tradidisse, non in-  
gredi Parmenonem, et nunc  
stare ante ostium. E.

Lege *Etiamne tu hic stas*, vt  
habet vnus cod. cum edd. vet.  
sed omisso *ne*. B.

56 *Ne quis forte internun-*  
*cius]* Proprie, *internuncius*. *Ne*  
*quis forte internuncius]* Ex his  
verbis datur intelligi, parasitum  
e domo meretricia egredi.  
*Ne quis forte internuncius*  
*clam a milite ad istam curset?]*  
Et hoc facete: quasi ipse sibi  
Thaidem totam vindicauerit,  
quod miles facit. D.

Male codd. *curset*, versu  
postuiante *cur, sed*. B.

57 *Facete dictum]* Εἰρωνικῶς,  
quia inficete. *Mira vero mi-*  
*liti quae placeant]* *Mira*, pro  
mirum. Virg. (Aen. I, 669.)  
*Nota tibi*. Et est εἰρωνία. Quid  
mirum est, inquit, facete loqui  
eum, qui militi placeat? Pot-  
est tamen et pluraliter intel-  
ligi. D.

*Facete dictum]* Suaue, iu-  
cunde. E.

*Militi quae placeant]* Seru.  
Aeneid. I. vers. 669. *Nota*  
*tibi est nostro*. L.

Sed video herilem filium minorem huc aduenire.

Mirror, quid ex Piraeo abierit: nam ibi custos publice est nunc.

60 Non temere est; et properans venit: nescio quid circumspicit.

## ACTVS SECVNDI SCENA III.

CHAEREA. PARMENO.

OCCIDI.

Neque

58 *Sed video herilem filium*] Non potest Terentius *ερόφιμον* proprie dicere: ideo *herilem filium* dicit. D.

*Sed video*] Ms. *Sed videon.* L.

59 *Mirror quid ex Piraeo abierit*] Hic causa ostenditur, cur potest ignotus esse vicinis, et pro Eunuchō fingi. *Mirror*] Pro nescio. *Mirror quid ex Piraeo abierit*] Vt ex Piraeo discederet, symbola amicorum: vt huc perueniret, omisso negotio, aspectus virginis fecit. *Nam ibi custos publice*] Aduersus praedonum incurfus illic excubabat inuentus Attica. *Piraeum*, vt *Sunium*, est maritima et accessu littoris, pars clementior. *Publice est nunc*] *Nunc* ambigua distinctione positum est. D.

59 *Ex Piraeo*] Locus est mari vicinus iuxta Athenas, aptus ad voluptatem. Denique commemorat postea adolefcens, illic sibi conuiuium praeparasse.

Quibus Chaerea est . . . . praepositus coenam contubernaliibus praeparet (Ms. vterque: *Quibus Chaerea praepositus coenam contubernaliibus praeparat.* W. Eugraphius hic recensere voluit causas, cur aduentus Chaeraeae Parmenoni mirabilis sit visus; nempe loci *amoenitatem*, conuiuii *apparatum et custodiam* publicam. Z.) Ideo adiecit, *nam ibi custos publice est nunc.* E.

60 *Non temere est*] Vt Virg. (Aen. IX, 375.) *Haut temere est visum. Et properans venit*] Mire locuturum ante formauit, vt gestus verba praecedant, verba habitum consequantur. D.

*Non temere*] Non passim, non sine causa. E.

I *Occidi*] In hac Scena nouus amor adhuc Ephebi, et consilium potiundae virginis demonstratur: tanta virtute Poetae comici, vt hoc commentum non quaesitum esse, sed

Neque virgo est vsquam: neque ego, qui illam  
e conspectu amisi meo.

Vbi quaeram? vbi inuestigem? quem perconter?  
quam insistam viam?

Incer-

occurrisse sua sponte videatur. *Occidi: neque virgo est vsquam*] Non habuit quid dicere debeat aliud, properans et circumspiciens, nisi *occidi*. *Occidi*] Pro-  
duc mediam syllabam verbi hu-  
ius, et contrarium significat. D.

*Occidi*] Haec Scena prima parte quaestionem tenet, quod impeditus sit, cum virginem sequeretur, in cuius amorem inciderat, quo minus eam deduceret, et, vbi habitaret, agnosceret. Post cognitionem fit agnitio, vbi maneat, seruo indicante. Efficitur deliberatio, an ad eam pro Eunuchio ire debeat. Illae diuisiones plenae sunt suaforis verbis, ab utili, ab honesto, ab eo quod fieri potest: quas, vt aequum est, suo loco per ordinem tractabimus. Nunc ad conquestionem reuertamur. E.

2 *Neque ego, qui illam e conspectu amisi meo*] Amatorie, dum illam non inuenit, et se perdidit. D.

3 *Vbi quaeram?*] Hoc circumspicientis est. *Vbi inuestigem?*] Plus intulit. *Quem perconter?*] Hoc tertium plus intulit. Nam vbi nec vestigia reperiuntur, superest interrogatio. *Quam insistam viam?*] Si

nec, qui interrogetur, apparet. *Quam insistam viam?*] Et, *qua via*, legitur. D.

*Vbi quaeram*] *Quaerere* est, alicubi rem repositam persequi, inuestigare, suspicione aliquid, vbi lateat, inquirere. D.

*Quem perconter?*] Quem interrogem? Inter percontationem et interrogationem hoc interest, quod percontatio respon-  
sionem habet, non aut \* (In Ms. neutro est lacuna. *Lego: non autem*) ex scientia confirmante, vel ex narratione. cum dicimus vbi habitat, hic enim hoc nescire se dicit respon-  
sionem \* est in via (Ita Ms. vterque, sed sine lacuna), vel aliquid tale. Interrogatio vero est cui respondetur; velt, fecisti quod iusseram? cui necessario de duobus superioribus afficitur ab eo qui interrogatus est. Responso ergo hic est: *Quem perconter?*] Vides vtique quia de habitatione futura fuerat interrogatio. Ita et in Andria, cum Crito quaereret, vbi habitaret, et Chrysis dixisset (Legendum omnino: *vbi habitasset Chrysis, et dixisset*. Vid. Andr. iv, 5, 5.), *quos perconter, video*. E.

Ne

Incertus sum: vna haec spes est, vbi vbi est, diu celari non potest,

5 O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres.

Taedet quotidianarum harum formarum. PAR. ecce autem alterum.

Nescio quid de amore loquitur. o infortunatum senem!

Hic vero est, qui si occeperit, ludum iocumque dicet  
Fuisse

Ne illud *am*, ter repetitum, ingratum pariat sonum, lege cum Donat. duobus codd. et edd. vert. *qua-via*. Caeterum tolle illas interrogationes, *incertus sum, vbi quacram*, etc. B.

4 *Vbi vbi est, diu celari non potest*; Ob nimiam scilicet formae gratiam. D.

5 *O faciem pulchram?*] *Faciem* modo non partem corporis dicit, sed totam speciem, quae apparet et cernitur: Virgil (Aen. v, 767.). — *quibus aspera quondam Visa maris facies*. Deleo omnes dehinc ex animo mulieres] *περὸς τὸ πῖθον* argumentatus est, vt ostenderet hunc grandem iam ephibum, etiam amoris expertem non fuisse. Sic et alibi, *Cum me ipsum noris, quam elegans formarum spectator siem, In hac commoratus sum*. D.

6 *Quotidianarum*] Hoc est, leuium et vltatarum: est quippe huic contrarium, *Noua figura oris. papae! Ecce autem alterum*] Sic dicimus, cum pro-

pter alterum de altero venit in mentem. D.

*Taedet quotidianarum*] Iam, inquit, me poenitet videre mulieres quotidianas et assueta forma. E.

7 *Nescio quid de amore loquitur*] Vt iamdudum Phaedria loquebatur. *O infortunatum senem!*] Hoc dictum praestruxit ad exitum fabulae ac Catastrophen. Nam perturbatus ad Thaidem ingreditur (forte, *ingredietur*. Nam sequitur mox, *firmabuntur*, et *duces*) hic senex, per fallaciam Pythiae, et indicium Parmenonis: atque ita firmabuntur nuptiae virginis, quam ducet Chaerea. D.

8 *Hic vero est*] Vtrum senex, an Chaerea (Indigna haec sunt Donato. Nam manifeste de Chaerea est sermo)? sed senex potius. *Hic vero est*] *Senex qui*. scilicet Chaerea. D.

*Hic vero est*] Sensus est: *Hic adolescens si amare coeperis, fratrem eius Phaedriam dices ludum et iocum fuisse*, hoc est, non

Fuisse illum alterum, praeut huius rabies quae dabit.  
 10 CH. Vt illum di, deaeque senium perdant, qui me  
 hodie remoratus est:

Meque

amasse: ita enim hic infaniuit in amore. E.

Ne ad hiatum, qui videtur, tollendum, cum aliis verba *fat scio*, contra libros, interpolanda putemus; duo dimetros et vnum trimetrum statuo ita: *Hic vero est, qui si occeperit, Ludum iocumque dicas fuisse illum alterum, Praeut huius rabies quae dabit.* Pro *diceret*, aut *dices*, quod in codd. reperitur, leges linguae postulant *dicat*. B.

9 *Praeut huius rabies quae dabit*] *Prae* (lege, *Prae*, et *comparationem significat*. Mox: *prae illis, ut illa sunt*), ex *comparatione significat*. Ergo *proprie*: et est *integra locutio*. et *ordo est*, *Praeut illa sunt, quae huius rabies dabit*. Et *bene dabit*, quasi de re violenta. Vt (Aen. xii, 453.), — *dabit ille ruinam Arboribus*. *Praeut huius rabies quae dabit*] Hic ex parte *characteris inscius quidem est personae Chaereae*, quem *motibus conicit seruus ardentio rem in amorem fieri posse, simulac coeperit*. *Praeut huius rabies quae dabit*] Et hic ostenditur, iam pridem *motum in res Venereas Chaeram*. Et magna Poetae cura est, *ne incredibile videatur, ado-*

lescensulum, qui pro Eunucho deduci potuerit, tam expedite virginem vitiasse. Quocirca *artifex summus, quod actati non potest, naturae attribuit Chaereae*: ut *calidior ingenio*, et ante annos *amator*, non *libidinem in sese*, sed *quandam rabiem designauerit in Venereis appetitus*. D.

*Praeut huius rabies*] Prisc. lib. xiv. L.

10 *Vt illum*] Pro *utinam*. *Di deaeque senium perdant*] Plus dixit *senium*, quam *senem*. Nec mireris, post *senium, qui additum*: ideo quia *declinationem ad intellectum retulit*. ut alibi, *In Eunuchum suam, Et senex*, ad aetatem refertur: *Senium*, ad conuicium. sic Lucilius ait, *At quidem te senium, atque insulse sopherista* (Doufa legit, *At te Di senium*, subaudiens *perdant*. Sed Franciscus filius: *At Di te perdant, senium atque insulse Poeta*). *Remoratus est*] A *remora pisciculi*, qui et *ῥεμωτός* vocatur, *remoratio et remoratus dicitur*. D.

*Vt illum di deaeque*] Hic incipit *conquestio*. E.

*Senium perdant*] V. C. *Senem omnes perdant*. L.

*Senem habent omnes nostri*. *Dii deae omnes* cod. Acad. et

Meque adeo, qui restiterim: tum autem, qui illum flocci fecerim.

Sed eccum Parmenonem. *salue.* P A R. quid tu es tristis? quidue es alacris?

Vnde is? C H. egone? nescio hercule, neque vnde eam, neque quorsum eam.

Ita prorsum oblitus sum mei.

15

*qui bodie me, Regius. Repone, Ut illum Di, Deae omnes senium perdant, qui bodie me remoratus sit. B.*

11 *Tum autem, qui illum floccifecerim]* *Tum autem* pro, et. Duas vult enim causas esse, cur seipsum di perdant: vnam, quod restiterit: alteram, quod senem perueritus diu remanserit a perfequenda virgine. Et nota *floccifecerim*, et contemnere et non contemnere significare: vt nunc, *Qui illum floccifecerim*, deest *vel*: vt sit, vel floccifecerim. D.

12 *Quid tu es tristis? quidue es alacris?]* Prouerbiale est, in hominem perturbatum et incerti vultus. Aut laetus es. Nam *alacris*, L litera pro D posita, non tristis, id est *ἄδαντος* intelligitur. *Quidue es alacris?]* Et *alacer* et *alacris* dicitur: vt habes apud Virg. (Aen. v, 380.) *Ergo alacris, cunctisque puzans excedere pugna. Quidue es alacris?]* *Alacritas* est mutatio quaedam vultus gestientis in spem aliquam. D.

*Quid tu es tristis?]* Dicitur

cum quodam gaudio idem *tristis*. Nam ex hoc quod vidisse se pulchram virginem dicit, quadam laetitia contractus est; quod eandem tamen ex aspectu perdidit, tristis es. vt debes non solum in fine, verum et in principio significare. E.

*Quidue es alacris?]* Charif. lib. I. Priscian. lib. III. L.

13 *Vnde is?]* Modo *ad quid venis* significat: sed *eo*, de loco ad locum veteres dicebant: quod mox in subiectis probabitur. *Quorsum eam]* Bene: quia proxime dixerat, *vbi quaeram? vbi inuestigem? quem percontet? quam insistam viam? incertus sum. Quorsum eam]* Hinc, vt diximus, manifestum est, *ire* et aduentum significare. D.

*Vnde is?]* Vnde aduenis? E.

Pro *hercule* lege *hercle*, cuius vltima corripitur. B.

14 *Ita prorsum oblitus sum mei]* Huic contrarium, *dum memor ipse mei* (Aen. IV, 336.). Ergo *oblitus mei*, insanus. *Ita prorsum sum oblitus mei]* *Prorsum,*

15 PAR. Qui, quaeso? CH. amo. PAR. hem! CH. nunc, Parmeno, te ostendes, qui vir fies.

Scis te mihi saepe pollicitum esse; Chaerea, aliquid inueni

Modo quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt cognoscas meam:

Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

P A R.

*sum*, recta, id est, omnino: nam *prorsum* est porro *versum*, id est, ante *versum*. hinc et *prorsu oratio*, quam non inflexit cantilena. D.

15 Hem] Si cum *h*, Parmeno: si leniter, Chaerea (Promiscue autem in libb. vet. scriptum reperias *hem* et *em*. Quamquam veteres, Festo auctore, *em* etiam pro *eum* dixerunt; non tamen Donatus videtur id voluisse. Placet igitur ratio Wielingii, qui emendauit; Si EN legitur). *Ostendes qui vir fies*: Non, *si vir fies*, sed, *qui vir fies*: quod est ἐμφατικώτερον. Si quaesisset quidem, qui vir fies, an debeat praestare, qui virum se sic monstraturus est? Et *vir* modo, non ad sexum, nec ad aetatem dicitur, sed ad laudem. *Qui vir fies*] In veteribus inuenitur. D.

Pro *ostendes* versus gratia lege vel *ostende sis*, vel, quod melius viderur, *ostenderis*. B.

16 *Saepe pollicitum esse*] *Pollicitum*, quod promittentem vltro significat, dixit. et *saepe pollicitum se*, an necesse sit praestare eum, qui promiserit (le-

go: SAEPE POLLICITUM ESSE, vt necesse sit praestare ea, quae promiserit. Ed. Arg. SAEPE. *Necesse est eum praestare, qui promisit: magis necessarium, qui saepe promisit*). *Chaerea aliquid inueni*] Induxit μίμησιν pragmaticae, more suo, non contentus dicere quid (A. lii, *qui*; editt. vet. Mf. Boend. et ed. Du B. *quod*) pollicitus sit tantum, sed quo modo etiam, et quibus verbis. D.

17 *Modo quod ames*] Tantummodo. quasi haec mora sit promissis complendis. *In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoscas meam*] An possit, qui posse se affirmavit? plus est probasse quod promiserit, quam ostendere quod possit. D.

Lege cum Donato MSto, vet. edd. et tribus nostris codd. *vtilitatem in ea re faciam vt cognoscas meam*. Sublato tantum illo ego, quod abundat. B.

18 *Cum in cellulam*] Sic dicit anus \* quae et acceperit beneficium (Edd. vet. non habent



P A R. Age, inepte. C H. hoc hercle factum est.

fac sis nunc promissa appareant:

20 Siue adeo digna res est, vbi tu neruos intendas tuos.

Haut

bent lacunae signum. Mf. H. *Sic an is qui etc.* Forte, *Sic dicit, annuens ei, qui acceperat beneficium.* Quam lectionem adiuuare videntur libb. vet. CVM IN CELLVLAM AD TE). *Patris penum omne*] Ipsum penum: non ex eo aliquid, ὑπερβολικῶς. Et hoc penu, et hic penus, et haec penus veteres dixerunt. Ergo et omnem et omne legitur. *Congerebam clanculum*] λάθρα ἢ κρύφα. D.

*Cum in cellulam*] Hoc in loco persuadet seruo, vt auxilium sibi et consilium accomodet; et repetit gratiam, quam dicit se ante praestitisse. Vt in Andria: *Si te in germani fratris dilexi loco, seu tibi morigera fui in rebus omnibus. In cellulam ad te patris penum*] Apte, se ante beneficium praestitisse, quod conueniret personae, dixit, cum seruulis de cellula patris omnem penum sit solitus transferre. *Penum autem intelligimus omne quicquid ad victum est.* Quidam enim tantummodo pulmentaria hoc sermone significata voluerunt. Vt Virgil. (Aen. 1, 708.) — *quibus ordine longo Cura penum struere, et flammis adole-re penates.* E.

*Cum in cellulam*] Hieronym. aduers. Rufin. lib. 1. L.

Tres tantum e nostris habent omne pro omnem. Male. B.

19 *Age, inepte!*] Qui dubites de promissis: an (aut Z.) qui exprobres te multa esse largitum? *Hoc hercle factum est*] Inueni quod amem. hoc, quod dicebas, inquit, morae esse (de amore esse, Liber vterque. W. Lege, *Hoc, quod dicebas, inueni modo quod ames, iam factum est; amo Z.*), iam factum est; amo. *Promissa appareant*] Vtilitatem vt cognoscam tuam. D.

*Age, inepte!*] Ineptum prorsus est, quod non aptum est, ideo age inepte. E.

Pro *fac sis* liber Bembinus Faerni, et vnus e nostris habet admodum inepte *faxis*. B.

20 *Siue adeo digna res est*] Si persona Parmenonis est, siue abundat: et pro expletiva coniunctione modo est. In quibusdam omnino non legitur. *Adeo* autem abundat, aut *nimis* significat, vel *sat*. Si Chae-rea dicit, hic ordo et sensus est: *Fac si vis nunc, siue adeo digna res est, vbi tu neruos intendas tuos, vt promissa appareant.*

Haut similis virgo est virginum nostrarum, quas  
matres student

Demissis humeris esse, victo pectore, ut graciles  
sient;

Si

reant; ut sit *sis*, si vis: et ad-  
datur *uz*, quod deest. Fac ut  
promissa appareant (Lege: *quod deest et in illo*, fac *sis* nunc  
promissa appareant. 7.). *Vbi  
tu nervos intendas tuos*] Vtrum  
obscene hoc, ut seruus? an  
*μεταφορικῶς*, vbi laborare ac  
periclitari debeas? Sed melius  
legunt, qui hoc totum ad per-  
sonam applicant Chaereae; et  
melius, quam qui Parmeno-  
nem hoc putant loqui, *Sive  
adeo digna res est, vbi nervos in-  
tendas tuos.* D.

*Sive adeo digna*] Sensus est:  
si talis res est haec, vbi omnes  
tuas cogitationes possis inten-  
dere, et plurimum laborare.  
Denique *digna res est*, vbi la-  
borandum sit. Continuo sub-  
iungit: *Haut similis virgo est,  
quas matres student demissis hu-  
meris esse*] Non cibo in tota a-  
liqua pinguedine subleuatis. E.

Codd. nostri male hunc ver-  
sum tribuunt Parmenoni. B.

21 *Haut similis virgo est vir-  
ginum nostrarum*] Cuium sci-  
licet, id est, terrae ac patriae  
nostrae. ut Virg. (Georg. II,  
89.) *Non eadem arboribus pen-  
det vindemia nostris.* Et Sal-  
lustius, *Nostri foeda fuga*, etc.  
*Quas matres student*] Hoc ver-

bo ostendit cultum industriae,  
non pulchritudinem natura-  
lem. D.

22 *Demissis humeris esse,  
victo pectore*] Antiqui enim  
Graeci etiam virginibus suis  
praebebant palaeostram, ad com-  
ponenda corpora. Vel *demis-  
sus humeris esse*, liquide et mol-  
liter deductis, neque extanti-  
bus, alae in modum (*athletico  
modo.* Mf. H.). *Demissis hu-  
meris esse, victo pectore*] Non  
accipiendum est quasi hoc dicat,  
Ad hoc illas student matres  
demissis humeris esse, et victo  
pectore, ut graciles sient:  
quasi haec duo propter vnum  
illud fiant. sed varie tria dixit,  
ne diceret \* aut student illas  
demissis humeris, et victum  
pectus, ut graciles sient (Ver-  
ba, *ne diceret — sient*, absunt  
ab ed. Argent. Et parum sani  
habent). *Victo pectore*] Ca-  
stigato ac tenui, et velut victo.  
Deest ergo *velut.* *Ut  
graciles sient*] A singulari *gra-  
cilis* (Quis id nescit. Cum ve-  
ro Donatus notare soleat, quae  
rarius occurrunt; crediderim,  
eum legisse GRACILAE, et  
scripsisse, *A singulari GRACI-  
LA venit* etc. Coniecturam  
firmant testimonia Probi et  
Non.

Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt; deducunt cibum.

Tametſi bona est natura, reddunt curatura iunceas.

25

Non. Marcelli) venit haec declinatio. D.

*Vincto pectore*] Macie ita deductae, vt vinctae esse videantur. *Graciles ſient*] Legitur et *gracilae*, vt declinauerit Terentius *haec gracila*. E.

*Vincto pectore*] Vet. cod. *Vincto corpore*. Hieronymus de vitanda suspicione: *Papillae fasciis comprimuntur, et crispantur cingulo angustius pectus arctatur*. Inde apud Festum: *Cingulos appellabant homines, qui in his locis, ubi cingi solet, satis sunt tenues. Vt graciles ſient*] Ita Aufonius quoque: sed Probus Gramm. *Vt gracilae ſient*. L.

Donatus, inquit Faernus, legit *gracilae*, dicens a singulari *gracila* venire hanc declinationem. Nos legendum esse censemus *gracilae*, quia Val. Probus p. 1466. ait, Terentium noue dixisse in sing. *haec gracila*. B.

23 *Si qua habitior paulo*] Vnde et *habitus* dicitur: vt, *Quae habitudo est corporis?* nam *habilior*, aptior intelligitur. vt (Aen. I. 318.), *Namque humeris de more habilem suspenderit arcum*. Ergo *habitior* legendum est. *Pugilem esse aiunt*] Laus in virginem

(Imo vituperium, ex sententia matrum). *Deducunt cibum*] Mire vituperavit formam, quam accurauerit fames. Et proprie *deducunt*. D.

*Si qua est habitior paulo*] Si est aliqua corpulentior. *Deducunt cibum*] Minus cibi dant. E.

*Habitior*] Plaut. Epidico I, I, 8. *Corpulentior videre atque habitior*. L.

24 *Tametſi bona est natura*] *Bona*, id est plena, magna, et pinguis. *Reddunt*] Exhibent, perficiunt. *Curatura*] Cura, mentis est: *Curatio*, medicinae: *Curatura*, diligentiae. *Iunceas*] Tenuis et pallidas. D.

*Reddunt curatura iunceas*] Per hanc operam ita instituenti et ita cibos dandi, reddunt virgines iunco similes, quod herbae genus est ita in longitudinem aequali modo porrectum, vt nulla per corpus appareat vel nodo affecta pinguedo. E.

*Tametſi bona*] Mss. *Tamen etſi. Iunceas*] Aufonius Epist. 4. — *plana sic iunceas aluo*. Prudentius in Eulalia, 131. — *carnifices gemini iuncea pectora dilacerant*. Cassiod. lib. VII. Var. XV. *Columnarum iunceam proceritatem*. Inde

et

25 Itaque ergo amantur. P A R. quid tua istaec? C H.  
noua figura oris. P A R. papae!

C H. Color verus, corpus solidum, et succi plenum.

P A R. anni? C H. anni? sedecim.

P A R.

et *Eiuncidum* ἐκλεπτοῦθ'έν. Glos-  
sar. et Varro de re rust. lib. I.  
cap. 31. Terentii locum imi-  
tari voluit Luitprandus Histor.  
lib. VI. cap. 6. *Testes sunt*  
*non solum iunccarum formarum*  
*curatura, sed et quotidianarum*  
*formarum mulieres. L.*

Lindenbrogii codd. et vnus  
e nostris vett. *Tamencetfi.* Vt  
igitur *bona* sub ictu collocetur,  
reponere est post *natura.* B.

25 *Itaque ergo amantur*  
Itaque, inquit, nemo illas amat.  
*εἰς ὧν εἶδος* est. aut (*haut Z.*) vere  
amantur: vt eo magis haec a-  
manda sit, quae naturae bene-  
ficio, non factis comitibus, aut  
industria est pulchra. *Itaque*  
*ergo amantur*] Atque ita fit, vt  
amantur: non naturae meri-  
to, sed industria. *Quid tua*  
*istaec?*] Recte: sic enim ipse  
dicet, *At nihil ad nostram hanc.*  
*Quid tua istaec?*] Deest, *qua-*  
*lis est, dic.* *Noua figura oris*  
Laudis genus est, *noua*: quia  
dixerat, *Taedet quotidianarum*  
*harum formarum. Papae!*] *Inter-*  
*iectio* mira subito accipi-  
entis. D.

*Noua figura oris*] Et in An-  
dria diximus formam esse lau-  
dandam. Ibi, *Video adolescen-*  
*sulam forma, &c.* E.

26 *Color verus*] Quia non  
de cura est ac de fucō, id est,  
naturalis, non fucatus. *Cor-*  
*pus solidum*] Quia non vitia-  
tum. *Corpus solidum*] Ple-  
num et forte, id est non flac-  
cidum. *Succi plenum*] Quia  
nemo deduxit cibum. Nam  
succus est humor in corpore,  
quo abundant bene valentes.  
Virg. (Ecl. III, 6) *Et succus*  
*pecori, et lac subducitur agnis.*  
*Succus* proprie, quasi *fugus*,  
quem sibi ex alimentis mem-  
bra sugunt, vt ferepleant. *Suc-*  
*ci plenum*] *Succus* est interior  
pinguedo membrorum. *Anni*  
*sedecim*] Vide quemadmodum  
aetatem virginitatis maturae Po-  
eta ex occasione demonstraue-  
rit. D.

*Color verus*] Et hoc quoque  
ad pulchritudinem proficit, vt  
apud Virgil. (Aen. I, 594.)  
— *lumenque iuuentae Purpure-*  
*um,* in quo et anni declarati  
sunt, quod *iuuentae*: ita et hic  
anni indicati sunt plurimi, id  
est, *flos ipse.* E.

*Corpus solidum et succi ple-*  
*num*] Ouidius Metamorph. III,  
397. de Echo: — *Et in aera*  
*succus Corporis omnis abit.* In  
Priapaeis: *Quae succo caret,*  
*etque patris pumex.* Hilar. in  
vita

PAR. Flos ipse. CH. hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario

Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modo.

PAR.

vita Honorati: *speciosa facies, et prius succi plena sit plena grauitatis.* Apuleius Apolog. I. *Facies eius decora et succi palaestrici plena.* Sic enim locus ille ex vetustiss. codicibus legendus. *Succum* eleganter vocant hac in re Latini, quem Graeci τὴν ὑγρότητα; nec minus scite Arnob. *liquoris feminei laxitatem.* Et Martial. *Et placido fulget viuis in ore liquor.* Hunc totum vero Terentii locum optime expressit Aufonius epistola ad Hesperium: *Si qua tibi in his versiculis videbuntur, nam vereor ut multa sint, fucatius concinnata quam verius, et plus coloris quam succi habere, ipse sciens fluere permisi; venustula ut essent magis, quam fornicula: instar virginum, quas matres student demissis humeris esse, vincito pectore, ut graciles fient. nosti caetera.* Hieronym. Epistola ad Paulum Concordiensem: *Dentes candidi, vox sonora, corpus solidum et succi plenum.* L.

Ex color elide r, ut in prima sede sit anapaestus, quod maxime in primo pede fieri notissimum est. B.

27 *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario*] Haec tria sunt, quibus non rite res agi-

tur, vel vi, vel clam, vel precario: sine pretii mentione: vel quia virgo, non meretrix: vel quia nulla ephēbo spes est fallendi senis. *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas*] Secundum ius locutus est: nam his tribus mala fide aliquid possidetur: vi, clam, precario. *Vi*, quia virgo. *clam*, quia custoditur. *precario*, quia pretium non habet Chaerea. D.

*Vel vi, vel clam*] Petitio a maioribus ad inferiora descendit, sicut semper diximus in petitione esse faciendum. E.

*Clam, vel vi, vel precario*] Vid. Cicero in Topicis. Iustin. Instit. de interdicit. L.

Verba *Flos ipse* cum nec verus admittat, nec sensus probet, delenda puto. Nam de sola formae commendatione nusquam flos dicitur. De aetate vero non potest, quia et Chaerea ipse, et multae aliae puellae Athenis huius erant aetatis. B.

28 *Mea nihil refert, dum potiar modo*] Non haec personae attribuendum est, sed affectui. Non enim, quia Chaerea est, sed quia amator, de se cupit facere (*temere eum cupit facere Z.*) quemadmodum potiarur. D.

Y

Duno

P A R. Quid? virgo cui a'ft? C H. nescio hercle.

P A R. vnde'ft? C H. tantundem. P A R. vbi habitat?

30 C H. Ne id quidem. P A R. vbi vidifti? C H. in via. P A R. qua ratione amifti?

C H. Id equidem adueniens mecum stomachabar modo:

Nec quenquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonae

Feli-

*Dum potiar*] Quaelibet causa fit, dummodo ad hoc perueniam, vt possim potiri. E.

29 *Quid virgo, cui a est?*] Vtrum serua, an filia? D.

*Quid virgo, cui a est?*] Hic iam quaeritur an fieri possit a facultate, quam rem interrogatus adolescens redit ad conuestionem, quod sic eam de conspectu impeditus amiserit. E.

30 *Ne id quidem*] Pulchra varietas, *Nescio, Tantundem, ne id quidem. Qua ratione amisti?*] Figura συγροπή, pro *amisti*. *Qua ratione amisti?*] Si non remansisset Chaerea, sed consecutus virginem, vidisset, quo deducta esset prius, quam Parmenonem conueniret: non ita procederet fabula, vt nunc procedit. Irruisset enim in cognitionem meretricis importune Chaerea, nec pro Eunucho adduceretur vltius. D.

Ratio versus, ait Faernus, qui est Iambicus tetrameter catalecticus, exigit *amissi*, vti est in

Bembino et aliis omnibus. No- bis vero videtur olim fuisse I L L A M *amisti*. B.

31 *Id equidem*] Deest *ob*, aut *propter*: vt fit, *ob id*, aut *propter id*. *Mecum stomachabar*] Bene *mecum*: quia acriorem dolorem sustinet, qui ipse sibi irasci cogitur. *Mecum* ergo, pro *apud me*, vel *mibi*. D.

32 *Hominem esse arbitror*] Deest, *quam me* (lege, *tantum me*; aut, *praeterquam me* Z.). *Cui magis bonae felicitates*] *Bonae*, magnae. Noue autem dixit, magnas felicitates sibi aduersari, eo quod virginem tantae pulchritudinis ex oculis amiserit. Nam vidisse eam, felicitatis iudicat: sed amississe, aduersae felicitatis. Et quod *bonae* dixit, vel magnae, vel nimiae intelliguntur, vel ἐπιθετον est proprium et perpetuum felicitatum. *Felicitates*] *Felicitas* aduersa est, cum ex prosperitate, quod laedat, nascitur. *Bonae felicitates*] εὐφρασις est, eo quod *felicitates* plurali-

Felicitates omnes aduersae fient.

PAR. Quid hoc est sceleris? CH. perii. PAR.  
quid factum est? CH. rogas?

35 Patris cognatum, atque aequalem, Archidemidem  
Nouistin? PAR. quid ni? CH. is, dum sequor  
hanc, fit mihi obuiam,

Y 2

PAR.

raliter posuit. *Ἐπιθετα* autem de  
tribus causis nominibus addun-  
tur: discretionis, proprietatis,  
ornatus. Discretionis: vt (Aen.  
III, 6.) *Phrygiae molimur  
montibus Idae.* Proprietatis:  
vt (Aen. VII, 667.) *Terribili  
impexum seita et dentibus arvis.*  
Ornatus: vt (Aen. I, 618.)  
*Alma Venus Phrygii genuit Si-  
moentis ad undam.* D.

Vt in vtrumque verbum, in  
*hominem et quenquam* cadat ac-  
centus, pone, *Neque quenquam  
ego hominem esse arbitror.* B.

33 Cum bonae felicitates  
*aduersae* sibi repugnent: legi  
debet *auerfae*, h. e. quae me  
fugiunt, nunquam ad me ve-  
niunt. Sic dicuntur saepe *Dii  
auerfi.* B.

34 *Quid hoc est sceleris?*] Propter hoc quod patior, in-  
quit. Nunc enim scelus dicit  
a sene commissum (Videtur  
Donatus illa, *Quid hoc est sce-  
leris?* tribuisse Chaereae, et  
ad ea notasse: *propter quod hoc  
patior, inquit. Non enim,*  
etc.). D.

Verba, *Quid hoc est sceleris,*  
ipsi Chaereae sunt tribuenda.  
Nam Parmeno, qui totam hanc  
feruidi adolescentis orationem  
tepidus et lentus audiit, non  
debet repente ab illo more de-  
flectere. Deinde Donatus,  
quamquam *scelus*, quod hic est  
infortunium, male interpreta-  
tur: tamen recte tribuit haec  
verba, vti nos, Chaereae. Sic  
*Scelus* occurrit Plaut. Capt. III,  
5, 104. B.

35 *Archidemidem nostin'?*] Hoc sic pronunciandum est, vt  
appareat ex ipso nomine sta-  
tim, odiosum nescio quem oc-  
currisse ac permolestum. D.

36 *Quid ni?*] Corruptio est  
ab se manifesta inquirentis. est  
enim sensus, *Quid nisi*, aut cur  
non nouerim? est enim *quid  
ni*, aut quid nisi, aut cur non:  
quia veteres *ni* pro *ne* pone-  
bant, et *ne* pro *non*. Vt Plau-  
tus (Menaech. I, 2, I.), *Nè  
stulta sis*, pro *ne*. Et *ne vult*,  
pro *non vult*. D.

Partim ob codd. partim ob  
versum recte Faernus legit:  
*Nostine? P. quidni? C. is, dum  
hanc sequor, fit mi obuiam.* B.

P A R. Incommode hercle, C H. imo enimvero infeliciter:

Nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno.

Illum, liquet mihi deierare, his mensibus

40 Sex, septem, prorsum non vidisse proximis,

Nisi

37 *Imo enimvero infeliciter*] Bene hoc interponit, quod incredibile est, tardio rem futurum amatorem incessu virginis (Edd. vet. *quod incredibile est παράδοξον, tardio rem amorem fuisse in incessu virginis*). D.

*Imo enim vero*] Recte adulescens reprehendit seruum dicentem, *incommode*. Incommodum est enim, cum nos nobis causa sumus, ut aliquid damni sentiamus. At vero hic parum feliciter gesta res est, vel infeliciter potius, cum ex euentu et ex fortuna quidam occurreret fenex, ut impedimento esset. Et certe mihi videtur idcirco mutasse genus calamitatis, ut infelicitatem potius quam incommodum diceret. quod incommodum iam malum est quod euenerit: infelicitas vero id malum est, quod peruersa fortuna contingit: quod tamen consilio et virtute corrigi et sustineri potest. E.

38 *Nam incommoda alia sunt dicenda*] Quae minora sunt scilicet, aut similia. D.

39 *Illum liquet mihi deierare*] Liquidum est constans, et manifestum, et certum. Et sic *liquet*, pro liquidum est: ut

*claudit*, pro claudum est. Ut apud Sallustium (in Fragm.), *Nibil socordia claudebat*. Et est *liquet* verbum iuris, quo utebantur iudices, quum **A M P L I V S** pronunciabant, obsecuritate commoti causae magis, quam negotii simplicitate (forte, *implicitate*, h. e. implicatione). *Deierare*, valde iurare: ut *demiror*, et *deamoto*, *Syre*, si de producte legeris; si correpte, deos iurare intelligitur. D.

*Liquet mihi deierare*] Manifeste, inquit, possum iurare. *Liquet* enim, hoc est, clarum et manifestum est. Ut Cicero Cluentio (28 et 38.). *Quidam sibi iudices non liquere dixerunt*. *Deierare* est sancte iurare. E.

40 *Prorsum non vidisse proximis*] Quia non vidisse dixit *proximis*, praeteritis intelligimus. Proxima enim nobis aut praeterita, aut futura sunt: nam praesentia ea sunt, in quibus nunc sumus. D.

*Lege prorsus*, quod non modo quinque codd. cum edd. vet. et Prisc. p. 1200. habent, sed et concinnius est, quia praeced. vox *m* terminatur. B.



Nisi nunc, cum minime vellem, minimeque opus fuit.

Eho! nonne hoc monstri simile est? quid ais?

PAR. maxime.

CH. Continuo accurrit ad me, quam longe quidem, Incuruus, tremulus, labiis demissis, gemens:

45

41 *Nisi nunc quum minime vellem*] Quia semper nolui, id eo nunc minime, utpote adolescens senem. *Minimeque opus fuit*] Saepe enim nolumus tantum, nunc etiam opus non est. D.

43 *Quam longe quidem*] Bene longe dixit: quia a longe non potuit dicere: an subauditur *erat*, ut sit, *quam longe erat*? D.

*Accurrit ad me*] Hic in omnibus exprimenda est tarditas, quod impedimentum non parvi temporis possit ostendere. Nam licet *accurrit* dixerit, tamen certum est istam proparationem in senem (*senem*) fuisse tardissimam. Deinde adiecit et locum, quod dixit: *quam longe quidem*. Isti corporis qualitatem subiungit *tremens*, deinde *labris dimissis*. Haec iam ad impedimenta loquendi videntur apposita, et quod dixit *tremens*: scimus enim retortis ad hiatum labris, sed praeminentioribus, minus facile sonus exprimi. Adiecit tamen *gemens*, quod tardius in gemitu naturae \* (*natura* Z.) senectutis expressio sono ali-

quid locutura prorumpat. Deinde congeminat quasi reuocationem et salutationem, *Heus, Heus, inquit*] Ostenditur tarditas, simulque istud declaratur, quod vere vox ista ab eo coeperit sono, qui et vocem et gemitum declararet. E.

44 *Incuruus, tremulus, labiis demissis, gemens*] Vt omnia ostendat in contrarium sibi versa esse, etiam cursum attribuit seni (Hoc scholion explicat tantum verba, *Continuo accurrit*, quae exciderunt. Z.). *Labra*, sunt superiora: *labia*, inferiora. *Labra* asinorum (*simorum* legendum putat Bynkershoekius. Flaccus, teste Charisio, ita distinguit: modica esse *Labra*, *Labia* immodica, et inde *Labeones* dici) proprie dicuntur. *Gemens* autem, ob continuam tussim. Sic Lucillius: *Ante fores autem, et triclini limina quidam Perditus Tiresia suffragrandaeus gemebat*. *Incuruus*, valde curuus. Sic Virg. (Aen. XII, I.) *Tirius ut infractos aduerso Marie Latinos Defecisse videt*. — *Infractos* enim valde fractos significat. Nam *in* praepositio nunc auget, nunc

45 Heus, heus, tibi dico, Chaerea, inquit. restiti:  
Scin' quid ego te volebam? dic. cras est mihi

Iudi-

minuit dictionem. Recte etiam deformitatem describit senis, qui praeter (*propter* Z.) aetatem, post pulchram virginem, foedior videbatur. Et quam importune omnia? pro puella, senex occurrit: pro virgine, incuruus, tremulus: pro pulchra. labiis demissis, gemens: et cum amator sit, inaniter adolescenti ipse iudicium loquitur: dum festinandum sit, remoratur. *Labiis demissis*] Maiora labra, vnde *labeones*. Alii *labia* inferiora, et *labra* superiora. D.

45 *Heus, heus, tibi dico Chaerea*] *Tibi dico Chaerea*, non adderet, nisi videret Chaeram dissimulantem praeterire. *Inquit*] Aliter *inquit* pronunciantum est. hoc est, concitate. Nam senis verba aliter proferenda sunt. D.

*Tibi dico*] Et hic quam stulte, vt, cum iam reuocauerit, adiceret *tibi dico*. sed inde subiunxit, cum vtique paratus esset adolescens ad audiendum, *Scin' quid ego te volebam?* Quam enim stultum est, vt cum ante debeat dicere, veluti interroget ac dicat, *Scis quid ego te volebam?* Ita coactus est adolescens respondere vt diceret *Dic*. Inter vices vocum magna tarditas declaratur. Contra respondet ille, *Cras est mi-*

*bi iudicium*. Et hoc stultum est, quod ait; quod cras fuerat futurum, pridie nunciauit. Deinde tarda narratio est, quod dicit. *Est mihi iudicium*. Denique dolor adolescentis et hac narratione exprimitur, quod dicit, *Quid iam?* Atque ille verba pene non necessaria adiecit, cum respondet, *Vt diligenter nuncies patri, aduocatus mane mihi esse vt meminerit*. Denique istac sic expressa et hoc intelligi datur cum adiunxit, *Dum haec dicit, abiit hora*. Atque iniecit, *rogo numquid velit*. Quod quidem fortasse verisimile videatur esse, eum qui properaret tacente eo qui retinebat, amplius interrogare voluisse. Verum hoc ad festinantem magis pertinet. Cui (*Qui*) enim dixit, *Rogo ne (num) quid velit*, metuebat, ne forte discedentem rursus senex reuocaret. Denique cum ille respondisset, *recte*; tunc dicit adolescens *abeo*. *Cum hac respicio ad virginem*. Post locutionem diu habitam *respicio*, inquit, ad eam quam sequebar virginem. E.

46 *Scin' quid ego te volebam?*] Hic ostenditur odiosa tarditas senis, apud festinantem Chaeram. Nam non dicit, sed promittit se dicturum. *Cras est mihi iudicium*] Huic morae

Judicium. quid tum? vt diligenter nuncies  
Patri, aduocatus mane mihi esse vt meminerit.

Dum haec dicit, abiit hora: rogo, num quid velit?

50 Recte, inquit. abeo. cum huc respicio ad virginem,

Illa sese interea commodum huc aduorterat

In hanc nostram plateam. P A R. mirum, ni hanc  
dicit, modo

Huic quae data est dono. C H. huc cum aduenio,  
nulla erat.

P A R. Comites secuti scilicet sunt virginem?

55

morae etiam illud additum,  
quod, quum debeat dicere quid  
velit, prius dicit quod non est  
necessarium, quare velit. D.

47 *Vt diligenter nuncies]*  
*Diligenter* nihil tam abundanter,  
nihil tam moraliter (h. e. *ad moram faciendam* *apud* Z.)  
dici potuit. D.

48 *Esse vt meminerit]* Non  
*vt sit*: sed, *vt esse meminerit*.  
O prolixitas! D.

49 *Dum haec dicit]* Dat tem-  
pus verbis: quae non potuit,  
quamuis imitaretur, exprime-  
re. *Rogo numquid velit?*] Hoc  
est, significo me abire. Nam  
abituri, ne id dure facerent,  
*Numquid vis* dicebant his, qui-  
buscum constitissent. *Quid est*  
ergo. *Rogo numquid velit?*] Hoc  
est, dico quod abeuntes  
solent. D.

*Dum haec dicit]* Mf. R. et  
V. C. *Dum haec loquitur*. L.

Recte Nostri omnes, praeter  
vnum satis recentem, habent  
*loquitur*, pro vulgari *dicit*. Vt  
supra II, 2, 24. B.

50 *Recte inquit]* Pro eo quod  
est nihil: et moraliter, τὴν ἀρ-  
τιότητα. *Cum huc respicio ad*  
*virginem, illa sese, &c.]* In hanc  
partem scilicet, qua meretrix  
habitabat. D.

51 *Interea commodum]* Tan-  
tum quod, vel ipse eodemque  
tempore. *Interea commodum]*  
Vna. Et hoc significat: vt si  
dicas, Eodem tempore quo hoc  
agebatur. Nam *interea*, nunc  
coniunctio accipienda est: non,  
vt alias, pro aduerbio poni-  
tur. D.

52 *In hanc nostram plateam]*  
Recte, quia vicina est illis Tha-  
is, ad quam deducitur. D.

*Mirum, ni hanc dicit]* Hic  
cognitio efficitur eius, quae  
quaerebatur. E.

53 *Nulla erat]* Etenim in-  
gressa iam fuerat. D.

*Dono totum in Thesi occul-  
tatur*. Repone, *Huic quae da-  
ta dono est*. B.

54 *Comites secuti scilicet*  
*sunt virginem]* Interrogatiue

Y 4

qui-

55 CH. Verum: parasitus cum ancilla. PAR. ipsa'st:  
ilicet.

Define: iam conclamatum'st. CH. alias res agis.

PAR. Istuc ago quidem. CH. nostin' quae sit?  
dic mihi:

Aut

quidem: sed sic, vt scire videatur id quod quaerit: sed ad hoc quaerere (*quaerit* Z.), vt, quod scit, confirmet. D.

*Comites securi*] Interrogat signa, quo facilius, quam suspicatur, eam virginem esse cognoscat. E.

Non interrogat hic versus, vti Donatus opinatur, sed coniectat; quia Chaerea respondet, *Verum*. B.

55 *Verum parasitus*] *Verum*, modo inceptiua est, non relatiua particula. vt in *Andria*, *Verum vidi Cantabatam suffarminatam*. D.

*Ipsa est, ilicet*] Quoties causa ab oratoribus finiebatur, et a iudice sententia ferri habuerat (*desierat*. Nisi cum *Westerh.* malis, *ferenda lata erat* Z.), semper conclamabatur *ilicet*, hoc est, ire licet. Signum ergo finis et cognitionis plenae. E.

56 *Iam conclamatum est*] Transactum ac finitum. vt conclamata corpora nihil reliqui iam habent ad vitae officia. *Conclamatum est*] Manifestum significat, ipsam idem \* (*eandem*) esse, vel pulchram esse. quia et ipse dixerat (*lege, vel puellam esse, de qua ipse dixerat,*

vid. supra II, I, 25. Nisi manus, *pulchram esse, quia de ipsa dixerat*. Vel, *quia et ipse dixerat*): *Haec superat ipsam Thaidem*. vt in conclamatis funeribus nulla dilatio est doloris et luctus, vnde *Lucanus* ait (II, 23.): — *corpora nondum Conclamata iacent*. Aut *conclamatum*, satis deploratum, fatisque vociferatum est: quia dixerat, *O infortunatum senem! si et hic amare coeperit*. Tanquam dicat, *Iam occisum patrem tandem scimus, iamque dessemus*. *Alias res agis*] *Recte*, quia dixit ille, *Iam conclamatum est*. *Alias res agis*] Aut non attendis ad id quod dico, significat, vt nulla sit in eo attentio. Nam hinc natum est, *Agite amabo*. Aut nugatorias res agis, hoc est, iocaris: quasi dicat, *vanas res agis*. D.

*Conclamatum*] *Seruius Aeneid.* VI, 218. *Pars calidos latices*. L.

57 *Istuc*] Illud scilicet, *Define, conclamatum est*. E.

Bene *Cod. C. C. C.* legit, *Istuc ago equidem. C. nostin' quae'so dic mihi, aut Vidi'stin'?* Nam *quae'so* locum habet in interrogatione, et *Parmeno* respondet absolute, *vidi, noui*. B.

Aut vidistin' ? P A R. vidi, noui, scio, quo abducta fit.

CH. Eho, Parmeno mi, nostin' ? P A R. noui.

CH. et scis, vbi fiet ?

60 P A R. Huc deducta est ad meretricem Thaidem: ei dono data est.

CH. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc ? P A R. miles Thrafo,

Phaedriae riualis. CH. duras fratris partes praedicas.

Y 5

P A R.

58 Scio, quo abducta sit] Plus dixit, quam interrogabatur: credo, taedio interrogantis. nam properat, vt dicturus est (Edd. Ven. at ducturus est. Ledge: et iurus est. Vid. Donat. ad vers. 60.), ad deducendum Eunuchum ad Thaidem cum ancilla ex Aethiopia. Scio quo abducta sit] Secunda ἀποσιωπησις. D.

59 Eho, Parmeno mi, nostin' ? et scis vbi fiet ?] Amatorie factis repetuntur, quae semel dicta suffecerant. D.

Syllaba ultra metrum redundat: nisi Parmeno dactylum feceris, quod vero non licet. Igitur, sublato illo Noui, et totum versum tribue Chaereae. Vti est apud Donatum. B.

60 Huc deducta est ad meretricem] Et hoc confundit semel, (simul L.) quum acernatim dicit, velut odio interrogantis saepi-

us et festinatione ad mandata Phaedriae peragenda. D.

62 Phaedriae riualis] Cum pronunciatione addendum, quo magis doleat Phaedriae riualis. (Forte leg. Hic molliori pronunciatione est utendum, quod malum dolebat Phaed. riu. Z.). Duras fratris partes praedicas] Scilicet contra aemulum et diuitem et largissimum. Et partes duras, μεταφορικῶς ab actoribus scenicis. D.

Duras fratris partes] Si enim eum riuaalem habet frater, cum ipse sit pauper. Et bene huius comparatione lapsus est sermo ad id, quod necessarium fieri possit ad consilium (forte, fieri debebat ad consilium, vs Z.), responderet seruus, Immo enim si scias quod donum huius dono contra comparet. Indicat enim Eunuchum mitti: ex quo consilium nascitur, vt ipse pro Eunucho ad meretricem pergat. E.

P A R. Immo enim, si scias, quod donum huic dono contra comparet:

Tum magis id dicas. CH. quodnam, quaeso hercle?

P A R. Eunuchum. CH. illumne, obsecro,

65 Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem?

P A R.

63 *Comparet*] Hic iam ostenditur miles illustrior, per riuialis dona, quam per sua. Et est qualitas comparatiua. *Comparet* pro emat, aut comparandum putet. D.

*Immo enim* recte codd. praeter duo, qui *enim* omittunt, habent, et vet. edd. Deinde reponere *donum dono huic c. c.* quod, vt *omnia omnes* et similia, ad Terentianas Veneres pertinet. B.

64 *Tum magis id dicas*] Duras partes fratris esse. *Quodnam quaeso hercle?*] Curiositatem addidit (Mf. Boend. adiectum habet *ita*. Postea est lacuna. Et sane vulgaris lectio incommodum efficit sensum), *παραλόγως* *Quaeso* et *Heracle*. Et vide quam molliter, et sine intellectu spectatoris ad argumenti spectati ordinem Poeta perueniat; vt de Eunucho facta mentione consilium nascatur supponendi Chaereae. *Eunuchum*] Mire Terentius primo simpliciter Eunucho nomen posuit, huic quoque detractus (Quid haec sibi velint, non video. Wielingius putat, subaudiri oportere, *nomen Cbae-*

*reae, vbi ad Thaidem ducturus est*. W. Aut leg. *huic omnem moram detractus*. Z.). D.

Faernus *id* delet, quia sedem certam in libris non habeat, et versui incommodet. Ego vero malo *Tum* deleri, vt *Magis* fit in ictu. B.

65 *Inhonestum*] Foedum: vt (*et* Z.) contra, *facie honesta*. vt apud Virgil. (Aen. 1, 591.) *Et laetos oculis afflarat honores*. *Hominem*] Opportune *hominem* dixit, tanquam incerti sexus. *Senem mulierem?*] Non communi genere dixit *senem?* quippe qui alibi (Hec. iv, 3, 15.) separauerit, dicendo, *senex atque anus*: sed subdistingendum est, vt fit duplex vituperatio: vna ab aetate, quod ait *senem*: altera a membrorum mollitie, quod ait *mulierem*. D.

*Inhonestum hominem*] Quod contra est, vt ipse dixit, *facies honesta ac liberalis*. *Senem mulierem*] Singula sunt, vt aetatis indicium fit, quod *senex*; *mulier*, quod sexus amare videatur alienus. E.

Ob codd. legendum puto *heri*. Deinde *senem mulierem* cum

PAR. Istunc ipsum. CH. homo quatietur certe cum dono foras.

Sed istam Thaidem non sciui nobis vicinam. PAR. haut-diu' est.

CH. Perii, nunquamne etiam me illam vidisse? ehodum dic mihi,

Estne, vt fertur, forma? PAR. sane. CH. at nihil ad nostram hanc. PAR. alia res.

70

cum Donato non distinguendum censeo, quia *senex* apud Catullum et Tibullum quoque de muliere dicitur. Sic etiam occurrit *mulier meretrix*. B.

66 *Quatietur certe cum dono foras*] *Mire cum dono*: tanquam illi repulsae causa donum futurum sit. Tum deinde non reiicietur, sed *quatietur*. Vide quam contumeliosius dictum sit, *quatietur foras*: vel verberibus impellitur foras, non expulsionem, sed detractionem: vel sic dixit, *foras quatietur*, vt desit *versum*: vt sit, foras *versum* verberabitur: vt verberetur et fugetur foras. Nam et peruulgatae consuetudinis dictum est, *Feri canem foras*: hoc est, feriendo canem foras eiice (Sic apud Anacr. xxxiii, 19. Ἔρωτας ἐκβοῶσαι est, clamando eiicere foras. Z.). D.

67 *Sed istam Thaidem non sciui nobis vicinam*] Quomodo n. pro Ennucho veniet, si aut nouit, aut notus est? Et si mulierem adolescens ne nouit quidem, ipse multo maxime nesciatur. *Sed istam Thaidem*

*non sciui nobis vicinam*] *αινοροπία* contra illud, quod meretrix vicina erat. *Haut diu est*] Vicina scilicet. Et est causa, an (forte, vt W. cur Z.) verisimile sit nescire potuisse vicinam. Et nota apud Terentium vicinas poni saepius adolescentibus meretrices, vt haec sit prima amoris illecebra. D.

68 *Nunquamne etiam me illam vidisse?*] Artificiose inculcat Poeta τὸ πιθανόν. D.

69 *Estne, vt fertur, forma?*] Hoc propter (*probat Z.*) illud, quod supra diximus. Sed nimio lepore Terentiano iam illud agitur. Nam hic ostenditur, verisimile esse pro Eunucho creditum apud vicinam meretricem Chaeram, qui adeo ignotus sit mulieri, vt nec ipse eam nouerit: quod erat facilius et promptius. Et additur color (*Est igitur causa Z.*), quod et illa non diu vicina est, et quod adolescens plurimum in Piraeo commoratus est. *Nil ad nostram hanc*] Moraliter *nostram* dixit, pro *meam*. *Alia res*

70 CH. Obsecro hercle, Parmeno, fac vt potiar. PAR.  
faciam sedulo, ac

Dabo operam, adiuuabo. numquid me aliud? CH.  
quo nunc is? PAR. domum,

Vt mancipia haec, ita vt iussit frater, ducam ad  
Thaidem.

CH. O fortunatum istum Eunuchum, qui quidem  
in hanc detur domum!

PAR.

*res est*] Non potuit melius su-  
am vtrique gratiam referuare.  
Nam et illa, et haec aman-  
tur. D.

70 *Faciam sedulo*] Mire in  
promissis posterioribus difficul-  
tas rei ostenditur: quum pri-  
mo *faciam* dixerit. D.

*Obsecro hercle*] Res redit ad  
preces, quam quidem se effe-  
cturum seruus pollicetur, et fingit  
se discessurum, sed tenetur  
a domino: et dum laudantur  
fortunae Eunuchi, quod ad eam  
iturus est domum, vbi virgo pul-  
cherrima est, sic subit ratio, vt  
ipse debeat pergere. quam rem  
prouidus seruus agnouit. E.

*Ac dele*, vt perasyndeta for-  
tius incedat oratio. B.

71 *Numquid me aliud vis?*] Hoc  
dicere abeuntes solent.  
Et bene, *Numquid me aliud  
vis?* quia festinat. Et simul  
quia hinc noscitur (*nascitur*, e-  
didit Westerhofius tacite Z.).  
dolus fallendae meretricis. D.

*Leg. adiuuabo*, quia Noster  
sic solet, et Spondeus in hac se-  
de Trochaeo est melior. B.

72 *Vt mancipia haec, ita vt  
iussit frater, deducam ad Thai-  
dem*] Vide Terentium (videtur  
scriptum fuisse: *Vide T. artifi-  
cium*, h. e. *Terentii artificium*),  
vt non quaesita esse haec fal-  
lacia, sed ipsa se obtulisse vide-  
atur. D.

*Ducam*, non *deducam*, proba-  
tur a versu et codd. B.

73 *O fortunatum istum Eu-  
nuchum*] *Istum*, saepe annota-  
uimus, aut ad contemptum, aut  
ad odium referri. vt Virgilius  
(Aen. IX, 94.), *Aur quid peris  
istis?* et (Aen. XII, 808.), *Ista  
quidem quia nota mihi tua ma-  
gna voluntas Iuppiter. Qui  
quidem in hanc detur domum*] Quid  
facilius, quam imitari vel-  
le, quod laudes? nec quis-  
quam, nisi qui cupit, eligitur  
pro Eunucho, qui Eunuchum  
putat esse beatum. Vide, quam  
molli descensu ad hoc consili-  
um peruenitur. Res enim hoc  
suggerit potius, quam Parme-  
no: ideo quia, seruum hoc sua-  
dere Chaereae, nimis temera-  
rium fuit. D.



P A R. Quid ita? C H. rogitas? summa forma  
semper conseruam domi

75 Videbit: colloquetur: aderit vna in vnīs aedibus:  
Cibum nonnunquam capiet cum ea: interdum  
propter dormiet.

P A R. Quid? si nunc tute fortunatus fias? C H.  
qua re, Parmeno?

Re-

74 *Quid ita?*] Potuit intel-  
ligere statim seruus; sed ad  
hoc interrogat, vt doceatur spe-  
ctator (Potius, quia haec est con-  
suetudo popularis sermonis.  
Z.). D.

*Dum videbit, colloquetur]*  
Achill. Tatius Amor. libr. I.  
αὐτῆν σοι δέδωκε τὴν ἐρωμένην ἢ  
τύχη, καὶ φέρσα ἔνδον ἴδρυσεν.  
et paulo post: σὺ δὲ βλέπεις ἄελι,  
καὶ ἄκείεις ἄελι, καὶ συνδαιπνεῖς, καὶ  
συμπίνεις. Et Catullus Lesbiae  
amicae ita adblanditur: *Ille mi  
par esse Deo videtur, Qui se-  
dens aduersus idem te Spe-  
ctat, et audit Dulce ridentem.* L.

75 *Videbit: colloquetur:  
aderit vna, &c.]* Amatorie ni-  
mis, quinque lineas amoris ex-  
secutus est: adeoque diligen-  
ter, vt etiam ordinem custodi-  
erit. *Videbit: colloquetur:  
aderit vna in vnīs aedibus]* Mi-  
re. amator non simul effudit hoc  
bonum, sed particulatim diges-  
sit: vt maior voluptas futura  
esse noscatur. *Videbit: collo-  
quetur: aderit, &c.]* Ista e-  
nim sunt amoris lineae: et si  
eas non omnes est persecu-  
tus. D.

Antholog. VII, 135. Ἐνδαί-  
μων ὁ βλέπων σε· τρισόλβιος ὅστις  
ἄκείει· ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν· ἀθάνα-  
τος δ' ὁ συνών. W.

77 *Quid si nunc tute fortu-  
natus fias?*] Sic videtur Parmeno  
dicere, potius vt iocetur,  
quam vt fieri credat posse.  
D.

*Quid si nunc tute fortunatus  
fias?*] An fieri possit vt dixit  
(Verba, *An — dixit*, sunt ali-  
ena, et forte ex sequentibus  
huc retracta Z.) deliberatiuae  
praecepta percurrit a facultate:  
*Capias tu illius vestem, pro illo  
te ducam, te illum esse dicam.*  
Deinde ab vtili: *tu illius frue-  
re commodis, quibus tu illum  
dicebas modo;* et reliqua. De-  
inde an fieri possit: *quandoqui-  
dem illarum neque te quisquam  
nouit, neque scit qui fias.* Prae-  
terea forma atque aetas ipsa est,  
*facile vt pro Eunucho probes.*  
Hoc quidem ioco dicebat ser-  
uus; sed rem inuentam pul-  
chre cogit fieri adolescens.  
Cumque diu repugnaret ad ter-  
rendum eum, *periculum futu-  
rum est, ait, ne in domo meretri-  
cia tanquam adulter teneatur.*

Hic

Responde. P A R. capias tu illius vestem. C H. vestem? quid tum postea?

P A R. Pro illo te ducam. C H. audio. P A R. te esse illum dicam. C H. intelligo.

80 P A R. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo:

Cibum vna capias, adfis, tangas, ludas, propter dormias:

Quandoquidem illarum neque te quisquam nouit, neque scit qui fies.

Prae-

Hic ille respondet: *adulterum in domo meretricis esse non posse*, per statum finitium. E.

78 *Capias tu illius vestem*] Non seruel ostenditur, quod futurum sit (Lege: *Non simul ostenditur, quid f. f.* Sic enim ad vers. 75. *Non simul effudit hoc bonum*): quia particulatim potest etiam quod turpe est, tamen mitti ad persuasionem. Simul in gestum respicitur. Ergo non dixit, ibis pro Eunucho: sed primo, *Capias illius vestem*: tum deinde, hoc ipsum non aspernante domino, pergit seruus ad caetera, quae audaciora sunt. *Vestem?*] Quam libenter audiat, repetitio dictorum per interrogationem ostendit. D.

79 *Audio*] Id est, libenter hoc admitto, et consentio. Vt in Phormione, *Audio et fateor*. et contra. *Non audio. Intellego*] *Audio* et *intelligo* vim modo non vsitatam exprimunt,

scilicet consentientis immodicum affectum. D.

Omnes codd. nostri, praeter duo, habent *deducam*, quod ipse versus comprobat. B.

80 In verbis, *quibus tu illum, Tu* recte abest in cod. Patrensi. B.

81 *Cibum vna capias*] Bene seruus interurbauit supra dictas amandi lineas, et ordinem voluptatum: quippe qui amare non nouerit. *Cibum vna capias, adfis, tangas, ludas, propter dormias*] Et si satis erat superior versus, tamen incentiua sunt amoris, etiam sigillatim haec enumerata, quae vna sententia superior versus ostendebat. D.

82 *Quandoquidem illarum quisquam*] Pro, *ex illis. Quisquam*] Quia *quaequam* dicere, absurdum est. *Illarum quisquam*] *Quisquam*, multis exemplis probatur etiam feminino genere veteres protulisse: ita

vt

Praeterea forma, et aetas ipsa est, facile ut pro Eunucho probes.

CH. Dixi pulchre: nunquam vidi melius consilium dari.

85 Age, eamus intro: nunc iam orna me; abduc, quantum potes.

PAR. Quid agis? iocabar equidem. CH. garris.

PAR. perii, quid ego egi miser?

Quo trudis? perculeris iam tu me. tibi equidem dico, mane.

CH.

vt in numeris et generibus haec pronomina infinita sint. *Neque scit qui sis*] Hoc est, quod supra callide Poeta praestruxit. D.

*Neque scit*] V. C. *sciet*. L.

83 *Forma, aetas ipsa est*] Deest, in te. *Facile ut pro Eunucho probes*] Formam scilicet et aetatem. *Formam*, quia pulchres: *aetatem*, quia ephēbus. *Facile ut pro Eunucho probes*] *Probes*, fingas, atque persuadeas: ut in consuetudine dicimus, *Homo sacrilegus pro innocente se probavit*. Et Cicero, *Hoc tu his probabis?* Itaque deest te, quod subaudiamus. ut sit, *pro Eunucho te probes*. *Probes*] Ut (Aen. IV, 401.), *Migrantes cernas*. Aut *probes*, persuadeas. Et simul honeste, non dixit, quod erat rectum, ut Eunucho probes, sed pro Eunucho: ne esset contumeliosum in Chaeream. D.

In cod. C. C. reperitur *aetas ipsa es*. Hinc emendandum

puto, *aetate ipse es*; ut And. I, 1, 95. *Erat forma honesta et liberali*. B.

85 *Nunc iam orna me*] Horatiue (Forte leg. *ornatiue* Z.) *orna* dixit: non despolia, aut exue me. *Abduc*] Abducimur unde volumus: Ducimur quo volumus (Vid. supra ad II, 2, 35.). *Quantum potes*] Deest, cito (Lege: *Id est, cito*: vel, *deest tantum*). D.

*Quantum potes*] V. C. *potest*. L.

Lege et distingue, *Age eamus intro nunc iam: orna me, abduc, duc, quantum potest*. Vett. enim codd. Fabricii, Bembinus et Noster passim habent *potest*. B.

86 *Quid agis?*] Callide seruus non vult se auctorem videri tanti facinoris. D.

87 *Quo trudis?*] Comici semper ea ostendunt fieri ab altero verbis alterius personae, quae ostendi per se ipsa non pote-

CH. Eamus. PAR. Pergin'? CH. certum'ft.

PAR. vide ne nimium calidum hoc fit modo.

CH. Non est profecto: sine. PAR. at enim i-  
stace in me cudetur faba: CH. ah!

90 PAR. Flagitium facimus. CH. an id flagitium'ft,  
si in domum meretriciam

Dedu-

poterant: vt nunc manu age-  
re Chaeream (interfere, *Parmenonem*) Parmenone ipso di-  
cente cognoscimus. *Quo trudi-*  
*dis?*] Praebet se vi cogendum  
domino, quem compulit dictis.  
*Percuteris iam tu me*] Peruer-  
teris. vnde prouerbium, *Be-*  
*ne plaustrum perculit. Tibi e-*  
*quidem dico, mane*] Sigillatim  
ista pronuncianda sunt: ex  
quibus intelligatur, non cessa-  
re Chaeream, quin adhuc im-  
pellat et trumat. D.

88 *Pergin'?*] Quasi vero io-  
co dixerit, non serio. *Ne ni-*  
*mium calidum*] Periculosum.  
Sed melius *callidum* legitur.  
*Nimium*] Aduerbiale: quia  
*nimium* propria vox est. D.

*Callidum* plerique codd. ha-  
bent. Sed *calidum* et versus  
et sensus postulant. B.

89 *At enim istaec in me cu-*  
*detur faba*] Id est, in me hoc  
malum recidet, in me haec vindicabitur culpa: vt laborat so-  
lum, in quo cuditur, id est ba-  
tuitur faba. quum filiquis ex-  
uitur tunfa (*inter zunfa*, Mf.  
Boend.) fustibus: vt in areis  
more rusticorum fit. Vel quod  
quidam male coactam fabam,

et quae non maduerit, sed du-  
ra permanferit, supra caput co-  
qui, velut ipsi fabae irati saxo  
comminuunt, tum vniuersum  
malum, et omnis dolor ad co-  
quum peruenit. Simile et a-  
libi a pulmento prouerbium est,  
*Tute hoc intristi, tibi hoc est*  
*exedendum; accingere.* D.

*In me cudetur faba*] Ex prou-  
erbio. Nam dicunt quen-  
dam auarum rusticum, cum fa-  
bam coxisset, et cum socio inua-  
deret, partem sibi depoposcif-  
se, vt cum socio inuaderet in  
eodem vasculo: et aquam ad-  
iecisse parti suae, quae corrupta  
et aliteram quoque corrumpit:  
vnde communis faba corrupta,  
et in eum qui hoc fecerat tota  
conuerfa est. Igitur prouer-  
bium, vt qui malefacit, in eum  
recidat quod fecit. E.

90 *Flagitium facimus*] *Fla-*  
*gitium* more militari dicitur,  
res flagitatione, hoc est, incre-  
patione digna. Nam *flagita-*  
*tio* a strepitu dicitur: vnde  
*flamma* (*flagella*, additum ha-  
bet edit. Westerh. Z.), et *fla-*  
*gizare*, id est, personare intelli-  
gimus dici. Nam haec omnia  
sine sonitu crepituque non sunt.

An

Deducar, et illis crucibus, quae nos, nostramque  
adolescenciam

Habent despiciatam, et quae nos semper omnibus  
cruciant modis,

Nunc referam gratiam; atque eas itidem fallam,  
vt ab illis fallimur?

An potius haec patri aequum est fieri, vt a me lu-  
datur dolis?

95

*An id flagitium est?*] An liceat? an deceat? Et prius, quia licet. *An id flagitium est?*] Terentius laudat argumentum huius fabulae: in quo exemplum promitur (*promittitur*, Mf. Boend.), quod proficit parentibus, obsit meretricibus: et simul deliberationibus tractans id faciendum (Ed. Du B. *tractans id faciendum, vt ad domum meretriciam deducatur*. Alii, *ad faciendum*). *Si in domum meretriciam deducar*] Hoc tale est; nulla lex prohibeat, et defendatur vt licitum (Ed. Du B. *vt defendatur quod licitum est*). D.

91 *Ex illis crucibus*] Hoc iam ad illud pertinet, vt ostendatur decere; et primo a persona eius fit (Vterque liber, *eius, cui fit*). D.

*Nos nostramque adolescentiam*] Quasi incertam, et ad se quadam diuisione pendentem; quale est illud (Virg. Ge. 1, 292.), — *ferroque faces inspicat acuto*. E.

92 *Habent despiciatam*] Con-

temptam atque despectam. Et ita est ἐπέθεσις et μεταπλασμός. Vel certe alterius verbi declinatio, ab eo quod est *despicor*, vt *conspicor*. Sallustius (B. Jug. 49.), *Quum in creta Metellus monte digrediens cum exercitu conspicatur, primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet*. D.

*Despectam* habet Bembinus. Sed ego legendum esse censeo *despicatu*, vetuste, pro *despicatu*. Sic Heautont. 11, 3, 116. *neglectu* est pro *neglectui*. Atque *habere despiciatam* reperitur Plaut. Menaech. 14, 3, 19. B.

93 *Nunc referam gratiam*] Non eas, inquit, laceſſam: sed quod iustum est, vicem reddam: quasi ipse in aliis laesus sit. *Vt ab illis fallimur?*] Non dixit, *alii falluntur*. D.

94 *An potius haec patri, aequum est fieri?*] Illic vicissitudo extat in *Patri dolos*. *Vt meludatur dolis*] ὑλλοψίς: subauditur *patri* (*Patri* scripsisse Donatum putat Faernus. Sed forte, *Pater Z.*). D.

Z

An

95 Quod, qui rescierint, culpent: illud merito factum omnes putent.

P A R. Quid istic? si certum est facere, facias. verum ne post conferas

Culpani in me. C H: non faciam. P A R. iubesne?

C H. iubeo, cogo, atque impero.

Nunquam defugiam auctoritatem: sequere. P A R.

Di vortant bene.

## ACTVS

*An potius haec patri?*] Melius est, inquit, in domum meretriciam (*si, Z.*) deducar (*vt, Z.*) referam gratiam, quam patrem fallam. E.

Nostri omnes, *An potius haec patri?* Sed vnus vet. a manu prima habet *patri*. Ego, cum verbum *haec* intelligi non possit, quia *in domum meretr. deduci, crucibus illis gratiam referre*, non possunt fieri *patri*; legendum puto, *An potius par atque aequum est, pater vt a me*. B.

95 *Quod qui rescierint*] Ex consequentibus argumentum: nam illud factum vituperatio sequitur, hoc approbatio. *Illud merito factum omnes putent*] Bene, non *iudicent*: quia et hoc ipsum non satis probum est, vel meretricem fallere. D.

96 *Quid istic?*] Aduerbium est aegre concedentis. *Facias*] Pro facito. *Verum, ne post conferas*] Si *ne* prohibentis est, nihil deest: si percontantis, vt sit *ne forte*, deest timeo. *Verum, ne post conferas culpam in me*] In hoc negotio non auctor vult intēf.

se, sed seruus. *Verum*] Deest, *vide*. D.

97 *Cogo atque impero*] Euidenter ostendit, plus esse *imperare*, quam *iubere*. *Nunquam*] Pro non. *Vt, nunquam omnes hodie moriemur inultri*. D.

*Iubeo, cogo, atque impero*] Cum necessitate sunt. E.

*Iubeo, cogo*] Mf. R. *Iubeo, imo cogo*. L.

Omnes nostri cum vet. edd. habent *Iubeo immo cogo*. Igitur aut legi debet, *Iuben?* C H. *Iubeo?* Immo *cogo* &c. aut, quod melius, retinenda est Lindenbrogii lectio. B.

98 *Nunquam defugiam auctoritatem*] Non, inquit, recusabo facere, dum tu tamen auctor sis facti. D.

Verbum *sequere* Bentleius Parmenoni, qui loquitur *Di vortant bene*, tribuit. Quod praefendum videtur, ne verba postrema simpliciter, et ambigue sint posita. Caeterum verba, *nunquam defugiam auctoritatem*, significant, *nullo tempore negabo, me tibi auctorem huius rei extitisse*. 'L.

## ACTVS TERTII SCENA PRIMA.

THRASO. GNATHO. PARMENO.

**M**AGNAS vero agere gratias Thais mihi?

**GN.** Ingentes. **TH.** ain' tu? laeta'st? **GN.** non tam ipso quidem

Dono, quam abs te datum esse: id vero serio

Triumphat. **PAR.** huc prouiso, vt, vbi tempus fiet,

5 Deducam, sed eccum militem. **TH.** est istuc datum

Pro-

**I** Magnas vero agere gratias] Hic sermo sic prodit, vt post scenam inchoatus esse videatur. Continet autem asfentationem parasiticam, et stultitiam gloriosi militis. Agere] Plus sonat infinitus modus finito. **D.**

**Magnas vero]** Haec Scena gloriosi militis tenet iactationem exultationis, quae narratio breuissime agitur: primo cum nunciatum fuisset, meretricem libenter missa dona sumfisse, parum creditit, nisi iterum diceretur. Itaque interrogat: *Magnas vero agere gratias?* **E.**

**2 Ingentis]** Vide quantum adiciat parasitus. Ille, *magnas* dixit, hic respondit, *ingentis*: ille, *laeta est*, hic, *triumphat*. **D.**

**Ingentes]** Hic persona Colacis parasiti custoditur. Nam cum ille dixisset *magnas*: hic adiecit, *ingentes*. Ita cum ipse quaesisset, *laeta est?* adiecit

parasitus, *non tam ipso quidem vero dono, quam abs te quod datum est, serio triumphat*. **E.**

**3 Quam abs te datum esse]** Maioris est gratiae, tantum potuisse amorem militis, vt meretrix minus laetaretur ob lucrum. *Id vero serio]* *Id*, ob id: vt, *Id, amabo, adiuta me*. Alias παραέλλεται, id est, productionis locus est (Si hanc vulgarem lectionem retines; verba *id est*, a recentiori manu sunt inserta. At edd. Venett. plane aliam exhibent lectionem, **SERRIO**. Alias παραέλλον, at nunc productionis locus est). **D.**

**4 Triumphat]** Vt (Nunc, liber vterque) militaribus dictis tangit militem parasitus. *Huc prouiso]* Tertia persona venit in scenam: sed separatim loquitur et secum. **D.**

**5 Sed eccum militem]** Iniuriose *militem*. Honorifice proprio nomine dicitur: vt in subiectis, *Audire vocem visa sum*

Profecto, vt grata mihi sint, quae facio, omnia.

GN. Aduorti hercle animum. TH. vel rex semper maximas

Mihi agebat, quicquid feceram: aliis non item.

GN. Labore alieno magnam partam gloriam

IO Verbis saepe in se transinouet, qui habet salem,

Quod

*modo militis. Est istuc datum]* Fato decretoque concessum: vt (Aen. VII, 313.), *Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis.* D.

*Est istuc datum]* Haec oratio gloriosi est militis, nimiam sibi gloriam vindicantis: quippe cum dicat sibi fato, vel quadam natura esse concessum, vti cuncta, quae faciat, grata sint omnibus. E.

6 *Vt grata mihi sint, quae facio, omnia]* Gratae nobis sunt aut res, aut personae: sed nunc res dicit. *Quae facio, omnia]* εὐλαβίης vel σὺλλήψης. D.

*Grata mihi sint quae]* Cicero apud Ammian. Marcell. lib. XXVII. *Cum nihil ad gratiam faceret, omnia tamen grata viderentur, quae faciebat.* L.

*Grata mihi,* h. e. gratiam hominum mihi concilient. Z.

7 *Aduorti hercle animum]* Approbat dictum et hoc, *Ait, aio. Vel rex semper maximas mihi agebat]* Quam intempestiue miles ad Regem transitum fecit, cum de meretrice agatur. *Vel rex]* Vt in Hecyra, *Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, quam sancte. Vel rex*

*semper maximas]* Subauditur *gratias:* ab eo quod supra dixit, *Magnas vero agere gratias Thais mihi.* D.

*Vel rex mihi]* *Vel,* et significat. Vt (Virg. Ecl. VIII, 69.), *Carmina vel coelo possunt deducere Lunam.* Est sensus: Et rex mihi maximas agebat gratias, et quaecunque feceram. E.

Dacera negat, intelligi Regem aliquem Persarum propterea, quod in hac ipsa fabula Pyrrhi, qui recentiori aetate vixerit, fiat mentio. Igitur hic esse intelligendum Seleucum, Regem Asiae. Z.

8 *Aliis non item,* pulchre adiecit, ne natura regis talis esse videretur, vt maximas gratias omnibus ageret. E.

9 *Partam gloriam]* Id est, quae paritur. vt, *Vectus equo spumante Saces* (Aen. XII, 651.). D.

*Labore alieno]* Sensus: ex alieno labore gloriam praeparatam solo sermone in se transferre potest, quicunque instructus est corde. E.

IO *Verbis in se saepe transinouet, qui habet salem]* Mire adulator hoc attribuit militi, quod



Quod in te est, TH. habes. GN. rex te ergo in oculis. TH. scilicet.

GN. Gestire. TH. vero; credere omnem exercitum,

Con-

quod minime habet, vel *verba*, vel *salem*. *Qui [habes salem]* *Sal* neutraliter, condimentum est: masculini, sapientia (Festus, qui laudat hunc Ter. locum, *masculini generis est*, inquit, *non neutri, nec ab hoc accusativo nominatiuus esse potest, hoc sale*. Masculino tamen gen. etiam pro *condimento* usurpatur. Scripsit autem Donatus *masculine*, non *masculini*). D.

*Qui habes salem]* Priscian. lib. v. L.

Ob versum, et ob sequens quod lege *sal*; praesertim cum Priscianus p. 664. testetur, inueniri quosdam vetustissimos libros, qui etiam neutro genere *Sal* protulerint. B.

II *Quod in te est]* Quod tu habes. *Habes]* Intelligis. Quod enim tenemus corpore, habemus animo: quodque item animo habemus, intelligimus. *Habes]* Pro intelligis. Sic dicitur *accipe*, et *da*, *Habes* etiam; id est, *dicis*. vt Sallustius (in Fragm.): *Tartessum Hispaniae ciuitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadirum habent. Rex te ergo in oculis scilicet. gestire. verum]* Vide in eonditam properationem lau-

dari se cupientis; adeo vt non sinat verba impleri, quin praefestinet *scilicet* et *verum* dicere. D.

*Quod in te est]* Acro in Horat. Epod. Od. II. L.

12 *Crede omnem exercitum]* Magis ridebis, si consideres militem motum esse, qui \* (Alii pro *morum* legunt *nozum*. Et quia sensum absolutum non videbant in his verbis, lacunae notam adiecerunt, quae nulla apparet in libb. vett. Mihi Donatus nihil addidisse videtur, sed rem dictu turpem suppressisse, quam et Gnatho mox tangit versu 15. Cum vero in quibusdam impressis sit *morum*, et mox sequatur, *sub obtentu militis*, Wielingius coniicit legendum, *militum morem*. De quo supra ad II, 3, 90.) *Crede omnem exercitum, consilia]* Sub obtentu militis, ea stultitia, descripsit breuiter comitem regium, acceptumque imperatori (Forte sic: *Sub obtentu militis eius, aliorum stultitiam descripsit breuiter per com. reg. acceptumque imperatorem* Z.). Nam qui nunc (*quicunque* Z.) credit exercitum, credit et consilia: Virgil. (Aen. IX, 278.): *Nulla meis sine te*  
L. 3 *quac-*

Confilia. GN. mirum. TH. tum sicubi eum  
fatietas

Hominum, aut negoti si quando odium ceperat:

15 Requiescere vbi volebat, quasi: nostin? GN. scio:  
Quasi vbi illam expueret miseriam ex animo. TH.  
tenes.

Tum me conuiuam solum abducebat sibi. GN. hui!

Regem

*quaeretur gloria rebus, Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum, Verborumque fides.* — D.

Faernus ait, omnes codd. habere *gestire*, i. e. gaudere ex conuiuio tuo. Verum cum cod. Bembi, et duo ex nostris vet. habeant *gestare*, non est quod quis de hac lectione dubitet. Deinde pro *vero*, quod Faernus auctoritate Bembi probat, nostri omnes habent recte, *verum*: vt supra II, 3, 35. B.

13 *Confilia*] Ἀβήσις. Plus enim est confilia, quam totus exercitus. *Mirum*] Melius per εἰρωνείαν pronunciamus *mirum*; quasi dicat, Quis non crederet tali viro? sed potest etiam simpliciter pro admirantis gestu accipi. D.

14 *Vbi satietas hominum, aut negoti si quando odium ceperat*] Reipub. princeps duas res patitur, homines et negotia, id est, personas et res hominum. *Satietas hominum, aut negoti si quando odium ceperat*] Proprie reddidit et decenter, *hominum satietas, negotiū odium*. Non

enim par erat, Reipub. principem hominum odio laborare. D.

15 *Requiescere vbi volebat*] Bono verbo vsus est. Nam *cessat* desidiosus, *requiescit* desensus. *Quasi; nostin*] Grate expressit stulti infantiam militis (*Graviter e. s. insaniam m.* Wielingius legi vult), qui ante vult intelligi quod sentit, quam ipse dicat. Et proprie hoc morale est stolidi, siue ruditer loquentis. *Quasi; nostin*] ἀποσιώπησις, pro *habet hoc?* hoc est, quod supra, *Intelligis?* D.

16 *Quasi vbi illam expueret miseriam*] *Vbi* pro quando, et in his, et supra, *Expueret*] *Expuere* est cum fastidio aliquid reiicere et expellere. Nam *expuere*, est extra pus mittere, id est, foras. Nam *pus* est omnis humor corpori onerosus. D.

*Expueret miseriam*] Vt posset curam et sollicitudinem ex animo remouere. E.

17 *Tum me conuiuam solum abducebat sibi*] Hoc supererat, vt, qui esset minister magnarum rerum,

Regem elegantem narras. **T H.** imo sic homo'ft  
Perpaucorum hominum. **GN.** imo nullorum ar-  
bitror,

- 20 Si tecum viuit. **T H.** inuidere omnes mihi:  
Mordere clanculum: ego non flocci pendere:  
Illi inuidere misere. verum vnus tamen

Im-

rerum, id est, consiliarius, vo-  
luptatum quoque regis parti-  
ceps esset. Et vide quo signi-  
ficatu dicitur, *Me*, et *Conui-  
uam*, et *Solum*, et *Abducebat*:  
nam non vocabat. Et *Sibi*,  
quasi non propter me, sed, vt  
sibi bene esset. *Tum me con-  
uiuam*] Id est, quum satietas  
hominum esset, cum odisset ne-  
gotia. *Conuiuam solum abdu-  
cebat*] Vt (Aen. IV, 421.),  
— *solum nam perfidus ille Te*  
*colere*. Significat autem, fae-  
piuscule factum. D.

18 *Regem elegantem narras*]  
Qui eligere sciat, aut qui ipse  
sit eligendus. D.

*Sic homo est perpaucorum*]  
Talis est, inquit, vt cum pau-  
cis esse velit. Denique hoc  
intellexit et Parmeno cum di-  
xit: Immo nullorum arbitror,  
si tecum viuit. E.

Versus gratia lege et distingue,  
*immo sic homo'ft: Perpaucorum*  
*hominum'ft*. Sic simpliciter po-  
nitur Horat. Serni. I, 9, 44.  
*Maecenas quomodo tecum, Hinc*  
*reperit, paucorum hominum, et*  
*mentis bene sanae?* B.

19 *Perpaucorum hominum*]  
Aut qui paucis vitur; aut qui

de paucis est: aut qui paucis  
placet: hoc est, bonis et sa-  
pientibus, qui fere pauci sunt.  
*Imo nullorum arbitror, si tecum*  
*viuit*] Hoc auersus, ne miles  
audiat. Potest tamen et aliter  
intelligi, maxime cum milite  
(Ne verba langueant, lege, *il-  
lo milite*. Hinc *notum* militem  
ad vers. 12. dixit). D.

*Perpaucorum hominum*] πά-  
νυ πικρῶν ἀνθρώπων. Charif. lib.  
II. L.

20 *Inuidere omnes mihi*]  
Plus potest, ad significandum,  
infinitum tempus, quam fini-  
tum. D.

21 *Ego non flocci pendere*]  
Quod morderent clanculum,  
vel quod inuiderent. D.

*Ego flocci pendere*] Conte-  
mnere ac nullius momenti du-  
cere. E.

*Ego non flocci*] Ms. R. *non*  
omittit. L.

22 *Illi inuidere misere*] *Mi-  
ser* enim est, cui animae mise-  
ria inest. *Verum vnus*] Pro-  
prie vnus. Nam vnus ex mul-  
tis dicitur. Et mire est facta  
nullius ponderis repetitio, ad  
inertiam loquentis exprimen-  
dam. Nam postquam dixit,

Impense, elephantis quem Indicis praefecerat :

Is vbi molestus magis est, quaeso, inquam, Strato,

25 Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?

GN. Pulchre mehercle dictum et sapienter : papae !

Iugū-

*Inuidere omnes mihi*: repetit, *Illi inuidere misere*. Quin et *impense* et *misere* idem significant: et mox tamen sine vllō actū addidit, *Verum vnus tamen impense*. Aut plus est *misere*, quam *impense* (Sensus postulat, *Aut plus est impense, quam misere*). D.

23 *Elephantis quem Indicis praefecerat*] Et hoc stulte: cum hoc ad dignitatem sumit, et sic pronunciat, vt magna esse praefectura videatur haec ipsa. Et hoc a stolido milite sic profertur, tanquam magnum hominem velit esse, qui sibi inuideret. Et *Indicis πρὸς ἀντιδιαβολήν* Maurorum, qui et mitiores (*maiores*, lib. vterque) sunt. D.

*Elephantis quem*] Quem praeposuerat elephantis, qui sunt ex India. E.

*Elephantis quem Indicis*] Elephantorum praestantissimorum Indici: Achill. Tatiū lib. IV, ἀλλ' ἐστίν, ὡς εἰπεῖν, ἐλέφας Ἀιγύπτιας. καὶ γὰρ δεύτερος φαίνεται εἰς ἄλλην ἐλέφαντος Ἴνδῶ. Philostrat. de vita Apollon. II. ὅσον δὲ ἵππων Νισαίης μείζων ὁ Λιβύκος ἐλέφας, τοσῶτον τῶν ἐκ Λιβύης οἱ Ἴνδοι μείζεις. Vid. quae no-

tat Donat. et Seruius Georg. I. ad versum 57. *India mittit ebur*. vbi hic Terentii locus laudatur. L.

24 *Is vbi molestus magis est*] More suo *Magis* addidit, ne diceret molestior. *Quaeso, inquam, Strato*] *Strato*, nomen accommodatum militiae. D.

25 *Eone es ferox*] *Causale* est, *ideone* significans. *Quia habes imperium in belluas?*] *Mire* extulit, *Imperium in belluas*. Sic Virgil. (Aeu. I, 140.) — *illa se iactet in aula Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet*. D.

*Eone es ferox*] Aristot. Politicor. I, 5. ἀεὶ βελτίων ἢ ἀρχή, ἢ τῶν βελτιόνων ἀρχομένων: οἷον ἀνθρώπων ἢ θεῶν. L.

26 *Pulchre mehercle dictum*] Immodica laudatione vertit (Scripserat Donatus: PVLCHRE MEHERCLE DICTVM, ET SAPIENTER. PAPAЕ! *immodica laudatione euertit*. Nam nisi illa adiiciantur, immodica laus dicenda non est. Tum *e* in *euertit* videtur absorptum per compendium scribendi, LAVDATIONE, cuius vocis posterior littera valet geminum E.), etiamsi quid face-

Iugularas hominem. quid ille? **T H.** mutus ilico.  
**G N.** Quidni esset? **P A R.** Di vestram fidem!  
 hominem perditum

Miserumque, et illum sacrilegum. **T H.** quid il-  
 lud, Gnatho,

30 Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,  
 Nunquam tibi dixi? **G N.** nunquam: sed narra,  
 obsecro.

Plus milies audiui. **T H.** vna in conuiuio

Erat

facete dictum est. Sufficeret enim *pulchre*, quod est *sapienter*. D.

27 *Iugularas hominem*] Pulchre tangit militem. *Iugularas* dicendo, non, *occideras*: quasi gladio, non verbo vsus sit. *Mutus ilico*] Tam hoc stultum est, quam si diceret, statim nihil. Recte autem diceret, *Ex illo mutus fui*. Tale est et illud, *Tacere festinas*. D.

28 *Quidni esset*] Hoc est, vt posset esse, iugularas. *Hominem perditum*] Deest, o: vt fit, o hominem! sed sic melius sonat: maioris enim stuporis est, hoc modo pronunciatum. *Hominem perditum miserumque et sacrilegum*] Vide quantum addiderit, qui non hominem simpliciter, sed *perditum*, et *miserum illum*: nec malum, sed *sacrilegum* dixerit. D.

*Quidni esset?*] Dubium non est, quin mutus existeret. E.

29 *Miserumque et illum sacrilegum*] *Miserum* dixit militem: *sacrilegum*, parasitum,

quia is laudabat militem. *Mehercule*] Quod vtique falso iuravit. E.

30 *Tetigerim*] Luserim, fatigauerim. Nam *Tangere*, cum multa, tum etiam hoc significat. D.

*Rhodium tetigerim*] Hoc est, quemadmodum per iocum male tractauerim atque pulsauerim. E.

*Rhodium tetigerim*] Turpilius: *Quia te talento argenti tetigi*. Plaut. Pseud. iv, 8, 1. *Bene ego illum tetigi*. L.

31 *Nunquam, sed narra, obsecro*] Callide parasitus intelligit ad hoc se interrogatum, vt audire postulet. D.

*Nunquam tibi* recte habent omnes Faerni et nostri libri, praeter tres, qui habent *Numquid tibi*. B.

32 *Plus millies iam audiui*] ἵπερβολῆ. aut superfutura \* vt aequatur: aut subiacet, vt tantum non millies conuenit stultum eundem et immemorem esse, qua et intelligentia est

Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus :

Forte habui scortum : coepit ad id alludere,

35 Et me irridere. Quid ais, inquam, homo impudens?

Lepus tute es, et pulpamentum quaeris. GN. ha, ha, he.

TH.

(Locus corruptus forte sic est corrigendus: *ὑπερβολῆ̃ haut superflua vitur, vt sensus sit, tantum non millies. Et conuenit scilicet eundem et immemorem esse, cui intelligentia non est.* Certe postrema illa: *cui int. n. e.* leguntur in Venetis et Argentina, quae nullum lacunæ signum habent). D.

Omnes nostri codd. et edd. vett. habent, *Plus milies iam audiui.* Nec adeo cum Faerno illud *iam* ob Donatum et Bembinum cod. eiiciendum est. B.

34 *Forte habui scortum*] Vide quemadmodum miles, dum multa ad dictum suum peruenire fateatur, interim quam contemptus sit atque derisus (Restituo audacter: *Dum vult ad dictum suum peruenire, fateatur interim, quam contemptus sit atque derisus*). Abdomen in corpore feminarum, patiens iniuriae coitus, *scortum* dicitur: ideo quia *scorza* sunt dura coria. A parte ergo sui meretrices *scorza* dicuntur: vel *ἀπὸ τῆ̃ σκαίγειν*, quod Graece palpitare intelligitur: quod illae faciunt saltando assidue: vel potius

crissando, vt Lucretius (Doussa legendum putat, *Lucilius*, cuius verba sunt Lib. XI: *Crissabit, vt si frumentum clunibu' vannat.* Scriptum forte fuerat, *L.* vel *Luc.*) ait, ob eam causam, vt concinniosem Venerem exhibeant viris, aut sibi abigant conceptum, quod in vuluam feminae, in ipso coitu non se mouentis, incidit. D.

*Coepit ad id ludere*] Ad id scortum ludere. E.

35 Cum *alludere* sit ad blandiri, osculari, manum in scorti finem inferere, ad euitandam tautologiam pro *irridere* legi debet *irritare*. Deinde leg. *Quid agis, homini inquam, impudens?* Nam *agis* comprobatur recentiorum codd. fide, et serie orationis, quia miles facta, non verba castigat. Atque *homini* habet cod. Bembi. B.

36 *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris?*] *Lepus* pro infamia multa ponitur (Mf. H. *ob multa*. Malim: *Lepus pro infami ob multa ponitur*): vel quod magis a posteriori parte, hoc est, armis, pulpamentum de se praebet, cum in conuiuio carpitur appositus. vt Horatius

ΤΗ. Quid est? ΓΝ. facete, lepide, laute, nihil supra.

Tuumne, obsecro te, hoc dictum erat? vetus credidi.

ΤΗ.

ratus ait, *Focundi leporis sapiens sectabitur armos*: vel quod venantur illum, et perfectantur canes, quos pro amatoribus ἀλλυγορικῶς intelligimus: ut ipse Terentius ait, *Cervam videre fugere, sectari canes*: vel quod illum sic fugiant omnes, constituat ut hunc libido effeminata (Forte leg. *vel quod, si illum liguriunt homines, concipiatur tunc libido effeminata*): vel quod a physicis dicatur incerti sexus, ac esse modo mas, modo femina. *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris*] Quod in te habes, hoc quaeris in altero. Et est τρώπος ἀλλυγοεῖα. *Ha ba he*] Parasitus hic interiectionem risus addidit: quo magis nunc primum hoc audisse credatur. D.

*Lepus tute es*] Hic est sensus; cum tute ipse praeda sis, praedam quaeris. Quidam intelligunt, *Lepus tute es*, quod natura leporis talis est, ut incesto sexu viuat. Iterum ergo hic quasi tactus adolescens. E.

*Lepus tute es, et pulpamentum*] Liuii Andronici hoc dictum, ut Fl. Vopiscus auctor est in Numeriano: *Ipsi denique Comici plerumque sic milites inducunt, ut eos faciant vetera di-*

*cta usurpare. Nam et, Lepus tute es, et pulpamentum quaeris, Liuii Andronici dictum est: multaque alia, quae Plautus Caeciliusque posuerunt.* L.

Ne accentus inuenuste cadant, pro *pulpamentum* reponere *pulmentum*; aut, *pulpamentum*; aut *Lepus tute, pulpamentum* etc. Caeterum versum per interrogationem profer. B.

37 *Quid est?*] Haec interrogatio gestum vultumque continet cuiusdam alacris et certi, quod laudandus sit. *Facete*] *Facetus* est, qui facit verbis quod vult. *Lepide*] *Lepidus*, qui politus est, ut λεπίς, id est, lamina. *Laure*] *Laurus*, qui mundus et splendidus est. D.

38 *Tuum obsecrone hoc dictum erat?*] Et dicta, et proverbia, et adagiones, quod rem agant, facietis hominibus ascribuntur: et hoc laudis genus est, ad potiores referre, quod alter probatur dixisse. *Vetus credidi*] Quia omnia vetera, magna sunt. D.

Placet vet. edd. lectio, *Tuum obsecro ne hoc dictum erat?* h. e. per Tmesin, pro *Tuumne obsecro*. Sic Eun. iv, 4, 53. Adel. III, 4, 19. Plaut. Truc. II, 7, 42. B.

**T**H. Audieras? **G**N. saepe; et fertur in primis.

**T**H. meum' est.

40 **G**N. Dolet dictum imprudenti adolescenti, et libero.

**P**AR. At te Dii perdant. **G**N. quid ille, quae so?

**T**H. perditus.

Rifu omnes, qui aderant, emoriri: denique

Metu-

39 *Saepe*] Non ex ipso: nam esset contrarium superiori. *Meum est*] Non sensu tantummodo, sed verbis quoque iplis agreste est, quod nunc dicit, *Meum est*. D.

*Et fertur in primis*] V. C. *effertur in primis*. L.

40 *Dolet dictum imprudenti adolescenti et libero*] Deest *mibi*, ut sit, *Dolet mihi*. Et *dictum*, participium est, id est, quod dixisti. Addidit enim parasitus, quo grauius sit dictum, commiserationem eius in quem dictum est, utpote imprudentem adolescentem et liberum. Scit enim homines stultos, malos videri velle. Et vide parasitum in iisdem versari, cum ait supra, *Iugularas*, hic, *Dolet dictum*. *Imprudenti*] Scilicet qui minime crederet, tali se percursi posse conuicio: aut cum tali viro sibi rem futuram. Et sic laudat militem, ut miseratione iam dignus sit adolescens. Tam festiue \* ut etiam misereri inimicorum vacet (Edd. vet. *Eum nec non infestat*. Locus corruptus forte ita restitui potest:

**LIBERO**. *Tam non incessit, ut etiam misereri inimicorum vacet*. Quin enim τὸ libero non minus quam *imprudenti* interpretatus sit, dubium non est. Tum poterat videri Gna-  
tho incessere Rhodium illum adolescentulum, vocando *liberum*, i. e. procacem: id vero tantum abesse ait Donatus, ut etiam misereatur). D.

*Imprudens* hic in laude ponitur, ut And. v, 4, 8. Gna-  
thonis verba sunt, ex intimo adulatoriae artis penu petita. B.

41 *At te Dii perdant*] Noue Parmeno, non ipsi, sed de ipso loquitur, non audiente eo: εἰρωμνῶς. Parmeno hic male facit (Lege, *male dicit*, vel *male dicens*. Nili verba illa εἰρωμνῶς. P. h. m. f. loco suo meta statuas. Certe quidem\* optime adduntur Notae Donati ad III, 2, 10.): *At te Dii perdant*, inquit. D.

42 *Rifu omnes, qui aderant, emoriri*] Disciplina est Comici, ut stultas sententias, ita etiam vitiosa verba, adscribere ridiculis imperitiisque personis.

Ut



Metuebant omnes iam me. GN. non iniuria.

TH. Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi,

45 Quod eam me amare suspicata' st? GN. nihil minus.

Imo auge magis suspicionem. TH. cur? GN. rogas?

Scin, si quando illa mentionem Phaedriae

Facit, aut si laudat, te vt male vrat? TH. sentio.

GN.

Vt Plautus (Mil. I, 1, 74.), *Lazronibus ego denumerem stipendium*, inquit ex persona militis. Itaque hic *Emoriri* dixit. At vero Atticus adolescens in Heautont. *Emori cupio*. Vide igitur, poetam, pro loco aetempore scire quid dicat. D.

*Emoriri*] Comice tantum dicitur; nam (non Z.) *emori* facit. E.

43 *Metuebant omnes iam me*] Ne cui dicerem, *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris*. Aut, *Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? Non iniuria*] Hoc sic pronuncia, quemadmodum illud supra, *Quidni esset*. D.

Verba, *non iniuria*, ambigua putat Daceria: militem enim illa accepisse de laude, cum tamen Gnatho dixerit de stultis hominibus, qui metuendi sunt omnibus. Z.

44 *Purgon' ego me de istac Thaidi?*] *οἰκονομία* ad litem futuram inter militem et Thaidem. D.

*Heus tu, purgon'*] Hic quasi consilium petitur, an purget se miles apud Thaidem, quod Thais credit, militem iam vir-

ginem amare. Sicuti etiam ipsa supra dixit: *Sed ego quantum suspicor, ad virginem animum adiecit*. Dat autem consilium parasitus, vt magis augeat suspicionem: et huius argumentum profert, quod proficit: *vt si quando illa mentionem Phaedriae fecerit, miles contra Pamphilam nomine*. Et sic inuicem iniuriae Thaidis parem gratiam referat. hoc enim dixit, *Par pro pari referro, quod eam mordeat*. E.

45 *Quod eam me amare suspicatur*] Quia (Hinc Z.) apparet, illam militi quoque *κατὰ τὸ σεβιστωμένον* offendisse, quod dixit Phaedriae. D.

46 *Imo auge magis suspicionem*] Haec erit causa reiiciendi militis. D.

Non *suspicatur*, quae est nonnullarum edd. lectio, sed *suspicata'st* omnes Faerni codd, et nostri plerique recte habent. B.

47 *Scin'*] Monentis est dicere *scin'*, vel *scito*. *Si quando illa mentionem*] *Si quando* et prima syllaba acui potest, et media: tamen variat sententiam. D.

GN. Id vt ne fiat, haec res sola est remedio:

- 50 Vbi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam  
 Continuo: si quando illa dicet, Phaedriam  
 Intronittamus commissatum: tu Pamphilam  
 Cantatum prouocemus. si laudabit haec  
 Illius formam: tu huius contra. denique  
 55 Par pro pari referto, quod eam mordeat.

TH.

49 *Id vt ne fiat*] Modo Ne, non, significat. *Haec res sola est remedio*] Si te suspicetur amare Pamphilam. D.

50 *Vbi nominabit*] Et locum et tempus significat *Vbi*. D.

*Vbi nominabit*] Cicero lib. i. Ep. 9. ad Familiar. L.

51 *Tu Pamphilam continuo*] Hic magna οἰκονομία est, qua Terentius praeparat, quemadmodum iurgium inter Thaidem militemque, et Gnathonem, per duas partes serpat fabulae. Et bene *continuo*: vt intelligat meretrix, non tam Pamphilam amari, quam sibi vicem dari. D.

52 *Pamphilam cantatum prouocemus*] Eleganter, quia ille foris est, haec intus: *illum intronittamus, hanc prouocemus*. Haec est in verbis Poetae germana proprietates. D.

*Commissatio est*, inquit Faernus, *proprie conuiuium meretricum et adolescentulorum*. Illud *tu*, cum et ultra metrum excurrat, et a vet. edd. absit, delendum puto. B.

53 Lege, *Cantum, tu, pro-*

*uocemus*. Nam in hac re proprium est *canere*, non *cantare*. Sic Cic. Tusc. 1, 2. Epaminondas fidibus praeclare *cecuisse* dicitur. B.

54 *Tu huius contra*] Hic *contra* vicem significat. D.

55 *Quod eam mordeat*] *Quod* par. aut absolute *Quod*, quae res. D.

*Par pro pari referto*] Proverbium vulgi ore satis tritum, et quod interpretationem non requirit: cuius tamen occasione Siculum adagium annotabo, cuius ignoratione non leues in veteribus libris errores subnati. Quod igitur Latini *Par pari*, hoc Siculi μοῖτον ἀντὶ μοῖτον dicunt: et μοῖτον illis *mutuum* est. Varrro de L. L. lib. iv. pag. 42. *Si datur, quod reddatur, mutuum; quod Siculi μοῖτον. Ita scribit Sophron μοῖτον ἀντιθῆμον*. Omnino legendum: *Sophron, μοῖτον ἀντὶ μοῖτον*. Siculum vocem etiam Hesyechius agnoscit, sed pariter ac Varro mendosus: *μοῖτοι, ἔντομοι, παροιμία Σικελῶν. ἢ γὰρ χάρις μοῖτον ἀνὸ χα-*  
 εν.

**TH.** Si quidem me amaret, tum istuc prodesset,  
Gnatho.

**GN.** Quando illud, quod tu das, expectat atque  
amat :

Iam

*gen.* Quae verba sic restituenda: *μοῖτοι ἀντὶ μοιτῶν, παροιμία Σικελοῖς, ἢ γὰρ χάρις μοῖτος. Μοῖτον, δινόχασιν.* Aliter haec Scalliger ad Varron. lib. iv. emendare tentat, sed meo iudicio, irrito conatu. Itaque Lucianus in Imaginibus pag. 562. *Μύθον ἀντὶ μύθου ἀμείψαι, ἀντὶ τῷ μέτρῳ, φασίν, ἢ καὶ λώϊον.* *Sermonem pensabis ipsa mensura, quod aiunt, aut etiam cumulatius:* dubio procul *Μοῖτον ἀντὶ μοιτῶν ἀμείψαι*, id est, *Par pari referre*, et quae sequuntur, scripsit. L.

Particulam *pro*, cum a quatuor codd. absit, et locus sine illa a Seruio ad *Gen.* 1, 265. et Cicerone, laudetur, delemus, et ad versum fulciendum illius loco *tu* reponimus. B.

56 *Si quidem me amaret: tum istuc prodesset, Gnatho]* His versiculis personam militis et Gnathonis continentibus, *δικονομία* inducitur, quod verisimile sit, facile militem ferre posse, anteponi sibi Phaedriam, qui se semper intellexerit non amari. Nam si hoc tollas, aut excludendus est Phaedria, aut ex dolore militis in hac fabula fit exitus tragicus. Et hoc miles, ut sapiens, locutus est. Ergo meminisse conuenit, ri-

diculas personas non omnino stultas et excordes induci a Poetis comicis. Nam nulla delectatio est, ubi omnino, qui deluditur, nihil sapit. Stultitia autem est in his quatuor modis: aut non venire in mentem, quod oportet: aut si venerit, non tenere: aut bonum consilium amittere: aut malum admittere. Vide ergo, ut hoc quod commode miles viderat, non tenuerit, totumque amiserit. Hoc autem idcirco interposuit Poeta, ut ostenderet, quid veneni haberet assentatio: per quam non modo errantes decipiuntur, ac praecipites eunt: verum etiam sapientes interdum, sanique evertuntur. D.

*Siquidem me amaret]* Bona questio, contempsisse (qua contemni se Z.) doleat. Non, inquit, diligit. Hic respondet parasitus, probans quia diligit, ex his argumentis, *quando illud quod dat miles, meretrix spectat atque amat. Ergo utile est consilium quod tibi dedi.* E.

57 *Quando illud, quod tu das, expectat]* Hac sententia tollitur militi (Putabam *τὸ τολιῦν* valere, aufertur, eripitur. Sed sollicitat lectionem Wiclingius, et substituit vel, *Haec sen*

Iam dudum te amat: iam dudum illi facile fit,  
Quod doleat: metuit semper, quem ipsa nunc capit

60 Fruetum, ne quando iratus tu alio conferas.

TH. Bene dixi: ac mihi istuc non in mentem  
venerat.

GN. Ridiculum; non enim cogitaras: caeterum  
Idem hoc tute melius quanto inuenisses, Thraso!

## ACTVS TERTII SCENA II.

THAIS. THRASO. PARMENO. GNATHO. PYTHIAS.

**A**VDIRE vocem visa sum modo mi-  
litis:

Atque

*sententia tollitur militi*, h. e. fertur; vel, *Hac sententia tollitur miles*, h. e. laudatur, vel intumescit), quod recte senserat: nec persuadetur tamen, quod ametur ab amica. D.

58 *Iam dudum amat te*] Vel nimium et valde, vel iam pridem. D.

*Iam tutum te amat*] Seruius Aeneid. iv. ad illum versum I, *Iam dudum saucia cura*. L.

59 *Quod doleat*] Hoc ad illud refertur, quod supra dixit, *Par pro pari referto, quod eam mordeat*. D.

Etsi nostri codd. *metuet* habent, vulgare tamen retinendum esse censeo. B.

60 *Ne quando iratus tu alio conferas*] Et hic locum pro persona posuit: ut ne diceret, *ad aliam*. D.

61 *At mihi istuc non in mentem venerat*] Sic pronuncian- dum est, quasi militi monstri si-

mile videatur, sapiens dictum alii prius venisse in mentem, quam sibi. D.

62 *Ridiculum*] Vel hominem, vel dictum significamus. D.

*Ridicule: non enim cogitaras*] Parasitus tamen si bonum consilium inuenierit, tamen, quoniam Colax est, dicit, ipsum militem si cogitasset, melius inuenire potuisse. E.

Verbum *Ridiculum* ipsi Thrasoni, magnifice de ingenio suo sentienti, tribuendum Daceria putat. Z.

63 *Caeterum hoc tute melius quanto inuenisses, Thraso!*] Scilicet, si cogitasses. D.

Si *Idem* est, quomodo *melius* dici potest? Igitur repono, *Idem hoc aut melius tute inuenisses, Thraso*. Cf. And. iv, 1, 57. et Phorm. 1, 4, 50. B.

I *Audire vocem visa sum modo militis*] Hic inducitur multiplex

Atque eccum. salue, mi Thraso. THR. o Thais  
mea,

Meum suauium, quid agitur? ecquid nos amas

De

tiplez concursus dissimilium personarum, et tamen virtute et consilio Poetae discretarum, vt confusio nulla sit facta sermonis: simul etiam pro se cuique accommodata mire repraesentatur oratio. *Audire vocem visa sum modo, militis*] Omnes sensus *visa* dicuntur, ab eo quod est certissimum oculorum (Wieling. putat leg. *qui est certissimus, oculorum*, sc. sensus, Cic. de Orat. III, 41. *Facilius ad ea, quae visa, quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur*). Ergo *visa sum*, sensi. vt Virgilius (Aen. VI, 257.) — *visaeque canes vlulare per umbram, Aduentante Dea. D.*

*Audire vocem*] Haec Scena sublationem munerum tenet, quippe Parmeno obliaturus Aethiopiissam et Eunuchum, quos, vt oportet, secundum praeceptum domini laudauit. Igitur demonstratiuum genus causae, vbi laus erit. Sed quoniam praesens est miles et eius parafitus, erit et vituperatio. quae omnia ex oratoriae artis partibus tractabuntur. Quippe cum omnis laus vel vituperatio homines taxat, diuidatur ex animi bonis vel malis. Haec omnia exsequuntur suo loco. Ac primum miles meretricem conuenit, et ab ea petit, vt dicat,

quemadmodum donum suscepit. *Audire vocem visa sum*] Pulchre factum vt meretrix intus posita, *vocem militis audire* se dixerit. Est enim consuetudo hominum, vt ob recens munus omnia officia et obsequia praebeamus. Superba illa meretrix et in amatores suos, quae et Phaedriam paulo ante excluderat domo venientem, nunc post munus acceptum egreditur, et *audire se vocem militis* dicit. E.

2 *Salue, mi Thraso*] Quia secum, *militis*: quia apud illum, *Thraso* (Lectio satis proba. Edd. tamen vett. *Quasi nomen MILITIS apud illum non honestum sit*, THRASO. Caeterum cf. Donat. ad Adelph. II, 2, 3.). Est quaedam actio, cuius nomen honestum est; sicut orator, philosophus: est quaedam, cuius nomen offensum est, vt miles, lanarius. D.

*Thais mea*] Priscian. lib. XIII. L.

3 *Meum suauium*] Tria sunt osculandi genera, *osculum* scilicet, *basium*, et *suauium*. *Oscula* officiorum sunt: *Basia*, pudicorum affectuum: *Suauia*, libidinum vel amorum. *Meum suauium*] Cum oscularetur, dixit. *Quid agitur?*] Et hoc blandimenti genus est post

De fidicina istac? PAR. quam venuste! quod dedit  
 5 Principium adueniens! THA. plurimum merito  
 tuo.

GN. Eamus ergo ad coenam: quid stas? PAR.  
 hem alterum;

Ex

osculum; sed duri est et agrestis: infert (*Inferre* Donato valet *subiungere*. Sic Andr. v, 6, 14.) enim, *Ecquid nos amas?* Et *Ecquid*, aliquantulumne significat: et ideo illa *plurimum* recitat. Cicero in Catilinam (I, 8.), *Quid est, Catilina? ecquid attendis? ecquid animaduertis horum silentium?* D.

4 *De fidicina istac?*] *De*, propter: vt sit, propter fidicinam. Et vide non puellam, sed *fidicinam*, quasi ab amatore dictam, et eo amatore, qui quasi memor sit artis, qua delectatur: et quia puella sit aemula meretricis; nam meretricum est *fidicinam* esse. *Quam venuste! quod dedit principium adueniens!*] Bene reprehendit Parmeno. Nam in beneficiis debet obliuisci qui dedit, et meminisse qui accepit. Et est grauis *εἰσωπεία*, *Quam venuste!* D.

*Fidicina istac?*] Quae fidibus scit, hoc est, citharam nouit. E.

5 *Plurimum merito tuo*] Facete meretrix amorem suum non ad auaritiam retulit, sed ad officium. Et cum de *fidicina*, inquit, te amem (*sum*, v-

terque cod.) praecipue merito tuo. Alii sic respondere intelligunt, vt ipsa de *fidicina* gratias agat. Nam cum ille dixerit, *Ecquid nos amas?* illa respondit, *Plurimum*. Quod autem *de fidicina hac* dixit ille, subiicit haec, *Merito tuo*, id est, quoniam mereris, dando eam. Sed melius est, vt praeter munus *Meritum* dixerit: quamquam multi *munus meritum* intelligant: vt est illud Virgilii (Aen. VI, 664.): *Quique sui memores alios fecere merendo*: id est, gratos sibi reddidere munerando. D.

*Plurimum merito*] Astuta meretrix, ne muneris gratia diceret se amare militem, respondit, amote, sed, *merito tuo*. E.

6 *Eamus ergo ad coenam*] Decuit parasitum de coena etiam importune admonere, cum quadam *εὐφάσει* velut magnae rei. *Hem alterum*] Bene *alterum*, quia duo sunt. *Hem alterum*] Si hic reprehendatur miles, *alterum dictum*: si parasitus, *alterum hominem*. Vult enim Parmeno et parasito esse versutior, et debet esse (Edd. Venet. *qui et debet esse*), cum peioris conditionis sit. *Hem alie-*

Ex homine hunc natum dicas. **THA.** vbi vis, non moror.

**PAR.** Adibo, atque assimulabo, quasi nunc exeam. Ituran', Thais, quopiam es? **THA.** ehem! Parmeno,

10 Bene fecisti: hodie itura? **PAR.** quo? **THA.** quid? hunc non vides?

**PAR.**

*alterum] Alterum, non respectiue, sed absolute; ac si dixisset, aliud dictum, vel alterum stultum. D.*

7 *Ex homine hunc natum dicas]* Recte reprehendit Parmeno duos, quorum vnus beneficium Thaidi exprobrat, alter pro beneficio coenam ostendit, tanquam ad eam currendum sit: nam hoc significat, *Quid stas?* quasi sit causa properandi. *Vbi vis, non moror]* Ad *Eamus ad coenam, Vbi vis* retulit (*ad*, recte insertum est in edit. Westersh. 7.): *Quid stas? Non moror. D.*

*Vbi vis, non moror?]* Non moror, non impedimento sum. E.

Si, *ex homine hunc natum dicas*, sine interrogatione accipis; sensus est, vtrumque stultitia esse parem. Sin cum interrogatione: eandem habent vim, quam illa apud Nostrum, *Nonne hoc monstri simile est? Monstrum hominis! Quod istucnam monstrum est?* Sed admodum ingeniosa est Bentleii coniectura, *Abdomini hunc natum di-*

*cas.* Nam parasitus ante dixerat, *Eamus ad coenam: quid stas?* Deinde eadem phrasis occurrit Cic. in Pis. 17. *Ille gurges atque heluo: natus abdomini suo, non laudi et gloriae. Z.*

8 *Quasi nunc exeam]* Mire, *Nunc exeam*, quippe qui iam dudum procul steterit (*Vterque liber addit, ibi videlicet*). D.

9 *Iurane, Thais, quopiam es?]* Vt experiatur Thaidis animum, fingit nescire quo eat. *Hem! Parmeno]* Vide deprehensam meretricem velle blandimentis satisfacere Parmenoni. D.

*Ituran' Thais?]* Interrogat Parmeno, an aliquo itura sit. E.

10 *Bene fecisti]* Quid bene fecit Parmeno? An quasi perturbata haec loquitur, etiam de nihilo blandiens, utpote meretrix et faceta? An quod illuserit conuicio? *Hodie]* Dulciter additum *hodie*, quasi cum exceptione: quo se significat, non perpetuo obsecuram militi: et vt quae (*Sed ut quoque; aut, sed id quod Z.*) promitte-

PAR. Video, et me taedet. vbi vis, dona adsunt tibi  
A Phaedria. THR. quid stamus? cur non imus  
hinc?

PAR. Quaeso hercle vt liceat, pace quod fiat tua,  
Dare huic quae volumus, conuenire et colloqui.

15

miserit, biduum tantum abs-  
tutum Phaedriam. *Quid? hunc  
non vides?*] Si dixerit (forte,  
*dicat*) *militem*, laedit praesentem:  
si *amicum*, laedit Parmenem.  
Mire igitur pronomen inuenit. D.

*Bene fecisti*] Mf. R. *Bene pol  
fecisti.* L.

Lectionem codd. et edd. *Bene  
pol fecisti* versus non admit-  
tit, nisi quoque legas *fecisti*:  
quod est durum. B.

II *Video, et me taedet*] Op-  
portune Parmeno fatetur odi-  
um militis, vt retundat ab eo  
(Lege vel, *repellat ab eo*; vel,  
*retundat adeo*.) amorem Tha-  
idis. *Vbi vis, dona adsunt ri-  
bi a Phaedria*] Nil potuit ex-  
tiosius militi contingere, quam  
vt continuo riualem mitteret mu-  
nus, et posterior, et coram ipso.  
*Dona adsunt tibi a Phaedria*] Cum  
illa sub pronomine cela-  
uerit nomen militis, ex arte  
Parmeno pronunciauit a *Phae-  
dria*. D.

12 *Quid stamus?*] *Quid sta-  
mus*, ad moram refertur. *Quid  
stamus?*] His verbis miles in-  
sultus dolere se indicat. *Cur  
non imus hinc?*] Vbi seruus ri-  
ualis est Parmeno. D.

*Quid stamus?*] Miles, po-  
steaquam riualis seruum videt  
asserre dona, properat vt dis-  
cedat meretrix, ne cogatur ea  
accipere. E.

13 *Pace quod fiat tua*] *Pa-  
ce*, aut gratia, aut voluntate:  
et deest *cum*. Et sic locutus  
est, quasi bellum his verbis om-  
nibus indixerit. *Pace quod  
fiat tua, dare huic quae volu-  
mus, conuenire et colloqui*] Pro-  
prie: quia *pax, dario, dedizio,  
conuenio, colloquium*, militiae  
verba sunt: et inuidiose sic ait,  
quasi per eum non accipere  
liceat Thaidem. Et sic pro-  
nunciandum, vt subaudiatur  
*vel*: vt sit, vel dare, vel con-  
uenire. Et colloqui: vt inter  
hostes solet. Sallustius (vter-  
que locus in *Fragm.*): *Quae  
pacta in conuentione non prae-  
stitissent*, Et alibi, *Cuius ad  
verba voluntate, colloquio mili-  
tibus promisso, corruptio facta  
paucorum, et exercitus Syllae da-  
tus est*. D.

*Quaeso hercle vt liceat*] Be-  
ne tanquam cum milite, *pace  
quod fiat tua*. E.

14 *Dare huic quae volumus*] Haec  
singula cum inuidia pro-  
nuncianda sunt. *Conuenire et  
collo-*



15 **THR.** *Perpulchra credo dona, haut nostris similia.*  
**P A R.** *Res indicabit. heus iubete istos foras*  
*Exire, quos iussi, ocius. procede tu huc.*  
*Ex Aethiopia est vsque haec. THR.* *hic sunt tres*  
*minae.*

G N.

*colloqui*] Sic pronuntiandum est, vt quasi dicat, liceat per te, miles, quod etiam inter hostes, et in bello licet. D.

15 *Perpulchra credo dona*] *εἰσραφεία* de fiducia pulchrae virginis. *Nostris similia*] Et *his similia*, et *horum similia*, dicimus. D.

*Perpulchra credo*] Vituperationis exordium sumitur: generale tamen, et a corporeis bonis vel malis, quippe sua dona per comparatiuam qualitatem ab donis corporis collaudauit. Hoc scilicet donis detrahens riuialis sui. E.

*Perpulchra credo dona*] Priscian. libr. xiv. *Perpulchra credo munera.* I.

Recte Faernus pro *haut* edidit *aut*. Nam ironia debet continuari. B.

16 *Res indicabit*] Scit Eunucho nomen posse contemni: et ideo videri vult potius, quam sperari munera sua, id est, Chaeream. *Iubes te istos foras exire, quos iussi ocius*] Cum fiducia et alto vultu pronunciat: et festinat, ne occupet miles prius abire, quam videat. Et est ordo, *ocius exire.* D.

17 *Procede tu huc*] Bene

*procede* dixit, non *accede*, aut *veni*: vt appareat dignitas in incessu. Et callide ab inferiore incipit munere, hoc est, a puella, ad Chaeream venturus, simul vt a vero mancipio incipiens, ad falsum sine suspitione transfret. D.

18 *Ex Aethiopia est vsque haec*] Quod Thais cupiebat. Nam supra, *Nonne ubi dixisti cupere te ex Aethiopia ancillulam.* *Vsque* additum, vt longinquitas monstraretur. Et hoc est quod facit (Edd. vet. addunt *supra*. Wielingio placet, *Huc est quod facit.* Lego, *Et hoc est, quod Phaedria ait supra.* Nam ex *Ph.* ait natura est *facit*): *Munus nostrum ornato verbis, quod poreris.* *Ex Aethiopia est vsque*] Hic ostendit quid sit ex Aethiopia, addendo *vsque*: vt ex longinquitate dignitas muneris ponderetur. Et quid erit iam criminis in colore, quando ipse dicere gloriatur vnde sit? Et mire ab inferiore coepit, vt *αὐξήσῃ* doni faceret in Chaerea: et turpi praecedente lenocinium (*Et turpem praecedentem, more lenonum Z.*) comparat secuturo pulchro. *Vsque*

GN. VIX. PAR. vbi tu es, Dore? accede huc.  
hem Eunuchum tibi.

20 Quam liberali facie, quam aetate integra!

THA.

modo aduerbium de loco est: vt, *Siculo prospexit ab vsque Pachinno* (Aen. vii, 289.). *Hic sunt tres minae*] Callide munus ad pretium reuocauit, vt ad auaritiam conuerteret meretricem; ne officio donantis et gratia leniretur. Et ideo non dixit, *tribus minis valet*, sed, *hic sunt tres minae*: quasi iam vendenda sit. D.

*Ex Aethiopia*] Hic quoniam supra aduersarius dixerat, *perpulchra dona, haur nostris similia*, quam Aegyptus produxerat, a corporis bonis laudare non potuit, laudauit extrinsecus, scilicet ex loco et caeteris partibus: vt ex longinquitate regionis gratiam muneri praepararet. *Hic sunt tres minae*] Hic vituperatio rursus extrinsecus facta est ab opinione, ab existimatione, a proprii (*prezii*, vterque Mf.) qualitate. Vbi totum donum \* callide a Parmenone factum (in Mff. lacunam repperit nullam Westerh. Vt laboranti loco medearis, pro factum, lege, exhibitum, seu, ornatum Z.): vt primum (forte, nimirum Z.) ea quae in corpore non placebat, primo promitteretur: post Eunuchus, qui vtique erat pulcherrimus, quia adolescens Chaerea. Hic omnis laus a corpore, quod di-

xit, *Eunuchum tibi! quam liberali facie, quam aetate integra!* Haec quidem aetas naturalis est: et Eunuchus equidem naturae datur. Sed haec omnia personae sunt attributa. E.

*Ex Aethiopia est*] Seruius Aeneid. i, 647. *Iliacis crepta ruinis*. Iunius Phylarg. iv, 293. *Georg. vsque coloraris*. L.

19 *Vix*] Aut *difficile* significat, aut non; vt sit, *nec hoc*. Lucilius: *Carcer vix carcere dignus*] *Vbi tu es, Dore?* Tanquam quaerat eum, vt nomen indicet: quo audito magis dissimulet Chaeream. *Accede huc*] Vultu eo dicitur, quo debuit dicere, et dicto aemulorum laesus, et confidentia destitutus, velut in eo duntaxat conspectu Chaeraeae confidens. *Hem Eunuchum tibi*] *Mire*: postquam dixit, — *Eunuchum porro dixi velle te, Quia solae viuuntur bis reginae; repperi* (Leg. ex vet. vestigiis: *Mire, postquam EVNUCHVM dixit, TIBI inulit, q. d. Eunuchum dixi velle te, Eunuchum tibi repperi*). D.

20 *Quam liberali facie?*] Non narratiue laudat, sed per interrogationem, quae maior fiducia est. *Quam aetate integra?*] Id est, qua florent puberes; vt Virgilius (Aen. ix, 255.): *atque integer aevi Ascanius*. D.

THA. Ita me Di ament, honestus est. PAR. quid tu ais, Gnatho?

Numquid habes, quod contempnas? quid tu autem, Thrafo?

Tacēt: fatis laudant. fac periculum in literis,

Fac

21 *Ita me Di ament*] Inrauit ideo, vt non amore Phaedriae, sed veritate cogi ad laudandum videatur (*videretur* Z.) coram milite. *Honestus*] Pulcher. Virgilius (Aen. I, 591.), *Et laetos oculis afflarat honores. Honestus*] Hic subdidit, quod in ancilla praetermisit, quia Aethiopiſſa honesta dici non potuit. D.

*Quid tu ais, Gnatho?*] Hic exsultat (*insultat*, vterque Mf.) Parmeno, quoniam pulcherrimum donum a meretrice iam probatum est. Et concludit ex eo, quod non audeat (*audeant* Z.) vituperare: et conticeſcant potius, quam (*quod* Z.) fatis laudent. E.

22 *Numquid habes*] *Habes* pro inuenisti. *Quod contempnas?*] Plus est *contempnas*, quam vituperes, et deest, *in hoc*: vt fit, *numquid habes, quod in hoc contempnas?* D.

23 *Tacēt: fatis laudant*] Taciturnitas confessionis genus est, praesertim contra aduersarii interrogationem. Ideo tacere hoc, vel quasi laudis argumentum est; quia supra ta-

cere vituperavit: ideo et ipse sic ait, *Quid tu ais, Gnatho? numquid habes, quod contempnas? Tacēt: fatis laudant*] Et, *Quid tu Thrafo?* quia supra contempserat puellam. *Fac periculum in literis, fac in palaestra, in musicis*] Si totum singulariter diceret, esset *ὁμοιοτέλεστον*, *Litera, palaestra, musica*. D.

Adiecit ab animi bonis laudem, *Fac periculum*, inquit, *in literis, fac in palaestra, in musicis; quae liberum scire aequum est adolescentem sollertem dabo*] Artes et disciplinas animi bona nos tradimus, et liberos adolescentes aequum est ista cognoscere. Sunt autem *litterae, palaestra, musica*, et praecipua duo *palaestra* et *musica*, alia corporis, alia animi scientia. De quibus et Plato de Republica loquitur, dicitque omnes ciues in adolescentia his artibus operam debere tradere, vt omnia . . . more adolescenti \* robur ad virtutis indolem fuscitetur (Mf. alter: *vt omnia onere adulescenti Robur ad virtutis indolem fuscitet*. Alter: *vt oma bonore adulescenti Robur ad virtutis indolem*

Fac in palaeſtra, in muſicis: quae liberum  
25 Scire aequum eſt adoleſcentem, ſollertem dabo.

THR. Ego illum Eunuchum, ſi opus ſit, vel ſobrius.

P A R.

*dolem ſuſcietur.* W. Forte, *ut omnium honore* [τιμῇ] *a. r. a. v. i. ſuſcietur.* Z.). Et hoc igitur contra militem eſt. Nam his rebus dicit Plato milites et viros fortes poſſe exiſtere meliores. Vnde Achilles ab Homero inducitur, vir fortiſſimus ac arte doctiſſimus, ut reliqui, qui in palaeſtra plurimum valent. Idcirco adiecit, *quae liberum ſcire aequum eſt adoleſcentem, ſollertem dabo*, id eſt, peritiſſimum exhibebo. E.

Stobaeus e Menandro Tit.

77. Ουγάτης ἐπίγραμμα καὶ ὄλιος μὴδὲν λαλῆ, Διὰ τῆ σιωπῆν πλείεσα περὶ αὐτῆς λέγει. W.

24 *Quae liberum ſcire aequum eſt*] Quondam liberi pueri his artibus erudiebantur. Et eſt figura ἔλλειψις: deſt enim, *His* (Quae de ellipſi *his*, ſeu potius, *in his*, dicuntur, pertinent ad ſequens *ſollertem dabo* Z.). D.

*In muſicis*] Lucian. in amoribus, καὶ εἰς μουſικῶ δέοι φοιτῆν, εὐμελῆς λῦρα et quae ſequuntur. *Quae liberum ſcire*] Lucian. in amoribus τὸ σῶμα ταῖς ἐλευθερίοις ἀσκήσειν ἐκπονεῖ, quin imo vid. totus locus; nam huc commode facit. L.

25 *Sollertem*] Id eſt; *difer-*

tum. Vtrum haec *ſollertem*, ut Horatius, *Docte ſermones vtriuſque linguae* (Carm. III, 8, 5.). An aſſumendum eſt *His extrinſecus? Sollertem*] Deſt, *His. Solers*, quaſi totus ex arte conſiſtens, ut ὄλιος ἀρετῆ, quod Latinis verbis, quaſi *ſolus in arte* ſit. Huic *iners* contrarium. Nam *solers*, quaſi ὄλιος ἀρετῆ dictus. ὄλον *ſolum*. ut ἔξ ſex, et ὅς *ſus* dicimus. D.

26 *Ego illum Eunuchum, ſi ſict opus, vel ſobrius*] Hoc ut militare eſt, ita importunum praefente Thaide: extra quam miles, ſi ſaperet, nihil amatorie contemplari debuit. Sed et hoc accedit ad eius odium: praeterquam quod iam in ſuſpicionem eſt amicae ſuae, quod fidicinam magis diligat; et hoc mire, quod nemo prior Eunuchum eſſe Chaeream, quam miles, credidit: adeo ſtultus etiam nomine ipſo appellauit. Sed ſtatim ſtulte miles, primo quidem conuicium ipſi Eunuchus facit: in quo poteſt iam laedere amicam. Deinde aſteſtatur hoc dicto pulchritudinem huius muneris. Quid igitur proficit? Satis autem ioculari eſt, ſi cogites Chaeream eſſe, qui haec de ſe audiat, et tacere

PAR. Atque haec qui misit, non sibi soli postulat  
Te viuere, et sua causa excludi caeteros.

Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas

30 Ostentat; neque tibi obstat, quod quidam facit:

Verum vbi molestum non erit, vbi tu voles,

Vbi

tacere cogatur. *Vel sobrius*] Honeſta *ἡμεψεις*, propter mulieris praesentiam. vt Virgilius (Ecl. III, 8.), *Nouimus et qui te*. Et ipse in Heautont. *Qui se vidente amicam patiatur suam*. Hoc tamen miles coactus a Parmenone dicit, quia rephensus est tacuisse. D.

*Ego illum Eunuchum*] Pulcherrimum Eunuchum quoniam negare non potest miles, detractionem repperit, quod in Eunucho ad turpitudinem libidinis pulchritudo verti potest. Et quoniam sine Cerere et Libero friget Venus, dixit, *hunc iam sobrium Eunuchum, si opus sit*. intelligitur autem quod consequatur. E.

Pro, *sit*, cum Faerno lege *siet*, quod poscit versus. B.

27 *Atque haec qui misit*] Id est, tanta munera; hoc enim haec significat. *Non sibi soli postulat*] Hoc est, *Istum aemulum, quod potes, ab ipsa pellizo*. D.

*Atque haec qui misit*] Memor est mandatorum. Nam quoniam dominus dixerat, *munus nostrum ornato verbis, quod poteris*, hoc supra factum est. Et quia adiecerat dominus, *et istum aemulum, quod poteris, ab*

*ea pellito*: nunc hoc exsequitur, cum dicit, *dominus meus neque pugnas narrat, neque cicatrices ostentat suas*. E.

28 *Sua causa excludi caeteros*] Nihil potuit dici inuidiosius. Non enim dixit *Phaedriam*, sed *caeteros*, quasi futuri amatores fuissent, nisi metueretur exemplum Phaedriae. D.

29 *Neque pugnas narrat*] Descriptio militis, tantum excepto nomine. *Neque cicatrices*] Insigne foeditatis. Nam apud meretricem quid aliud cicatrices valent? Nam cicatrices etsi semper gloriosae sint, non tamen etiam apud meretrices, quibus post pretium forma placet; vt Sallustius quoque fatetur, *Haec sunt virtutis insignia: debonestamento tamen esse corpori, maxime lactabatur*. D.

30 *Neque tibi obstat*] Qui a te repellat amatores tuos. *Quod quidam facit*] Quidam recte. Nam et figuratum et aptum sententiae est, et contemptum indicat hoc verbum. D.

31 *Vbi molestum non erit*] Ad superiora retulit, quod nunc dicit: scilicet ad, *Non sibi soli postulat te viuere, et sua causa excludi caeteros; neque pugnas*

Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.

THR. Apparet seruum hunc esse domini pauperis  
Miserique. GN. nam hercle nemo posset, sat scio,

35 Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.

P. A. R. Tace tu, quem ego esse infra infimos om-  
nium puto

Homi-

*narrat, etc. Vbi molestum non erit, vbi tu voles, ad Neque tibi obstat: Vbi tempus tibi erit.* Et mire occupat animum meretricis, cum illam huius impulsu inducit facere, quicquid dure fecit excludendo Phaedriam. Hic igitur qui scit praecepta de beneficiis aestimandis, intelligit oratorie in vtramque partem dicta omnia. *Verum vbi molestum]* Vtrum tibi molestum, an aliis? sed aliis, quia illaturus est (Adde, *vbi tu voles. Z.*). D.

32 *Vbi tempus tibi erit]* Non amatori. Et *vbi tu voles: non ut nunc in milite pateris. Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur]* His dictis et militem repulit ab animo meretricis, et commendavit adolescentem, et perfecit ne iniuria videatur apud Thaidem, quod sponte susceperit Phaedriam. D.

33 *Apparet seruum hunc esse domini pauperis]* Tristiores enim sunt serui pauperum, et ob hoc ipsum nequiores. et hoc melius erat: quamuis illud aliter parasitus exponat. *Domini pauperis miserique]* Bene additum *miseri*: quia non continuo pauper etiam miser est. D.

34 *Nam hercle nemo posset]* Secundum illud, *Ait, aio,* approbat parasitus quod miles dixit. Et est ordo, *Nam hercle satis scio, nemo posset hunc perpeti, qui haberet, qui pararet alium seruum. Nam hercle nemo posset]* Aliam causam subtiliorem assignat parasitus, quam quam dixerat miles. D.

*Heracle nemo posset]* Istum enim seruum, quod malus fit, nemo posset, inquit, perpeti, si haberet tantum unde alium compararet: ut ostendatur dominus pauper. Haec propter malitiam, qui neque nudare se posset, ut alius compararetur. E.

Illud *nam* refertur ad id, quod eleganter omissum est, sc. *Recte. Z.*

35 *Qui haberet, qui pararet]* Prius *Qui*, pronomen: sequens aduerbium est. D.

36 *Quem ego esse puto infra omnis infimos homines]* Multum dixit, *infra infimos omnis homines.* Nam hac sententia vult, illum hominem seruis etiam esse peiorem: quia et seruus, homo; ut in Phormione, *Seruum hominem causam orare leges non sinunt.* D.

*Infra*

Homines: nam qui huic animum assentari induxeris,  
E flamma petere te cibum posse arbitror.

THR. Iamne imus? THA. hos prius introducam, et, quae volo,

40 Simul imperabo: post continuo exeo.

THR. Ego hinc abeo, tu istanc opperire. PAR. haut conuenit

Vna ire cum amica imperatorem in via.

THR.

*Infra omnes infimos*] Prisc. lib. xiv. Plaut. Stich. III, 2, 37. *infimatum infimus*. L.

Vt *infra* sub ictum veniat, cum Donato leg. *infra esse*. B.

37 *Qui huic animum assentari induxeris*] Proprie: nam *animus inducitur* aduersum obiectas difficultates. D.

Versus gratia cum duobus codd. et edd. vet. lege, *huic assentari animum induxeris*. B.

38 *E flamma te petere cibum posse arbitror*] Vnde sine damno aut malo nihil potest auferri. *E flamma*] Hoc intelligit, non ex foco, sed ex medio igni, vel incendio flammae. Nam antiquum verbum est, *Petere cibum e flamma*. mordetque vtrumque simul: vt nescias quem peius vituperauerit, huiusne famem, an illius immanitatem, vel voraginem. Et simul vide conuicium redditum, vnde coniectum est; id est, de paupertate et egestate. D.

*E flamma cibum*] Homerus apud Sueton. in Tiberio. cap.

xxi. Lucilius apud Nonium Marc. in MORDICVS. *Mordicus petere aurum ex flamma expediat, e coeno cibum*. L.

39 *Iamne imus?*] Odium Parmenonis, et stomachum militis ista indicat festinatio; et, *Iam*, increpatio morae est.

40 *Post huc continuo exeo*] Legitur et *postea*, vt sit *post* pro *postea* ΔΠΟΡΩΤΙΗΔΕ \* (Sensus postulat, vt legatur, ἀποκοπή τῆς ea) quomodo pro *postremo post*. D.

Cum in *Continuo* non possit non fieri synaloepha, pro *post* cum codd. lego *postea*. B.

41 *Ego hinc abeo*] Consequens erat vt offenderetur miles, tam diligenter rivalis munus suscipiente meretrice. D.

*Haut conuenit*] Mf. R. *non conuenit*. L.

42 *Vna ire cum amica, imperatorem in via*] Vide πῆροπα-ρασκευῆν futurae litis inter Thaidem et militem. *Cum amica*] Mirifice *amicam* dixit, non meretricem. *Imperatorem in via*] Congruè in militem: quasi ipse

THR. Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.

GN. Ha, ha, he. THR. quid rides? GN. istuc quod dixi modo:

45 Et illud de Rhodio dictum cum in mentem venit. Sed Thais exit. THR. abi prae, curre, vt sint domi Parata. GN. fiat. THA. diligenter, Pythias,

Fac

ipse fit, sub quo est (Adde, *Thais Z.*). et hic seruat Parmeno, quod sibi mandatum est, *Et istum aemulum, quod poteris, ab ea pellito.* Et bene mutat nomina, hinc ad honorem, hinc ad inuidiam. Hanc, non *meretricem*, sed *amicam* dixit: hunc, non *militem*, sed *imperatorem*. D.

43 *Quid tibi ego multa dicam?*] Non habuit aliud miles stultus, et redit ad illa quae supra dixit, *Domini pauperis miserieque. Domini similis es*] Ineptus iocus, in quo seruus, iniuriae vice, domino comparatur. D.

*Similis*, cum nihil vituperii contineat, mutandum est in *Simia*. Nam praeterquam quod ita turpitudine faciei exprimitur, vsus loquendi quoque comprobatur: *μιμησις* enim est *imitari* et *adulari*. Cf. Plin. Epist. I, 5. et Plaut. Most. IV, 2, 4. B.

44 *Quid rides?*] Et hoc eo vultu dicitur, quasi sibi conscius sit miles facete dicti conuicii. Nam non quod nesciat causam risus, eo interrogat *quid*

*riserit*, sed ideo, vt denuo laudetur. D.

*Istuc quod dixi*] Colax parasitus suum vbique implet officium. Nam cum leuiter locutus miles fuisset, qui dixerat Parmenoni, *Domini similis es*, continuo risum sibi commouet ex commemoratione illius dicti, quod *Rhodium adolescentulum* miles dixerat, sese ridere coepisse. E.

45 *Et illud de Rhodio dictum*] Hoc est illud, *Eorum ingenia admiror simul.* Et huic, vt apparet, fit amicio: ideo facilius ab amica, quam a parasito separabitur. D.

Illud *cum*, quod ab nostris abest, pone post *mentem*. B.

46 *Abi prae, curre, vt sint domi parata omnia*] Non dixit *quae* (Forte, *atque Z.*): quia intelligitur. *Domini vt sint parata omnia*] *ἔδρασις ὑβικὴ*, in qua plus vultu significatur, quam verbis. D.

Pro *curre* Palmerius egregie correxit *cura*. Cf. Adel. II, I, 13. B.

47 *Fiat*] *Faciam*, vel *faci*, diceret seruus: liber vero, *fiat*: tanquam et ipse iubeat sibi. D.



Fac cures, si Chremes huc forte aduenerit,  
 Ut ores, primum vt maneat: si id non commodum est,  
 50 Ut redeat: si id non poterit, ad me adducito.

Py. Ita faciam. Tha. quid? quid aliud volui  
 dicere?

Ehem, curate istam diligenter virginem:

Domi adsitis, facite. Thr. eamus. Tha. vos  
 me sequimini.

## ACTVS

48 Si Chremes huc forte ad  
*me venerit*] οἰκονομία ad litem  
 futuram, et exitum fabulae. Et  
 hoc non audit miles: nam si  
 audiret, nimis irasceretur. D.

Si Chremes huc] Hic est Chre-  
 mes frater puellae, quae a mi-  
 lite Thaidi donata est: hunc  
 fratrem esse eiusdem et mere-  
 tricis suspicatur. Hanc cau-  
 sam (Corrige, *meretricis suspi-*  
*carur. Hanc ob causam* Z.)  
 mandat ancillae, vt si venerit,  
 maneat. Et vide, quemadmo-  
 dum, quae mandat, tria prae-  
 cepta sunt, quae scilicet secun-  
 dum gradus petitionis ad mi-  
 nora descendunt. Primo e-  
 nim, quod maius est, petimus:  
 hoc dixit, *vt maneat*: deinde  
 quod minus est, *si commodum*  
*non est, vt redeat*. Tertio quod  
 vltimum ex necessitate, *si id*  
*non poterit, ad me deducito*.  
 quae tria seruabit ancilla. E.

Melius duo codd. cum edd.  
 vett. et Donato collocant, *Si*  
*forte huc Chremes aduenerit*. B.

49 Inuerso ordine pone *re-*  
*deat*, pro *maneat*: atque *mane-*  
*at* pro *redeat*. Hunc ordinem

Pythias ipsa in Scena seq. ap-  
 probat. B.

50 *Ad me adducito*] Modo  
 vbi sum (Corrige, *AD ME vbi*  
*sum* Z.) significat. D.

51 *Quid? quid aliud volui*  
*dicere?*] Pro, *quid aliud?* hinc  
 est illud Ciceronis (Verr. IV,  
 3.), *Quem, quemnam? recte ad-*  
*mones, Polyclezum esse dice-*  
*bant*. D.

*Quid? quid aliud*] Expres-  
 sit morem domo proficiscenti-  
 um. Vt (excidit, *si* Z.) in pro-  
 peratione mandare aliquid cu-  
 piamus, et in obliuionem veni-  
 at, post memoria repetatur. E.

52 *Curate istam diligenter*  
*virginem*] Haec res est, quae  
 faciet virginem claudi, in le-  
 ctulo collocari, et obdormire.  
*Curate istam diligenter virgi-*  
*nem*] Ridiculum, quum contra  
 euenturum sit. D.

53 *Vos me sequimini*] κωφὰ  
 πρόσωπα sunt puellae, quae se-  
 quuntur. D.

*Domi adsitis*] Mf. R. *Domi*  
*vt assitis*. L.

Pro *adsitis* consuetudo Te-  
 rentiana postulat *vt sitis*. B.

## ACTVS TERTII SCENA III.

CHREMES. PYTHIAS.

**P**R O F E C T O quanto magis magisque cogito,

Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum :

Ita

**I** *Profecto quanto magis magisque cogito*] Haec persona apud Menandrum adolescentis rustici est, et in consequens (*inconueniens*, Ed. Argent.) oratio est. Sed conceditur secum loquentibus multa transcendere, quae taciti intelligunt: est enim integrum hoc modo, *Profecto quanto magis magisque cogito, nimirum intelligo vel inuenio, quod dabit haec Thais mihi magnum malum.* Potest autem *nimirum* et pro confirmatione accipi; vt sit *nimirum*, sine dubio, pro certo. D.

*Profecto quanto*] Haec Scena suspicionem habet adolescentis, quod sibi meretrix infidias praeparet, quo facilius se ad amorem possit adducere; vnde sic ad coniecturam argumenta sumuntur: ac primo ipsa summa est: *Profecto quanto magis magisque cogito, nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum.* Deinde incipiunt argumenta a dictis, *quod me arcessiri iussit.* deinde a factis, *quod cum venissem, causam, vt ibi manerem repperit.* Rursus a dictis, quod ait, *rem di-*

*uinam fecisse se, et rem seriam velle agere.* A factis, quod *ipsa accumbere mecum, mihi sese dare, sermonem quaerere.* Deinde a dictis, quod quaesuit, *quam pridem mihi mater et pater mortui essent. Rus Sunii ecquod nunc mihi sit.* Haec a summo ad imum argumenta dicuntur, quorum quidem causae denudatio manifesta est. Nam haec omnia fecit meretrix, non vt adolescentem in amorem possit inducere, sed vt de puella quod quaerit, agnoscat. haec omnia ex deriuatione causae. Explicabimus singula: namque quaesuit, *rus Sunii ecquod?* quia supra in narratione dictum est, *abreptam puellam e Sunio.* Quaesitum est *quam longe a mari?* propterea quod puella a praedonibus rapta est: deinde reliqua, quae consequuntur, aperto hanc indicant causam, de puella scilicet quod adiecit, *Ecqua inde parua perisset soror? ecquis cum ea vna? quid habuisset, cum periit?* E.

**2** *Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum*] Solue *nimirum*; et fac, non est mirum:

et

Ita me video ab ea astute labefactarier.

Iam tum cum primum iussit me ad se arcessier :

5 Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem.

Vbi veni, causam, vt ibi manerem, repperit :

Ait, rem diuinam fecisse, et rem seriam

Velle agere mecum. Iam tum erat suspicio,

Dolo malo haec fieri omnia. ipsa accumbere

10

et statim consequens erit per ἀσύνδετον tota sententia, quasi dixerit, non est mirum: et subdistinctione interposita mox intulerit, dabit haec *Thais* mihi magnum malum. Nam *Ni*, ne significat: et *Ne*, non. *Ni* pro ne: Virg. (Aen. III, 685.) — laeti discrimine paruo *Ni* zeneant. *Ne* pro non: Plautus (Epid. IV, 2, 16.) *Ne* vult inquit, pro non vult. *Nimirum* dabit haec *Thais* mihi magnum malum] His verbis intelligitur, se sentire paulatim labi in amorem meretricis, quamuis inuitum, et adhuc retinentem mentem. D.

Dabit haec *T.* mihi magnum malum] Menand. κακὸν τί μοι μέγξ δώσει. L.

3 Quinque modis ordo horum verborum in codd. variatur; sed sensui aurium maxime conuenit, et plurium auctoritate comprobatur hic: *Ita me ab ea astute video labef:* B.

5 *Roget quis, quid tibi cum illa?*] Prius intulit, quam interrogauit. D.

*Roget quis*] Si quis interroget, quid mihi cum meretrice

fit: respondebo, *ne noram quidem.* E.

*Roget quis*] Mf. R. *Si roget quis.* L.

Omnes codd. praeter vnum, recte habent *cum ea.* Est *Anapaestus*, absque *synaloepha*. B.

6 *Vt ibi manerem*] *Manerem* modo, non dormirem, sed remanerem significat. D.

7 *Et rem seriam velle agere mecum*] Scilicet, quae non posset nunc agi, cum operetur. An rem seriam magis agenda[m] tunc putabat, cum rem diuinam fecisset? D.

*Rem diuinam fecisse*] Hoc est, sacrificium fecisse. E.

*Rem diuinam fecisse*] Mf. R. *fecisse se.* L.

8 *Rem seriam velle agere*] Et cum rem necessariam et grauem mecum loqui fingeret, vbi oratio deficit, et, quod agat, non haberet, *huc euasit*] eouaque conscendit et exiuit. Vt (Aen. II, 458.), *Euado summi fastigia culminis.* E.

Versus postulat hunc ordinem, *Iam erat tum susp.* B.

9 *Dolo malo haec fieri omnia*] *Dolus* a laedendo dictus,

ētus,

- 10 Mecum; mihi sese dare; sermonem quaerere.  
 Vbi friget, huc euasit: quam pridem pater  
 Mihi et mater mortui essent. dico, iam diu.  
 Rus Sunii ecquid haberem, et quam longe a mari?  
 Credo ei placere hoc: sperat se a me auellere.
- 15 Postremo, ecqua inde parua periisset soror:

Ecquis

Etus, id est, a dolando, id est, minuendo. Nam et δόλος; Graece laesio dicitur; et *dolones*, tela quaedam bellica: et *dolare* fabri, lignum est ascia caedere (Edd. Venet. et Mf. Boend. *scindere*. Et pro lignum Arg. legit *lignarii*. W. Lege, *Dolare Fabris est lignum* etc. Z.). Quod autem addidit *malo*: aut ἀρχαισμός est, quia sic in duodecim tabulis a veteribus scriptum est: aut ἐπιθετον *doli* est perpetuum: aut diastole est, quia est et *bonus*, quo a mendentibus falli aegros, non tamen decipi, Lucretius Poeta testatur (IV, II.). *Accumbere mecum*] *Mecum*, penes me significat. D.

10 *Mibi sese dare*] Non potest magis significari profusa petulantia. *Sermonem quaerere*] *Sermonem quaerimus*, quando non solum quod dicamus quaerimus, verum etiam quomodo alter nobis respondeat et obloquatur: puta cum, deficientibus fermocinandi causis, *quora sit hora?* et, *satis recte quis valuerit?* percontamur. D.

11 *Huc euasit*] Tanquam

impudenter contenderit ad hanc inquisitionem. *Quam pridem pater mihi et mater mortui essent*] Hoc propter aetatem puellae inquisitum est. D.

12 *Iam diu*] Iam olim. D.

13 *Et quam longe a mari?*] Hoc ideo meretrix inquisiuit, vt sciret, vtrum rapina praedonibus fuisset, quippe ad mediterraneum locum qui accessus esse potuit piratis? Sed tamen non abhorret a suspicione huius meretricis, quod et scire vellet, cuius pretii fundum habeat Chremes: hoc est, quam amoenum, vel quam maritimum. D.

Et si Faerni omnes vet. codd. habent, *et quod haberem*: nostri tamen recte *habeam*, quia et rus et dominus adhuc supersunt. Deinde *Sunio* lege: non enim oppidum, sed regionem hic notat. Lege igitur, *Rus Sunio ecquod habeam*. B.

14 *Sperat se a me auellere*] Bono vsus est verbo *auellere*, tanquam a pertinaciter retinente. D.

*Sperat se a me*] V. C. *Sperat se postea a me*. L.

Ecquis cum ea vna? quid habuisset, cum perit?  
 Ecquis eam posset noscere? Haec cur quaeritet?  
 Nisi sit illa forte, quae olim periit paruula,  
 Soror, hanc se intendit esse, vt est audacia.

20 Verum ea si viuit, annos nata'st sedecim:

Non maior: Thais, quam ego sum, maiuscula'st.

Misit porro orare, vt venirem, serio.

Aut dicat quod volt, aut molesta ne fiet:

Non

16 *Quid habuisset, cum perit?* Cum, pro quando: aut, cum periret. D.

Lege, vt caetera, *Ecquid habuisset.* B.

17 *Haec cur quaeritet?*] In gestu ac vultu id quod restat ostenditur. Nam deest, *nescio.* D.

18 Liber Bemb. et nostri fere omnes recte habent, *Nisi si illa forte.* B.

19 *Hanc se intendit esse?*] Proprie intendere est crimen in aduersarium iacere. D.

*Eam sese intendit esse, vt est fallacia?*] Hanc sese mihi obiicit, et intendit, et probare cupit, vt est audacia. E.

Lectio Eugraphii, *Eam sese intendit,* est praeferenda. Certe enim *Soror* putide hic repetitur. B.

20 *Annos nata'st sedecim?*] Certos adolescens dixit annos sororis suae: quod et nuper adolescens Phaedriae indicauerat, cum dixit, *anni sedecim sunt.* Et ita vt nos diximus, optimus sensus est, quod au-

*nos nata sedecim sit, non maior:* post inferatur: *Thais, quam ego sum, maiuscula est.* E.

21 *Maiuscula est?*] Diminutivum dixit, vt ostenderet vtramque esse primaevam (Si id credidit Donatus, et sororem Chremetis, et Thaidem esse maiorem natu ipso Chremete, videtur errare. Lege igitur, *vicunque esse primaevam.* Mf. H. corrupte, *vtraque esse primaevae.*) D.

*Maiuscula est?*] Priscian. lib. III. I.

Prisc. p. 609. *est paruo maior quam ego.* B.

22 *Misit porro orare?*] Porro, pro postea. *Vt venirem serio?*] Vtrum, vt venirem serio, an orare serio? D.

23 *Aut dicat quid volt?*] Pro quid velit. In Hecyra, *Ac vide, quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te, Sostrata. Aut molesta ne fiet?* Aut hic moraliter; nam cui hoc imperat? aut cum quo hoc agit? D.

Quatuor codd. cum edd. vet

Non hercle veniam tertio. Heus, heus. PΥ. Ec-  
quis hic?

25 CΗ. Ego sum Chremes, PΥ. o capitulum lepi-  
dissimum!

CΗ. Dico ego mihi insidias fieri. PΥ. Thais  
maximo

Te orabat opere, vt cras redires. CΗ. rus eo.

PΥ. Fac amabo. CΗ. non possum, inquam. PΥ.  
at tu apud nos hic mane,

Dum

vett. recte, *Quid volt.* vt And.  
II, 6, 18. Nam *Quod* locum  
habet, vbi praecedit *Quid.* vt  
And. I, 1, 18. *Dic quid est*  
*quod me velis.* B.

24 *Heus heus, hic quis est?*  
Haec separatim pronuncianda  
sunt. Nam apparet, inter haec  
verba pulsata ianuam perso-  
nare. D.

*Ecquis hic?* Mf. R. *Ecquis*  
*hic est.* L.

Verba *Ecquis hic?* ipsi Chre-  
meti sunt tribuenda, ob Dona-  
ti auctoritatem, et vsum Plauti,  
Amphit. IV, 1, 12. et Bacc.  
IV, 1, 10. *Heus ecquis hic est?*  
*ecquis hoc aperit ostium?* B.

25 *Ego sum Chremes*] Vide  
quantum distet, ac varia sit hu-  
ius rusticitas, *Ego si. m Chremes,*  
a faceta meretricis disciplina,  
*O capitulum lepidissimum*] Nam  
rusticum esse, statim magis ap-  
parebit, vbi dixerit, *Rus eo* (Lo-  
cus ne lacuna laboret, adde;  
et, *Dico ego mihi insidias fieri.*  
*O Capitulum lepidissimum*] ε-πο-

κορίσματα σύν ποππυσμῶ), et ὑπο-  
κορίσματα σύν ΠΟΝΙΣΜΩ. D.

*O Capitulum*] Impetratura  
primum praebet obsequium,  
deinde mandata exsequitur tria  
illa, quae supra dixit (*dixi Z.*).  
Nam primum, *Thais maximo*  
*te orabat opere, vt cras redires.*  
At cum hoc nollet, offerre (*of-*  
*ferz Z.*) aliud: *at tu apud nos*  
*hic mane.* quod vtique ordinem  
bene vertit (Forte legi debet.  
*seruat, aut, tenet Z.*). Post in-  
fert, *si istuc satis certum est, te*  
*amabo, vt illac transcas, vbi*  
*illa est.* E.

26 *Dico ego mihi insidias*  
*fieri*] Blandimentum rusticus  
insidias putat. D.

*Insidias fieri*] Menandri di-  
ctum forsan in mente habuit:  
τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιτα  
θεῖ, ὅταν περιπλάτῃσι τοῖς χρι-  
στοῖς λόγοις. L.

27 *Rus eo*] Pro potiore ne-  
gotio rus posuit. Et maior ne-  
gatio est, quam si diceret, *Non*  
*hic venio.* D.

28 *Non possum, inquam*  
Plus est, quam *nolo.* D.

Dum redeat ipsa. CH. nihil minus. PY. cur, mi Chremes?

30 CH. Malam rem hinc ibis? PY. si istuc ita certum est tibi,

Amabo, vt illuc transeas, vbi illa est. CH. eo.

PY. Abi, Dorias, cito hunc deduce ad militem.

## ACTVS TERTII SCENA IV.

### ANTIPHO.

**H**ERI aliquot adolescentuli coimus in Piraeo,

In

29 *Dum redeas ipsa*] *Ipsa*, vel domina, vel ipsa de qua agitur. *Nihil minus*] Deest *faciam*. D.

30 *Malam rem hinc ibis?*] Hoc aduerbiallyter dixit: quemadmodum dicimus, *Domum ibis*. Et apparet illum manu tactum esse, qui sic irascitur, quia dixit Pythias, *Cur, mi Chremes?* quasi dicat, Cur meus sic indignatus est adolescens? nam ab eo quod est *meus*, vocatius *mi* facit. D.

Contra versum, Bembinus cod. et Donatus Faerni habet *abis*. B.

31 *Amabo, vt illuc transeas, vbi illa est*] Vide non esse otiosum, quod omnia praeterita sunt potius, quam res importuna fieret, vt ad Militis domum Chremes deduceretur. Neque enim hoc conueniebat personae Bacchiali (*Bacchanali*,

edd. vett.): quoniam aut infacetum, et praeter usum, aut importunum: ideo hoc ipsum Doriae praecepit. *Vt illuc transeas vbi illa est*] Vt breuem viam demonstraret, non *eas*, sed *transeas*, dixit. *Amabo*] Interiectio est amantis: sic verbum sonat. D.

32 *Deduce ad militem*] M. R. *Deduc ad militem*. L.

Recte nostri libb. omnes cum edd. vett. *deduc*. vt alibi, *abduc*. B.

I *Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeo*] In hoc proloquio insinuatio personae eius est, cui narraturus est Chaeræ, quae a se post Scenam facta sunt. Fit autem hoc populi causa, vt spectator auribus accipiat, quod subiicere oculis Poeta non potuit. *Heri aliquot adolescentuli*] Bene inuenta persona est, cui narret

In hunc diem vt de symbolis effemus. Chaeream ei rei

Praefecimus: dati annuli: locus, tempus constitutum' st.

Prae-

Chaerea, ne vnus diu loquatur: vt apud Menandrum. *Coimus*] *Coimus*, consensus, ac pepigimus: ne sit soloecismus.

*In Piraeo*] Pro in Piraeum. D.

*Heri aliquot*] Hic adolescens vnus ex illis est, qui in Piraeo conuiuium sibi praepararunt. Cui praeparando praepositus Chaerea, qui in amorem pro Eunuchio nunc suppositus, ad meretricis domum deductus est. Quaerit igitur hic adolescens conuiuii praepositorum. E.

*Coimus Piraeo*] Ideo nempe in Piraeo, vt rectius, quae ad conuiuium necessaria, praefinarentur: quandoquidem rerum ibi venalium magnus proventus, ac velut *δείγμα*. Schol. Aristoph. in Equitib. Plaut. Bacchid. II, 3, I. *Ibo in Piraeum, visam ecqua aduenerit In portum ex Epheeso nauis mercatoria*. Idem in Mostellar. I, I, 63. *Ego ire in Piraeum volo, In vesperum parare piscarium mihi*. L.

Recte tres codd. habent *coimus*, vt III, 5, 45. *Iit, laniz. rediit*. Et si Cic. ad Attic. VII, 3, legitur *Piraeum*: lectio tamen hic, *Piraeo*, consensu omnium codd. et contextu com-

probatur. Adolescentuli enim non ex vrbe in *Piraeum*, sed in *Piraeo*, vbi custodes erant publice, *coierunt, conuenerunt, consenserunt, pepigerunt*. B.

2 *Vt de symbolis effemus*] Plautus in Menaechmis (III, 2, 20.), *Minore nunquam fui dispendio*. Sed melius *Effemus*, producta e litera.

*De symbolis*] De collationibus. *Vt effemus*] Hoc est, cibum fumeremus. E.

*De symbolis effemus*] Vt Graeci ἀπὸ συμβολῆς δειπνεῖν. Eustat. in Homer. Vid. Zonar. in Canon. LV. Laodic. p. 359. L.

3 *Praefecimus*] Id est *συμπόσιαρχον* fecimus. *Dati annuli*] Nihil interim de scorto. Apparet enim ephebos esse. D.

*Dati annuli*] In sponsionibus annuli olim dati. Plinius lib. XXXIII. cap. I. *ad sponsiones etiam nunc annulo proficiente*. I. 17. §. 5. ff. de praeser. verb. l. II. §. 6. ff. de act. emt. et vend. l. 5. §. 15. ff. de infit. a Dion. Sic Athenis Atticis, qui iudicio se prouocabant, annulos inuicem deponebant. Demosth. πρὸς Παιτριαντον: παρακαλέσθαι σὲ ταυτί, ἔρχομαι. φέρε τὸν δακτύλιον: λάβε. τίς δ' ἔγγυα τῆς; I.



Praeteriit tempus: quo in loco dictum est, parati nihil est.

5 Homo ipse nusquam est: neque scio quid dicam, aut quid coniecsem.

Nunc mihi hoc negoti caeteri dedere, ut illum quaeram:

Idque adeo visam, si domi est. Quisnam hinc a Thaide exit?

Is est, an non est? ipse est. quid hoc hominis? qui hic ornatus est?

B b 3

Quid

4 Praeteriit tempus] Quia tempus constitutum est. Quo in loco] Quia locus constitutus est. D.

5 Homo ipse] Quia Chaeram ei rei praefecimus. D.

Quid coniecsem] Quid suspicer. E.

6 Caeteri dedere] Caeteri, exceptis me atque illo. D.

7 Quisnam hinc a Thaide] Causa sciscitandi est admiratio de habitu commutato, et vix agnitus Chaerea. D.

Quisnam hinc] Quoniam supra dixerat Chaerea, nescini Thaidem nobis vicinam. Pergens e vicina domo meretricis exeuntem Chaeram videt, in habitu Eunuchi: idcirco dicit, Quisnam hinc exit? E.

Idque adeo visam] Ms. R. Ibo ad eum, visam. Quisnam hinc] Ms. R. Sed quisnam. L.

Pro Idque adeo nostri omnes cum edd. vett. habent Ibo ad

eum. Male. Verum legendum censeo cum codd. et edd. vett. Sed quisnam a Thaide exit? deleto Hinc, quod versus respuit, et a cod. quodam est. Cf. And. IV, I, 59. Heaut. I, I, 122. B.

8 Is est, an non est? ipse est] Vide an potuerit meretricem ignotam hoc habitu atque ornatu fallere, qui ab Antiphone vix agnoscitur. Quid hoc hominis!] Vide an longam narrationem possit audire, qui nondum amico narrat (cui nondum amicus narrat, corrigit Wielingius), et iam assecius pendet. Quid hoc hominis!] Quod a Thaide ephesus exit. Qui hic ornatus est?] Quia Eunuchi veste indutus est. D.

Aliquot e nostris, Quid hoc ornatus est? Recte. ut supra II, 2, 6. ad quem locum vide Donatum. B.

Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neque coniecere.

10 Nisi quicquid est, procul hinc lubet prius, quid sit, sciscitari.

## ACTVS TERTII SCENA V.

CHAEREA. ANTIPHO.

**N**VMQVIS hic est? nemo est. numquis hinc me sequitur? nemo homo est.

Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro Iupiter!

Nunc

9 *Quid illud mali est?*] Quod timidus egreditur. D.

10 *Quid sit, sciscitari*] *Sciscitari*, est occulta magis et secretiora rimari, ac velle cognoscere. vt, *Suspensi Eurypylium scizatum oracula Phoebi Mittimus* (Aen. II, 114). D.

*Sciscitari*] Prisc. lib. IX. L.

1 *Numquis hic est? nemo est*] In hac Scena, verba gestum vultumque indicant exeuntis: cui obuia persona obiicitur, sub cuius occasione spectatoribus gesta narrabuntur. *Numquis hic est? nemo est. Numquis hinc me sequitur?*] Duo metuit, ne quis obuius comprehensor occurrat, et ne quis sui persecutor existat. *Nemo homo est*] Quamuis per *nemo*, homo intelligatur: tamen addidit *homo*, vt veteres solent, τῷ ἀγγιστικῷ. D.

*Numquis hic est?*] Haec

Scena allocutionem tenet exultantis et laetantis, quam breui tempore amoris voluptatem compleuerit. *Numquis hic est?*] Ita inquirere videtur adolescens, non tanquam metuat, ne aliquis superueniat, aut vt possit euadere; quam rem (*sed aliam ob rem, quam. seu, quam ob rem, conf. Z.*) consequenti versu significat, quippe cum dixit: *Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium?* Sed quod sequitur, repugnat, *Sed neminem hic curiosum interuenire nunc mihi, qui me sequatur; quoquo eam, interrogando obrundat.* E.

2 *Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium*] *Erumpere*, quasi actiuum verbum posuit, pro neutrali: vt sit, *Licetne mihi erumpere hoc gaudium?* Aut *erumpere* quasi exire. *Mibi*, pro *ame*. *Erumpere*] Vtrumne erum-

Nunc est profecto, interfici cum perpeti me possum,  
Ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua.

5 Sed neminemne curiosum interuenire nunc mihi,

Bb 4

Qui

*erumpere*, pro emittere posuit? An *erumpere* pro exclamare? vt, *erumpere vocem* dicitur, qui exclamat. Nam, *Pro Iupiter*, dicturus est. D.

Repono, *Iamne rumpere hoc mihi licet? pro supreme Iuppiter!* Nam *rumpere* legit Nonius, qui explicat, *retentum proferre, diu tacita dicere*. Sic Virgilius, *Rumpere silentia, voces, quaestus*. Atque, *mibi licet*, habet Bemb. cod. C. C. et alter ex Meadianis. Recte. Nam ita *mibi* est in Arsi. Deinde *gaudium*, cum idem nomen paulo post occurrat, tanquam glossema est eiiciendum, et restituendum *supreme*. vt Adel. II, I, 42. et apud Plautum aliquoties. B.

3 *Nunc est profecto*] Ordo et sensus hic est, *Nunc est profecto tempus, cum perpeti me possum interfici*. Hoc autem cur ipse dixerit, statim subiicit causam. *Cum perpeti me possum*] Animaduertendum est, quod, si *cum* coniuncte legeris, quando significat: si separatim, dum significat. *Nunc est profecto*] Figurata, ac coniuncte lege sine disiunctione. D.

*Nunc est profecto*] Modo est, inquit, omne tempus, *cum patri me possum necari*. Ideo sci-

licet, *ne gaudium meum aliqua turpitudine vita contaminet*. E.

Dacera et alii interserunt *tempus* post *profecto*. Sed haut dubie est glossema. Z.

4 *Contaminet vita aegritudine aliqua*] Mire vitae crimen (Legē *discrimen*) ostendit: velut ipsa sit campus, possessioque fortunae instabilis variorum. D.

5 *Sed neminem curiosum, &c.*] Apparatus ad intentionem futurae narrationis dicitur (In utroque cod. et edd. Venet. dicit. Forte, *ducitur*, aut, *ducit*). D.

*Sed neminem hic curiosum*] Ad aetatem adolescentiae et animos eorum, qui in re venerea amoris sui effectum, cum tenuerunt \* pertinet hoc, quod volunt indicare semper (Vt oratio constet, deleatur *cum*, quod haut dubie ex praecedenti syllaba ortum est: praesertim cum in neutro cod. lacunae vllum deprehenderit vestigium Westerhouius. Z.). Nam integrum et honestum gaudium magis silentio crescit. Vt hoc apud Terentium est, *Sed vt tacita mecum gaudeam*. Apud Virgilium (Aen. I, 506.), *Latonae tacitum persequentant gaudia peccus*. E.

Qui me sequatur: quoquo eam, rogitando obtundat, enecet:

Quid gestiam, aut quid laetus sim, quo pergam, vnde emergam, vbi siem

Vestitum hunc naetus, quid mihi quacram, sanus sim, annc insaniam?

**AN.** Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.

10

6 *Qui me sequatur*] Id cupit gaudens, quod tristibus molestum est. Nam contra Menedemus grauaturnarrare quae dolet. *Obrundat*] Odiose inflet ac repetat, molestus et odiosus fit. *Enecet*] ἐνφρονότερον quam enicet. D.

Illud *Quoquo eam* ex cod. Bemb. est, et Eugraphio. Nostri minus recte, *Quique iam*. Caeterum verba *Quoquo eam* ad praecedentia sunt referenda. Si enim ad *rogitando* refertur, efficitur tautologia; quia sequitur *Quo pergam*. B.

7 *Quid gestiam*] Deest *quaerens*: ut fit, rogitando obtundat et enecet, quaerens quid gestiam. *Gestire*, est motu corporis monstrare quid sentias. Constat autem, a pedibus ad homines esse translaturum. *Quid gestiam*] *Gestire* proprie est, sensum corporis gestu indicare: quod magis brutorum est animalium. Virgilius, *Et studio incassum videas gestire lauandi* (Georg. I,

387.). *Aut quid laetus sim*] Propter quid. *Vnde emergam*] Proprie dixit *Emergam*, ut ex lustris atque inhonestis locis, utpote meretricis domo. Cicero, *At ne tu quidem emerxisti, luzulento Caesoni, ex miserimiss naturae tuae sordibus* (in Pison. 12.). D.

8 *Vestitum hunc naetus*] Bene *Naetus* dixit: ut qui non fumeret, nisi suassisset haec occasio. D.

9 *Adibo, atque ab eo gratiam, &c.*] Sensus et ordo hic est, *Adibo, atque ab eo gratiam hanc inibo. Gratiam inire*, est dare beneficium, ac per hoc alicuius inire gratiam, id est, amicitiam. Sed haec est elocutio, *Gratiam ab eo inibo*, pro, eius gratiam merebor. Nam *ab eo*, amat Terentius pro *eius* ponere: ut in *Andria*, *Haec primum animaduertenda ab eo iniuria est*, id est, eius iniuria. *Inire autem gratiam* est mereri gratiam. Plautus *Iniet tamen solidam et grandem gratiam* (Curc. III, 35.). D.

10 Chaerea, quid est, quod sic gestis? quid sibi hic vestitus quaerit?

Quid est, quod lactus sis? quid tibi vis? satine sanus? quid me aspectas?

Quid taces? CH. o festus dies hominis! amice, salue.

Nemo est hominum, quem ego nunc magis cuperem videre, quam te.

A N.

10 *Quid est, quod sic gestis?*] Facete repetit verba eius interrogationis, vt sciat se iam pridem esse praesentem. *Quidue sibi hic vestitus quaerit?*] Facete et figurate dictum est. Sic et alibi, *Vt pernoscatis quid sibi Eunuchus velit.* D.

*Chaerea, quid est?*] Ea omnia, quae adolescentem velle cognouerat, interrogata sunt. et tanquam non cito respondentem, rursus: *Quid me aspectas? Quid taces? O festus dies hominis!* Quid est, *Festus dies hominis?* E.

*Quod sibi?*] V. C. *Aut quid sibi.* L.

11 *Quid est, quod laetus sis?*] Vide aliud esse *gestire*, aliud *laetum esse.* *Quid tibi vis?*]  $\pi\acute{\epsilon}\rho\acute{o}\varsigma$  τὸ Quid mihi velim. *Sazine sanus?*]  $\pi\acute{\epsilon}\rho\acute{o}\varsigma$  τὸ Sanus sim, an insaniam? *Quid me aspectas? quid taces?*] His duabus interrogatiunculis descripsit vultum dicturi. D.

Lege, *Laetus es*, quia praecedit *Gestis*. Deinde scribe *Sanus*. B.

12 *O festus dies hominis! amice! salue!*] Decet a salutatio-  
ne incipere luculente dictu-  
rum. Illud (*Illum Z.*) autem  
verisimile est, et percussam re-  
noua, et audiendi cupidum,  
immemorem extitisse salutan-  
di. *O festus dies!*] Vtrum  
quia causa est festi ac laeti diei?  
an quia ipse tantus sit,  
quantus festus dies? *O festus  
dies hominis!*] Pro, *homo festi  
diei.* Sic dicitur etiam *scelus  
homo.* Ennius, *O pietas ani-  
mi!* D.

Lege *Quid dices?* C. *o festus dies! o meus amicus! salue.* Nam vulgare *Taces* efficit versum claudicantem; atque ipse Donatus videtur legisse *Dices.* Deinde *Festus dies hominis*, cum, quid sit, plane intelligi nequeat, *hominis* mutandum est in *o meus.* Sic *meus festus dies* occurrit Plaut. *Caf. I, 1, 49.* et est blandientis dictum. B.

13 *Quem ego magis nunc]* Bene additum *Magis*; vt his amicis se antepositum intelli-  
gat;

AN. Narra istuc, quaeso, quid fiet. CH. imo ego te obsecro hercle vt audias.

15 Nostin' hanc, quam amat frater? AN. noui, nempe, opinor, Thaidem.

CH.

gat: quos cum optet videre Chaerea, tamen eum magis; adeo vt aliis amicis antepositum neminem cupiat. D.

*Nemo'st hominum*] Mf. R. *Nemo'st omnium.* L.

Versus gratia colloca, *Nemo omnium'st, q. c. n. m. videre cuperem, q. r.* Certe omnium probatur a Donato, et septem codd. nostris, et sensu. Nam Chaerea non tam *hominibus* vniuersim suam rem cupit exponere, quam *omnibus* sc. amicis et notis. B.

14 *Imo ego te obsecro hercle vt audias*] Bonum compendium, ne multa diceret ad commendandum, vt solet, narrationem futuram. *Imo te obsecro hercle vt audias*] Behe contulit verba, vt ex his appareat, quid agere velit. Ille dixit *Quaeso*, hic *Obsecro*. D.

*Obsecro hercle vt me*] Expressit morem laetantium, vt dixi, maxime eorum, qui rem veneream compleuerunt. Ipsi enim magis cupiunt indicare. E.

*Quid sit* recte vett. edd. et cod. vnus e nostris. B.

15 *Nostin' hanc, quam amat frater?*] Quaeritur an verisimile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quam frater ipse nesciuerit. Sed intelligere debe-

mus, modo notitiam non vultus, sed famae positam esse: quam famam potuit ex Phaedria et Antipho scire. At vero aliam notitiam negauerat Chaerea sibi fuisse cum Thaide, hoc est, visus, vultus, oris, et corporis. *Noui, nempe, opinor, Thaidem*] Verisimile est haec scire Antiphonem, qui adeo fit familiaris Chaeraeae. Et est ordo hic, *Noui, nempe opinor, Thaidem. Opinor Thaidem*] Optime et ab illo tacitum, et ab hoc nomen ablatum (*oblatum*, recte habent cod. vterque et edd. vett.) est; vt appareat quam nouerit, et quam possit assequi quae dicentur. D.

*Nostin' hanc*] Hinc est narratio, cum exordium a meretrice cepit: Virginem ei misam dono, dicit: simul et laudat, et de amore confitetur: indicat etiam, quod frater meretrici dare praeparasset Eunuchum: quod consilium serui, quia ipse pro Eunucho ad meretricem deductus sit. Et, ne stultum videretur, adiecit causas, quas et supra posuerat: *vt viderem, inquit, audirem, essent vna, cum qua cupiebam.* E.

Lege, *Nostine hanc.* Nam *Nostin* secundum corripit. B.

CH. Iſtam ipſam. AN. ſic commemoreram. CH. quaedam hodie eſt ei dono data

Virgo: quid ego eius tibi nunc faciem praedicem, aut laudem, Antipho:

Cum ipſum me noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem?

In hac commotus ſum. AN. ain' tu? CH. primam dices, ſcio, ſi videris.

20 Quid multa verba? amare coepi. forte fortuna domi

Erat quidam Eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi:

Neque

16 Melior numerus efficitur, ſi cum codd. noſtris, et edd. vet. collocas, *Hodie quaedam*. B.

17 *Quid ego eius tibi*] Ordo hic eſſe debet, *Quid ego eius tibi nunc faciem praedicem, aut laudem, Antipho? in hac commotus ſum: cum me ipſum noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem*, vt ſit ſenſus, *in hac commotus ſum*: ille ſcilicet, qui, vt ſcis, formas ſolet eligere, ac ſaſtidire pro merito. *Faciem praedicem, aut laudem*] *Praedicamus*, vt res ſunt: *Laudamus* extollendo. Vel *praedicamus* voce: *Laudamus* argumentis. D.

Ne *Quid* in Theſi latitet, ponatur, *Eius quid* ego. B.

18 *Quam elegans formarum ſpectator ſiem?*] Elegans ſpectator eſt, qui ſit cunctantis et ſaſtidioſi iudicii: cui non quid

placet facile. *ſpectator*] *Pro-bator*: vt pecuniae *ſpectatores* dicuntur. D.

Omnes noſtri cum edd. vet. *Cum me ipſum noris*. Sed Auſtor ſcriplit *Ipe*. B.

19 *In hac commotus ſum*] Non eſt conſequens: eſſet autem, ſi diceretur, *In hac commotus me ſcias*. Erit ergo ordo, et ſenſus qui ſupra. *Primam dices, ſcio*] O fiduciam elegantiae, et de alienis oculis iudicare. D.

20 *Quid multa verba? amare coepi*] Ordine egit. Nam prius eſt, commoueri, inde amare. Et bene non ante dicit, quid aggreſſus fuerit, niſi amoris mentione praelata: quo cogente nihil eſt infectum cupientibus. D.

21 Ob codd. et morem Terentii colloca *mercatus frater fuerat*. B.

Neque is deductus etiam dum ad eam. submonuit  
me Parmeno

Ibi feruus, quod ego arripui. AN. quid id est?

CH. tacitus citius audies;

Vt vestem cum eo mutem, et pro illo iubeam me  
illoc deducier.

25 AN. Pro Eunuchon? CH. sic est. AN. quid  
ex ea re tandem vt caperes commodi?

CH. Rogas? viderem, audirem, essem vna, qua-  
cum cupiebam, Antipho.

Num parua causa, aut parua ratio est? traditus sum  
mulieri.

Illa

22 *Submonuit*] Leniter mo-  
nuit; et recte, quia *arripui* di-  
cturus est. Et totum optime:  
nam vt non erat boni adoles-  
centis, hanc technam reperire:  
sic ab illo repertam, fuit plane  
veri amatoris arripere. D.

*Et si etiam dum* in eod. Bemb.  
reperitur: cum tamen in re  
praesenti dici soleat, praefe-  
rendum puto *etiam tum*, quod  
in re praeterita dicitur. B.

23 *Tacitus, citius audies*] In  
oratione solemus corripere ex-  
tra ordinem percontantes. Et  
bene celeritatem promisit, qua  
facile teneretur auditor. Et mi-  
re, tanquam sola interrogatio  
morae sit. D.

*Tacitus, citius*] V. C. *Taci-  
tus sis, citus*. L.

24 *Et pro illo iubeam me il-  
luc ducier*] *Iubeam* amico dixit,  
tanquam inter honesta sit, quod  
vile (*vile* ed, Westersh. sed cur,

nescio Z.) sit. Et turpe factum  
plerumque perseverante impu-  
dentia releuatur. D.

*Cum eo mutem*] Mf. R. *Cum  
illo mutem*. L.

Omnes codd. nostri, et edd.  
vett. *Cum illo*: recte. Dein-  
de pro *deducier* versus postulat  
*ducier*. B.

25 *Quidnam ex ea re tan-  
dem*] Transfit a reprehensione  
facti ad causam ipsius facti. D.

A vett. edd. et nouem codd.  
abest *vt*: ergo olim sedem ha-  
buit post *quid*. B.

26 *Lege, quicum*. Cf. Adel.  
IV, 7, 33. Phorm. v, I,  
32. B.

27 *Num parua causa, aut  
parua ratio est?*] Sic illata in-  
terrogatio est, quasi ad hanc  
annuere, et vultu consentire  
Antipho sit coactus. D.

*Traditus sum mulieri*] Per-  
sequitur, quemadmodum ad esse-



Illā ilico vbi me accepit, laeta vero ad se abducit domum:

Commendat virginem. AN. cui? tibine? CH. mihi. AN. fatis tuto tamen.

30 CH. Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat: et mihi, ne abscedam, imperat:

In interiore parte vt maneam solus cum sola. annuo, Terram intuens modeste. AN. miser! CH. ego, inquit, ad coenam hinc eo.

Abdu-

effectum suae cupiditatis peruenit. E.

Lege cum Palmerio, *praua ratio* st. B.

28 *Laeta vero ad se abducit domum: commendat virginem*] Omnia mire, quod *laeta*, quod *abducit*, quod *domum*, quod *commendat virginem*. Specta singula, et mirare (*Specta singulararem et miram*, vterque lib. et edd. Venet.) virtutem Poetae. Hic enim commendandus est locus, erroris initium continens apud Thaidem conuicium (R. Steph. ante *conuicium* lacunae signum expressit. Fortasse leg. *et occasione* vitii. Certe Donatus ad vers. 33. quasi iam mentione facta de occasione vitii, dicit: *quae sub vitii huius occasione* n. e. Nisi cum Wielingio ponas *et*, ante *apud*). D.

29 *Tibine?*] Non interrogat, sed miratur. *Satis tuto*

*tamen*] Quid hic facit *tamen*? Vtrum hoc, etsi meretrix, tamen satis tuto agit? An, etsi Chaerea, fatis tuto tamen: quia nullus accedet alius? D.

*Satis tuto tamen*] In amicos (*inimice*, Z.) dictum. E.

30 *Edicit*] *Edicimus*, iubemus, vel iure dicimus. *Edicta* enim Imperatoris sunt (Ita legendum censeo: *Edicimus, cum iubemus vel iura dicimus. Edicta enim Praetoris sunt*). *Et mihi ne abscedam, imperat*] Certe nullus vir accedit. D.

31 *Maneam solus*] Remaneam, perseueremque in loco, ac per hoc sim miser, vtpote dono datus, et feruens meretrici. Et est εἰσωνετα. D.

32 *Ego, inquit, ad coenam hinc eo*] Μήμωσις ad imprudentiam mulieris exprimendam, quae hoc die erit secura de custode Eunucho. D.

*Terram intuens*] Pudoris hoc signum et verecundiae. Alexandr. Trallian, lib. I. Problem.

Abducit secum ancillas: paucae, quae circum illam essent, manent,

Nouitiae, puellae. continuo haec adornant, ut lauet.

35 Adhortor, properent. dum apparatus, virgo in conclauis fedet,

Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura haec: Iouem

Quo

blem. Achill. Tatius lib. 11x. καὶ ἡ Λευκίππη δὲ τὰ πολλὰ εἰς γῆν ἔβλεπεν etc. L.

33 *Abducit secum ancillas*] Memoriter: nam dixerat abiens, *Vos me sequimini. Paucae, quae circa illam essent*] Relictae nonnullae, ut lauari possit ea virgo, quae sub vitii (*officii*, Wieling.) huius occasione nuptura est. Hoc enim totum sic inducit Poeta, ut non abhorreat a legitimis nuptiis, in ea praesertim, quae vxor futura est. *Manent*] Pro remanent, ἀφαιρέσεις. D.

*Abducit secum ancillas*] Quod ipsa meretrix descendit (*descenderit* Z.), ad coenam, quod paucae circa virginem remanent; eadem nouitiae puellae, ita ut et morem propter nouitatem nesciant, et propter aetatem nihil valeant suspicari. E.

34. *Nouitiae puellae*] Ἀἰξίαις nouitiae, et puellae. *Continuo haec adornant, ut lauet*] Haec pluraliter, pro *hae*. ut in Phormione, *Haec illae erant iones. Adornant* autem, ex

medio significato, pro apparant. D.

*Haec adornant, ut lauet*] Vid. Iunius Philarg. Georg. 111, 305. L.

35 *Dum apparatus, virgo in conclauis fedet*] Impersonaliter dixit. Et *dum apparatus, pro dum appareitur; et fedet, pro sedebat. Virgo in conclauis fedet*] *Conclauis* est separatio: vel quod intra eum loca multa et cubicula clausa sint adhaerentia triclinio. D.

*Virgo in conclauis*] *Conclauis* dicimus locum, quem \* (excidit forte, *ostia*) multa patefaciunt. E.

36 *Suspectans tabulam quandam pictam*] Bene: accedit repente pictura ad hortamenta aggrendendae virginis: ideo quia non ad hoc venerat Chaelea, ut continuo vitaret puellam, sed ut videret, audiret, essetque vna; cum nihil amplius cogitaret, ausus incitatusque, dum picturam cerneret. *Iouem quo pacto*] Mira inuentio, qua

Quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.

Egomet quoque id spectare coepi. et quia consimilem luserat

Iam

qua haec pictura domui tribuitur meretricis, aduersus omnium pudicitiam amorum (Lege, *morum*. Vitium ortum est ex scripturae compendio, *pudicitiam* (*Morum*), contra parsimoniam, contra dignitatem, contra pudicitiam. D.

*Iouem quo pacto Danae]* Haec pictura, inquit, erat in tabula, quomodo Iupiter Danae imbrem aureum misit, sed in gremium. E.

*Suspectans tabulam]* Augustin. Hipp. Epist. 202. *Reuera Terentianus ille adolescens, qui spectans tabulam pictam in pariete, ubi pictura inerat de adulterio regis Deorum, libidinem, qua rapiebatur, stimulis etiam tantae auctoritatis accendit: nullo modo in illud flagitium concupiscendo laberetur, vel perpetrando immergeretur, si Catonem malisset imitari, quam Iouem.* Idem Terentii hunc locum in eandem rem laudat Confession. lib. I. c. 16. et de Ciuit. Dei lib. II. c. 7. L.

37 *Misisse aiunt]* Bene *Aiunt*: et quia fabula est, et quia tam turpis Ioui, quam apta meretrici. *Quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum]* Quae aptior

pictura domui meretricis ad amatorum illecebras, quam haec, quae exemplum continet puellae, et amoris puellae, et amoris ad Iouem pertinentis: et amoris non gratuiti, nec parui proposita (*paruo propositi*, liber uterque et *edd. vett.* Bene: nisi malis, *parui pretii*, vel, *paruo pretio*), sed auro in gremium fluente venalis. Tum quod in gremium Danae etiam ipse Iuppiter, ut splendidus imber illabitur: nonne videtur meretrix dicere adolescentulis, illam corporis partem auctore Ioue velut inauratam fuisse? *Imbrem aureum]* Non rorem vel pluuiam, sed *imbrem* addiderat. o auaritiam meretricis! D.

*Quo pacto Danae misisse]* Ita omnes scripti ac vulgati libri: nec aliter ab Augustino adducitur hic locus, lib. VII. c. 2 de ciuit. Dei. Fabula nemini veterum Mythistoricorum praetermissa. Vid. Zenob. in prouerb. *Ἰδος κορη*. Georg. Cedren. p. 17. L.

38 *Egomet quoque id spectare coepi]* Moris est ad id oculos vertere, quod videmus: et eum quem aspiciamus, intueri. D.

*Quia consimilem luserat]* Quia, inquit, Iupiter et ipse pro-

Iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi,

40 Deum sese in hominem conuertisse, atque in alienas regulas

Venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri.

At

propter amoris flammam conuersus in imbrem aureum sese commutauerat ad fraudem, et *similem lusum luserat*, ut ego pro Eunuchio ad virginem ueneram. E.

*Luserat iam olim*] Nequiore significato hic τὸ ludere sumitur, ut et in illo, *ede, bibe, lude* etc. Sic Graeci παίζειν: Arrian. lib. I. Alexand. ἀναβάσειως: τὸ παίζει βραδυσυργότερον ἐγγεγραφθαι ἔφασαν τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι. L.

39 *Iam olim ille ludum*] Bene, non scelus, sed *ludum* dixit. *Impendio*] Id est, magis magisque luserat. et *luserat ludum*, ut (Aen. XII, 680.) *Hunc oro sine me furere ante furorem*. Figura ἀρχαίου. D.

*Impendio magis*] Amplius ex hac re, quod Iupiter fecerat, mihi gaudebat animus. E.

40 *Deum sese in hominem conuertisse*] Philosophice nunc Terentius demonstrat, quam cladem moribus hominum, et ciuitatibus afferant figmenta Poetarum, cum exempla scelerum afferant peccaturis. *Deum sese in hominem conuertisse*] Vtrum quia Iupiter humana

forma aurum infundens pictus erat in tabulis, non (Lege ex edd. vet. an) pro Ioue aurum? *An in hominem*, id est, hominis audaciam atque flagitia? *Atque per alienas regulas*] Hic apparet, Iouem separatim, separatim aurum fuisse pictum. *In alienas regulas*] Satis comico charactere locutus est, et pressio stilo. D.

*Deum sese in hominem conuertisse*] Vtique intelligimus Iouem uenisse humana figura. Deinde *per impluuium, per alienas regulas clanculum descendisse, fucum factum mulieri*, fraudem scilicet; sunt enim cum fraude, quae fucis uidentur infecta. E.

*Atque in alienas*] Ms. R. *Et in alienas*. L.

Cum Iupiter in ipso coelo fingatur alias forma esse humana, et in aurum se conuertisse: pro *hominem* lege uel *aurum*, uel *metallum*, uel cum Horat. Carm. III, 16. *pretium*. Deinde pro *atque in alienas*, nostri melius, *et per alienas*. B.

41 *Venisse clanculum per impluuium*] Haec omnia non ut difficilia fastu, sed ut humilia, et

At quem Deum? qui templa coeli summa sonitu concutit.

Ego homuncio hoc non facerem? ego illud vero ita feci, ac lubens.

Dum

et Ioue indigna proferuntur, vt merito sequatur, *Ego homuncio hoc non facerem*, quod non solum non Ioui, sed ne homini quidem, nisi furi, aptum erat? *Fucum factum mulieri*] Id est, vt *fucum faceret*, hoc est, infidias et fraudem. *Fucum*, astutam fraudem: et *mulieri*, pro, *feminae*. D.

*Fucum factum*] Sic vett. et Acro ad Horat. lib. II. Sat. 2. Placidus Lactant. tamen in Stat. legit *Furium factum*: quod pro vero nolim probare: licet nihil frequentius, quam *furium* amoris gaudia illicita vocare. Petron. c. 100. *Ergo amor furium potius, quam praemium eris?* Statius in Achill. I, 640. — *densa noctis gauisus in umbra Tempestiua suis torpere silentia furtis*. L.

Lege, *Venisse clanculum: per pluuiam fucum* etc. Nam cum Impluuium sit locus intra aedes cauus, a solo ad coelum usque patulus, vt lucem admittat, et aqua de tecto collecta illic impluat: Iupiter si per illud decidisset, non proprius Danae cubiculo fuisset, quam si foris in via esset. Sed ex nostra emendatione Imber aureus per tegulas in virginis cubiculum perfluxit. B.

42 *Qui templa coeli summa sonitu concutit*] Ab auctoritate personae, vt fit in exemplis. *Sonitu concutit*] Παρωδία de Ennio. *Templa coeli*] Sententia tragica: sed de industria, non errore. D.

Etsi hic nihil mutandum censeo, praesertim cum Lucretius VI, 386. eodem modo de Iouis potentia loquatur: tamen elegantius esset *nutu*, quam *sonitu*, quia maiorem indicaret potentiam: vti Homerus finxit, ἦ, καὶ κυανέρισιν ἐπ' ὄφρ' ὄσι νεῦσε κρονίων, — — μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον. B.

Menander in τῷ Ἡρώι apud Stob. Δέσποινα Ἐρωτος ἔδεν ἰσχύει πλέον. Οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν ἐν ἐρχνῆ Θεῶν Ζεὺς, ἀλλ' ἐκείνω πάντ' ἀναγκασθεὶς ποιεῖ. W.

43 *Ego homuncio hoc non facerem?*] Oratorie: vt Iouem extulit, ita detraxit sibi: vtputa, Ille est deus, et magnus: ego non homo, sed homuncio. D.

*Ego homuncio hoc non facerem?*] Elegans locus Aristophan. in Nubib. 1075. Μοιχὸς γὰρ ἦν τύχης ἀλθὲς, τὰ δὲ ἀντερεῖς πρὸς αὐτὸν, ὧς ἔδεν ἡδίκημας: εἴτ' εἰς τὸν Δι' ἐπανενεγκεῖν: καὶ κείνος ὧς ἦτλων ἔρωτός ἐστι, καὶ γυναικῶν. Καὶ τοὶ σὺ θνητὸς ἄν,

C c

Θεῶ

Dum haec mecum reputo, arcessitur lauatum inter-  
ca virgo:

45 It, lauit, redit. deinde eam in lectum illae collo-  
carunt.

Sto

Θεῶν πᾶς μεῖζον ἢν ὀύναιο; Atque hoc est quod Dionys. Halicarn. II, 20. scribit, Deos Graccorum malis hominibus occasionem saepe praebere turpiter nequiterque faciendi. Eius verba prudentiae non minus, quam elegantiae plena haec sunt: ὁ πολὺς καὶ ἀφιλοσόφητος ὄχλος ἐπὶ τὰ χεῖρω λαμβάνειν φιλεῖ τὰς περὶ αὐτῶν [θεῶν] λόγους καὶ πάσχειν δυοῖν θάτερον, ἢ καταφρονεῖν τῶν θεῶν, ὡς ἐν πολλῇ κακοδαμονίᾳ κυλινομένην, ἢ τῶν αἰσχίστων τε καὶ παρανομοτάτων ἕθενος ἀπέχεσθαι, θεοῖς αὐτὰ προσκείμενα θεῶν. Ion. apud Euripid. — — ἢκ' ἔτι ἀνθρώπος κακῶς λέγειν δίκαιον, εἰ τὰ τῶν θεῶν κακὰ μιμνήμ' ἀλλὰ τὴν διδάσκοντα τὰδε. Vnde Seneca de breuit. vitae cap. xvi. *Quid aliud est vitia nostra incendere, quam auctores illis inscribere deos, et dare morbo, exemplo diuinitatis, excusatae licentiam?* Videndus idem de beata vita, cap. 26. L.

Legendum censeo, *Ego homuncio hoc non fecerim? ego vero illud fecerim ac lubens.* Nam feci non modo ineptum est, quia nihil tum fecerat, sed et versum efficit claudum. Igitur Faber legi vult, *Ita faciam; alius, Ita fecerim.* Sed

ita recte abest a cod. Petrensi, quia non est, ad quod referatur. B.

44 *Dum haec mecum reputo, arcessitur lauatum*] Seruauit ordinem nuptiarum: et proprio verbo, quasi de nuptura dixit, *Arcessitur.* Vt alibi, *Quam mox virginem arcessant?* Nam ipse illam est habiturus vxorem. *Dum haec mecum reputo*] Hic ostendit, non sibi primum haec nunc in mentem venisse, sed tunc etiam cogitata, cum esset in domo meretricis. D.

*Dum haec mecum reputo*] De Iouis factio cogito. E.

*Arcessitur lauatum*] Priscian. lib. ix. L.

45 *It, lauit, redit*] Συνομιζ, qua solet, vtitur. *Deinde illam in lecto illae collocant*] Vide an aliquid deest legitimis nuptiis: nam et ipsum verbum *collocant* proprium est, et adscribitur pronubis. D.

*It, lauit, redit*] Apta narrationi oratio est, vbi facta multa breuiter explicantur. Sicuti ipse in Phormione quaedam breuiter explicat. E.

*It, lauit*] Mf. R. *lit, lauit.* L.

Lege cum nostris codd. *lit, lauit, rediit.* B.

Sto expectans, si quid mihi imperent. venit vna,  
heus tu, inquit, Dore,

Cape hoc flabellum, ventulum huic sic facito, dum  
lauamus:

Vbi nos lauerimus, si voles, lauato. accipio tristis.

A N. Tum equidem istuc os tuum impudens vi-  
dere nimium vellem:

50 Qui esset status, flabellum tenere te asinum tantum.

CH.

46 *Sto expectans, si quid mihi imperent*] Ε'έγγυα. Non enim dixit *flabam*. *Expectans*] desiderans. Et mire omne tempus exsecutus est salua veritate, in qua Virgilius negligens inuenitur: cum post occisum Mezentium, non facta noctis mentione, statim intulit, *Oceanum interea surgens auro-  
ra reliquit* (Aen. XI, 1.). D.

47 *Cape hoc flabellum*] Praeclare non sensum, sed verba ipsa per *μικρον* induxit, per quam puellaris error exprimitur. *Cape hoc flabellum, et ventulum huic sic facito*] Quam particulatim, cum qua diligentia et *δεικτικῶς* iubet, quasi no-uitio et imperito? *Ventulum huic sic facito, dum lauamur*] Demonstratiuum, et gestu explicandum. D.

Retine *Et ante ventulum*, quod est in nostris codd. et edd. vett. ne bis in *lum* verba contigua exeant. Deinde recte Faernus legit *lauamur*, ob Donat. Bemb. et Victor. B.

48 *Vbi nos lauerimus*] Vide

usum verbi tam cito variatum, *Dum lauamur*: et, *Vbi lauerimus*. *Si voles, lauato*] Quasi satisfaciens est (Wieling. vult legi, *Quasi satisfaciens*). Potest tamen retineri vulgaris lectio, si pro *relinquant* substituas *relinquat*, quod est in edd. Venet.), cum solum illum relinquant cum virgine. *Accipio tristis*] Id est, tristi similis: vt (Aen. II, 67.), *Namque vt conspectu in medio turbatus inermis Constitit*. *Accipio tristis*] Bene *Tristis*, tanquam aliud magis vellet, hoc est, lauare, aut ludere: metuit enim ne, quod cupit, prodatur gaudio. D.

49 *Os tuum impudens*] Licet iocanti et amico conuicium (*officium* male edidit Westerh. Z.) iocunde facere. D.

50 *Quis esset status*] *Statura* corpori adscribitur: *Status* ad habitum refertur. Ergo *status* est *σχῆμα*: *Statura*, longitudo corporis. *Te asinum tantum*] Quia hoc ministerium delicatorum seruorum est. D.

CH. Vix elocuta'ſt hoc, foras ſimul omnes pro-  
ruunt ſe;

Abcunt lauatum; perſtrepunt; ita vt ſit, domini  
vbi abſunt.

Interea ſomnus virginem opprimit: ego limis ſpecto,  
Sic

*Flabellum tenere te*] Vehementer, inquit, vellem te videre, tantum aſinum flabellum tene-  
nentem. *Qui eſſet ſtatus*] Hoc eſt, quae forma, qui habitus in te erat, cum flabellum tantus aſinus contineres. Hic turpiter quidam legunt potius quam tantum, vt ſit aſinum tantum (ope alterius Mf. reſtituo: TENTVM, potius quam TANTVM, vt ſit, ASINVM TENTVM): quod in Scena eſſe dictum, ob indignitatem, Terentianae comoediae minime conueniebat. E.

Niſi legas *flabellulum*, verſus ſtare non poteſt. B.

51 *Omnes proruunt ſe*] Verbo neutrali quaſi actiuo vſus eſt. D.

*Omnes proruunt ſe*] Se foras ſimul proferunt. E.

52 *Vbi abſunt*] *Vbi*, et temporis et loci poteſt eſſe. *Incr-  
ea ſomnus virginem opprimit*] Vtpote compreſſam ſomno, et oblectatam flabello, atque ab Eunuchō nihil metuentem. *Ego limis ſpecto*] *Limis*, ſi nominatiuus ſingularis eſt, *transverſus* ſignificat: ſi ſeptimus pluralis, deeſt *oculis*. Nam *limis*, eſt tranſuerſus: vnde *li-*

*men* dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibusque tranſuerſam eſt. Quum igitur diſſimulant homines ſe videre quod vident, et non recta facie, ſed tranſuerſa intuentur, *limis* dicuntur *aspicere*. *Limis ſpecto*] Cum *limi* dicantur obliqui generaliter: hoc tamen proprie de oculis dicitur. D.

53 *Ego limis ſpecto*] Quiddam intelligunt *limis*, obliquis, quod limen cum ambulamus, itineri noſtro obliquum eſt. Alii intelligunt *limis oculis*, paululum tortis. Alii *limis*, coniunctis ad flabellum: vt Plautus dixit (Poen. 1, 2, 79.) *Nunquam cum ea limauī caput*, id eſt, coniunxi. E.

*Limis ſpecto ſic*] *Limi* oculi proprie amatorum. Quinctilian. lib. xi. cap. 3. *Quadam voluptate ſuffuſi, aut limi, et, vt ſic dicam, Venerēi*. Vetus Poeta: *Non laudo os: namque eſt vaniloquum et fatuum. Non oculos; etenim ſunt luſci oculi atque parrantes*. Adamant. lib. I. cap. vlt. ἔνοι δὲ τὰ μέσα τῶν βλεφάρων κατέλιπον, τὰ δὲ ἑκάτεροθεν ἀνασπῶσι, καὶ αἰμὰ ἰλλώπτουσιν, ὅς καὶ αὐτὸς μοιχικὸς λέγων, ἢ κ' ἂν ἀμάργης. Apuleius Miles.



Sic per flabellum clanculum: simul alia circum-  
specto,

55 Satin' explorata sint. video esse: pessulum ostio obdo.

AN. Quid tum? CH. quid? quid tum? fatue.

AN. fateor. CH. an ego occasionem

Mihi ostentatam, tantam, tam breuem, tam opta-  
tam, tam insperatam.

Cc 3

Amit-

Milef. 2. de Photide. *Ad me conuersa limis et morficantibus oculis.* Hinc Varro apud Nonium in voce STRABONES:

*Multi enim qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti; habet quiddam ἐλαυσικὸν prouincialis formosula vxor.*

Et Venus ipsa straba fingitur, in dissertatione Hadriani et Secundi Philosophi, sine Epicteti: *Quare Venus straba est?* Ep. *Quia prauus est amor.* L.

Contra versum et probatos libros nonnulli edunt aspecto, pro specto. B.

54 *Sic per flabellum clanculum*] *Sic δεικτικὸν* est, et necessario additum. Nam et *limis* et per *flabellum*, sine demonstratione parum intelligitur. D.

55 *Pessulum ostio obdo*] Scilicet vt amoueret, arceretque auxilium virginis. D.

*Pessulum ostio obdo*] Id est, obduco. E.

56 *Quid tum fatue?*] Quid enim praeter vitium superest, vbi amator est adolescens, et virgo dormiens et inclusa? Grate explicata narratio est, quam audientis curiositas finit,

et cuius in extrema parte maior attentio est. *Favcor*] Me fauuum, qui hoc quaesierim, subauditur. D.

*Quid tum? fatue*] Seruius Aeneid. lib. iv. ad vers. 166. L.

Natura repetitionis postulat hunc ordinem: *Quid tum? C. quid tum? quid, fatue?* B.

57 *An ego occasionem mihi ostentatam, tantam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam, amitterem?*] Vide quanta dixerit: non voluntatem, sed *occasionem*: non animaduersam, sed *ostentatam*: non hanc, sed *tantam*: non angustam, sed *breuem*: non appetitam, sed *optatam*: non repentnam, sed *insperatam*. Et bene *insperatam*: aliud enim sibi promiserat, vt supra diximus, non quod pietura occasioque persua-  
fit. D.

Cum Faerno legendum est *Mi ostentam, tantam* etc. Nam *ostentam* versus exigit, et idem occurrit Phorm. v, 4, 7. et Seruius ad Georg. I, 248. ait, ab Ostendor veteres participium formasse Ostentus, non Ostensus. B.

Amitterem? tum pol ego is essem vere, qui simulabar.

AN. Sane hercle vt dicis. Sed interim de symbolis quid actum'ft?

60 CH. Paratum'ft. AN. frugi es: vbi? domin'?

CH. immo apud libertum Discum.

AN. Perlonge'ft: sed tanto ocius properemus. muta vestem.

CH. Vbi mutem? perii; nam domo exulo nunc: metuo fratrem,

Ne

58 *Tum pol ego is essem*] Eunuchus scilicet. D.

*Tum pol ego is*] Si enim occasionem istam praetermitterem, vere Eunuchus essem, quem me esse fingebam. Postea adolescens hortatur, vt pergat propter id, quod sibi mandatam est: deinde vt vestem mutet; et hanc mutationem in domo patris metuit, vel propter fratrem, vel propter ipsum patrem. Exiit vt ad amici domum pergat; illic mutet; illic consilium capiat, rursus ad meretricem quemadmodum reuertatur. E.

Cum Faerno et libro Bemib. leg. *is essem vero*: vt in Heaut. *mibi illaec vero ad rastros res redit*. Tum pro *simulabar* lego *ad simulabar*. Nam et codd. nostrorum auctoritate, et vsu Terentii Plautique comprobatur. B.

59 *Sane hercle vt dicis*] Deest, *ita est*. Sed interim de

*Symbolis quid actum est*] Bene memor est personae, quam induxit Poeta, per hanc interrogationem. Sed interim de *Symbolis*] *παραμυῶδες, ἀλλὰ πρὸς τὴν χειρίδις*. D.

60 *Frugi es*] Vtilis et necessarius, vt fruges humano generi. *Frugi* est ergo, in quo est aliquid quo fruamur, id est, vtamur. *Discum*] Nomen est proprium *Discum*. D.

61 *Sed tanto ocius properemus*] *Properemus* dixit pro ambulemus. *Muta vestem*] Haec *αἰνονομίαι* est ad id, quod in domum Thaidis rediturus est Chaerea. D.

Bentleius verba, *Sed tanto ocius properemus*, Chaereae tribuit, caetera Antiphoni. Non male. Nam et Antiphonis querela, et Chaereae alacritas, illam rationem confirmare videtur. Z.

62 *Vbi mutem?*] Vultu ostendit, quod subaudiatur *nescio*. *Nam domo exulo*] Deest *Prope*, aut

Ne intus sit: porro autem, pater ne rure redierit iam.

AN. Eamus ad me: ibi proximum est, vbi mutes.

CH. recte dicis.

65 Eamus: et de istac simul, quo pacto porro possim Potiri, consilium volo capere vna tecum. AN. fiat.

## ACTVS QVARTI SCENA I.

### DORIAS.

**I**ta me Di bene ament, quantum ego illum vidi, nonnihil timeo misera,

Ne

aut *Veluti*: vt sit, Prope iam exulo. *Exulo* duobus modis dicitur: et de loco in quo exul est, et de loco ex quo eiectus est. *Nunc metuo fratrem*] *Causas* ostendit, cur domo penitus veluti exulet. D.

*Domo*, quod emphasin hic habet, ne in Thesi prematur, repono, *Nam exulo domo nunc*. B.

63 *Pater ne rure redieris*] Praeparatur iam interuentus senis: et est ζῶμα ad superiora. Nam et hic *metuo* est subaudiendum. D.

Cum antea dixerit *Fratrem*, hic legendum esse arbitror, *Porro autem patrem, ne &c.* B.

64 *Ibi proximum est*] Hoc est, domus mea. *Recte dicis. camus*] Ipsa verba quodammodo festinationem sonant. D.

65 *Quo pacto porro*] *Porro*, postea, deinceps. D.

**I** *Ita me Di bene ament*] Ea persona quaesita est, quae terribilem credat militem: et eo magis (*vt eo magis*, Mf. H.) in experiendo vanus ac ridiculus esse possit. *Ita me Di bene ament*] Hoc loco quid post scenam gestum sit, hoc est, in conuiuio militis, ancilla demonstrat: vt iam quae in profcenio agantur, ex his possimus agnoscere. D.

*Ita me Di ament*] Haec Scena allocutionem ancillae tenet, quae coniecturali statu argumenta colligit, militem cum meretrice litem parare. Ita prior propositio est, quod timere se dicit, ne ipse infanus hodie turbas faciat cum Thaide: Deinde incipit narratio: *Nam postquam iste aduenit Chremes adolescens, frater virginis*. Deinde in narratione argumenta praeiaciuntur, quae veniant ad

Ne quam ille hodie infanus turbam faciat, aut vim Thaidi.

Nam postquam iste aduenit Chremes adolefcens, frater virginis,

Militem rogat, vt illum admitti iubeat, ille continuo irasci:

5 Neque negare audere. Thais porro instare, vt hominem inuitet.

Id

quaestionem; ideo adiecit, *continuo irasci*. Deinde expurgat Thaidem: *Id faciebat*, inquit, *retinendi illius causa, quia illa, quae cupiebat, de sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat*. Concludit quaestionem: *Miles vero putare sibi adductum ante oculos aemulum*. Et quoniam in coniectura facta vel dicta sunt, ex quibus suspicio colligitur, facta sic ponit: *Voluit facere contra huic aegre*. Deinde dicit; *Heus*, inquit, *puer, Pamphilam arcesse, vt delectet hic nos*. Memor est miles praeceptorum parafiti, cum dixisset, *Purgon' me de isthac Thaidi, quod eam me amare suspicatur?* respondet militi: *Imo auge magis suspicionem; si laudabit haec illius formam, tu huius contra*. Concluditur: Quod negat meretrix, ipse perseverat. *Inde ad iurgium*, inquit, hoc est, ad litem. E.

Particulam, *bene*, eiiciendam puto, quia a tribus nostris codd.

abest et edd. vett. itemque a Bemb. et plerisque Faerni libris Terentii et Donati. B.

2 *Ne quam ille hodie infanus*] *Illum*, et *Ille infanus*, sic effertur, vt omnibus (*omnino Z.*) insuavis miles esse noscatur. D.

3 *Nam postquam iste aduenit*] *Instanter* (i. e. pluribus verbis. Nisi malis legere, *incidenzer*) admonet, qui scilicet sit Chremes. D.

Nomen, *Chremes*, exulet, quod a codd. quibusdam abest, et sententia non requirit. Tum pro *aduenit* versus postulat *aduenerez*. B.

4 *Militem rogat*] Et hoc quasi de odioso (*Et hic quoque satis odiose Z.*) *Militem* dixit, non *Tbrafonem*. *Continuo irasci*] Vt riuali. D.

5 *Neque negare audere*] Vt amicae poscenti. *Instare, vt hominem inuitet*] Vide impudentiam meretricis. Primum petit vt iubeat eum admitti: postea vt inuitet, quod est maius. D.

Id faciebat retinendi illius causa: quia illa, quae cupiebat

De sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.

Inuitat tristis: mansit. ibi illa cum illo sermonem occipit:

Miles vero sibi putare adductum ante oculos aemulum,

Cc 5

10

6 *Id faciebat retinendi illius causa*] Admonet spectatorem, ne existimet alteri rivali iniuriam fieri Phaedriae. Et simul est hic (Mf. Boend. et ed. Du B. *Et simul est hic relictus locus*) *προπαρσάνευη* virginis agnoscendae. D.

8 *Inuitat tristis*] *Tristis*, inuitus, non libenter. Vt e contrario Virg. (Aen. v, 236.) *Vobis laetus ego hunc candentem in litore taurum Constitutam ante aras, voti reus.* Et, *Accipio tristis*, eodem modo. *Mansit ibi*] Adolescens scilicet. Et *Mansit*, pro remoratus est, id est accubuit; nec recessit, *mansit* significat. Simile est, *Mansit*, passus est. Sic *Chremes mansit*, immoratus est, conuina necessitate discessit, accipiendus est (Forte leg. *Simul et MANSIT, passus est se retineri.* MANSIT, i. e. moratus est, nec statim discessit conuina accipiendus. Sed Wieling. conicit, *Immoratus est conuino, nec statim discessit.*

Sed Mf. H. et edd. Venet. omittunt). *Sermonem occipit*] *Sermonem*, colloquium dicit. D. *Sermonem occipit*] V. C. *incipit.* L.

Omnes libri nostri et Faerini habent *incipit*, praeter Bembinum, Donatum, editt. vet. et codicem vnum e nostris, vbi est *occipit*. Vtrumque probe, nec hilum interest. At pro *Inuitat tristis*, leg. *Inuitatu'st*, non modo versus, sed et sententiae gratia. Nam durum est in *Inuitat* intelligere *Thraso*, et in *mansit* statim *Chremes*. B.

9 *Adductum aemulum*] Plus dixit *Adductum*, quam *Admisum*: et simul quia videbat furibundum Chremem, et (edd. Venet. recte omittunt ed) totum crimen reuocat ad Thaidem. Et haec est causa, cur a milite in eius domo nullam rixam patiatur Chremes. D.

*Putare muta in puzans*, quia sequitur *voluit*, nisi malis, quod non est opus, corrigere *voluisse*. B.

- 10 Voluit facere contra huic aegre. heus, inquit, puer, Pamphilam  
 Arcesse, vt delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium:  
 In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.  
 Interea aurum sibi clam mulier demit: dat mihi vt auferam.

Hoc

10 *Huic aegre*] Huic Thaidi, non Adducto. *Heus, inquit, puer*] Hic ostenditur, quod supra apparatus est. *Pamphilam arcesse*] Non prouoca, sed *arcesse*: quia non est aptum militi (Lege, *quia non est apud militem*. Forte scriptum erat: *quia non est apud mil.*). D.

Versus gratia Bentleius legi vult, *Heus, inquit, puer, i, Pamphilam*. Non male. Nam *i* imitatur Gr. ἰσι; cum seq. imperatiuo; vt Plat. Phaed. 65. ἰσι. πειθοῦ, et alibi. Z.

11 *Vt delectet hic nos*] Quasi dicat, quod haec non facit. Sed *delectare* fidicinae est: quia supra de illa dixerat, *Et fidibus scire*. Et bene *hic*, quasi insuauiter nunc tractemur. *Illa exclamat*] Non respondet inquit; sed exclamat. *Minime gentium*] Hoc magis mirum, *minime gentium*, quam *nusquam gentium*. D.

Hic versus syllabam vltimam sequenti versui commodat a vocali incipienti; vt illi apud Virgilium versus, *Decoquit hu-*

*morem; Vinaque sulphura: Arbutus horrida*. B.

12 *In conuiuium illam?*] (Forte Donatus legit *Tun' in conuiuium, illam?* quae lectio in libris Ter. quibusdam est: adeo vt ad *Tun'* pertineat sequens Z.) ἐμφορτικῶς. vt (Virg. Ecl. III, 25.), *Cautando zu illum? Illam?*] Deest, *arcesse*: et est figura ἀποσιώπησις. *Miles tendere*] Proprie dixit *tendere*, quod significat pertinacem contentionem. Virgilius, *Vasso certamine tendunt* (Aen. XII, 553.). *Inde ad iurgium*] Subauditur, *venum est*. D.

*In conuiuium illam?*] Apud Graecos enim mulier honesta in conuiuium non adhibebatur, nisi propinquorum. Corn. in Praef. Hinc Philodamus apud Cic. Verr. I, 26. negauit, moris esse Graecorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres, sc. honestae. Z.

13 *Interea aurum sibi clam mulier demit*] Ne aurum pro virgine, quod (*quam* legendam putat

Hoc est signi, vbi primum poterit, se illinc subdu-  
cet, scio.

ACTVS QVARTI SCENA II.  
PHAEDRIA.

**D**VM rus eo, coepi egomet mecum inter  
vias,

Ita vt fit, vbi quid in animo est molestiae,  
Aliam rem ex alia cogitare, et ea omnia in

Peio-

putat Wieling. Sed forte leg.  
*Ne aurum per iurgium, quod re-  
nebat, amitteret*] retinebat, a-  
mitteret: vel *aurum* demit, vt  
esset ad fugam expeditior, vel  
ad rixam. Et opposuere mu-  
lierem dixit, non *Thaidem*; vt  
ostenderet malitiam sexus  
(Scholion de muliere Donato  
indignum. Z.). D.

14 *Hoc est signi, vbi primum  
poterit*] Ad quam rem signi?  
Vtrum hoc est signi, *Quam-  
obrem me tuam, ne quam ille ho-  
die insanus urbem faciat, aut  
vim Thaidi?* an hoc est signi,  
*Vnde scio quod vbi primum po-  
zerit, se illinc subduces?* Erit i-  
gitur subaudiendum sic, *vnde  
et quod: vt fit, Vnde scio, quod  
vbi primum poterit.* D.

Dacera duabus de causis o-  
pinatur Thaidem sibi aurum  
demisse; primum ne forte mi-  
les auferret: deinde quod me-  
reticibus in publicum auro or-  
natis prodire non licitum fue-  
rit. Z.

I *Dum rus eo, coepi egomet*]  
Hic nunc causa narratur, cur  
statim in urbem redeat Phae-  
dria, qui discesserat absuturus  
biduum, ad tollendum iurgium  
militis, et (*sed est in vtroque  
cod. et edd. Venet.*) importunè  
redit. *Dum rus eo*] Iam  
tempus est reuocandi in sce-  
nam Phaedriam, postquam acta  
sunt omnia, quae illius absen-  
tiam desiderabant. *Coepi e-  
gomet mecum*] Ordo, Coepi a-  
liam rem ex alia re cogitare.  
*Inter vias*] Figurate et noue  
*inter vias.* D.

*Dum rus eo*] Haec Scena  
quaestionem habet adolescen-  
tis, quod nimio amore multa  
officia non integra mente com-  
pleuerit. E.

*Dum rus eo*] Seruius ad VII.  
Virgil. vers. 30. L.

3 *Et ea omnia in peiorem par-  
tem*] Vtrum subaudiatur, *co-  
gitare?* an, *ibant*, aut *vergè-  
bant*, aut quid tale? *Dum haec  
puro*] Id est, existimo. vt Virgi-  
lius,

Peiorem partem. quid opus est verbis? dum haec  
puto,

5 Praeterii imprudens villam. longe iam abieram,  
Cum sensi. redeo rursus, male vero me habens.

Vbi ad ipsum veni diuerticulum, constiti.

Ocepi mecum cogitare: Hem! biduum hic

Manendum? soli sine illa? quid tum postea?

10 Nihil est? quid? nihil? si non tangendi copia est,

Eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet,

Saltem

lius, *Multa putans, sortemque  
animo miseratus iniquam* (Aen.  
VI, 332.). Et est ἀφαιρέσις pro  
reputo. Putamus enim instan-  
tia: *Reputamus praeterita*. D.

Magis ex Terentii est con-  
suetudine, si sic refingis: *et ea  
omnia Peiorem in partem*. B.

4 *Dum haec puto*] Mf. R.  
reputo. L.

6 Melius ex Regiis vnus,  
*Male me vero habens*. B.

7 *Vbi ad ipsum veni diuer-  
ticulum*] *Diuerticulum* est, vbi  
iter de via flectitur. Et prop-  
rie *diuerticula* dicuntur in via  
domicilia, ad quae de itinere  
diuertendum fit. *Constiti*] Plus  
est nunc scientem stetitisse, quam  
praeteriisse nescientem. D.

*Ad ipsum veni diuerticulum*]  
Ad ipsum locum, ex quo di-  
uertere ad villam deberet. E.

*Ad ipsum veni diuerticulum*]  
Glossarium. vet. καταγωγῆτον, *di-  
uersorium, diuerticulum*. L.

Tres vet. libri Faerni recte  
habent *deuerticulum*. Tum ver-  
sus fit suauior, si cum cod. Re-

gio legimus *venio*, vt prius *re-  
deo*. B.

8 *Hem! biduum hic manen-  
dum est*] *Hem* interiectio labo-  
rantis animi. *Biduum* sic pro-  
nuncia, vt longum nimiumque  
tempus. Tum deinde *hic*,  
tanquam in loco solo atque  
tristi. D.

9 *Soli sine illa?* Aut sine al-  
lio oblectamento? *Sine illa?*  
Satis amatorie. *Sine illa?*] Iam  
causa est, cum (*cur* est apud  
Westerh. Z.) biduum graue-  
tur loco tristi, cur solatium con-  
quirendum. Sunt autem qui  
idem putent *soli* esse, et *sine il-  
la*: vt *sine illa* ἐξήγησις eius sit,  
quod dixerat, *Soli*. D.

10 *Nihil est: quid? nihil?*  
Amantium disputationes inter-  
miserunt quaedam consilia fan-  
nae mentis, quae tamen statim  
refurgentis amoris saeuitia de-  
uincuntur. D.

11 *Eho, ne videndi quidem  
erit?*] *Eho*, ridicule additum:  
tanquam omnino non secum  
loquatur, sed cum altero. *Si  
illud*



Saltem hoc licebit: certe extrema linea

Amare haut nihil est. villam praetereo sciens.

Sed quid hoc, quod timida subito egreditur Pythias?

## ACTVS

*illud non licet, saltem hoc licebit*] Bene bis dictum *licet, licebit*: quasi de re magna loquatur. Totum ergo amatorie. D.

12 *Certe extrema linea*] Et hoc recte: quia quinque lineae perfectae sunt ad amorem: prima, visus; secunda, loqui; tertia, tactus; quarta, osculari; quinta, coitus. An sic dixit *extrema linea*, quemadmodum dicitur *longis lineis quid fieri?* id est, de longinquo. D.

*Extrema linea*] Quinque lineae esse dicuntur amoris: videre, accedere, colloqui, osculari, concumbere. Veluti enim postremam diximus rem atque usum, prior fit postrema illa, quam nos collocauimus: videre scilicet. Ergo ita concludit: *Si non tangendi est copia, nec videndi quippe erit?* E.

*Extrema linea*] Charif. lib. II. L.

*Extrema linea amare* esse solo puellae, quam amas, aspectu frui, cum ex hoc loco pa-

tet, tum ex Lutatius ad Stat. Theb. III, 283, ubi est: *puellam extrema amoris linea diligens, satis animo solo faciebat aspectu*. Vnde vero haec metaphora sit ducta, non satis conuenit. Forte ad popularem rationem propius accedunt, qui de linea alba in circo, seu calce, originem ducunt. Z.

13 *Amare, haut nihil est*] *Amare* modo frui amore dicit. Plautus in Bacchidibus, *Prius hic adero, quam te amare destinam* (I, 2, 67.). Et, *Sine te amem. Villam praetereo sciens*] Sciens quidem, sed non minus amator, quam prius. D.

14 *Sed quid hoc, quod timida subito egreditur Pythias?*] Ex his verbis persona in scenam veniens, et locutura describitur. Et, *Timida*, modo aegra, turbata, commota. Plautus, *Manum ex mari, timide*. Et hic ipse, *Vxorem*, inquit, *Philumenam pauizare, nescio quid, dixerunt*. Timidum aliud naturale, aliud euentu est: vt (Virg. Ecl. VI, 20.), *Addit se sociam, timidisque superuenit Aegle*. D.

## ACTVS QVARTI SCENA III.

PYTHIAS. PHAEDRIA. DORIAS.

**V**BI ego illum scelerosum, misera, atque impium inueniam? aut vbi quaeram?

Hocine tam audax facinus facere esse ausum? PH. perii! hoc quid sit vereor.

Py. Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem,

Vestem

**1 Vbi ego illum]** In hac Scena operae pretium delectationis est (*delectatio est, quae oritur Z.*) spectatoribus ex querela ancillae Thaidis, atque errore Phaediae. *Vbi ego illum]* Hoc initio ostenditur, tanquam persequentem fugientem, progressam esse personam. *Scelerosum]* *Scelerosus* est multorum: *Scelestus* vel vnus. *Scelerosus* proprie auctor est sceleris: *Sceleratus*, in quo scelus sit constitutum vel commissum. *Scelerosum atque impium]* *Scelerosum* in Thaidem, *Impium* in virginem. D.

*Vbi ego illum]* Haec Scena controuersiam tenet talem: Munera meretrici amator misit, in his Eunuchum: qui commendatam virginem scissa veste laniauit, et fugit. Reus est iniuriarum, qui dona misit. Hic primo qualitas: deinde coniectura, an hoc animo miserit, vt iniuriam faceret. Rarsus alia coniectura, an Eunuchus vitiauerit virginem,

vel vitare potuerit. Haec per versus suos plenius explicabimus. Primo propositio sit summae, per conuersionem: *Hocine, inquit, tam audax facinus facere esse ausum?* Deinde quasi testimonii genus adiicit: *Quin etiam insuper scelus, postquam ludificatus est virginem, vestem omnem miserae discidit.* E.

Hic et subsequens versus trochaicus est, tetrameter acatalecticus. B.

**2 Audax facinus facere]** *Facinus facere*, figura ἀρχαϊσμός. *Hoc quid sit vereor]* Pro duobus vnum dixit, scilicet *vereor*, pro, et nescio et vereor. D.

*Perii* cum libris fere omnibus et edd. vet. Pythiae tribuendum est. Vid. And. III, 5, I. B.

**3 Quinetiam insuper]** Accusatio facti. *Scelus]* ἀδίκησις. Plus enim est *scelus*, quam *scelestus*. Vt Lucilius, *Carcer,*

Vestem omnem misere discidit: tum ipsam capillo  
conscidit.

5 P H. Hem! P V. qui nunc si detur mihi;

Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem ve-  
nefico!

P H.

*vix carcere dignus. Postquam ludificatus est virginem]* Argumentum ab his quae sunt post negotium (*proscenium* Z.) gesta. Et mire, *Postquam ludificatus est, Discidit* dixit: cum ille videlicet, dum virgo reluctatur, hoc fecerit. Et mire expressit vitium illatum virgini ab eo quidem, qui vitiare iam posset: sed tamen eiusmodi adolefcentulo, cuius propter teneras adhuc vires ad explendam venerem, longiore noxa (lege, vel *mora*, vel *rixa*, vel *lucta*) aduersus virginem utendum fuit. Nam ideo praeter occasionem familiae discedentis, tempus, locus, et caetera attributa negotio, etiam somnus virginem opprimens, adiuuat Chaeream. Et mire *Ludificatus* potius, quam, complexus est, aut tale aliquid, quod amorem indicaret. D.

*Ludificatus est]* Per ludum et iocum irrisit. E.

*Ludificatus est virginem]* Priscian. lib. iix. L.

4 *Vestem omnem misere discidit]* Adeo ut non amore fecerit, sed iniuria. Et vide, ut ex his appareat, multum virgi-

nem reluctatam esse. *Tum ipsam capillo conscidit]* Multo melius, quam si diceret, *Capillum illi conscidit.* D.

Bentleius edidit, *miseræ;* quod minus placet: quia *Ipsa* in membro sequente opponitur *Vesti omni.* Vid. cl. Ernesti ad ll. *á, 4,* vbi disputatur de vi pronominis *αὐτὸς.* Z.

6 *Vti ego vnguibus facile illi in oculos inuolem]* Nonne credis Pythiam id comminari, quod a virgine minus factum sit? quod, quia puella, non potuit. *Vnguibus]* Quibus armatur hic sexus. *In oculos]* Quasi amatori. *Venefico]* Mutanti homines (Boeclerus recte acumen hoc Grammaticale ineptias vocat. Melius Eugraphius), et ex virginibus mulieres facienti. An *venefico* amatori? quia amor venenum occultum est, ut Virg. (Aen. I, 688.) *Occultum inspire ignem, fallasque veneno.* Et (Aen. I, 749.), *Longumque bibebat amorem.* D.

*Vt ego vnguibus facile]* In eius oculos vnguibus meis inuolem. *Venefico]* Scelerato, malo. E.

PH. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi.

Adibo. Quid istuc? quid festinas? aut quem quaeris, Pythias?

PY. Ehem, Phaedria, ego quem quaeram? i hinc, quo dignus, cum donis tuis

10 Tam lepidis. PH. quid istuc est rei?

PY. Rogas me? Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit!

Vir-

7 Absente nobis turbatum est domi] Aut subdistinguedum est, et subaudiendum me; aut ἀρχαϊσμός figura est, absente nobis, pro nobis absentibus. Pomponius, Sine ergo istuc, praesente amicis inter coenam. Varro in Marcellum, Id praesente legatis omnibus, exercitu, pronunciat. Absente nobis] Cum sic dicit, pro praepositione ponit Absente: ac si diceret, Coram (clam: nisi malis hoc scholium referre ad locum Pomponii Z.) amicis. D.

Profecto absente nobis] Me absente. E.

8 Quid festinas?] Properas, turbaris, et trepidas? Sallustius, Festinantibus in summa inopia patribus. D.

9 Egon' quem quaeram?] Deest rogas. D.

Ehem, Phaedria] Hinc incipit accusatio. Deinde narratio: Cum donis tuis. Simul propositio: Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit! virginem, quam herae miles dono dederas, vitiauit. E.

Alii libri habent, abi hinc; alii, ii hinc. Sed Bembinus et Vatic. in' hinc; h. e. isne hinc? Recte. B.

10 Alii perperam, inlepidis. B.

11 Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit] Aut ἀντιπρωσις, ut (Aen. I, 573.), Urbem quam statuo, vestra est; aut quem cum interrogatione pronuncians, ut sit, qualem. Eunuchum quem dedisti] Quidam volunt quem distinguere, quasi dicat qualem: sed nesciunt, hac figura multum veteres vsos esse. Eunuchum enim ad dedisti verbum rerulit. Nunc ergo addit propter aliud ἀξιωμα assumendum extrinsecus, is Eunuchus. Nam quoties vno nomine, aut pronomine diuersae declinationis enunciationes comprehenduntur, necesse est, quod alteri accommodatum fuerit, ab altero discrepare. Quem dedisti, quas turbas] Et quem et quas sic accipe, quasi dixerit, qualem Eunuchum, et quales turbas. D.

Quas

Virginem, quam herae dono dederat miles, vitiauit. P. H. quid ais?

P. Y. Perii! P. H. temulenta es. P. Y. vtinam sic sint, qui mihi male volunt!

D. O. Au obsecro, mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit?

15

*Quas turbas dediz]* Id est, quantas seditiones fecit! Deinde negatio: *Temulenta es*, inquit, quae stulto \* obices (Locus, quem Westerh. vt desperatum deseruit, sanandus sic: *Atque statim obiectiones Z.*) adiungit. E.

Cod. Petrensis *Rogasne?* Repone *Rogan?* vt cum duobus seqq. Trochaicus sit, et acrior fiat increpatio, celeritate ipsa. B.

12 *Quid ais]* Hoc admirantis est magis, quam interrogantis. D.

Esti in Bemb. et Basil. est *Dono dederat*; tamen sonus ipse commendat ordinem, *Dederat dono*. B.

13 *Temulenta es]* Ebria, a *temeto*, quo nomine antiqui graue vinum appellabant, eo quod tentaret mentem, id est, labefactaret Virg — *tenuisque Lageos tentatura pedes olim, vincituraque linguam* (Ge. 11, 93.). *Vtinam sic sint qui mihi male volunt]* Bene. non ebriam esse, in maledictum vertit: quasi vero temulentam esse, felicitatis sit. An (*Ac Z.*) non negat se esse ebriam, sed non vino, ve-

rum malo ebriam vult intelligi? (Edd. Venet. *Bene se non ebriam esse in maledictum verbum probat: quasi vero temulenta esse infelicitatis sit procul dubio: quia non negat, se esse ebriam: sed non vino, verum malo ebriam vult intelligi.* Wielingius coniicit, *Bene. Nam ebriam e. i. m. v. q. v. non temulentam esse, f. f.*) D.

Ordo melior hic: *Mihi qui male volunt.* B.

14 *Mea Pythias]* *Mea*, et *mea tu*, et *amabo*, et alia huiusmodi, mulieribus apta sunt blandimenta. *Quid istucnam monstri fuit?]* Quippe *monstrum* est omne contra naturam. Si igitur Eunuchus est, et vitiauit virginem, contra rerum naturam factum est, et recte monstrum est. Et ordo est, *Quid istucnam monstri fuit? (Quidnam istuc monstri fuit.* Edd. Ven. recte). D.

Bembinus, Basilic. et duo ex nostris vetr. recte, *quod istucnam monstrum fuit? Caeteri, quid monstri.* B.

D d

15 PH. Infanis: qui istuc facere Eunuchus potuit?

PY. ego illum nescio

Quid fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat.

Virgo ipsa lacrumat; neque, cum rogites, quid sit, audet dicere.

Ille autem bonus vir nusquam apparet: etiam hoc misera suspicor,

Aliquid domo abeuntem abstulisse. PH. nequeo mirari satis,

20

15 *Qui istuc facere Eunuchus potuit?*] *Istuc facere*, honestius apud puellam, quam si *Vitiare* dixisset: et potest videri aliquid nutu significare. *Ego illum nescio qui fuerit*] *Εὐνοχὸς*. Bene vitauit Eunuchi nomen, ut vitiasse virginem, obtinere possit. D.

*Infanis; qui istuc facere potuit Eunuchus?*] Hic iam quaestiones sunt et argumentum a defensore, an verisimile sit Eunuchum adulterium facere potuisse. Sumsit argumentum ergo a persona; sed contra argumentum personae accusatur: *Ego illum nescio qui fuit; hoc, quod fecit, res ipsa indicat.* Deinde supponit de summo ad imum: *Virgo ipsa lacrumat, neque, cum rogites quid sit, audet dicere.* Deinde a testimonio: *ille autem bonus vir nusquam apparet.* E.

Vulgo in versu seq. *Qui fuerit.* Ego ut versus sit Dimeter Iambicus, repono, *Ego illum nescio: hoc Quod fecit, res ipsa indicat.* B.

17 *Virgo ipsa lacrumat*] Nunc ostendit quid fecerit, et ostendit argumentis. *Neque, cum rogites, quid sit, audet dicere*] Quid? si verberata esset? sed non puderet queri. Haec autem iniuria apud virginem non habet nomen. D.

18 *Bonus vir*] *Εἰσωνικός*. Non enim iam Eunuchus. *Bonus vir*] Bene *vir*: quia hoc illum esse contendit. *Nusquam apparet*] Nescias utrum fuga eius queratur an culpa (Lege c. Wieling. *N. v. fugam e. q. a. culpam*). Sed constat, haec argumenta esse, quod ipse virginem vitiauerit. *Etiam hoc misera suspicor*] Bene *etiam*: quia et hoc suspicatur, virginem vitiatam. D.

19 *Neque mirari satis*] Bene hic omnes suspensiones ad Eunuchum, quem nouit, reuocat: nescit Chaeream siquidem (*sic quidem Z.*) hunc esse. Et mira locutio, pro eo quod est, *nescio.* D.

20 Quo ille abire ignavos possit longius; nisi si domum Forte ad nos rediit. P Y. vise amabo, num sit. P H. iam faxo scies.

DO. Perii! obsecro, tam infandum facinus, meam tu, ne audiui quidem.

P Y. At pol ego amatores mulierum esse audieram eos maximos:

Sed nihil potesse. verum miserae non in mentem venerat:

25

20 Lege versus causa, Quo hinc ille abire. B.

21 Vise, amabo, num sit] Domi subaudiendum est; aut, Num sit quod dicit. D.

Vise amabo] Interponitur comica dictione. Num] Ne hic significat. E.

Redierit, quod quidam habent, corrumpit versus. B.

22 Tam infandum facinus] Hoc est, tam infandum facinus non solum gestum non vidi, sed ne audiui quidem. E.

Ne audiui quidem] V. C. audisti. L.

23 At pol ego amatores] Hic non credunt virginem esse vitiatam; sed Eunuchum incitatum ad vitandam virginem, ut ei vellet facere, quod non posset implere. Ideo ait, Eunuchos audieram maximos esse amatores, tamen si nihil possent. E.

Amatores mulierum esse] Inde Hieronym. ad Demetriad. de Eunuchis, Truncatorum corporum violentam puicitiam, dixit. Et Pet. Chryfolog. Serm. LV1, inuitam castitatem. Bene

autem hanc salacitatem Eunuchorum describit Arnob. aduers. gent. lib. v. Quasi vero affecti corporalibus hi. damnis fiant languidioris audaciae, et non quotidie videamus eos, qui sibi demessuerint has partes, maioris perulantiae fieri, atque omnibus postpositis pudoris et verecundiae frenis, in obscenitatem prorumpere vilitatem flagitiorum confessione vulgata. L.

Hic ordo, qui et in Bemb. est, habet duo vitia; quod Mulierum secundam acuit, quod Audieram tertiam. Repone ex edd. vet. et nostris codd. omnibus, At pol ego amatores audieram mulierum esse eos m. B.

24 Sed nihil posse] Ut voluntatis rei sint, non etiam facti. Verum miserae non in mentem venerat] Non, nihil posse eos, sed, amatores esse maximos. Ad partem enim sententiae pertinet quod dicit, Non in mentem venerat: non ad totum quod audiisset dudum (forte, quod audiisset se dicit). Etiam nisi penitus negatue

25 Nam illum aliquo conclusissem, neque illi commisissem virginem.

ACTVS

tive confideraueris, controuersia inerit: Si enim nihil posse audieras, quid est quod in mentem non venerit vt vitares? vtrum igitur amatores mulierum esse maximos audieras? quod ipsum vitandum fuit. Neque enim hoc satis est ad pudicitiam, stuprum vitasse, cum impudica fieri vel solo osculo possit, quam omnino integram et illibatam velis. An *Verum*, non erit coniunctio, sed nomen? vt illud quasi falsum audierit: hoc autem, quod verum inuentum est, non ipsa suspicata sit. Nam *in mentem venire*, non reminisci tantum, sed etiam cogitare significat. Sic Cicero (pro Rosc. Amer. 21.), *In mentem tibi non venit, causam publicam sustinere*, id est, non cogitas, non suspicaris. *Verum miseræ*] Si *verum* pro coniunctione accipimus, subaudiendum erit, *amatores mulierum eos esse maximos. In mentem non venerat*] Non, quod audieram: sed, quod hic fecit. An non aliud in mentem venerat? non, scilicet facturum fuisse quod fecit. *Non in mentem venerat*] Aut, non erat cogitatum: aut, non eram recordata. D.

*Sed nihil posse*] Alexand. Aphrod. Problem. libri I. de Eunuchis: *οτινες φαντάζονται μὲν τὴν χρέσιν, ἔκ' ἐνεργῶσι δὲ τὴν ἐπιθυμίαν.* Aristaenet. libr. I.

Epist. 21. *καθάπερ εὐνῆχος τὰ ἐρωτικὰ περιεργαζόμενος καὶ λιχνεύων.* Ecclesiast. cap. 30. *Quasi spado complectens virginem et suspirans.* Vnde apud Sopatrum in Hermogen. quaeritur pag. 93. 223. Eunuchus si cum muliere rem habeat, adulteriumne committat: *πῶς γὰρ ἂν εὐνῆχος μοιχεύσειεν, ὃ μὴ χρῆσθαι δυνάμενος, μηδὲ τὸ γένος ἀμφίβολον τῇ συνείσῃ παιῶν.* Sed voluntatis reos esse, non etiam facti, Donati sententia est: *μηδὲν διαφέρει πρὸς τὸ εἶναι αὐτὸν μοιχόν, εἴτε δυνατός χρῆσασθαι, εἴτε μὴ. τὴν γὰρ προαίρεσιν ἐξετάζειν δεῖ.* Augustini Episc. locus huc pertinet lib. VI. contra Iulian. Pelag. cap. 5. *Vti concupiscere viuentis sentientisque naturae est, ita vt non desit concupiscentia, quam spadonum quoque castitas frenat, minus quidem laboriosa: quia vbi materiam, de qua operetur, non inuenit, minus aduersus eam libido consurgit. Est tamen pudiceque comprimitur, ne concumbendi quamuis irruens ipse conatus in eam turpidinem veniat, propter quam Calligonum Valentiniani iunioris Eunuchum gladio nouimus vltiore punitum, meretricis confessione conuictum. L. Nostri omnes, Potesse. B.*

25 Nam illum aliquo conclusissem] Mire Conclusissem dixit,



## ACTVS QVARTI SCENA IV.

PHAEDRIA. DORVS. PYTHIAS. DORIAS.

**E**x i foras, sceleste: at etiam restitas,  
Fugitiue? prodi, male conciliate. **Do.** obsecro.

**Ph.** oh!

Illud vide, os vt sibi distorsit carnufex!

Quid huc reditio' est? quid vestis mutatio?

5 Quid

xit, vt faeuam feram. Sic a-  
libi: *Conclusam hic habeo uxorem faeuam. Neque illi commississem virginem*] Si vel amatorem tantum meinissem. **D.**

**I** *Exi foras, sceleste*] Iucundus error, in quo non (Sensus postulat, *Non tantum non*) dubitet Phaedria, ipsum esse qui quaeritur: verum insuper sic aggreditur, tanquam sit ipse. *Sceleste!*] Quale est scelestum appellari, qui nihil sciat. *Restitas?*] Necessario restitat, qui miratur se protrahi. **D.**

*Exi foras*] Haec Scena adhuc superioris controuersiae vim tenet: quippe hoc confirmat, quod vitata virgo est. quod vtique diximus esse coniecturae, vt ex hoc concluderet, quod Phaedria iniuriam amicae secerit, cui talia miserit dono. Cognoscit Chaeream fratrem Phaedriae (*Phaedria* L.) pro Eunucho ad meretricem mutata veste venisse, et sic vitasse virginem. **E.**

**2** *Fugitiue*] Et scelestum et fugitiuum increpat, in huic cri-

men transferens Chaeraeae. *Male conciliate*] Oportune adolescens hic exprobrat munus magno emtum. *Male*, magno significat, vt Plautus in Amphitryone I, I, 132.), *Haec nox scita est exercendo scorto conducto male.* Ergo *Male conciliate*, magno emte significat. Nam omnis conuentio, *conciliatio* nominatur. *Conciliatum* ergo, magno emtum. **D.**

*Male conciliate*] Male emte. Nam *concilium* nundinas dicimus. **E.**

**3** *Os vt sibi distorsit*] Et hic memor adolescens insinuandi muneris, dicit illum sibi os distorsisse, qui natura fit pulcher. *Os* autem dicimus illi *distorquere*, quem natura pulchrum, deturpamus. **D.**

Lege ex vno codd. *Illuc vide.* Cf. Adel. II, 2, 20. **B.**

**4** *Quid huc reditio est?*] Eleganter ei reditio obiicitur, qui reuera loco se non mouerit. *Quid vestis mutatio est?*] Sic veteres. Plautus in Trinummio (III, 2, 83.), *Quid tibi*

5 Quid narras? paululum si cessassem, Pythias,

Domi non offendissem: ita iam ornat fugam.

PY. Habesne hominem, amabo? PH. quidni ha-  
beam? PY. factum bene!

DO. Istuc pol vero bene. PY. vbi est? PH. ro-  
gitas? non vides?

PY.

*interpellatio, aut in consilium  
huc accessio est?* (aecilius ἀπει-  
ζουέην, *Quid tibi inuupazio est  
argumentum, aut de meo amore  
verbificatio est patri? Quid ve-  
stis mutatio est?*) Nam liberi  
vestem habebat, utpote Chae-  
reae: serui vero atque Eunu-  
chi deposuerat. D.

Lege *Quid huc tibi reditio est?  
vestis quid mutatio est?* Nam  
tibi et in Donato Faerni et  
Bembino libro est. Dein *mu-  
tatio est* extat in Bemb. B.

5 *Paululum si cessassem, Py-  
zbia*] Familiare est iratis, auer-  
tere se ad aliam personam ab  
ea, in quam commoueantur  
(Exempla vide And. v, 3, 5;  
Phorm. v, 8, 22.). D.

*Paulum* edidit Bentleius, et  
alii. Z.

6 *Ita iam ornat* (*adorna-  
rat* Z.) *fugam*] Ut supra, *Ad-  
ornant, ut iauer.* D.

*Domi non offendissem*] Do-  
mi non inuenissem. *Ita iam  
adornarat*] Veste mutata se ad  
fugam praepararat. Ut supra  
diximus, ornamenta ponit ad

utramque partem, et ad diui-  
tias, et ad miseriam. Quomo-  
do parasito dictum, *quid istuc  
ornati est?* E.

*Ornat fugam*] V. C. *ad-  
ornabat.* L.

Vulgo *ornabat*; alii *adorna-  
bat*, Bemb. *ornarat.* Sed Ba-  
filic. et nostri plerique recte,  
*adornarat*; ut, *ita*, sit in Arsi,  
et *Domi* corripitur. B.

7 *Habesne hominem, ama-  
bo?*] Haec omnia Pythias, cer-  
nens Eunuchum, loquitur. Id  
enim erit iucundum, ut quae-  
rat illum quem videt. *Quid  
ni habeam?*] *Quid ni*, quid ni-  
si? hoc est, cur non habe-  
am? D.

Ex metri ratione lege, *Ha-  
ben?* Dein cum codd. nostris  
et edd. vet. *O factum bene!* ut  
eliquescat vltima in *Habeam.* B.

8 *Vbi est?*] Dorum contem-  
plata dicit, *Vbi est?* quia non  
ipsum, sed alterum nouit. *Ro-  
gitas? non vides?*] Stomacha-  
tur vterque errans mirifice: il-  
la, quod Eunuchum credit, et  
Chaeream videns: hic, quod  
Eunuchus obiecit, quod commi-  
sit Chaerea. D.

P Y. Videam? obsecro, quem? P H. hunc scilicet.

P Y. quis hic est homo?

10 P H. Qui ad vos deductus hodie'it. P Y. hunc oculis suis

Nostrarum nunquam quisquam vidit, Phaedria.

P H. Non vidit? P Y. an tu hunc credidisti esse, obsecro,

Ad nos deductum? P H. nam quem? alium habui neminem. P Y. au!

Nec comparandus hic quidem ad illum'it: ille erat

15 Honesti facie et liberali. P H. ita visus est

Dudum,

9 *Hunc scilicet*] Hoc iam, tangens Eunuchum, dicit Phaedria. D.

10 *Hunc oculis suis nostrarum nunquam quisquam vidit*] *Ἀεχαισμός* est figura, pro *nostrum*. vel *nostrarum*, id est, quae familiae nostrae sunt: ut parum sit, non vidisse Thaidem, nisi addatur, ne familiarium quidem vllam esse, quae hunc viderit. D.

11 *Quisquam*] Antiqua locutio est. D.

Apud Priscian. 960. abest, *nunquam*. At Cledonius pag. 1907. Nemo, inquit, *feminino genere lectum est apud Terentium; ut, Illum nemo nostrarum quisquam vidit*. Sed hodie codd. omnes, *nunquam quisquam*. Vtrumvis probe. B.

12 *Non vidit?*] Totidem, iisdemque verbis repetit. Et interrogatio stuporem admirantis ostendit, et iam veluti consentientis. D.

13 *Namque aliam habui neminem*] Bene ad illud quod ait, *An tu hunc: quasi ex multis*. D.

*Au! ne comparandus*] Prisc. lib. 15. L.

*Namque pro vulgari Nam quem?* praeter Bembinum, etiam ex nostris veterrimus recte habet. B.

14 *Au! ne comparandus hic quidem est*] *Au*, interiectio est conturbatae feminae, nec constantis sibi. D.

*Ne comparandus is*] Sic distinguendum, ut sit sensus, *ad illum, qui ad nos venit, hic Eunuchus ne comparandus quidem*. E.

*Nec pro ne*, auctoritate Bembinum male edidit Faernus. Nam praeterquam quod *ne quidem* centies apud alios occurrit, etiam nostri omnes habent *ne*. B.

15 *Ille erat honesti facie et liberali*

Dudum, quia varia veste exornatus fuit:  
Nunc tibi videtur foedus, quia illam non habet.

Py. Tace obsecro; quasi vero paulum interficiet.

Ad nos deductus hodie adolescentulus,

20 Quem tu videre vero velles, Phaedria.

Hic

*liberali*] τὸ ἰδιωτικῶν erat, quasi de mortuo, aut qui non est, scilicet Thaidi (*non est in domo Thaidis*. Lib. uterque), quia fugit. *Honesta facie et liberali*] Commode descriptus est Chærea. D.

16 *Varia veste exornatus*] Eunuchi veste utebantur verticolore, ut multis coloribus texta fulgerent. E.

17 *Nunc eo tibi videtur foedus*] Facete, *foedus videtur*. Non est enim. D.

Lege, *Nunc eo videtur foedus*. Nam *eo tibi* codd. sere omnes. Sed duo vet. *tibi* non habent. Deinde non solum Pythiadi, sed cuique alii foedus videbatur. B.

18 *Tace obsecro*] Apte dictum est *Tace*, semineo stomacho, quasi impudenter assistenti formae improbae, et argumenta inaniter pertinaciterque inuocanti. *Tace obsecro*] De consuetudine dictum est *Tace*. et bene additur *Obsecro*, ne *Tace* ipsum videatur iniuria. D.

*Quasi vero paululum*] Vestis adiecio aliquid formae adiecit vel detrahit, non tamen novam efficit. E.

19 *Hodie est* edidit Bentr. Z.

20 *Quem tu vero videre vel-*

*les, Phaedria*] Commota aduersus Phaedriam, cogitur eum laudare, cui irata est: et ideo totum callide. *Quem tu vero videre*] Facete, quasi nec hunc, nec ipsum qui misit, conspectum velit. *Quem tu*] *Quem*, talem. Et breuiter eius forma laudata est: cum prolixius illius sit describenda deformitas. *Quem tu vero videre*] *Vero*, pulchre. Pulcher enim est, cuius forma nec odium, nec conuicium commeruit. Lucilius in Satyra Athymnidis: *ex facie florem delegeris* (Varie haec leguntur: Mf. H. *Athymidi sacri*. Ed. Ven. 1490: *Lucil. in Saty. Athymidi sacri ex f. f. r. delegeris* Ed. altera 1512: *Lucil. in Saty. Athymidi sacri ex facie delegeris*. Douza ex incerto Satyrarum libro veri 128. ex Mf. Rod. Snellii laudat: *Ex facie florem delegeris*. Mf. Boend. *Athymidi sacri*. Forte scripsit Lucilius, *Ac thymini succi ex facie florem delegeris*). *Quem tu videre*] *Quare tu?* an quia iste iam non velit videre, iratus scilicet ob vitiatam virginem? an *tu*, quasi spectator elegans formarum, et qui amator sis Thaidis? D.

Hic est vietus, vetus, veterinosus, senex,  
 Colore mustellino. P. H. hem, quae haec est fa-  
 bula?

Eo

21 Hic est vetus, vietus, ve-  
 ternosus, senex] Sic hoc totum  
 pronunciandum, quasi irasca-  
 tur huic, propter quem lauda-  
 uerit Chaeream. Vietus] Mol-  
 lis, flaccidusque, et flexibilis  
 corpore. vnde et vimina, et vi-  
 menta, et vites, et vietores di-  
 cuntur; et viere, religare dicitur:  
 quia vietis virgis magis re-  
 ligare possumus quidlibet. Lu-  
 cretius (III, 384.) araneae di-  
 xit vietam vestem, id est, putri  
 mollitia praeditam. Verus] Ad  
 vituperationem modo, non  
 ad laudem ponitur: vt, Veteris  
 poetae maledictis respondeat.  
 Verus est, cuius diminutiuum est  
 vetulus. Veterinosus] Morbo  
 vetere confectus, id est, veter-  
 no: quales sunt qui hydropem  
 patiuntur. Et recte. Nam  
 saepe Eunuchi in senecta ve-  
 ternosi fiunt, et cito hoc labo-  
 rant morbo. Senex] Ex mor-  
 bo aegritudineque rugosus.  
 Senex] Vtrum (adde, vere) se-  
 nex? an quia ita videtur ob  
 deformitatem? D.

Vietus, vetus, veterinosus]  
 Vietus acturpitudine (Westerh.  
 ac mutat in a. Sed leg. Ve-  
 terno ac turpitudine Z.) oppre-  
 ssus. Vt Virg. (Ge. I, 124.)  
 Nec corpore graui passus sua re-  
 gna veterno. E.

Vietus, vetus] Vid. Fest. et  
 Porph. ad Hor. Oden XII. L.

22 Colore mustellino] Erra-  
 uit Terentius, non intelligens  
 Menandricum illud, αὐτόσε ἐστὶν  
 γαλεώτης γέρων (R. Steph. edi-  
 dit: γαλεώτης ἐστὶ τὸ χρῶμα. Sed  
 pro αὐτόσε lege αὐτός δέ. Z.).  
 Ait autem Stellionem, animal  
 quod lacertae non dissimile est,  
 maculoso corio: namque ad id  
 genus coloris facies exprimitur  
 Eunuchorum corporis; (corpo-  
 ris dele, aut muta in corpore  
 Z.), quia plerique lentiginosi  
 sunt. Hinc ergo errauit ideo,  
 quia γαλῆ Mustela dicitur, γα-  
 λεώτης Stellio. ὡς παρ' Ἀριστοφά-  
 νει ἐν νεφέλαις. ἤσθην γαλεώτη κα-  
 ταχέσαντι Σουκράτες (Verf. 174.).  
 Ego Adefionem sequor, qui  
 recte intellexit, Terentium sci-  
 entem, mustelino colore Eunu-  
 chum dixisse coloratum, velut  
 subliuido: quia vere Eunuchi  
 aut ex candidissimis lentigino-  
 si fiunt, vt ex Gallis, et huius-  
 modi Occidentalibus: aut ex  
 fuscis subliuidi, vt ex Armeni-  
 is, et aliis Orientalibus. D.

Colore mustelino] Nigro sci-  
 licet, qui color est in mustelis,  
 supra domorum tecta currenti-  
 bus. E.

Quae haec est] In Mf. R. est  
 desideratur. L.

Terentium nego scripisse  
 D d 5 Mu-

Eo redigis me, vt, quid egerim, egomet nesciam.

Eho tu! emin' ego te? D. o. emisti. P. x. iube,  
mihi denuo

25 Respondeat. P. H. roga. P. x. venistin' hodie ad  
nos? negat.

At ille alter venit, annos natus sedecim,

Quem secum adduxit Parmeno. P. H. agedum, hoc  
mihi expedi

Pri-

*Mustelino colore*, quia vt equo, aut cani non vnus est color, ita nec mustelae, quae fere in dorso et lateribus est rutila, raro subfulua, in gutture semper candida, et interdum tota candida reperitur. Menander igitur, cum, auctore Donato, Eunuchum hunc γαλεότυν, Stellionem, vocauit, significauit, eum fuisse facie maculosa, lentiginosa. Quapropter Terentius scripsit *Colore stellionino*, quia stellioni talis est color. Ouid. Met. v, 460. *aptumque colori Nomen habet, variis stellatus corpora guttis*. Caeterum vt a leone formatur *leoninus*, a pauone, *pauoninus*, ita a stellione *stellioninus*. B.

23 *Vt, quid egerim, egomet nesciam*] Pro, non meminerim, vel, non agnoscam. D.

*Egomet nesciam*] Mf. R. ego nesciam. L.

Lege, *Eo rediges me, vt, quid emerim egomet, nesciam?* Nam *rediges* habet Bemb. et *emerim*, Donatus. Cic. ad Att. I, 19. *Metellus est Consul sane bonus, et nos admodum diligit; ille al-*

*ter ita nihil est, vt plane quid emerit nesciat.* B.

24 *Eho tu! emin' ego te?*] Miro stomacho, quod ipse fecit, id ex alio conatur audire: et donec haec audiat, an hoc fecerit, dubitat. *Sine, mihi denuo respondeat*] Hoc est, quod in Rhetoricis Cicero ait, *Contra firmam argumentationem, aliam aequae firmam aut firmiorem opponimus*. Haec est autem aequae firma. *Denuo* autem ad *respondeat* pertinet, non ad *iube*. *Denuo respondeat*] *Iube vero, mihi denuo respondeat*, intelligendum est. D.

25 *Roga*] Mire vtriusque fiducia confertur, et apud vtrumque est veritas, cum vterque fallatur. D.

Lege, versus gratia, cum tribus codd. *venisti*. B.

26 *At ille alter venit*] Bene instat, quasi ex parte iam obtinuerit Pythias. D.

Melior numerus est in tribus codd. *natus annos sed*. B.

27 *Agedum, hoc mihi expedi*] Haec Plautina sunt, cum in  
iif-

Primum: istam, quam habes, unde habes vestem?  
taces?

Monstrum hominis! non dicturus? D. o. venit  
Chaerea.

30 P. H. Fraterne? D. o. ita. P. H. quando? D. o.  
hodie. P. H. quam dudum? D. o. modo.

P. H. Quicum? D. o. cum Parmenone. P. H. no-  
rasne cum prius?

D. o. Non. nec, quis esset, unquam audieram dicier.

P. H.

iisdem longa sit disputatio: sed mire a Terentio proferuntur ad eius exemplum; et quod est plus, carent Plautinis nugis. *Agedum*] *Dum*, *παράλογον* est, et adiuuat ex animo loquentem. D.

Cognoscitur deinde quod hic Eunuchus non venerit ad meretricis domum, ideo efficitur interrogatio a domino, *Agedum hoc nunc mihi expedi, primum istam, quam habes, unde habes vestem*] Quam rem interrogatus narrat Eunuchus, venisse Chaeream, suam accepisse vestem, hanc quam habet sibi dedisse; deinde cum Parmenone continuo egressum foras. Quare confirmata accusantis conclusio efficitur, *Iam satis credis sobriam esse me, et nihil mentitam tibi?*] *Sobriam*, quia supra illi adolescens dixerat, *Temulenta es*. Adiungit enim terminationis summam, *Iam satis certum est, virginem vitiatam esse*. E.

28 *Taces?*] Et recte tacet: quia metuit Chaeream. D.

29 *Monstrum hominis!*] Bene Eunuchus dictum est *Monstrum hominis*: hoc est, nec mas, nec femina existens. Sic et supra, *senem mulierem* dixit. D.

30 *Modo*] Nota modo aperte pro praeterito tempore dictum esse, id est, iamdudum. Nam qui vitiauerat virginem, non modo, sed longe ante vestem mutauit cum Eunuchus Phaedria. D.

*Fraterne ita*] Priscian. lib. xv. L.

Lege', *Meus fraterne?* ne, ita, in Thesi lateat, et, quando, sit sine synaloepha. B.

31 *Quicum?*] Praepositio, cum, his dictionibus supponitur, *quicum, nobiscum, vobiscum*. Caeteris vero, ita ut ipsum nomen praescribit, praepositur: ut, *Cum amicis, cum exercitu, cum aduocatis*. D.

32 Pro binis vnum versum habent Bemb. Basilic. et noster Academicus: D. Non. P. H. unde igitur fratrem meum esse sci-

P H. Vnde igitur fratrem meum esse sciebas? D O.

Parmeno

Dicebat eum esse: is dedit mihi hanc. P H. occidi.

35 D O. Meam ipse induit: post vna ambo abierunt foras.

P Y. Iam satis credis sobriam esse me, et nihil mentitam tibi?

Iam satis certum est, virginem vitiatam esse? P H. age nunc, bellua,

Credis

sciebas? D. Parmeno. Recte, dummodo, versus causa, cum cod. C. C. eieceris igitur. B.

33 Vnde igitur fratrem meum esse sciebas? Vtpote nouitius: et eum qui ex Piraeo raro discesserit: et longo intervallo εἰς τὸ ἄστυ venerit. Et haec sunt obliquae interrogationes, quibus uti oratores videmus, cum deriuare testimonium nituntur. Et ideo sic ait Phaedria, ut frustretur omnia, quae confessus est Dorus. Vult enim fratri esse consultum. D.

34 Parmeno dicebat eum esse] Prope infirmatum testimonium est. Quod enim sic ait, Parmeno dicebat eum esse, falsum esse potest. Et mire sic ait: ut, Sola mihi tales casus Cassandra canebat (Aen. III, 183.). Sic autem dicimus, quando non semel, quod factum fuerit, sed saepius demonstramus. D.

Omnes libri, excepto Bem-

bino, habent vestem. Lege igitur, is mi hanc dedit vestem. B.

36 Iam satis credis me esse sobriam] Quia supra dixit, Temulentus es: et quasi grauem iniuriam hoc dicto passa sit, memoriter dictum retulit. ut, En ego victa situ (Aen. VII, 452.). et, Pulsus ego? (Aen. XI, 392.). D.

37 Iam satis certum est virginem vitiatam esse? Ordine ait, quum primum de se, tum de aduersario loquitur. D.

Hic conclusionibus nihilominus pugnat adolescens, dicens Eunuchus non esse credendum: Age nunc bellua] Illa rarius (forte apertius Z.), quae accusabat a persona, rem ad facta deducit. Conuictus adolescens, etiam cum tacito interrogasset Eunuchum, ne vereatur iniuriam fecisse meretrici, monet ut, quod dixerat, neget. E.



Credis huic quod dicat? PY. quid isti credam?  
res ipsa indicat.

PH. Concede istuc paululum: audin'? etiam nunc  
paululum. fat est.

40 Dic dum hoc rursus: Chaerea tuam vestem de-  
traxit tibi?

DO. Factum. PH. et ea est indutus? DO. fa-  
ctum. PH. et pro te huc deductus est? DO. ita.

PH. Iuppiter magne! o scelestum atque audacem  
hominem! PY. vae mihi!

Etiam nunc non credis, indignis nos esse irrisas  
modis?

PH. Mirum, ni tu credas quod iste dicat. quid  
agam nescio.

45

38 *Credas huic quod dicat?*] A personae qualitate derogat fidem. Nam quid credendum est seruo Eunucho fugituo? *Quid isti credam? res ipsa indicat*] Hic a persona, quae conuincebatur, oratorie ad factum se retulit. D.

39 *Concede istuc paululum*] Ad se versus dicit *istuc* (forte, *Ad se verso dicit istuc*, W. Aut, *Ad seruum auersus* etc. seu, *Ad eo auersus* etc. Z.), vt longe sit a Pythia. Eunucho enim dicit Phaedria. D.

Ne versui syllaba superfit, lege, *etiam nunc paulum*. B.

41 Lego cum nostris, vno excepto, omnibus, etcum edd. vert. *Et eam est indurus*. Nempe hoc interest: *Indutus est eam*, perinde est ac ipse se ea induit; at, *indurus est ea*, per-

inde ac alius eum veste induit tanquam mancum aut mortuum. B.

42 *O scelestum, atque audacem hominem*] Chaeream scilicet vel Parmenonem. Sed sic pronuntiandum est, vt putet ancilla de Eunucho dici, hoc ipso quod praesto est (Edd. Venett. *de Eunucho dici hoc ipsum, qui p. e.*). Ideo illa infert, *Vae mihi! etiam nunc non credis, indignis nos esse irrisas modis? Vae mihi!*] Hoc totum, *Vae mihi*, quidam a Pythia, vsque ad *irrisas modis*, dici existimant. D.

43 In duobus nostris deest, *nunc*, in vno, *non*. Repone versus causa, *Etiam nunc credes indignis*. B.

44 *Mirum, ni tu credas, quod*.

45 Heus! negato rursus: possumne ego hodie ex te exsculpere

Verum? vidistin' fratrem Chaeream? D O. non.

P H. non potest sine

Malo fateri, video: sequere hac: modo ait, modo negat.

Ora me. D O. obsecro te vero, Phaedria. P H. in' intro nunc iam? D O. oi, ei.

P H.

*quod iste dicat*] Vtrum an serua, quod seruus? an stulta, quod stultus? an femina, quod Eunuchus? *Mirum ni tu*] Clare dicit. Quidam pressius putant. D.

Lege ex duobus nostris, et vno Fabricii, *Mirum ni tu credis*; quia noster cum Indicatio semper. vt, *mirum ni domi est: mirum ni dabo* etc. B.

45 *Heus! tu negato rursus*] *Rursus*, non ad negationem pertinet, sed ad interrogationem: vt fit, rursus interrogatus. *Rursus*, retro, id est, contrario: ac per hoc contrarium superioribus dicit. D.

*Possunne hodie ex te*] (adde, *exsculpere* Z.) Hoc est, producere et formare: quemadmodum formas reddunt illi, qui exsculpunt gemmas. E.

Lege, *Heus negato rursus. possumne hodie ego ex te exsculpere*. B.

46 *Non potest sine malo fateri, video*] Ampliatio et dilatio quaestionis argumento est, nihil constitisse. Adde, quod poenam minatur, non tanquam

iam incerto, sed falso testi. Deinde ipsum, *fateri*, confideremus quale sit. Non est testis fateri, sed rei. Hic igitur, vt in illum culpam transferat vniuersam, *fateri* dixit, non *indicare*: vt ipse reus, non alieni facti testis esse dicatur. *Non potest sine malo*] Quasi nec haec fuerit, nec illa confessio, in quibus nulla (*vlla* Z.) veritas sit. D.

In Bemb. et nostris plerisque recte est, *vidistine*, et dictio, *sine*, sequenti versui adscribitur, vt sint trochaici, vt caeteri. B.

47 *Sequere hac*] Quasi ad tormenta. *Modo ait, modo negat*] Testis aut ab aduersario conuincitur falsitatis: aut a se ipso, si vitiauerit dicta. Ergo, priora quia non potuere conuinci, ab inconstantia testis praesidium defensionis inquisitum est. D.

*Modo ait, modo negat*] Priscian. lib. xv. L.

48 *Ora me*] Hoc lentius: vt sit causa non saeuendi. *Obsecro*

P H. Alio pacto honeste quo modo hinc abeam nescio:

50 Actum est siquidem. tu me hic etiam, nebulo, ludificabere?

P Y. Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me viuere.

D O.

*secro te vero, Phaedria*] Bene vero. Nam quia ille dixerat, ut simularet preces: hic annixus (*anxius Z.*) vero addidit, ostendens serio se rogare, et ex animo: non, ut ille iubebat, dolo. *I intro*] Terribiliter, dummodo eum summoueat. *Intro*] Vtrum *intro* domum ad Phaedriam? an ad Thaidem? sed non oportet ad Thaidem intelligi, ne celandarum rerum index teneatur. *Oi, ei*] Bene, *oi, ei, σχετικῶν* rusticum posuit, utpote et ferui et nouitii. Et est deploratio ab eis (forte, *Atticis*, seu, *a miseris*, quia *σχετικός* primo miserum significat. W. Forte pro *eis* leg. *ἰού*, seu, *οἱμοί*, s. *eiulatu Z.*) sic dicta. D.

Faernus probat lectionem Bembini, *in*, h. e. *isne, intro nunc iam?* Nos vero legimus, *i intro*. D. *eoī ei*. Nam, *nunc iam*, ab omnibus caeteris libris abest: et, *eoī ei*, reperitur in cod. Acad. notae optimaе. B.

49 *Alio pacto honeste*] Contra officium fuit, mentiri docuisse seruuni, et affuisse mendacium liberalem adolescentulum.

Sed vide quemadmodum defendatur, dum se mentiri coactum dicit, dum consulit honestati. Hanc autem causam longae fermocinationis ad hoc induxit artifex Poeta, ut apud omnes iam certum sit, a Chaelea vitiatam virginem, ne villo errore impediatur ulterius nuptiae, vel finis fabulae differatur. *Alio pacto honeste*] Nullo alio scilicet, nisi per hanc fallaciam. D.

*Alio pacto honeste*] Quoniam, inquit, constat de iniuria, nullo pacto me hinc liberare possum, nisi dum neganti Eunucho vellemeter irascor. Haec autem secum loquitur. E.

50 *Actum est siquidem*] Hoc rursus clare. Et sic dicit tanquam adhuc iratus Eunucho suo. D.

*Actum est, si tu etiam me hic nebulo ludificabere*] Actum est, inquit, si etiam me tu illudis, *Nebulo*, hoc est, fraudator et pessimus. E.

51 *Quam me viuere*] Deest magis: ut sit, *Magis scio, quam me viuere*. D.

*Hanc technam*] Hanc fraudem. E.

Do. Sic est. P Y. inueniam pol hodie, parem vbi referam gratiam.

Sed nunc quid faciendum censes, Dorias? Do. de istac rogas

Virgine? P Y. ita; vtrum taceamne, an praedicem? Do. tu pol, si sapis,

55

52 *Inueniam hodie pol*] Haec est *προοικονομία* ad futurum exitum fabulae. Nam dum se vlciscitur Pythias, fit iudicium patri Chaereae, et confirmantur nuptiae. D.

53 *Sed nunc quid*] Hic secum ancilla deliberat, an indicandum sit Dominae, virginem esse vitiatam. Quod breui argumento percurritur. Primum sic positum est, *Taceam an vero dicam?* Suadet autem vt taceat, ab utili, *Tu pol si sapis, quod scias nescis, neque de Eunuchō, neque de vitio virginis.* E.

*Censes, Dorias?*] V. C. *suades, Dorias?* L.

*Censes* reperitur in edd. vet. et vno ex nostris: in caeteris, *suades.* Vtrumque probe. B.

54 *Vtrum taceamne, an praedicem?*] Tertium *πρόελεκτον*: abundat enim aut *vtrum*, aut *ne*: aut certe hoc fit, vt sit figura *πρώσις*. *Tu pol, si sapis, quod scias nescis*] Non possumus nescire quod scimus. Sed ita, vt, *Concordia discors.* et Virgilius

(Aen. xi, 695.), *Sequiturque sequentem.* *Tu pol, si sapis, quod scias, nescis*] Videamus, cur nolit Poeta de vitio virginis continuo scire Thaidem: vtrum, ne improviso malo vehementius commoueatur, ac doleat: an, vt ex eiusdem virginis habitu, vultuque ista cognoscat? quod est actuosius: an, quod proximum vero est, vt illam et Thais, et frater, ignorantes vitiatam, animosius aduersus militem defendant, repetitum eam venientem, cum tanto strepitu ac minis? Nam quo ore praeterea diceret Thais Chremeti, de fororis pudore sollicito, *Educta est ita, vti reque illaque dignum est, si sciret, eam virginem non esse?* D.

Si, *praedicem*, retines, laborat versus, qui trochaicus est; sin cum Vaticano legis, *praedicam*, repugnat sententia. Igitur muta ordinem, *vtrum praedicemne an taceam?* Praefertim cum in deliberando consilium melius posterius tere ponatur: vt Heaut. III, 2, 38. B.

55 Quod scis, nescis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis:

Hac re et te omni turba euolues, et illi gratum feceris.

Id modo dic, abisse Dorum. P Y. ita faciam. Do. sed videon' Chremem?

Thais iam aderit. P Y. quid ita? D O. quia, cum inde abeo, iam tum inceperat

Turba inter eos. P Y. aufer aurum hoc: ego sci- bo ex hoc, quid fiet.

## ACTVS

55 *Quod scis, nescis*] Vnde in Heautont. *Nescias quod scis, si sapiis.* Et hoc est quod *νακόζυλον* dicitur. *Quod scis, nescis*] Prouerbiale est, et multum apud Dialecticos tractatum: vt, *Facio, et non facio*: et, *Amicus sum, et non sum*: et, *Audio, et non audio*, et caetera huiusmodi. *De Eunucho*] Quid fuerit. *De Eunucho*] Quod Chaerea sit, non Eunuchus. *De vitio virginis*] Quod iam mulier facta sit. D.

*Quod scis, nescis*] V. C. *Quod scias.* Sic in Heautont. IV, 4, 26. *Tu nescis id, quod scis.* Plautus in Milite II, 6, 88. *Nae tu hercle, si te Dii ament, linguam comprimes Postbac: etiam illud, quod scies, nesciueris, Ne videris, quod videris.* Io Sarisber Epist. 186. *Comicum illud fere in omnium volueretur animis, Quod scio, nescio.* L.

56 *Hac re te omni turba euolues*] Causa quaesita, cur an-

te iurgium cum milite Thais nesciat vitiatam virginem. *Et illi gratum feceris*] Cui, nisi virgini? cuius crimen, vt supra, silentio texeris, praesertim tacentis iniuriam suam, et sic dolentis amissam virginitatem, vt nec confessionem suae calamitatis subire possit (Daceria recte, illi, retulit ad Thaidem. Etenim serua potius Heram curare videtur, quam alienam. Z.). D.

57 *Id modo dic*] *Id pro hoc,* subiunctiuum pro praepositiuo. D.

58 *Thais iam aderit*] Bene dixit, *Aderit.* huic enim aderit Thais. *Quia cum inde abeo*] Aliam causam ex alia supposuit: quasi diceret, *Videa causam.* D.

59 *Tu fer aurum*] Mf. R. et V. C. *Tu aufer aurum.* L.

E e

ACTVS QVARTI SCENA V.  
CHREMES. PYTHIAS.

**A**TAT! data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.

Ac dum accubabam, quam videbar mihi esse pulchre sobrius!

Postquam surrexi, neque pes, neque mens fati suum officium facit.

Py. Chremes! Ch. quis est? ehem Pythias: vah! quanto nunc formosior

5 Vi-

*Atat! data hercle verba mihi sunt*] Hic semigrauis inducitur vino Chremes priorum memor, titubans in praesentibus, ut fere adpoti solent. *Atat!*] Interiectio est paulatim percepti atque intellecti mali.

*Data verba*] Fraus facta. *Data hercle verba*] A milite, an a meretrice, cuius iampridem dolum malum in omni re suspicatus est? an magis a vino, quasi captioso aliquo, data verba sunt? quia bibere dulce est: ebrium fieri, turpissimum. adeo his quae sequuntur, quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit. Plautus de vino (Pseud. v, 1, 6.), *Pedes captat primo, luctator dolosus*. Virgil. de vua (Ge. II, 94.), *Tentaturva pedes olim, vincituraque linguam*. D.

*Atat! data*] Haec Scena adolescentis narrationem habet, quod sit illusus. E.

2 *Ac dum accubabam*] Hic verba data sunt. *Quam vide-*

*bar mihi esse pulchre sobrius!*] Nihil elegantius. Non dixit, videbar mihi tunc esse sobrius: sed, ut hoc ipsum iam erroris esset ac vinolentiae accumulatio, *Videbar*, inquit, *mibi nimium sobrius*. *Pulchre*] Fortiter ac nimis. D.

3 *Neque pes*] Ad incessum. *Neque mens*] Ad facta ac dicta. *Satis suum officium facit*] Bene: non enim, omnino non facit, nam hoc insani est: sed, non satis facit, quod est ebrietatis. D.

*Neque mens, neque pes*] Impedita omnia sunt vino, ut membra se ad actus suos explicare non possint. *Verbum hercle hoc*] Hoc prouerbum in aetate sempiternum. E.

Apud Menandrum in *Ἀρρήφους*, auctore Athenaeo, ebrius ita: *Ἀνίσταμαι γὰρ τέσσαρας μεφιλὰς ἔχων*. W.

4 *Quis est? ehem Pythias*]

Γνα-

5 Videre mihi, quam dudum! Py. certe tu quidem pol multo hilarior.

CH. Verbum hercle hoc verum est, sine Cerere et Libero friget Venus. Sed

Γυναικῶς et satis miro exemplo, mutatum credit, postquam ipse mutatus est. *Quanto nunc formosior videre mihi, quam dudum!*] Hoc multum Academicos iuuat, qui aiunt: Prouthabiti fuerimus atque affecti, ita nobis aliud atque aliud videri: et ideo nihil certi comprehendendi posse. D.

Cod. plerique, *Chreme*. B.

5 *Certe tu quidem pol*] Et *Certe* et *Pol*, haec dixit, vt appareret hanc vere loqui, quae sobria est: illum vero ex vino falli. Et honorifice, atque vt sobria, non dixit temulentior, aut lasciuior, sed *alacrior*. D.

*Pol multo hilarior*] Ita omnes libri scripti: Donatus tamen, *alacrior*; legisse videtur. L.

*Certo* habet Bemb. Sed omnes nostri, *certe*: quod rectum est. B.

6 *Verbum hercle hoc*] *Verbum*, prouerbum. vt idem in *Andria*, *Verbum illud verum est, vulgo quod dici solet*. *Sine Cerere et Libero friget Venus*] Hoc si ad sententiam reuoces, non conueniet ebrius: si ad petulantiam, quam \* sic ante dictum est (*perquam ad rem apte dictum est*. Z.). Nam et improbius factus est. Et quum tropice locutus sit, tamen ex-

dinem naturalem seruauit: nam primum cibus, deinde potus, postremo libido Venerea. *Friget* autem, quia omnis eiusmodi voluptas in calore sanguinis constituta est, qui his rebus alitur. Et *Friget* proprie, non, adhaeret. Translatum enim hoc prouerbum a picatione vaporum, quae frigida, (*frigidam*, vterque lib. Caeterum hanc interpretationem recte Erasmus in Adag. dicit *frigidam*) picem non tenent: quum alia multa (*multo*, edd Venet.) meliora sint ad vsum frigida, vt ferrum, argentum, aurum, et caetera huiusmodi. Nam sic alibi, *Vbi friget, huc euasit*. Et vide tres μετανομας, Cererem, Liberum, Venerem. D.

*Sine Cerere et Libero*] Cicero de Natur. deor. II, 23, *Fringes Cererem appellamus, vinum autem Libentem; ex quo illud Terentii, sine Cerere et Libero friget Venus*. Minutius in Octauio. 21. *Comicus sermo est, Venerem sine Libero et Cerere frigere*. Hieron. Epist. ad Furiam: *Etiā Comicus, cuius finis est, humanos mores nosse atque describere, dixerit: Sine Cerere et Libero friget Venus*. Theo in Arat. καὶ ὀρθῶς Διόνυσος καὶ Ἀφροδίτη λέγονται μετ' ἑλλήνων εἶναι etc. Euripid. οἷνε δὲ

Sed Thais multo ante venit? P Y. an abiit iam a milite?

C II. Iamdudum: aetatem. lites sunt inter eos factae maxumae.

P Y. Nihil dixit, ut sequerere sese? C H. Nihil, nisi abiens mihi innuit.

10

μηκέτ' ὄντος, ἔκ ἐστὶν Κύπρις. Achaeus apud Athenaeum lib.

VI, 20. Ἐν τῇ κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρωτος οὐκ ἔστι πεινώσι γὰρ ἢ Κύπρις πικρά. Achilles Tattius Amor. lib. 2. Οἶνος γὰρ ἔρωτος τροφή. Pulchre Apuleius Miles. lib. 2. *Veneris hortator et armiger Liber aducnit ultro; vinum illud sorbeamus bodie omne, quod nobis restinguat pudoris ignauiam, et alacrem vigorem incutiat: hac enim sitarchia nauigium Veneris indiget sola.* Vid. Fulgent. Mythol. lib. 2. Seru. Aeneid. I. L.

Omnes nostri habent, est, ut Andr. II, 5, 15. *Verum illud verbum est.* Sed optimi libri Faerni, *erit*; quo verbo antiqui etiam praesentia et praeterita significabant. Igitur, *erit*, retinendum putamus. B.

7 *Sed Thais multo ante venit?*] Interrogatiue pronunciandum hoc. Et scias de his interrogationibus hanc ipsam esse, in quibus ita quaerimus, ut, qui interrogantur, responsuri nobis se (*quid responsuri nobis sint* Z.) nescire videantur. D.

*An abiit?*] V. C. *anne abiit?* L.

Lege, *Sed Thais multo me anteuenit?* P. *anne abiit* etc. Nam, *anne abiit*, codd. plerique. *Abiit* hic est disyllabon. B.

8 *Iamdudum, aetatem*] Quia, *iam dudum*, infinitae morae est: addit *aetatem*, ut ostendat multum abiisse temporis, ut factum est. *Iamdudum, aetatem*] Pro longinquo tempore; Lucilius, *Vt multos mensesque diesque: Non tamen aetatem. Aetatem*] Diu, longinquoque tempore ac prolixo, ut est aetas. Nam sic dicimus de die et *dieculam*, aliquid tantulam moram. D.

Ex omnibus codd. colloca, *lites factae sunt inter eos* m. B.

9 *Nihil dixit tum, ut sequerere sese?*] *Nihil*, pro non. Virgilius (Aen. v, 751.): *Deponunt animos nil magnae laudis egentes. Nihil, nisi abiens mihi innuit*] Apparet quasi iratam discessisse Thaidem a milite, et tamen sic iratam, ut illi ira consilium non ademerit. *Innuir*, inquit, *quum abiret*. D.

*Abiens mihi innuit*] Inter signa, quibus meretrices suis se ama-



IO PY. Eho nonne id fat erat? CH. at nesciebam  
id dicere illam, nisi quia  
Correxerit miles, quod intellexi minus: nam me ex-  
trufit foras.

Sed

amatoribus approbare nituntur, oculorum hi nutus, quos νεύματα δόλια Cyrillus vocat, maxime obseruantur. Naeuius apud Isidor. Origin. lib. I. c. 25. *Alium tener, alii adniscat, alibi manus Est occupata.* Id propter non neglexit Plautinus Diabolus, dum amicae leges praescribit, in *Afinaria* IV, I, 39. *Neque illa ulli homini nutet, niscet, annuat.* Sic amatorium erat, os alicui ad suauandum formare, Apuleius in *Miles.* vel in conuiuio extrema parte potionis communicare: siue, vt ait Sophocles in *Aiace*, *δμιλεῖν βαθεῖαν τέρψιν ἀυλικῶν.* apud Plaut. et Petr. Arbitr. Vnde apud Fortunatianum, *Meretrix ex tribus amatoribus alium osculata est, alii residuum poculi dedit, alium coronauit. Contendunt quem magis diligat.* Quod ipsum Photius ex *Iamblichi ἐρωτικοῖς* refert *Biblioth. p. 133.* καὶ ἕρις τριῶν ἐρῶσῶν γίνεσται. . . \* . . ὅτι τῷ μὲν ἢ Μεσοποταμία τὴν φιάλην, ἐξ ἧς ἔπιπεν, ἔδωκε· τῷ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐξ ἀνθέων ἀφελομένην ἐφέωνον περιέθηκε· τὸν δὲ ἐφίλησε. De coronis similiter cauit adolescens in *Afinaria* IV, I, 58. *Tum si coronas, ferta, vnguenta iussit.*

*rit Ancillam ferre suam Veneri aut Cupidini, Tuus seruus seruet, Venerine eas det, an viro.* Haec ergo sub Veneris signo militantium velut παρασυνθήματα Chremes, vt simplex ac rusticus, minime se intellexisse fateatur, ideo a Strationico *στρατιωτικῶς* etiam tractatur. L.

Lege, *Nil dixit, tu vt sequere sese?* Nam, *zu*, et in *Bemb.* duobus aliis vert. reperitur, et suam hic habet emphasin. Vulgo legitur, *tum.* B.

IO *Eho nonne id fat erat?*] Adeo simplex hic inducitur adolescens, vt a Pythia reprehendi possit. Nam quid opus fuit dicere, si innuit? (*nil nisi innuit Z.*). *At nesciebam id dicere illam]* *Dicere* pro velle, vel significare. Sic alibi, *Quasi tu dicas id factum consilio meo* (Sic φημι Graecis dicitur. Z.). *Nisi quia correxit miles, quod intellexi minus]* Hoc videtur facetius et sapientius, quam dici ab ebrio, rustico, et adolescente debuisset. Hoc vitium tunc fit, quum Poetae ingenium suum in personas conferunt. D.

II *Quod intellexi minus]* Verisimile, huic tantum extru-  
Ee 3 sum

Sed eccam ipsam: miror vbi ego huic anteuertirim.

## ACTVS QVARTI SCENA VI.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

**C**REDO equidem illum iam adfuturum esse, vt illam a me eripiat: sine veniat!

Atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico effodientur.

Vsque

sum fuisse, non etiam vapulasse: quia miles Thaidi magis, quam huic irascitur. D.

12 *Miror, vbi ego huic anteuertirim*] Id est, hanc praecesserim. *Vbi*, in qua parte viae. D.

*Vbi anteuertirim*] Vbi ergo iam (lege, *ego eam*) antecesserim. E.

*Sed eccam ipsam*] Ms. R. *Sed eccam ipsam video. Vbi ego huic*] V. C. *Vbi ego hinc*. L.

1 *Credo equidem illum iam adfuturum esse, vt illam a me eripiat*] Vides vt ex ipsis appareat verbis, quam concitata (concitata. Edd. vet.) et recens a litigio veniat Thais. Itaque nec nominat militem, nec virginem: sed pronomine vtrumque significat, quasi in medio constituta negotio. *Adfuturum esse*] Id est, aduenturum: vt (Ae. 2, 143.) *Affuit et Mnestheus. Sine vt veniat*] Quasi dicat, sine \* (Forte leg. *sine, nil est.* Aut,

*sine, video minas illius.* Aut, vt Wieling. conicit, *minis terror nullis*) nullis; et comminantis est: vt, *Sine modo.* D.

*Credo equidem*] Haec Scenea repetit puellae accusationem, quod noluerit meretrix pacta seruare. Verum anteponitur adolescens, qui aduersus militem possit obistere, ne conturbata (forte, *conturbatus* Z.), cum suam puellam duxerit (corrigere, *reperierit*, sc. miles. vide Nostrum Sc. seq. 1. Z.) cedat, sed hanc audacter suam sororem esse dicat. E.

Dele, *esse*, cum vet. edd. Nam ita, *illam*, in Arsi habebis; alioquin in Thesi. B.

2 *Atque si illam digito attigerit vno*] Moris comminantium est, ad exiguum reuocare commissa, quae se vlturos praedicent. *Oculi illico effodientur*] Et femineae minae sunt, et in libidinosos quam maxime: nam hunc suspicatur amato-

Vsq̄ue adeo ego illius ferre possum ineptias, et  
magnifica verba,

Verba dum sint: verum enim si ad rem conferen-  
tur, vapulabit.

5 CH. Thais, ego iam dudum hic adsum. TH. o  
mi Chremes, te ipsum exspectabam.

Scin' tu, turbam hanc propter te esse factam? et  
adeo ad te attinere hanc

E e 4

Omnem

matorem esse virginis. Sic et  
alibi, *Vt ego unguibus facile illi  
in oculos inuolem venefico.* In  
oculos autem maxime saeuire  
feminas, et tragoediae fere om-  
nes, et comoediae protestan-  
tur. D.

Lege, *'Atqui s. i. d. a. oculi  
illi illico effodientur.* Nam, *v-  
no*, non est opus, et, *illi*, absor-  
ptum erat a vicinis litteris, et  
postea ad versum sustentandum.  
*vno* addiderunt. B.

3 *Vsq̄ue adeo ego illius ferre  
possum ineptias, et magnifica ver-  
ba]* Non dixit, *Vsq̄ue adeo il-  
lum* possum amare: sed, quam  
insuavis iam diu sit, ostendit,  
dicendo, *Ferre possum.* Et ci-  
to ostendit, quae sit amicitia mi-  
litis. *Ineptias*, inquit, et *ma-  
gnifica verba.* D.

Eiice illud ego; quod ver-  
fui obest, et a Donato abest in  
edd. vet. B.

4 *Verba dum sint]* Hoc est,  
quae vim non admisceant re-  
sum. *Verum enim si ad rem*

*conferentur, vapulabit]* Si dif-  
cesserit a verbis, et rem expe-  
riri coeperit, vapulabit. Et  
bona locutio: ut si dicas, *Ver-  
ba ad rem contulit*, hoc est,  
agere, quod dicebat, aggressus  
est. D.

Illud, *enim*, quod versum gra-  
uat, recte abest a Donati Msto  
et in edd. vet. B.

5 *Te ipsum exspectabam]* Mf.  
R. *Te ipsum exspecto.* L.

In omnibus nostris codd. est,  
*exspecto*; pro quo legendum  
puto, *expeto*. Nam alibi saepe  
illa duo verba a librariis  
sunt permutata. Dein Thais,  
quae ante et post in Tetrame-  
tris plenis debacchatur, in hoc  
versu, viso Chremete, ubi de-  
feruet paulum ira, Catalectico  
vitur. Denique sensus ipse  
postulat, *expeto*. Quomodo  
enim *exspectat*, qui ipse quae-  
ritat? Et quomodo Thais Chre-  
men hic exspectabat, quem a-  
pud Thraasonem ipsa discedens  
reliquerat? B.

6 *Turbam hanc]* Turbatio-  
nem. E.

Omnem rem? CH. ad me? qui? quasi istuc. TH.  
quia, dum tibi sororem studeo  
Reddere et restituere, haec atque huiusmodi sum  
multa passa.

CH. Vbi ea est? TH. domi apud me. CH. hem!  
quid est?

10 TH. Educta ita, vti teque illaque dignum est. CH.  
quid ais? TH. id quod res est:

Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa quicquam  
abs te pretii.

CH.

7 *Ad me? qui? quasi istuc]* Et rusticus, et timidus, et pudens commotus est meretriculae dicto. D.

7 *Pro, qui? quasi istuc, Cod. Reg. Chartaceus, de optimo quodam transcriptus, et a manu secunda Academicus recte habet, qui quaeso istuc? B.*

8 *Haec atque huiusmodi sum multa passa]* Mulier facunda meretrix, haec imputat (*inculcat repetendo Z.*) adolescenti quae vidit, et alia quibus (addunt, *non, codd. vet.*) interfuit. *Reddere et restituere]* Proprie reddiur cupientibus, ut domino seruus: *Restituitur* cupiens, ut patriae civis: *Reddiur et restituitur*, cupiens cupientibus, ut parenti filius. Ergo in hac utrumque est, et reddi et restitui. D.

*Haec atque huiusmodi]* Commendat hic munus, cum maximas se iniurias passam dicit. E.

9 *Hem!]* Extimuit adoles-

ens, cum sororem suam in domo meretricis esse audiuit: cui rei statim occurrit Thais. D.

Vt hic sit Trochaicus, qui succedat Tetrametris plenis, ut semper, pronuncia sic: *'Vbi ea est? Dómi apud me. Hém. Quid est? B.*

10 *Educta]* Subauditur *est. Vri teque illaque dignum est]* Bene purgavit, quod ex factu meretricio expectabatur (ope codd. vet. restituo, *Quod ex astu meretricio spectatur*): non inquit, ut me dignum est, apud me est. *Quid ais?]* Recte: quia mirum, apud meretricem liberaliter educatam. D.

*Quid ais?]* Vehementer miratus adolescens, quod (*quum Z.*) apud meretricem educta sit soror, quemadmodum dictum, *ita vri teque illaque dignum est. E.*

11 *Hanc tibi dono do]* Melius dixit (Westerbh. inferuit *quam. male Z.*), *Dono*: ut donum

CH. Et habetur, et refertur, Thais, a me, ita vti merita es, gratia.

TH. At enim caue, ne prius, quam hanc a me accipias, amittas, Chreme.

Nam haec ea est, quam miles a me vi nunc ereptum venit.

15 Abi tu, cistellam, Pythias, domo effer cum monumentis.

CH.

num placidius videatur et praestantius. *Neque repero pro illa abs te quicquam pretii*] Ex eo quod potuit iure facere, beneficium demonstravit, oratorie dicens serio non (*rem se Z.*) esse facturam. D.

12 *Et habetur et refertur a me Thais*] Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. *Retulit*, qui destitit habere. Multum ergo hic dixit, et *habetur gratia et refertur*. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugurthinum (c. 110.), *Arma, pecuniam, sume, vtere: et quoad vixeris, nunquam reddidam tibi gratiam putaris (imputaris Edd. Ven.) semper apud me integra erit.* D.

Faernus recte ex Bemb. et aliis libris vett. et sensu vult legi, *referetur*. Nam *referre gratiam* in praesentia non poterat, sed pollicetur se relaturum. B.

13 *Ne prius, quam hanc a me accipias, amittas, Chreme*] Hoc in comoedia licet more vulgi dicere. Caeterum non

potest amitti, quod nondum acceptum sit. An quia iam dudum suntum sit? (Verba *An — sit*, Guido Iuuenalis omisit, forte, quod aliunde affuta viderentur). D.

14 *Nam haec ea est, quam miles a me vi nunc ereptum venit*] Non ad deterrendum, sed ad praeparandum animum adolescentis haec dicit, quem audacem putat, aliter ac res ipsa est. Nam mox Thais mutabit orationem, et dicet, *Quicum res tibi est, peregrinus est: Minus potens quam tu, minus notus, amicorum hic habens minus.* D.

15 *Cum monumentis*] *Monumenta* sunt, quae Graeci dicunt *γυωρίσματα καὶ σπάργανα* (utraque Veneta, *λείψανα σπάργανα*). D.

*Abi tu, cistellam*] Soliti fuerant semper, quos exponebant, aliquid dare monumentorum pueris, ut ex his monumentis fieret postero tempore cognitio. Haec igitur monumenta petit, uti de cistella deferantur: quo facilius Chremes in-

СН. Viden' tu illum, Thais? P Y. vbi sita' st?

ТН. in risco. odiosa cessas?

СН.

ter locutus (*instructus* coniiicit West. Sed melius, *intrepidus*, L. *interlocuturus* Z.) sit, quod militem venire videat. illa (*ancilla*) intercedit, tamen, interrogans vbi cistella. E.

Cum Monumentis] Infantes antiquitus, cum alienae misericordiae exponebantur, moris erat ἐπισήμοις quibusdam donis muneratos, relinquere: quae Graeci γνώρισμα, Latini Crepundia vel monumenta vocant. Plaut. Rudent. IV, 4. Velut Apul. in Apol. *Crepundia sacrorum* dixit, quae ibidem *monumenta, signa, et memoracula sacrorum* vocat. Idcirco vero dabantur, vt essent signa, quibus meliori tempore agnoscerentur. quod nemini ignotum esse potest, qui antiquorum fabulas legit, et Heliodorum, Longum, Parthenium, Phleg. Trallianum, Neronis Troica apud Seruium Aeneid. v. Sic Faustulus, vt monumentum aliquod exhiberet agnitionis Remi et Romuli, τὸ γνώρισμα τῆς ἐκθέσεως τῶν βρεφῶν τὴν σιδήρην ἀναλαβῶν ἐδίωκεν εἰς τὴν πόλιν. Dionys. Halicar. libr. I. p. 69. At vero non sic tantum cum munusculis, immo etiam iniusti in cute notis saepissimè exhibebantur, agnitionis s' indicium praebituris. velut de Oedipo

legimus apud Mythologos, et Trogi Iustinum libr. 64, 4. de Habisd. *Tunc et lineamentorum similitudine, et notis corporis, quae iniustae paruulo fuerant, nepos agnitus.* Quod ideo monendum puto, quia ab omnibus, qui hac de re scripserunt, id neglectum video. Caeterum quibuscum pueri iudunt, crepundia, Graecis σπαργάναι sunt: vt etiam in Aetis Concilii Chalcedon. καὶ ἡ μὲν νηπίοτης τῶ βρέφους' διὰ τὴν τῶν σπαργάνων εὐτέλειαν ἐπιγινώσκειται; eaque perinde ac nunc quoque, e collo pueris pendere solebant. Plaut. Milite v, 6. *Faciam quasi puero e collo pendeant crepundia.* Adhelmus de Virginitate: *Crepundia collo gemmiferis lunulis pendentia.* L.

16 Viden' tu illum, Thais? ] Longe videre, timoris est indicium. Vbi sita est? ] Trepidantes personas immiscuit. In risco] Cista pelle contexta: nomen Phrygium. D.

In risco] Riscum cistellae genus de vimine factum, et testum corio, intelligimus. E.

In risco] Glossar. Λάρναξ; Arca, Riscus. Glossae Lat. Scribium, riscus. L.

C<sub>H</sub>. Militem secum ad te quantas copias adducere!  
Atat! T<sub>H</sub>. num formidolosus, obsecro, es, mi ho-  
mo? C<sub>H</sub>. apagesis,

Ego formidolosus? nemo'st hominum, qui viuat,  
minus.

20 T<sub>H</sub>. Atque ita opus' est. C<sub>H</sub>, hau! metuo, qua-  
lem tu me esse hominem existumes.

T<sub>H</sub>. Imo hoc cogitato; quicum res tibi est, pe-  
regrinus est.

Minus potens quam tu, minus notus, minus ami-  
corum hic habens.

C<sub>H</sub>. Scio istuc. Sed tu quod cauere possis, stul-  
tum admittere'st.

Malo

17 *Quantas copias*] Proprie dixit *Copias*: nam sic dicuntur legiones in vnum collectae. Conuenit tamen rudi et rustico adolescenti, sex homines *copias* dicere: Militem scilicet, Parasitum, Donacem, Syrisum, Simalionem, Sangam. D.

18 *Num formidolosus obsecro es, mi homo?*] *Formidolosus*, et terribilis, et timidus intelligitur. *Apagesis*] Plautus in Trinummo, *Apage amor* (II, 1, 25.). D.

*Apagesis*] Hoc est, timidus ego? discede, non sum. E.

19 *Egon' omnes Faerni codd. et nostri, vno excepto.* B.

20 *Atque ita opus est*] Vt minus formidolosus sis. *Metuo, qualem tu me esse hominem existumes*] Videtur ebrius factus hic Chremes iam etiam displicere nolle mulieri. Nam

idcirco fatetur, se timere malam opinionem Thaidis de se. Et, *metuo qualem tu me existimes*, noue dixit, pro, *Metuo ne ignara sis.* D.

Omnes nostri, *hau*, vel, *au*. Sed Faerni fere omnes, *ab*. Re. te. B.

21 *Peregrinus est, minus potens quam tu*] Quam \* postquam tamen ipsa non eloquitur, quid efficiatur: ex eo quod ait, *Peregrinus est, minus potens quam tu*: bene sic dixit (locum ita ordino; *Post QVAM TV ipsa non eloquitur, quid efficiatur ex eo quod ait: PEREGRINVS EST; MINVS POTENS QVAM TV. Tamen bene sic dixit*): quia tardum fuit dicere, *Ille impotens, tu potens*, et caetera. D.

23 *Sed tu, quod cauere possis, &c.*] Ostendere vult Teren-

Malo ego nos prospicere, quam hunc vlcisci, accepta iniuria.

25 Tu abi, atque obsera ostium intus, dum ego hinc transcurro ad forum.

Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac.

T H. manc.

C H.

rentius, plures sententias ad timiditatem congruere, quam ad audaciam. Nam et mox dicturus est, *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.* Quia ex providentia timor, ex audacia temeritas provenit. *Admittere est]* Fieri sinere. Et melius dixit, quam *Pati*: hoc generale est. Nam nunc *admittere*, pati fieri significat. D.

*Tu quod cauere possis]* Menander apud Stobaeum: εὐηθεία μοι φαίνεται δηλαυμένη, τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἄ δεῖ. Augustin. de vita beata: *Verissima est illa sententia: Nam tu quod vitare possis, stultum admittere est.* L.

Σωφρονέστερον δ' οἶμαι τῷ μετὰ τὸ παθεῖν ἐγκαλεῖν τὸ πρὶν παθεῖν φυλάττεσθαι το μὴ παθεῖν. Menander apud Stob. W. Plato, νήπιον παθόντα γνῶναι. Z.

24 *Malo ego, nos prospicere]* Providere ne fiat: id est, prospicere et cauere ab eo quod praecedit, id quod sequitur. *Accepta iniuria]* Hic causa ostenditur, cur illud malit. D.

25 *Ostium obsera intus]* Pauidi consilium nihil aliud continet post (*quam Z.*) claustra

et fugam. Nam *sera* est claustrum ianuae. *Transcurro ad forum]* *Transcurro* dixit, non, *Curro*: vt proximitatem fori ostenderet. D.

*Obsera ostium]* *Serare* est claudere. Ita compositum *obserrare*. contrarium est vero, *referare*, quod est aperire. E.

*Transcurro ad forum]* In foro nimirum cauidici obambulant, exspectantes cui aduocationem linguaeque venale seruitium venderent. De hisce forensibus Cerberis Ammian. Marcell. lib. xxx. *Videre est per eos omnes tractus violentia et capacissima genera hominum, per fora omnia volitantium &c.* Iustinian. Const. de nouo Cod. fac. et alibi passim. Atque inde etiam *ἀγοραῖοι* vocantur, licet Oecumenius *παρὰ τὸ ἀγορεύειν, ὃ ἐστὶ δημηγορεῖν*, eos dictos velit. In Act. Apostolor. cap. xθ. pag. 87. L.

26 *Volo ego]* Quasi minus timeat: *cupio* non inquit, sed *volo*. *In turba hac]* Vide timidum *turbam* appellare, quam mulier non timet. D.

*Nobis in turba hac]* Mf. R. *aduocatos nobis.* T. *mane, mane.* L.



СН. Melius est. ТН. mane. СН. omitte, iam adero. ТН. nihil opus est istis, Chreme:

Hoc modo dic, sororem illam tuam esse, et te par-uam virginem

Amisisse; nunc cognosse. signa ostende. РУ. ad-funt. ТН. cape.

30 Si vim faciet, in ius ducito hominem: intellextin'?

СН. probe.

ТН. Fac animo haec vt praesenti dicas. СН. fa-ciam. ТН. attolle pallium.

Perii!

27 *Melius est*] Fugae (*Fu-giendi*, libb. vett.) occasione hic cupit dari. *Mane*] Hoc, gestu iam adiuuatur. *Omitte, iam adero*] Ex huius (forte, *bisce*) verbis apparet, etiam manu comprehensum esse adolef-centem. *Omitte, iam istic ad-ero*] Quia causam probari non videt, celeritatem redeundi pol-licetur. *Nihil opus est istis*] *I-stis*, vtrum aduocatis, an istis omnibus quae dixisti? (Dubium non est, quin sit sermo de aduocatis). Virgilius, *Aut quid petis istis?* (Aen. ix, 94). D.

28 *Hoc dic modo, sororem illam tuam esse*] Ordine est ex-fecutus: primo vtrum perso-nam habeat, *Dic sororem*, in-quit, *illam tuam esse*. Vtrum negotium habeat, *Et te paruam virginem amisisse*. Cur hodie agat, *Nunc cognosse*. Et vnde probet, *Signa ostende*. Haec omnia sic pronuntianda sunt,

vt et iusta et factu facilia de-monstrentur. D.

Nostri collocant, *Sororem esse illam tuam*. Recte. Nam, *illam tuam esse*, male acuit vl-timam. B.

30 *Si vim faciet, in ius du-cito hominem*] Et recte: quia violento ciuilitate resisti solet. D.

*In ius ducito*] Ad forum in iudicium. E.

31 *Fac animo haec vt prae-senti dicas*] Haec non diceren-tur a Thaide, nisi in illius vul-tu pauor nimius appareret. *Faciam*] Adiuuandum pronun-ciatione: *Faciam* enim, timide dictum est. *Attolle pallium*] His verbis Chremetis (*Chre-mes*, legunt edd. Ven. Sed lege, *Thais*. Nam pro ТН. librarii legerunt СН. Haete-nus *West*. Sed forte Donatus scr. *Chremes*; et verba, *attolle pallium*, tribuit ipsi Chremeti Z.) demonstraui, nimium li-beraliter (forte *illiberaliter*) pauidi

Perii! huic ipsi est opus patrono, quem defensor  
rem paro.

ACTVS QVARTI SCENA VII.  
THRASO. GNATHO. SANGA. CHREMES. THAIS.

**H**ANCINE ego vt contumeliam tam insignem in  
me accipiam, Gnatho?

Mori

pauidi adolescentuli animum. *Attolle pallium*] Vel quia simplex est, vel quia ebrius, pallium trahit Chremes (vel quia ante detractum erat a Thaide retinente, vel vt ad fugam aut pugnam esset expeditior, si verba sunt Chremetis. Z.) D.

*Attolle pallium*] Quoniam comoedia Athenienses personas habet, idcirco *pallium* dixit. Sunt enim comoediae quae *zogatae* dicuntur, quae personas Romanas habent. E.

Lege cum edd. vett. *Fac animo haec praesenti vt dicas.* B.

32 *Perii! huic ipsi est opus patrono, &c.*] Haec meretricis querela, rudem adolescentulum magis et honeste natum, quam culpandum esse demonstrat. D.

*Ipsi est opus patrono*] Hic, inquit, qui mihi defensor paratur, ita timet, vt ei potius patronus adhibendus sit. E.

I *Hancine ego contumeliam*] Hic rursus inepti vanitas militis demonstratur, ad amicam tanquam ad hostilem exerci-

tum pergētis irritato animo, concitato cursu, inclinata (*Vndanti*, Edd. Ven. Ms. Boend. et ed. Du B. Recte. Nam ita notatur militis corpus succus-

fantis, et ridicule fastuosi, et truculenti ingressus. De eiusmodi quoque milite Plaut. Epid. III, 3, 54. *Sed hic quis est, quem huc aduenientem conspicio, Suam qui vndantem chlamydem quassando facit?*) chlamyde, trepidi et quatientis caput. Et haec verba pro hor-

tatu imperatoris accipienda sunt: quandoquidem omnia

de exercitu transferuntur. *Contumeliam* vero proprie, et vt miles (*Contumeliam. Proprie, non vt miles, sed vt nequam.*

(Edd. Venet. Ms. B. et ed. Du B. Recte). Sallustius, *Ne qua contumelia* etc. *Contumeliam*

*ram insignem in me accipiam, Gnatho?*] Apparet Gnathonem

et dehortatorem esse certaminis, et ad pocula militem pro-

uocare: maxime cum videat persuasisse ista consilia, vt hoc

certamen moueretur. *Tam*

*infi-*

Mori me fatius est. Simalio, Donax, Syrifce, sequimini.

Pri-

*insignem*] *Insignem*, vt miles dixit, quia *insignia* armorum sunt. D.

*Hancine ego*] Repetiturus, vt diximus, puellam, aduenit miles extemplo; sic enim supra etiam Thais ipsa dixerat: *velle se illam mihi dare, verum id vereri, ne ubi acceperim, sese relinquam*. Et alio loco; *fidem habeat, se iri praepositum tibi apud me*. Nunc vero cum de Chaerea (*Phaedria* Z.) pactum sit vt praeponatur ille, et hodie introduxerit Chremetem, quem miles suspicatur amatorem, dicit contra pactum esse hoc factum. vnde istum credit repetiturum esse, quod dono dedit. Et vide militis gloriosi stultitiam, quasi aciem et praelium ante disponit. et eo (*ei* Z.) consensum commodat parasitus, quem Colacem in hac comoedia intelleximus. E.

Particula, *vt*, inprimis cum adiuncta particula, *ne*, seruit interrogantibus ad indignationem exprimendam; vt, And. 3, 5, 28. *Eine ego vt aduerser?* h. e. plane indignum est ei aduersari. Horat. Sat. 11, 5, 16. *Vt ne tegam Spurco Damae latus?* Homerus ad hanc rem significandam, fere vtitur illo νεμεσσητόν. Cf. Drakenb. ad Liu. 1v, 2. Z.

2 *Mori me fatius est*] Ridi-

cula praesumptio: tanquam aduersus meretricem iurgia nunquam Thraeo sumere ausus esset, nisi morte proposita. Ergo velut mortis contemtu opus est ad tale praelium. *Mori me fatius est*] Tanquam aliter miles aduersus mulierem audere non posset, vel quia nihil (Lege ἔκπὸ κοινῆ, MORI ME SATIUS EST. *Vel quia miles*), vel quia amator. *Mori me fatius est*] Quasi ille sibi dicat vel molestum esse certamen, vel amicam non esse laedendam. *Simalio*] Et (*Et* abest ab edd. Ven.) hoc concitate pronuntiandum est. *Sequimini*] Huiusmodi militia per tumultum repente suscipitur, et dicitur *Euocatio*: vbi dux alloquitur ciues, *Qui rem publicam saluam vultis, me sequimini*. Vnde Virgilius sic ait (Aen. VII, 693.), — *desuetaque bello Agmina in arma vocat subito, ferrumque retractat*. (Aen. VII, 614.) *Ipsē vocat pugnas; sequitur tum caetera pubes*. D.

*Simalio, Donax*] Mf. R. et vett. libb. *Dorax*: vt et in scriptis exemplaribus Priscian. libr. VII. pag. 766. L.

Bentleius edidit, *fatiu'st*. Z. Menander apud Stobaeum si. mile quid dicit: Ἀπλῶν γὰρ ἦν, τὸν μὴ δυνάμενον ζῆν ἀλύτως, ἕπε-  
θανῶν. W.

Primum aedeis expugnabo. GN. recte. THR.  
virginem eripiam. GN. probe.

THR. Male mulctabo ipsam. GN. pulchre. THR.  
in medium huc agmen cum vecti, Donax:

5 Tu,

3 *Primum aedes expugnabo*] Debet hic esse vociferatio vana ad hoc, et verbum militis cum quodam motu ingenti, et per immanes minas, sine vlla vi rerum. Vanaque comminatio est, velle aedes expugnare, cum foris sit meretrix (Locum ope codd. ita restituo: *Debet hic esse vociferatio vana, ad hoc, ut verbo miles cum quodam metu ingenti, et per immanes minas, sine vlla vi rerum, vanaque comminatione velle videatur aedes expugnare, cum foris sit meretrix*). D.

Recte, probe, pulchre] Vid. Io. Sarisberienf. Polycrat. lib. VI. cap. 30. L.

4 *Male mulctabo ipsam*] Vide ordinem belli. Primo expugnatio moenium; tum recuperatio captarum rerum; demum poena praedonum. *Pulchre*] Postquam non obtinuit, quod volebat Gnatho, assentatur ad omnia. Vide autem manifestam irrisionem ex ipso genere laudandi. Nam quid est in *aedium expugnatione* recti? quid in *virginis ereptione* probitatis? quid in *male mulctanda muliere* pulchritudinis? Sed hoc est, quod ait supra de se ipso parasitus, *Quicquid di-*

*cunt, laudo. In medium huc agmen cum vecti, Donax*] *Mire* composita ad contemptum nomina legionariorum sunt. Nam *Donax* ab arundine, veluti sit inanis et fragilis, nomen sortitus est (Pollux IV, 9. *καὶ δόνακα δὲ τινα ὑπολύριον οἱ κωμικοὶ ὠνόμαζον, ὡς πάλαι ἀντὶ κερμάτων ὑποτιθέμενον ταῖς λύραις*). *In medium huc*] *Ridicule* fatis. *Armaturas leues* non putat aduersus Thaidem idoneas: et ideo agmen (*Donacem*) cum vecti vult venire in medium (*adde, agmen*). An ideo cum vecti, quia ad expugnationem venit aedium? D.

*In medium huc agmen cum vecte, manipulus furum*] *Manipuli* dicuntur in legione, certi et collecti milites; quemadmodum turma est, ita et manipulus. Et hic miles manipulum se habere dicit furum. E.

Recte a Bentleio est editum, *mulcabo*. Nam *mulctare*, quod saepe a librariis pro *mulcare* positum esse ostendit Taubmann. ad Plaut. Most. IV, 2, 23. et Burmann. ad Phaed. I, 3, 9. de poena primum pecuniaria, deinde alia adhibetur; sed *mulcare* est verberare, nimis mulcere, acerbè conmitigare,

5 Tu, Simalio, in finiftrum cornu: tu, Syrifce, in dexterum.

Cedo alios: vbi centurio'ft Sanga, et manipulus furum? S A. eccum adest.

THR. Quid, ignaue, peniculon' pugnare, qui iftuc huc portes, cogitas?

S A.

vt Omphale Herculem committigauit Sandalio, aut, vt graculus superbus *male mulcaus* est a pauonibus. Phaed. l. l. Z.

5 *Simalio*] A fimio, vel a fimia deriuatum est, ob foeditatem oris vel nasi. *Syrisce*] Iam diminutuum est a Syro. *Tu Simalio in finiftrum cornu: tu Syrifce in dexterum*] Hic agmen intruitur. Facetum autem est, cum a rebus magnis res ridiculae deriuantur. D.

6 *Cedo alios*] Non *reliquos* dixit, sed *alios*, quali multi sint. *Sanga*] Nec sangarius, saltem vt nomen efflet? *Manipulus furum?*] *Manipulus* proprie est militis. Cum Romani et Latini sub vno Centurione bellum aggressuri deputabantur, sibi sertum vel coronam ex manipulo herbae vel huiusmodi conficiebant, quem pro signo sequebantur. Merito ergo centurionem videns, *manipulum* desiderauit: hoc est, coquum videns, conuiuas desiderat: qui apparauerat, quotiens locus affuit, id est, conuiuium est constitutum (Mf. B. *vel quotiens conuiuium est institutum*. Aut leg. *Quotiens*

*et locus dictus, et tempus conuiuium constitutum affuit*). Alii *manipulum furum*, coci discipulos dici putant. *Eccum adest*] Pro se ac pro discipulis Sanga. D.

7 *Quid? ignaue*] Apparet, coquum ad repentinum strepitum sic exisse, vt ad artem suam fuerat expeditus. D.

*Quid, ignaue, peniculon'?*] Intelligimus Sangam coquum cum peniculo egressum, ac propterea militem interrogare cum (*cur*) peniculum portet. Sed quoniam et familiae, et domini mores nouit, perite respondit: *Egone? imperatoris virtutem noueram et vim militum*. E.

*Peniculone pugnare*] Glossar: *Peniculum* σπογγεῖον, σπογγερον: quo quidem ad vulnera siue abstergenda, siue obliganda vti solere, ex Medicorum libris factis notum. Apuleius Meles. 1. *Quod vulnus, qua maxime patebat, spongia affulciens*. Auson. Idyll. ix. *Impingas spongiam*. Et apud Plautum Menech. 1, 1, 1. parasitus *Peniculum* se vocari dicit, *quod mensam, quando edit, detergear*. Arrian. Epict. lib.

S A. Egone? imperatoris virtutem noueram, et vim militum,

Sine sanguine hoc fieri non posse, qui abstergerem vulnera.

10 T H R. Vbi alii? S A. qui, malum, alii? solus Sannio seruat domum.

T H R.

lib. VII. cap. 26. ἄρον τὰς τετραπέδας, σπόγγισον. Vlpian. l. 12. §. 22. ff. de instr. et instrum. *Perticae, quibus araneae detergantur: item spongiae, quibus columnae, pauimenta, podia exzergantur.* Hic ergo primus vsus spongiarum. Dein, certa quadam arte coactis, καρδιοφύλακας loco illis utebantur. Aristophanes Ranis: οἷσε μοι πρὸς τὴν καρδίαν σπογγιάν. Ridicula sunt quae sequuntur, et nimia vt hic perscribantur. Quae vero ex Liuiio, Tertulliano, Aristaeneto, aliis addi possent, iam pro compertis habentur. L.

Omnes codd. nostri, *istunc buc*, praeter Petrensem, vbi recte, *istum buc*. Festus enim; *Peniculi, spongiae longae propter similitudinem caudarum appellatae.* B.

8 Egone?] Haec causa est. *Imperatoris virtutem noueram, et vim militum]* Hoc plus habebit salis, si sic intellectum fuerit, vt Sanga vno eodemque tempore et quaerat quid dicat, simulque respondeat, *Hoc noueram, sine sanguine fieri non posse*, scilicet: ἀπροσδοκῆτως. Quid igitur, si hoc sciebat? D.

9 *Qui abstergerem vulnera?]* Quasi hoc fuerit auxilii genus. Quid hoc est? vnde vulnera? quorum vulnera? vtrum vtriusque partis? An, quod magis ridiculum est, suorum? D.

*Abstergerem vulnera]* Priscian. lib. IX. l.

Nostri omnes cum edd. vet. et Prisciano, longe numerosius, *Sine sanguine hoc non posse fieri.* In Bemb. et Victor. est, *vulnera.* Caeterum octonarius stat producta penultima iam *abstergerem.* B.

10 *Qui malum]* *Malum*, per παρένθεσιν suauiter infertur. Plautus in Epidico, *Quae, malum, haec imprudentia est?* Et non interponitur *malum*, nisi oculis conuersis ad eum, qui id, quod reprehendimus, dixerit. *Malum* nunc interiectio est. *Solus Sannio seruat domum]* Haec figura παρέμοιον dicitur. *Solus Sannio seruat domum]* Vt (Aen. III, 183.), *Sola mihi tales casus Cassandra canebat.* *Seruat domum]* Pro remanet vt obseruet. Nam *seruat domum*, rectum erat: non, *seruat domi*, si *custodit* intelligeretur. Vel *Seruat*, pro sedet: ab eo quod sequi-

THR. Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.

GN. Illuc est sapere! vt hosce instruxit, ipse sibi cauit loco.

THR. Idem hoc iam Pyrrhus fecitavit. CH. viden' tu, Thais, quam hic rem agit?

Nimi-

sequitur, id quod praecedit. Nam non seruat, nisi qui prius in eo loco federit. D.

*Solus Sannio seruat domi*] Aut absolute dictum *seruat domi*: aut, *seruat ea, quae domi sunt*. E.

*Solus Sannio seruat*] Ammian. Marcell. lib. xiv. *Ne Sannione quidem, vt ait Comicus, domi relicto*. L.

Bentl. edidit, *domi*. Recte. Nam sic *seruare*, h. e. obseruare diligenter, et custodire, occurrit Plaut. Most. 11, 2, 21. *Natus nemo in aedibus seruat*. et alibi. Z.

11 *Post principia*] Magnifice ad risum commouendum: nam dicere debuit, *posi vos*. Et hunc locum sibi optimum elegit, vt timidus. *Post principia*] Militare dictum est. Et ambigunt multi, an in extremo agmine sit hic locus, an in medio. *Inde omnibus signum dabo*] Tanquam non omnibus dari possit, si aliunde detur. D.

*Ego post principia*] *Principia* dicuntur acies et frons prima exercitus. Ita *post principia*, est postrema aciei pars. Denique intelligens paratitus,

prudentem appellat militem, quod sibi in periculoso loco cauerit. E.

Dele, *hic*, cum cod. Petrensi: quod frustra versum onerat et impedit. B.

12 *Ipsus sibi cauit loco*] An *Loco* simpliciter, quia post principia? an *Loco*, in loco, opportune et ἐνκαιρως? Terentius in Adelphis, *Pecuniam in loco negligere, interdum maximum est lucrum*. An *pro de loco*? D.

13 *Idem hoc iam Pyrrhus fecitavit*] Irridet quidem Poeta: veruntamen ostendit officium imperatoris hoc esse, ne se in periculum proiciat. Sic Sallustius, *Et in praeliis actu promtus*. Et hoc totum, quasi in Palliata: sed concessum potius fuit. Pyrrhus autem peritissimus stratagematon fuit: primusque, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit. D.

Verba, *Idem hoc iam P. f.* plerique libri tribuunt Gnathoni; quod non est opus. B. Temere Daceria vult legi, *faclitat*. Nam etiamsi Menander, cuius temporibus vixit Pyrrhus, vsus sit fortassis tempore

Nimirum consilium illud rectum est de occulendis aedibus.

15 THA. Sane, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est;

Ne metuas. THR. quid videtur? GN. fundam tibi nunc nimis vellem dari, Vt

pore praesenti: Terentius tamen et potuit, et debuit praeterito uti tempore. Z.

14 Nimirum consilium illud rectum est] Illud rectum est, et noua locutio, et superiori similis, Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum (excidit, NIMIRVM RECTVM EST Z.): pro, sine dubio rectum est. D.

15 Sane, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est: ne metuas] Figurata locutio, et praeterea ὑπέρβατον intermixtum. Nam hic ordo est, Sane hic nebulo est, ne metuas. An hic erit ordo et sensus, ut sit dictum, Ne metuas: sane qui tibi vir videtur esse, hic nebulo magnus est. Et recte: nam obterretur adolescens et aetate militis, quod iam vir est: et magnitudine, quod magnus corpore: quae utraque in illo vana esse, meretrix, ut experta, denunciat. Nebulo autem, vel inanis, vel vanus, aut mollis, ut est nebula, dicitur (Forte excidit, SANE, ad quod sequens pertineat Scholion. Z.). Et hoc εἰρωνικῶς dictum est. Meretrix, frustra metuentem corripiens Chremetrem, Sane, inquit, quod tibi nunc vir videa-

tur esse. et deest, non est; ut sit, non est quod tibi nunc vir videatur esse: hic nebulo magnus est. Sic et alibi, Si in platea hac te offendero post unquam, nihil quod dicas mihi, Alium quaerebam: iter hac habui: peristi. Vt sit, Non est, quod dicas mihi. D.

Quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus] Glosarii auctor hunc locum in mente habuit: qui sic interpretatur: μάταιος, inanis, cassus, vanus, nebulo. Terentius Eunuchus: Sane quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est. L.

Vt perspicuitati et linguae legibus consulatur, leg. cum edd. vet. et Donato Msto, et sex nostris codd. Sane, qui r. n. v. videtur etc. B.

16 Quid videtur?] Non diceret miles, si staret in sententia: sed iam videtur timore mutatus. Quid videtur?] Dubitandi (Edd. vet. Dubitandum. Mf. H. Dubitantis. Mallim, Dubitant, a quo dictum sit) est quod dictum sit, Quid videtur? Ego sane hoc militem puto dicere, quem pausatum



Vt tu illos procul hinc ex occulto caederes: facerent fugam.

THR. Sed eccam Thaidem ipsam video. GN. quam mox irruimus? THR. mane:

Ff 3

Omnia

tim a violentis atque acribus principiis ad terrorem desidi- amque perducit timor. Nam primo ipse praecedit, utpote qui dicat, *Sequimini*. Dum denique propius deuentum est, *post principia* refert pedem. Post iam nihil ipse audet, sed quaerit consilium parasiti. Denique, ubi cominus res gerenda est, dixit *Mane*, et continet irruentes. Ad postremum diffusus, nescit quid agat: ad parasitum spectans, *Quid agimus?* inquit. *Fundam tibi nunc*] Mire parasitus hoc ait; vel quia militem nolle videt, vel quia (non inseruit Westerh. Forte leg. *Vel quia militem nolle impugnare videt, vel quia eum audet ab impugnando auocare* Z.) audet impugnare, consilium formidolosum et aptum metuenti dedit, subtiliter tamen: nam *fundam* pugnant, qui cominus non possunt: et *ex occulto*, qui non audent palam. Sed honesta causa, non, quia timeas, inquit, sed *ut fugiant*: tanquam nisi hostes fugerint, non sit tutum accedere. *Fundam tibi*] Non dixit hastam, aut lanceam: sed sagittam, *fundam*, quae nimirum longe iactatur (*Sed satis mire, fundam, qua nimirum lapis longe iacta-*

*tur* Z.); ut ex hoc interuallo pauorem ostenderet non audentis accedere. Et mire *tibi*: tanquam ipse parasitus nec hoc audeat. Sunt autem qui putent haec a Thaide ad Chremetem dici; sed male. Non enim conueniunt ista meretricis dictis superioribus: nisi quia mouet me, quod *ex occulto* dicit: quasi constet ei iam dudum videri militem, et ipsum non vidisse, cum qua pugnaturus sit. D.

17 *Vt tu illos*] Meretricem scilicet cum suis; ut alibi, *Nos prius introducant* (Lege, *Hos prius introducam*. Eun. III, 2, 39.). *Vt caederes*] Pro, cecidendo cogeres ut facerent fugam. *Facerent fugam*] Deest rursus *ut*, sic, *Vt facerent fugam*, vel ἀσυνδέτως illatum est. *Facerent fugam*] Desiderat coniunctionem enim: ut sit, *Facerent enim fugam*. D.

18 *Sed eccam Thaidem ipsam*] *Eccam* et *ipsam*, figura ἑμφασίς: quasi *eccam* principem belli: et *ipsam*, contra quam pugnaturus est. *Quam mox irruimus*] Hoc parasitus irridens militem dixit. Et *irruere* proprie dicuntur, qui cum furore praelium ineunt. D.

Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.  
 20 Qui seis, an quae iubeam, sine vi faciat? G N. Di  
 vestram fidem,  
 Quanti est sapere! nunquam accedo, quin abs te  
 abeam doctior.

T H R.

19 *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet*] Animaduerte quantam vim habeant ad delectandum in Comœdiis feueræ sententiae, cum a ridiculis personis proferuntur: quale est apud Plautum (Mil. 1, 1, 68.), ubi miles suam formam admirans, ait, *Nimia est miseria nimis pulchrum esse hominem. Quam armis*] ἀνακόληθον: pro, *quam arma*. Aut ἐλαίψις est, si subaudiamus *agere*. Et mire non dixit *Me*, sed *Sapientem*. quod magis ridiculum est. D.

*Omnia prius*] V. C. *Omnia prorsus*. Simile vero dictum Dionysii in Eclog. Legat. II. pag. 295. μή πρότερον ἀρξάι τῶν ἔργων, πρὶν ἢ πειρασθῆναι τῶν λόγων. Menelaus apud Libanium Sophist. p. 196. πρῶτον μὲν γὰρ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρασθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἔπλοις ἐπιπηδῆν ἐνθροπινώτερον εἰπηδεν. L.

Vt versui et sensui consulatur, pro *armis*, reponere, *arma*. Certe cod. Acad. egregius 900 annorum habet, *arnas sapientem*. B.

20 *An quae iubeam*] Et mire non *velim*, sed *iubeam* dixit. *Iubeam* pro *velim*: vt, *Iubeo*

*Chremetem. Di vestram fidem*] Bona ἀναλογία: qui leuiora laudauerat, hic exclamare iam debet. Et hoc est quod supra ait, *Id rursus si negant, laudo id quoque*. Nam negat rursus male (*militi Z.*) pugnandum esse, qui superius retineri non poterat, quin in praelium vel moriturus irrueret. D.

21 *Di vestram fidem, quanti est sapere? nunquam accedo quin abs te abeam doctior*] Mire egit personam admirantis, per trinam ἀποσεσφῆν. Ad deos, vt *Dii vestram fidem*: ad seipsum, *Quanti est sapere*: ad militem, *Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior*. Et ridicule parasitus, *Nunquam accedo ad te*, dixit, qui nunquam recedit. *Quin abs te abeam doctior*] Nimis impudens assertatio, se fieri doctiorem ex militis sapientia. D.

*Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior*] Symm. lib. IX. Ep. 79. *Quod ait noster Comicus*, *Nunquam te adeo, quin abs te doctior abeam, id ego de epistolis tuis iure memorauerim, quae multis salibus, nonnunquam sententiarum, pleurumque versuum farciuntur*. L.

**THR.** Thais, primum hoc mihi responde; cum tibi do istam virginem,

Dixtin' hos mihi dies soli dare te? **THA.** quid tum postea?

**THR.** Rogitas? quae mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum;

25 **THA.** Quid cum illo agas? **THR.** et cum eo clam te subduxti mihi?

Ff 4

**THA.**

22 *Thais, primum hoc mihi responde*] Omissa contentione repetendae virginis. Non enim iam puellam, sed pactum exigit, ut amator. *Cum tibi do*] Pro, *cum tibi darem*. D.

*Thais, primum mihi*] Hic propositio est pactorum: unde arguit, quod sibi non sint pacta seruata. Deinde proponit, quemadmodum seruata non sint: *quae mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum. qui cum illo agas*. Scit amatorem suum non esse, et ideo omnia militi permittit, ut nulum (*tumultum*) faciat, quem credit amatorem. E.

*Thais, primum hoc mihi*] Vid. Io. Sarisber. Polycr. l. iix. c. 3. L.

23 *Quid tum postea?*] Aut, *dixi*, respondendum erat: aut, *Non dixi*. Sed vide contumaciam meretricis, in contemtionem personae militis, interrogantem interrogare maluit, quam per inductionem capi (Vid. Donat. ad II, 2, 42.). D.

Versus gratia lego, *Dixtin' hosce mihi dies* etc. ut, *dies*, sic ut passim, sit monosyllabon. B.

24 *Rogitas?*] Contentionis genus interrogatiuae. *Quae mihi ante oculos coram*] *Vtrum* (*Idem vtrumque Z.*) significat inepti militis dictum? An, *Ante oculos*, minus est quam *Coram*? *Ante oculos coram*] Potest *ante oculos*, et longe tamen (*de longo tempore Z.*) intelligi: *coram* proximitatem significat. D.

25 *Quid cum illo agas?*] Omnino meretrix non putat illum idoneum, cui reddenda sit ratio, cuique se purget: adeo apud (*nunc Z.*) illam amicitiae eius pertaesum est. Nam errant qui dicunt, eam se velle militi reconciliari. *Et cum eo clam subduxti te mihi*] Inuidiose, *Et cum eo*: nam ut supra legimus, exclusit Chremem. *Subduxti te mihi?*] Furtim subtraxisti mihi. Virgil. (Aen. VI, 524.) — *Et fidum capiti subduxerat ensẽm*. D.

Trochaicus postulat lectionem vet. codd. *illoc*. Caeterum totus versus ipsi quoque tribui debet Thraconi. B.

THA. Lubuit. THR. Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mauis eripi.

CH. Tibi illam reddat? aut tu illam tangas? omnium! GN. ah, quid ais? tace.

THR. Quid tu tibi vis? ego non tangam meam?

CH. tuam autem, furcifer?

GN. Caue sis: nescis cui nunc maledicas viro.

CH. non tu hinc abis?

30

26 *Lubuit*] Superbum est, et meretricium verbum. Sic de Chelidone Cicero (Verr. I. 52.) ait, *Libenter ait se facturam. Huc redde*] Idioma est, pro contumelia (*per contumeliam*) reposcentis. sic et in Hecyra, *Renumeret dotem huc: eat. Nisi vi mauis eripi*] Vtrum *nisi* pro non et si: vt fit, *Si tibi illam mauis eripi.* D.

*Pamphilam ergo huc*] Quoniam meretrix dixit *lubuit*, ideo Pamphilam nunc repetit. E.

Meliores codd. habent, *Nisi si vi mauis*: quorum alterutrum cum sit inutile, eiicio, *vi*, quod in Thesi locum non habere potest. Vt taceam, in ipso *Eripi*, praesentibus militibus, *Vim* satis intelligi. B.

27 *Tibi illam reddat?*] Se primum interponit Chremes, vt adolescentulus potuit iam fracto milite. *Aut tu illam tangas? omnium*] Ait vtrumque Chremes. Nam quia dixit, *Nisi si tibi mauis eripi.* ait, *Tu illam tangas?* et addidit *Omnium.* Et est ἀποσιώπησις secunda. Sic autem loqui solent plus gestu, quam verbis concii-

ti. *Tibi eam reddat? aut tu eam tangas, omnium?*] Magna vis in pronomine et significatio est. vt *Cantando tu illum?* (Virg. Ecl. III, 25.). D.

*Tu illam tangas?*] Tandem excitatus Chremes intercedit, et furentis more verba non exprimit, quippe cum intercedat parasitus, iam intelligens futurum iurgium, quod dicit, *Ha! quis ais? tace.* E.

Lege, *aut tu eam tangas?* et pro *ais*, reponere, *agis.* Nam omnes nostri, praeter vnum, habent *eam*, quod versus probat. Deinde, *agis*, firmatur plerisque nostris libris. B.

28 *Quid tu tibi vis?*] Recte. cum Thaide enim loquebatur, non cum hoc. *Ego non tangam meam?*] Bene addidit *Meam.* Hinc enim probatur iniuste dictum, *Tu illam tangas? Tuam autem? furcifer!*] Incongrue, vt imperitus adolescentens, liberum seruilibus conuiciis exagitat. D.

Verba, *Quid tu tibi vis?* male codd. assignant Chremeti. B.

29 *Caue sis, nescis cui maledicas*

30 Scin' tu, vt tibi res se habeat? si quicquam hodie  
hic turbae coeperis,

Faciam vt huius loci, dieique, meique semper me-  
mineris.

GN. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem  
facias inimicum tibi.

CH. Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis.

GN. ain' vero, canis?

Ff 5

Sic-

*dicas nunc viro*] Animaduerte, parasitum neque tacere omnino, ne defuisse patrono videatur; neque in aliena causa rixam in se transferre. *Caue sis*] Quia imperatiua sunt contumeliosa, addebant veteres, *sis*: quod significat *si vis*. D.

Bentl. edidit, *Nescis cui maledicas nunc viro*. Z.

30 *Non tu hinc abis? scin' tu, vt tibi res se habeat?*] Hoc parasito, illud militi Chremes. *Scin' tu*] Non parasito, sed militi dicit. D.

*Scin' tu, vt tibi res?*] Vis, inquit, scire, quemadmodum res istae sint? Si aliquid hodie hic turbaueris aut litis feceris, perficiam vt verberibus diei locique huius, et mei semper memineris. E.

31 *Faciam vt huius loci, dieique, meique semper memineris*] Moris est magnas esse minas hominum meticulorum. Specta ergo quam acriter timidus comminetur. *Huius loci, di-*

*eique, meique*] *Loci*, in quo laesus. *Diei*, quo caesus. *Mei*, a quo caesus. D.

32 *Miseret tui me*] Hic parasitus nunc quasi monitor Chremeti respondet. *Qui hunc tantum hominem inimicum facias tibi*] Ne nunc quidem parasitus a militis assentatione discedit. D.

*Miseret tui me*] Parasitus quantum potest, refregit audaciam Chremetis, et miserere se dicit, quod talem inimicum militem faciat, cum (*cui* Z.) repugnare non possit. E.

33 *Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis*] Rusticius dixit, *Caput tuum diminuam*, quam si diceret, *Diminuam tibi caput*. *Ain' vero, canis?*] Hoc verbo impudentibus inimicis conuicium fieri solet. Nam militare dictum est in hostem, *canis*: et apud Homerum (Il. 6, 159.) pro graui contumelia in aduersarium dicitur, velut in illo loco, τὶ μὴ ἀρνύμενοι Μεγάρων ποίτε, κυνώπα. D.

Siccine agis? TH'R. quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi est?

35 CH. Scibis: principio eam esse dico liberam. THR. hem! CH. ciuem Atticam. THR. hui!

CH. Meam sororem. THR. os durum! CH. miles, nunc adeo edico tibi,

Ne

34 *Quis tu homo es? quid tibi vis?*] Ἐπιτροχασμός (περιπλασμός, edd. Venet.) figura est, vbi multa terribiliter interrogantur: vt (Aen. IX, 376.), *State viri, quae causa viae? quae estis in armis? Quoue renetis iter?* D.

*Siccine agis?* Mf. R. *Sic agis?* L.

35 *Scibis*] Non obsequenter, sed figurate dicitur ab irato. *Scibis*] Et *scies*, et *scibis* dicitur post productionem (*pro productione*, edd. Venet.) tertiae coniugationis. *Principio eam esse dico liberam*] Quo tollitur, *Tuam videri*. *Principio*] In tria diuisit officium defensionis suae: in assertoris, *Principio eam esse dico liberam*: in cognitoris, *Ciuem Atticam*: in fratris, *Meam sororem*. Et bonus est ordo, *Libera, ciuis, nobilis*. *Ciuem Atticam*] Quo etiam negotium potest ei fieri, qui se pro domino gessit in ciuem. *Hui*] *Hui*, *hem*, et caetera huiusmodi generis, fannae sunt aduersus eos, quibus irascimur. D.

*Eam dico esse liberam*] Hic iam responderetur militi repenti puellam, et primum op-

ponitur *libertas*, deinde quod *ciuis* est, tertio quod nobilissimi adolescentis *soror*: postremo edicitur militi, *ne vim faciat* in Thaidem. E.

36 *Meam sororem*] Quo constat, praesto esse defensionem puellae. *Os durum*] Quasi ex omnibus hoc sit impudentius, quod et sororem suam dicat. *Os durum*] Os impudens: vt contra, *mollis frontis* dicuntur, qui sunt reuerentes. *Nunc adeo edico tibi*] Vt superbe, quasi militi. Nam *edictum*, Praetoris dicitur et Imperatoris. *Miles, nunc adeo tibi*] *Miles*, contumeliose dixit. De iis enim est officii, quae suo nomine contumeliosa censentur. sicut in Adelphis, *Delibera hoc, dum ego redeo, leno*. D.

*Os durum*, Daceria intelligit de offe, vt sit exclamatio vehementer dolentis, quae gravitate superet priores, *hem* et *hui*. At vsus loquendi repugnat; nec vsquam aliter, nisi de impudentia, occurrit. Sic apud Ciceronem *ore durissimo* dicitur esse, qui plane impudens reperitur. Et Ouid. *Metam. v, 451. Duri puer oris et audax*. Z.

Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam

Nutricem, vt eam adducam, et signa ostendam haec.

THR. tun' me prohibeas,

Meam ne tangam? CH. prohibeo, inquam. GN. audin' tu? hic furti se alligat.

40 Satis hoc tibi est. THR. idem hoc tu ais, Thais?

THA. quaere qui respondeat.

THR.

37 *Ne vim facias vllam in illam*] Seruauit praecepta meretricis: adeo vt meminerit, *Si vim faciet, in ius ducito hominem. Ego eo ad Sophronam*] Hoc lentius a Thaide Chremeti (Melius in Ms. B. et edd. Venet. ad *Thaidem Chremes*). D.

39 *Prohibeo, inquam*] Non satis exercitate adolescens totidem verbis dictum repetit militis. *Audin' tu? hic furti te alligat*] Gnatho occasionem finiendi litigii iamdudum quaerit, ob desiderium mensae et cibi: et ideo quasi de iure consilium suggerit, hunc reum militis esse posse, qui paratus est alienam rem suam dicere, et id in iure profiteri, hoc est, apud Praetorem. Ergo *furti te alligat*, i. e. reum te efficit fraudis. Nam μεταληπτικῶς *furtum* pro omni fraude et dolo accipimus et iniuria. *Alligat*] Astringit, illaqueat, et obnoxium facit. Omne igitur quod fraude fit, furtum est. Sic Virgilius (Aen. XI, 515.), *Furta pa-*

*ro belli*, id est, infidias. et (Georg. IV, 346.) *Dulcia furta*, id est, adulteria. Omne malum factum (Aen. VI, 568.), *Quae quis apud superos furro laetatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.* *Furtum* duobus modis dicitur: vno, cum omne maleficium generaliter significatur: altero, cum res surrepta demonstratur. Nunc ergo *furtum*, maleficium est. D.

*Audin' tu? hic furti se alligat*] Dum hoc proponitur, furti tibi crimen intenditur. E.

Omnes Faerni libri antiqui, et tres ex nostris vet. habent in futuro, *prohibebo*: caeteri *prohibeo*. Vtrumuis probe. B.

40 *Satis hoc est tibi?*] Ad repetendam scilicet virginem, sumendamque iniuriae vindictam. *Idem hoc tu ais*] Id est, hoc quod Chremes, et tanquam Chremes. Et ipsam circumuenturus interrogat, quod illa intelligens malitiose ait, *Quaere qui respondeat*. satis contumeliose; illud enim quaeritur, quod

THR. Quid nunc agimus? GN. quin redeamus: iam haec tibi aderit supplicans

Ultro. THR. credin'? GN. imo certe. noui ingenium mulierum:

Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt ultro. THR. bene putas.

GN. Iam dimitto exercitum? THR. vbi vis.

GN. Sanga, vt fortis decet

45

quod difficile reperitur. Ergo non modo indignus es, inquit, cui ego respondeam: sed vix inuenies, qui te dignum responso iudicet. *Quaere qui respondeat*] Et contempsit interrogantem: et indixit inimicitias professione iracundiae, cum dixit indignum militem. D.

Per interrogationem, et deleto *hoc*, vt trochaicus constet, legendum puto, *Satis tibi est?* Sed Faernus probat Donati lectionem et rationem. B.

41 *Quid nunc agimus?*] Vide vt euauerit actio militis. Primo dixit, *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet*: post, *Idem hoc iuas, Thais?* et postremo, *Quid nunc agimus?* Et, *Quid nunc agimus?* consilium quaerentis est. *Quid nunc agimus?*] Languidi atque defessi est. *Quid nunc agimus?*] Vbi est illud quod ait, *Primum aedes expugnabo*, et caetera. Sed vani impetus hunc exitum semper accipiunt. *Quin redeamus*] *Quin*, modo imo. Non, abeamus inquit,

sed *redeamus*: vt irritos conatus vno verbo ostenderet. D.

Pro *redeamus*, leg. *redimus*. Nam sic legitur in cod. Acad. a manu prima. Et, *quin*, si sententiam inchoat; semper apud nostrum, Indicatio iungitur, vt, *Quin taces? Quin accipis? Quin abeo*. B.

42 *Credin'?*] Ex parte consentit, qui sic interrogat. *Credin'?*] *Credere*, dubitantis est: *Certum esse*, fidentis. D.

43 *Vbi nolit, cupiunt ultro*] Plus intulit spei, non reuocando verbum quod expectabatur, hoc est, *volunt*: sed *cupiunt*. Ergo variauit: non enim intulit, *Volunt ultro*. *Bene putas*] Hoc est, recte putas, sapis, vel intelligis. Virgilius (VI, 332.), *Multa putans, fortemque animo miseratus iniquam*. Vel coniciis. Vel *putas*, disputas. Vel *putas*, cogitas. D.

*Nolunt, vbi velis*] Acro ad Horat. lib. II. Od. 12. L.

44 *Iam dimitto exercitum?*] *Dimitti exercitus* dicitur, vel pace



45 Milites, domi, focique fac vicissim vt memineris.

S A. Iamdudum animus est in patinis. GN. frugies. THR. vos me hac sequimini.

## ACTVS

pace facta, vel vexatis hostibus. Ridicula ergo magnificentia verborum est, cum sint facta deformia. D.

*Vt forzes decet milites*] Quoniam pro labore satis (Forte, *pro tempore laboris satis* Z.) exactum est, vicissim id agit, vt procuret milites. E.

45 *Sanga, vii forzes decet milites, domi focique fac vicissim vt memineris*] Vt mire in coquum, qui focum curat in domo (*domi*, edd. Vener.) quia milites hi (*vix*) fortiter pugnant, qui sunt memores domorum. Vide ergo quam vtrumque comicum. Ad ineundum praelium, resque bellicas Dorax primus est: ad res domesticas Sanga, qui coquus (In vtroque libro est: *Dorax enim primus est ad res domesticas. Sanga vero coquus, qui vicissim domi focique ministerium satagebat*). *Domi focique*] *Domi* et *Foci*, genitiui sunt. Caecilius, *Decora domi*. Plautus (Trin. IV, I, 22.), *Quanquam domi cupio, opperiar tamen*. D.

*Foci et domi*] Ad cibos scilicet praeparandos. E.

*Domi focique*] Priscian. lib. VI. L.

Non male ait Daceria, verbum, *memineris*, esse ipsum militare, quo Dux hortatus sit ad fortiter pugnandum. Vt apud Homerum, *μνήσασθε δὲ Θάριδος ἀλκῆς*. Z.

46 *Iamdudum animus est in patinis*] Hic aperuit causam Poeta, cur et inuitus Gnatho iret ad litem, et libens domum redeat. *Frugies*] Vtilis et necessarius: a frugibus, quae quod his fruamur, dictae sunt. Inde *fructus* et *frumentum*. *Fru* autem est velci, a frumine, quae est summa pars gulae: a qua re, etiam his, quae nec cibo nec poculo sunt, *frui* dicimur, *καταχρηστικῶς*: vtpote rebus venereis, et delectatione odoris, visus, auditus, et caeteris. D.

*Animus est in patinis*] Alexis apud Athen. Dipnol. lib. I. *ὁ νόσ γάρ ἐστι τῆς τροπέλης πλησίον*. L.

Omnes nostri, praeter tres, Sangae tribuunt verba, *Vos me h. f.* Male, opinor: nam et Thraeo exit, et par est, eum praecedere. B.

## ACTVS QVINTI SCENA I.

THAIS. PYTHIAS.

**P**ERGIN', scelestâ, mecum perplexe loqui?

Scio; nescio; abiit; audiui; ego non affui.

Non tu istuc mihi dictura aperte es, quicquid est?

Virgo conscissa veste lacrumans obticet;

5 Eunuchus abiit: quamobrem? quid factum est?  
taces?

P Y.

**1** *Pergin' scelestâ mecum perplexe loqui?*] Nunc demum virgo vitata esse cognoscitur a Thaide, oportune; postquam magnopere et defensa est, et retenta. Nam statim consequentur nuptiae eius et Chae-reae, qui illam vitauit. *Perplexe loqui?*] Ideo *Perplexe*, quia statuerat crimen virginis celare. D.

*Pergin'*] Et haec coniecturali modo accusat. quippe con-queritur, an virgo vitata sit: denique argumenta colligit: *Virgo conscissa veste lacrumans obticet*. Satis plenum est. Nam si iniuria fuerat, facile loqueretur: nunc vero tacet, quae est pudoris amissio. E.

*Perplexe loqui*] Glossar. *Perplexe* σπυδαίως, περιπλεγμένως, σκολίως. Plautus Stich. I, 2, 18. *Utrum ego perplexim lacessam oratione*. Et in Asinaria IV, I, 47. *Perplexabile verbum*. it. Pers. IV, 6, 26. *Corruptuplicata oratio*. Glossar. *Tortiloquium* συνεστραμμένη ἑμι-λια. L.

**2** *Scio; nescio; abiit; audiui*] Mire ex dictis omnibus pauca decerpit; et ostendit quid perplexe dixerit: et stomachum saeuientis expressit. *Scio*] Flere puellam. *Nescio*] Vitiatam. *Abiit*] Eunuchus. *Audiui*] Domi hoc admissum. *Ego non affui*] Cum haec fierent. Acriter iratorum est, ea repetere, quae proxime dixerint, quibus irascuntur. vt (Aen. VII, 452.), *En ego victa situ, verique effoeta senectus*. D.

**3** *Non tu istuc; &c.*] Non, est hic interrogatio. D.

**4** *Virgo conscissa veste lacrumans obticet*] Haec omnia rixam esse (*fuisse*, vel, *rixatam esse*, vel, *vitiatam esse*) significant. *Virgo obticet*] *Tacemus* consilia: vt (Aen. II, 94.), *Nec tacui demens. Reticemus* dolores: vt, *Ne verere, ne retice. Obticemus* quorum nos pudet: vt in Phormione, *Heu quidnam obtices?* D.

**5** *Eunuchus abiit*] Non *Chae-rea*, sed *Eunuchus*: non *fugit*, sed

PY. Quid tibi ego dicam misera? illum Eunuchum negant

Fuisse. TH. quis fuit igitur? PY. iste Chacrea.

TH. Qui Chacrea? PY. iste ephebus frater Phaedriac.

TH. Quid ais, venefica? PY. atqui certo comperi.

10 TH. Quid is obsecro ad nos? quamobrem adductus est? PY. nescio;

Nisi amasse credo Pamphilam. TH. hem! misera occidi;

Infelix, si quidem tu istaec vera praedicas.

Num id lacrumat virgo? PY. id opinor. TH. quid ais, sacrilega?

Istuc-

sed abiit dixit. *Quamobrem? quid factum est? races?*] Haec ἀσύνδετα instantis dominae vultum habitumque demonstrant. D.

7 *Quis fuit igitur?*] Haec cunctatiue (*minariue*. ex codd. vet.) pronuncianda sunt: aut quia inuita indicat, aut dubitat de nomine ignoti: aut trepidat per timorem: aut, vt non videatur affuisse, cum fuerit actum: aut quia non libenter dicat eius nomen, cui irascitur. Sed ego agnosco ancillarum consuetudinem, quae obliuiofae sunt. D.

8 *Iste Ephebus*] *Ephebus* nomen ad aetatem retulit, non ad facinus commissum. *Ephebus*] Cito ostendit, cur iste Eunuchus creditur. D.

9 *Quid ais, venefica?*] Reddit rursus ad iracundiam. a-

ptum conuicium et comicum in ancillas, *venefica, lupa, vipera*, et *sacrilega*, et caetera (an *excepra*? Certe Plautus hoc conuicio vitur Pseud. I, 2, 82.). D.

10 *Quid is obsecro ad nos?*] Non rogantis est *obsecro*, sed dolentis. D.

Corrige, *Quid is obsecro ad me, aut quamobrem adductus est?* etc. Nam, *me*, postulatur a sensu, quia Thais aedium domina est sola. Tum, *aut*, reperitur in omnibus nostris codd. praeter vnum, vbi, vt in Bembino, abest. Denique versus causa, *adductus est*, vti habet ipse Bemb. B.

11 *Nisi amasse credo Pamphilam*] Deest quod: vt sit, *nisi quod*. D.

13 *Num id lacrumat virgo?*] Vt supra, *Id vero serio triumphas*.

Istucine interminata sum hinc abiens tibi?

15 P Y. Quid facerem? ita vt tu iusti, soli credita est.

T H. Scelestā, lupo ouem commisisti. dispudet,  
Sic mihi data esse verba. quid illic hominis est?

P Y.

phar: pro, ob id. *Id opinor*] Callide Pythias *Opinor* dixit, cum sciat. *Quid ais, sacrilega?*] ἀβέβησις. Nam primo *scelestā*, deinde *venefica*, postremo *sacrilega*. D.

*Quid ais, sacrilega? istucine?*] Quasi intendat crimen, quod neque custodierit virginem. At illa praecepto se paruisse responder: *Quid facerem? ita vti iusti, soli credita est*. E.

14 *Istucine interminata sum*] Satis moraliter, *Istucine interminata sum*: pro, *Nam istuc tibi comminata sum? Istucine interminata sum, hinc abiens tibi?*] Apparet haec post Scenam esse mandata. Nam supra non meminit (Cur non? Vide III, 2, 52.): sed dixerat tantum, *Hos prius introducam: et quae volo simul imperabo: postea continuo exeo*. D.

15 *Ita vt tu iusti, soli credita est*] Dixerat enim prius Chaerea, *Edicit ne vir quisquam ad eam adeat, et mihi, ne abscedam, imperat. Iusti*] συγκοπή καὶ μεταπλάσμος, pro *iussisti*. D.

*Vt tu iusti*] Mf. R. *iussisti*. L.

16 *Scelestā, ouem lupo commisisti*] Bene dilatum tot occasionibus prouerbium, personae

Thaidis ascriptum est; continet enim femineam reuerentiam et meretricium sensum, reditque rursus ad minora conuicia: quia videt se esse conuictam. Et est prouerbium, *Ouem lupo commisisti*. D.

*Ouem lupo commisisti*] Praedam, inquit, praedatori dedisti. *Dispudet*] Valde ego hic et vehementer erubesco. E.

*Scelestā*] Isidorus Different. pag. 771. *Lupo ouem*] Herodot. lib. IV. τοιγαρὲν ἔφη αὐτὸν καταλείπειν δὲν ἐν λύκοισι. Plaut. Pseudolo I, 2, 8. *Mauelis lupos apud oues linquere, quam hos domi custodes*. L.

Omnes quidem libri, Nonius, et Acron ad Horat. Carm. I, 3, habent *commisisti*. Sed vt versus sit saluus; leg. *commisit*. Nimirum Thais commisit iubendo, vt Pythias parendo. Hinc sequitur *mibi*, non, *tibi*. Atque se *Scelestam* ipsa dicit, vt Heaut. v, 2, 17. Syrus: *Scelestus quantas turbas concini insciens*. Deinde colloca, *Ouem lupo*; vt sit vtrumque in Arsi, et in pronuntiatione fiat mora. B.

17 *Sic mihi data esse verba*] Videtur plura fuisse dictura, nisi superuenisset Chaerea.

*Quid*

PY. Hera mea, tace; tace obsecro, saluae fumus:  
Habemus hominem ipsum. TH. vbi is est? PY.  
hem ad sinistram,

20 Videſne? TH. video. PY. comprehendi iube,  
quantum potest.

TH. Quid illo faciemus, stulta? PY. quid facias,  
rogas?

Vide amabo, si non, quum aspicias, os impudens

Vide-

[*Quid hominis illic est?*] Per genitium casum iniuriose dicitur: per nominatum, honorifice. [*Quid hominis illic est?*] Non continuo agnoscit hunc hominem meretrix. Quia et si adhuc Eunuchi veste indutus est, attameu exiit spadonis incessum: vultum, habitumque mutauit: et praeter vestem, totus in Chaeream rediit. D.

[*Sic mihi data esse verba*] Sic me esse deceptam. [*Quid illic hominis est?*] Hic intelligitur, reuerti Chaeream, adhuc Eunuchi veste indutum, sicuti post cognoscitur, et ideo miraculum fit: *Hera mea, tace obsecro, saluae fumus.* E.

Recte Faernus pro *illic* probat *illuc* ob fidem cod. Bemb. et Victor. B.

18 *Hera mea tace; tace obsecro*] Blande ac puellariter aridet. *Tace*] Non silentium indicentis est, sed securam facientis: vt, *Tace, egomet conueniam ipsum.* D.

19 *Habemus hominem*] *Mire hominem dixit*, vt reum. D.

Versus gratia leg. *Sinisteram. R.*

20 *Iube comprehendi*] Pro *comprehende.* *Iubere* enim *velle* significat. [*Quantum potest*] *Deest (Hoc est L.) cito.* D.

Cum omnibus fere nostris lego, *Viden?* B.

21 [*Quid illo faciemus, stulta?*] Subauditur *comprehensio.* [*Quid facias, rogas?*] Morali- ter expressit puellae (Forte, *Poeta L.*) stupentis verba, et non habentis quid respondeat ad ea, quae dicta sunt. D.

*Illo*, praeter Donat. et Bemb. habet vnus veterrimus, et Priscianus p. 1101. Caeteri, *Illi*; nescio an rectius. Nam Scen. seq. 10. occurrit, *facies mihi.* B.

22 *Vide amabo! si non, cum aspicias, os impudens videretur*] *Mire* ab eo quod respondere coeperat, ad aliud transit, mirata confidentiam Chaeraeae. Non, est impudens, inquit; non est, nisi similis impudenti. Sic alibi, *Seueritas inest in vultu, atque in verbis fides.* D.

*Vide amabo! si non, cum aspicias, os impudens*] *Amabo*

G g

dixit,

Videtur. non est? tum quæ eius confidentia'st!

## ACTVS QVINTI SCENA II.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

**A**P V D Antiphonem vterque, mater et pater,  
 Quasi dedita opera, domi erant, vt nullo modo  
 Introire possem, quin viderent me: interim  
 Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam

5 Ve-

dixit, quod semper inter Poetas nulla significatione est. Sensus autem talis: vide impudentiam, vide aspectum, quem admodum incedit. Os ergo *impudens* videtur, cum aspicias venire. Et quasi aliquid meretrix dixerit, ita subiungit, *Non est?* quasi, negas esse, quod dico? Et, hoc vt confirmet, adiungit, *Cur igitur tanta confidentia fretus incedit?* E.

23 Faerni libri omnia tribuunt Pythiae, sed plurimi nostri verba, *Non est*, Thaidi. Hanc rationem sequendam puto, sed deleto, *est*, vt intelligatur, *videtur*. Nam supra Thais honestum dixerat. B.

I *Apud Antiphonem vterque*] Rediens in viciniam suam, causam reddit Chaerea, cur non mutauerit vestem. Oportuit autem, et de necessitate argumenti fuit, Chaeream non mutasse vestem: vt cum meretrix virginem a Chaerea vitiatam audiret, et eum cum turpi habitu incedentem intueretur,

eum reum vitiatæ virginis putaret. *Apud Antiphonem* dixit, pro in domo eius. *Vterque, mater et pater*] Non, vterque pater, et vtræque mater, sed *vterque parens*: quia (*qui est L.*) pater et mater. D.

*Apud Antiphonem*] Haec Scena iniuriarum actionem tenet. reum facit Chaeream meretrix iniuriæ. at ille se veniali statu purgat dicens, se, quod fecerit, amore fecisse. At primo quidem loquitur, cur non mutata veste nunc venerit. E.

2 *Quasi dedita opera domi erant*] Non tam mirum, si domi erant: sed illud magis mirum, quod in ea domus parte, qua in aedes introeundum erat adolescentulo. D.

3 *Vt nullo modo introire possem*] Superius causa continetur, cur non mutauerit vestem: inferius autem, cur huc redierit. *Quin viderent me*] *Quin modo*, pro quo minus. D.

4 *Dum ante ostium sto*] Antipho-

5 Venit: vbi vidi, egomed in pedes, quantum queo,  
In angiportum quoddam desertum: inde item  
In aliud, inde in aliud: ita miserrimus  
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.

Sed estne haec Thais, quam video? ipsa'ft: haereo,

10 Quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?

TH. Adeamus. bone vir Dore, salue: dic mihi,

Aufu-

tiphonis scilicet. *Notus mihi quidam obuiam venit*] An notus, qui me posset agnoscere? an qui me nouerit, id est, amicus? D.

5 *Quantum queo*] Deest (*Id est Z.*) *velociter.* D.

Omnes libri vet. vitiose, *Egomet*, pro, *Ego me.* Nec magis probanda est Logii lectio Plautina, *Egomed.* Nam hiatus hic est nullus. B.

6 *In angiportum*] Vide illum non vitasse sub vna clausula bis *in dicere, in pedes, in angiportum.* *Angiportum* dicebant vicum non peruium, viam publicam (*Angiportus ergo est via publica*, edd. Ven. cum Mf. H. Sed forte, *Angiportum dicebant vicum peruium, vel viam non publicam*). *In angiportum quoddam desertum*] Deest, fugiens. D.

*In angiportum quoddam*] *Angiportum* dicimus et angustum et tortuosum \* (*In neutro Mito lacuna. Forte exciderunt verba; Quasi angiportum*). Nam anguis modo fluitur. E.

7 *Ita miserrimus fui fugitando*] Id est, fatigatus, lassus, et languidus sum, dum fugio. Et honesta locutio est: vt, *Miser amando, miser currendo.* D.

8 *Ne quis me cognosceret*] Nota improprie dictum, pro *Agnosceret.* D.

9 *Sed estne haec Thais, quam video?*] Iampridem ipse visus, nunc primum videt. *Haereo*] Incertus remaneo atque desigor. Primus metus adimit consilium: sed recognitio (*recogitatio*) reddit confidentiam. D.

10 *Quid mea autem?*] Colligit se rursus ad impudentiam Chaerea. Et vide, si non eadem est audacia in Chaerea, quae in suscipiendo facinore fuit. Et ελεεινῶς, *quid mea autem? Quid faciet mihi?*] Opportune se confirmauit, quia si extimuisset et fugisset, nihil nuptiae promouerentur. D.

11 *Bone vir, Dore*] Hoc totum figurate dixit, vt mereretur, et subtiliter. Nam scit Chaeream esse quem alloquitur, non Eunuchum. Et hic magna oc-

Aufugistin' ? C<sub>H.</sub> Hera, factum. T<sub>H.</sub> fatin' id tibi placet ?

C<sub>H.</sub> Non. T<sub>H.</sub> credin' te impune habiturum ?

C<sub>H.</sub> vnam hanc noxiam

Omitte : si aliam admifero vnquam, occidito.

15 T<sub>H.</sub> Num meam faeuitiam veritus ? C<sub>H.</sub> non.

T<sub>H.</sub> quid igitur ?

C<sub>H.</sub> Hanc metui, ne me criminaretur tibi.

T<sub>H.</sub>

casio datur meretrici adeundi adolescentis, qui habitum non mutauit: et adhuc quasi Eunuchus et seruus est. *Bone vir, Dore, salue*] Maior obiurgatio est, per hanc dissimulationem Thaidis aduersus Chaeream, quam si illum id, quod est, appellet. D.

*Bone vir, Dore*] Fingit adhuc meretrix illum Eunuchum esse: uti (*ut in Z.*) sic salutarum facilius tanquam subiectum et sibi deditum inuehi possit. E.

12 *Hera, factum*] Non potuit subtilius respondere Chaereae, quam accommodare se interroganti. *Satin' id tibi placet?*] Hoc potest et noui figurate dici, sed aperte. D.

13 *Vnam hanc noxiam mitre*] Trisyllabo nomine *Noxiam* dixit, quasi noxam. Alibi aliter (*Heaut. II, 3, 57.*), *Dominum* dixit *extra noxam*. D.

Lectio, *impune abiturum*, a melioribus libris repudiatur. B.

14 *Si aliam admifero vnquam, occidito*] Verba seruorum, qui-

bus nihil horribile est post praesentes plagas. Et non *Caedito*, sed *Occidito*: et non *alias* dixit (*excidit, sed aliam*), quasi illa Chaereae dixerit, *at hic irrisor est ut fugitiuus* (*Adhuc irrisor es Mf. H. et Venet.* Sed *Wieling.* putat, verba *Quasi — fugitiuus*, reiicienda ad finem versus 21.). D.

*Si aliam admifero*] Cicero pro Q. Ligario 10. *Ignoscite, iudices, errauit, lapsus est, non putauit; si vnquam posthac. ad parentem sic agi solet* &c. l.

Pro, *Omitte*, in plerisque nostris et Faerni libris est, *Amitte*. Recte. B.

15 *Num meam faeuitiam veritus es?*] Vt fugeres. D.

Versus causa leg. *Num meam faeuitiam veritus?* C<sub>H.</sub> non. T<sub>H.</sub> non? quid igitur? Hoc pacto responsum Chaereae in ictu exauditur. B.

16 *Hanc metui, ne me criminaretur tibi*] Perfekte inuitatus est verba fugitiuorum, quae apud dominos faciunt comprehensi. D.

*Hanc*



TH. Quid feceras? CH. paululum quiddam, TH. cho paululum, impudens?

An paulum hoc esse tibi videtur, virginem Vitiare ciuem? CH. conferuam esse credidi.

20 PY. Conferuam? vix me contineo, quin inuolem in Capillum: monstrum; etiam vltro derisum aduenit.

TH. Abin hinc, insana? PY. quid ita vero abeam?

Gg 3

Credo

*Hanc metui, ne]* Hanc, inquit, Pythiam timui, ne me rem apud te faceret. E.

17 *Ebo! paululum, impudens?*] *An paululum hoc esse tibi videtur, virginem vitiare ciuem?* Hic iam intelligimus, quod non Eunuchum credat esse, cum quo loquitur meretricis. Verum adhuc latet, quis iste sit. Ita quamvis ille conuictus est de vitiata virgine, adhuc tanquam feruus proponit ut dicat, *conferuam esse credidi*. E.

Ex Bemb. vno nostrum, et ratione versus pro *paululum* leg. *paulum*. Et pro *quiddam* corrige, *quid*; vt *Paulum* acuat vltimam; veluti Gr. *μικρόν τι*. B.

19 *Vitiare ciuem?*] Bene intulit *Ciuem*: quod plus est, quam *virginem vitiare*. *αβξγδ* gradatim facta. *Conferuam esse credidi*] Locus erat vt diceret, *Seruam esse credidi*, sed admirabiliter *Conferuam* dixit. Et hoc ipsum miserabiliter pronuntiandum est: tanquam miserabiliter crediderit conferuam esse, quae ciuis erat, atque e-

am quasi conferuam vitiare debuerit. D.

Ne, *Conferuam*, in repetitione variet accentum; deleto, *esse*, corrige, *meam conferuam credidi*. B.

20 *Conferuam!*] Oportune stomachabatur Pythias, facta mentione conferuae. *Vix me contineo, quin inuolem in capillum*] Minae istae proprie feminarum sunt, et in se, et in alios vnguibus saeuientium: vt (Aen. IV, 673.), *Vnguibus ora soror foedans, et pectora pugnans*. Sed *inuolem*, ab auibus tractum est: vt apud Virgilium (Aen. III, 233.), *Praedam pedibus circumuolat uncis*. Ergo hoc gestu, et dicto, et corporis motu, est adiuuandum. D.

21 *Inuolem in capillum*] Apparet more veterum intonsum esse. *Etiam vltro derisum aduenit*] Mire nunc addidit accusationem, quod non saltem fugeret. D.

22 Bentl. cum Faerno legit et distinguit: *Quid ita? vero debeam*. Z.

Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim:

Praefertim cum se seruum fateatur tuum.

25 TH. *Missâ haec faciamus. non te dignum, Chaerea, Fecisti. nam si ego digna hac contumelia*

Sum

23 *Debeam, credo, isti quicquam furcifero*] Subauditur *vero*, aut εἰπωρικῶς pronuncian- dum est (Leg. QUID ITA VERO? Abeam, subauditur. VERO autem εἰ. etc.). Sane debere dicimur poenas pro iniuria ei, cui iniuriam fecerimus: quas se non debituram Chaeraeae ut furcifero dicit Pythias, si illi caedem intulerit in seruili habitu constituo. *Si id fecerim*] Si inuolauerim in capillum eius. D.

24 *Praefertim cum se seruum*] Nihil est, inquit, quod metuam, si iniuste, aut per iniuriam aliquid fecero, *maxime cum hic seruum tuum fateatur se esse*. E.

25 *Missâ haec faciamus*] Haec scilicet iocularia et futilia. *Non te dignum, Chaerea, fecisti*] Artificiose meretrix ab eo quod licuit; ad id quod oportuit, transit: nec tractat quid sit legitimum (*licitum*), sed quid honestum. Itaque totam illam partem accusandi omittit, et ab accidentibus (*succedentibus*, edd. Ven.) personae adolescentis obiurgat. Scit enim, vno verbo obflari

posse, *Licuit mihi*, in domo meretricia scilicet: ne videatur irrationabilis, audacia illa ingenii a Poeta inducta est. *Non te dignum*] *Dignum*, pro digne. aut deest *facinus*: ut sit, *non te diguum facinus fecisti*. Mira accusatio mixta laudi et blandimento. D.

*Missâ haec faciamus*] Hic iam meretrix, sublata simulatione, accusat adolescentem iniuriarum, dicens, quod non dignum factum a deo fecerit, etsi digna pati potuerit ipsa. Exprimat deinde quid incommodi sibi euenerit ex vitata virgine, quod non possit suis illam, uti decreuerat, reddere, et maximum beneficium et perpetuam gratiam collocare. E.

26 *Nam si ego digna hac contumelia sum*] Deest, et, ut sit ordo: *Nam etsi maxime*. Et bene additum est *Maxime*, ut appareat, quod etsi digna pati sit meretrix, non tamen maxime digna pati Thais est (Leg. *Quod, etsi maxime digna pati sit, ut meretrix, non tamen patidigna a tali*). D.

*Si ego digna hac*] Hieronym. aduers. Rufin. *Nonne etiamsi ille dignus esset contumeliis, tu facere non deberes?* L.

Sum maxume, at tu indignus qui faceres tamen.

Neque aedepol, quid nunc consilii capiam, scio

De virgine istac: ita conturbasti mihi

30 Rationes omnes: vt eam non possim suis,

Ita vt aequom fuerat, atque vt studui, tradere:

Vt solidum parerem hoc mihi beneficium, Chaerea.

CH. At nunc dehinc spero aeternam inter nos  
gratiam

Fore, Thais: saepe ex huiusmodi re quapiam, et

G g 4

35

27 *At tu indignus qui faceres tamen*] Recte dixit. Quatuor enim sunt modi in huiusmodi rebus: ita vt aut vterque indignus sit: aut alter dignus, alter indignus: aut contra. D.

28 *Neque aedepol, quid nunc consilii capiam scio de virgine istac*] Intelligit Thais amari virginem ab hoc: et ideo sic ait, vt conciliet nuptias. Nam satis signi est, quod Euruchi habitum propter hanc sumisit. Et vide quemadmodum ad captionem nuptiarum res eant: quod tamen dicere non audet Thais: sed ostendit (*Transfert; vt, quod dicere non audet Thais, ostendat* etc. edd. Venet.) adolescenti coniecturis, quem tentat, sciens amantem virginem: et viam ostendit petendae sibi vxoris. D.

30 Pro non, repone ne, ob auctoritatem sex codd. vet. B.

31 Pro atque leg. itaque. Nam, ita itaque, saepius. And. III, 3, 18. B.

32 *Hoc mihi beneficium, Chaerea*] Blande nomen repetitum est, Chaerea. D.

33 *At nunc dehinc spero*] Nunc iam Chaerea vera veris aequiparans, recedit a iocaturibus. D.

*At nunc dehinc*] Defensionem adolescens sub promissione inchoat: dicit enim aeternam ex hac re futuram gratiam. Hoc enim intelligi vult, quod illam sit ducturus vxorem. Denique adiecit: *Saepe ex huiusmodi re quapiam, et malo principio magna familiaritas conflata est.* Frequenter, inquit, ex tali re aliqua et initio non bono, ad familiaritatem maximam concordiamque peruentum est. *Huiusmodi re quapiam*] Comico loquendi stilo quapiam, aliquam intelligimus. E.

34 *Saepe ex huiusmodi re*] Hoc est, turbulenta. *Quapiam*] Quacunque, vel aliqua. D.

- 35 *Malo principio magna familiaritas*  
*Conflata'ft. quid ſi hoc quiſpſiam voluit Deus?*  
 TH. Equidem pol in eam partem accipioque, et volo.  
 CH. Imo ita quaefo. vnum hoc ſcito: contumeliae  
 Non me feciſſe cauſa, ſed amoris. TH. ſcio.
- 40 Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.  
 Non adeo inhumano ingenio ſum, Chaerea,  
 Neque

35 Etſi ſex codd. habent, *Ex malo*, tamen leg. *Malo ex.* quia apud Terent. liqueſcunt ſaepe vocales vltimae, praefertim cum eadem geninantur. B.

36 *Quid ſi hoc quiſpſiam voluit Deus?*] Pleraque repentinis impullionibus nata, miriſque prouentibus, deo adſcribi ſolent: vt (Aen. II, 632.), *Deſcendo, ac ducente deo flammam inter et hoſtes Expedior.* Et (Aen. III, 715.), *Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris.* Et Salluſtius, *Vi tanta repente mutatio non ſine deo videretur.* *Quid ſi hoc quiſpſiam voluit Deus?*] Vult Amerem intelligi deum. D.

*Quid ſi hoc quiſpſiam voluit Deus?*] Libanius progymnaſm. contra homicid. pag. 41. *καλως τις ἡτληθεὶς ἀδικεῖ μὲν, ἀλλ' ἔχει παραίτησιν· ἐβιάσθη γὰρ ὑπὸ τῆ θεῶ, καὶ πρὸς τὸν ἔρωτα δυνασεῖαν ἀνταίρειν ἢ κ' ἕπορον.* Plautus Aulul. IV, 10, 7. *Deus mihi impuſor fuit, is me ad illam illexit.* L.

37 *Equidem pol in eam partem accipioque et volo*] Vt ae-

terna inter vos ſit gratia, et ex malo principio compleatur magna familiaritas. *Et volo*] Euenire ſubauditur: et eſt *εὐλαψίς* tertia. D.

*Equidem pol in eam*] Intelligit meretrix quid ſibi ab adoleſcente dictum ſit, et ideo adiecit, hoc quidem accipio ex dictis tuis, quod vehementer deſidero. E.

38 *Imo ita quaefo*] Vtrum meretricem, an deos quaefo? vtrumque enim accipi poteſt. *Vnum hoc ſcito*] Vnde hoc ſciat Thais, inepte quaeritur, quum ipſa res clamet, nunquam hanc conditionem ſubiturum Chaeream, vt pro Eunucho etiam ſeruo, ſe fingeret ſine amoris impuſu. D.

*Vnum hoc ſcito*] Hic illa deſenſio, quam venialem ſupra diximus. E.

40 *Nunc ignoſco tibi*] Quod culpa non ſit hominis, ſed amoris. D.

41 *Non adeo inhumano ingenio ſum Chaerea*] Hoc eſt, immitis non ſum, quantum putas (*Tam im. n. ſ. quam tu p.*):

Neque ita imperita, vt quid amor valeat, nesciam.

CH. Te quoque iam, Thais, ita me Di bene ament, amo.

PY. Tum pol tibi ab istoc, hera, cauendum intelligo.

45 CH. Non ausim. PY. nihil tibi quicquam credo, TH. desinas.

CH. Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix fies; Ego me tuae commendo et committo fidei;

G g 5

Te

vt, *Non obrusa adeo gestamus pectora Poeni* (Aen. 1, 567.). D.

*Non adeo inhumano*] Quoniam meretrices ab amatoribus suis quasi quaedam exigant poenas, ideo se purgat, vt dicat, non tam inhumano ingenio se esse, vt, amor quid sit, ignoret. E.

Cum plerique codd. habeant, *Sum ingenio, reponendum cenfeo, N. a. i. ego sum ing.* B.

42 *Neque tam imperita*] Id est, non experta. *Vt quid amor valeat, nesciam*] *Non inhumana*, quia homo; *non imperita*, quia meretrix. Et *neque tam imperita* inquit: quasi dicat, Neque tam pudica sum, vt, quid amor valeat, nesciam. D.

43 *Te quoque iam, Thais*] Bene *quoque*: non enim iam hanc ita amat, vt negligat illam: sed hanc illius causa. D.

44 *Pol tibi ab istoc, hera, cauendum*] Facete, tanquam qui soleat capillum et vestem eius conscindere, quam auerit. D.

Tres codd. vet. recte habent, *Tum pol ab istoc tibi, hera, cau.* etc. B.

45 *Non ausim*] Pro, *non audebo*: et est verbum huius temporis tantum. *Non ausim*] Vtrum propter aetatem? an propter iratrem suum Phaedriam potius? *Nihil tibi quicquam*] *περέλκον* quartum. aut *nihil*, pro *non*. *Desinas*] Pro eo quod est, *desine*. aut *deest fac*: vt sit, *fac desinas*. D.

*Non ausim*] Quoniam Pythias dixerat, timendum esse dominae Chaeream, hoc est, ne quam vim pateretur, respondit ille, non audeo. scit enim fratris amicam esse. E.

47 *Ego me tuae commendo et committo fidei*] Satis amatorie, vt appareat nunc maxime captum Chaeream, ac mancipatum virgini. *Commendamus* nos cognitis: *Committimus* ignotis. Ergo *αὐξήσις* est maioris officij, fideique circa Thaidem. D.

Te mihi patronam capio, Thais; te obsecro;  
Emoriar, si non hanc uxorem duxero.

50 TH. Tamen si pater. CH. quid? ah volet, certo scio:

Ciuis modo haec fit. TH. paululum opperirier

Si vis: iam frater ipse hic aderit virginis:

Nutricem arcessitum iit, quae illam aluit paruolam:

In cognoscendo tute ipse aderis, Chacrea.

55 CH. Ego vero maneo. TH. vin' interea, dum is venit,

Domi

48 *Te mihi patronam capio*] *Te* adiectum, vim habet, et ex animo supplicantis habitum adolescententis ostendit. D.

In quibusdam libris Donati est *cupio*; sed cum *capio* in omnibus Terentii codd. reperitur, id retinendum censemus. B.

49 *Emoriar, si non hanc uxorem duxero*] Vide amatorem adolescentulum, cui in ipso flore nihil dulcius vita est, ipsam despiciere, si sibi vxor non datur. D.

50 *Tamen si pater*] Ἐλλείπει, aut ἀποσιώπησις secunda. *Quid? ab volet, certo scio*] *Quid?* deest dicat. Sed ista omnia ad confirmationem valent. D.

*Tamen si pater*] Pendens haec oratio sensum plenum habet; tamen si voluerit pater. Sed continuo cum hoc intellexisset adolescens, respondit, *quid? volet, scio; ciuis modo haec fiet.* Apud Athenas (*Atheniensēs* Z.) dedecoris maximi erat,

non ciuem ducere uxorem. Unde et in Andria Simo ita loquitur: *Adeon' est demeus? ex peregrina?* E.

Distingue ita: *Tamen si pater quid.* CH. *ab volet, c. f.* ut And. v, 4, 47. *Patēr* ultimam acuit, ob sequens Encliticon *Quid.* B.

51 *Ciuis modo haec fit*] *Mire* hic in votum conuersum est, quod timere potuit, non ducturus uxorem. D.

*Paululum opperirier*] Expectare. E.

52 *Paululum opperirier si vis, iam frater ipse hic aderit virginis*] Adeo cito probari potest. D.

55 *Ego vero maneo*] *Modo vero* consentientis est aduerbium, alias confirmantis, alias coniunctio, alias particula ironiam iuuans: ut (Aen. iv, 93.), *Egregiam vero laudem et spolia ampla referis Tuque puerque tuus.* D.

Alii

Domi opperiamur potius, quam hic ante ostium?

CH. Immo percupio. PY. quam tu rem actura, obsecro, es?

TH. Nam quid ita? PY. rogitas? hunc tu in aedis cogitas

Recipere posthac? TH. cur non? PY. crede hoc meae fidei,

60 Dabit hic aliquam pugnam denuo. TH. au, tace obsecro. PY.

Alii libri cum habeant, *dum is venit*, alii, *dum venit is*; nos cum Faerno sequimur lectionem Bemb. ubi, *is*, plane abest. Caeterum *visne* melius putamus, quam *vin*. B.

56 *Domi opperiamur potius, quam hic ante ostium?*] Non ignara illecebrarum meretrix, non solum Chaeream retinet: verum etiam vocat, ubi virgo est. Et satis callide interrogat an velit: quasi nesciat velle. D.

57 *Immo percupio*] Amatorie, non *Volo*: sed *Percupio*. D.

*Immo percupio*] Cupit adulescens ut ingredi velit domum, quoniam illic ea puella est, quam videre desiderat. Sed hoc intellexit Pythias et propugnat dicens, *Quam tu rem actura, obsecro, es?* E.

58 *Hunc tu in aedes*] Pronomen in his plus valet, quam accusatio (*appellatio* Z.). *Hunc tu in aedes cogitas?*] Mire: cum illa iam velit, *Cogitas* dixit, volens ut recogitet. *In aedes cogitas recipere posthac?*] Per ancillae verba vult ostendere (*Forte, Poeta ostendit* Z.),

quam sit tractandorum adolescentium perita meretrix. D.

59 *Posthac?*] Post hoc factum, post hanc audaciam. *Crede hoc meae fidei*] Puellariter dixit, *Meae fidei*. D.

60 *Dabit hic aliquam pugnam denuo*] Pro stupro: ut (Aen. XI, 736.), *At non in Venerem segnes, nocturnaue bella. Ut, Vereturque bella et ingens facinus. Ut Lucilius, Vincimus, o focii, et magnam pugnam dabit*]. Autem proprie pro inducet: ut (Aen. XII, 453.) *magnam dabit ille ruinam. Au, tace obsecro*] *Au* interiectio est perturbate mulieris: ut apud Graecos *is*. D.

*Dabit hic aliquam pugnam*] Proprium verbum est, et familiare ad exprimendum semper, (*celere* Z.) cum aliquid fieri dicitur. Ut (Virg. Ge. III, 265.), *imbelles dant praelia cerui*. et hic, *dabit aliquam pugnam*. E.

*Dabit hic aliquam pugnam*] Plaut. Bacchid. II, 3, 39. L.

Bentl. collocat ita: *Dabit hic pugnam aliquam* etc. Z.

PY. Parum perspexisse eius videre audaciam.

CH. Non faciam, Pythias. PY. non pol credo,  
Chaerea,

Nisi si commissum non erit. CH. quin, Pythias,  
Tu me seruato. PY. neque pol seruandum tibi

65 Quicquam dare ausim; neque te seruare: apage te.

TH. Adest optume ipse frater. CH. perii her-  
cle; obsecro,

Abeamus intro, Thais: nolo me in via

Cum hac veste videat. TH. quamobrem tandem?  
an quia pudet?

CH.

61 *Parum perspexisse eius videre audaciam*] *Parum ei uisita* est. Et non *Sensisse*, sed *Perspexisse* dixit: ut iam non sit experienda illius audacia, quae sit perfecte cognita. D.

Leges, *Parum perspexisse eius mihi v. a.* Sic enim Plaut. Mil. I, 6, 72. ubi est, *despexisse*, et ita *respexisse* aliquoties occurrit. B.

62 *Non faciam, Pythias*] Bene et moraliter appositum, *Pythias*. D.

*Non pol credo*] Verbis talibus fidem non habeo, neque, quod dicit, fieri credo, nisi fuerit factum. E.

63 *Non pol credo, Chaerea, nisi si commissum non erit*] Ioculariter, ut ille, *Pythias* dicit: ita haec *Chaerea*. *Quin, Pythias*] Iterum nomen vultuose est additum. *Quin*, pro imo. D.

64 *Neque pol seruandum tibi quicquam dare ausim*] Totum

garrule et gesticulose, ut puellam cum adolescentulo fabulari videas. D.

66 *Adest optume ipse frater*] *Optume*, oportune. Et non est additum, cuius frater: utpote in re manifesta. D.

*Perii hercle*] Ex (*Et Z.*) hoc exprimitur quod supra dixit, *Inmo percipio*. Viso enim Chremete noto et nobili viro, vehementer erubescit, quod cum Eunuchi veste sit. E.

67 *Nolo me in via cum hac veste videat*] Subtiliter adolescens, quia nihil profecerat dicendo, *Percipio*, inuenit causam, qua tandem ingredi possit. D.

68 *Quamobrem tandem?*] Pro *tamen*. Interrogatio haec increpationem continet impudentissimi facti. *An quia pudet?*] Haec interrogatio irrisu plena est in eum, quem nihil pudet. D.



CH. Id ipsum. PY. id ipsum? virgo vero. TH.  
i prae, sequor.

70 Tu istic mane, vt Chremem introducas, Pythias.

ACTVS QVINTI SCENA III.  
PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.

**Q** V I D ? quid venire in mentem nunc possit  
mihî?

Quid

69 *Id ipsum?*] Hoc veluti molesto (forte, *moeſto*) vultu dicitur: adeo vt imitetur dictum, vultumque eius Pythias. *Virgo vero!*] *Vero εἰρωνικῶς*: nam *εἰρωνεία* est, vt (Aen. IV, 93.), *Egregiam vero laudem. Virgo*] Quasi qui minime pudicitiae statum ac verecundiae virginalis veneretur. *I prae, sequor*] Manifestum est, cur meretrix docta capiendorum iuuenum, praeire velit Chaeream, et in consequendo ipsa sit tardior. Vult enim liberum sine arbitris cum puella esse colloquium, et licitum amorem. Nisi forte putamus Terentium haec sine causa fecisse, qui sit (*fuit*, vterque cod.) artificiosissimus Poeta. Nam neque ipsa ingreditur cum Chaerea, neque ingredi simul permittit Phaedriam (*Pythiam*, recte in edd. vett.). D.

*Id ipsum? virgo*] Quidam intelligunt, confusus es quasi virgo: erubescis ex veste, et confusionem pateris, quam virgo patiat, quam vitiaſti. Et

rursus est quasi admonitio, vt et pudori non sit, quod ista veste indutus est; siquidem vitiauit virginem. *I prae, sequor*] Antecede, ego te sequar. E.

Pro, *sequar*, leg. *sequor*, ob codd. et quod Thais vna cum Chaerea egreditur e Scena. B.

70 *Tu istic mane, vt Chremem introducas*] Relicta est Pythias ob multas causas: et in primis, vt possit per eam delusus Parmeno pauore suo senem compellere, ingredi ad meretricem, et praesentem fieri ad confirmandas nuptias. D.

**I** *Quid? quid venire in mentem*] In hoc loco cogitantis disputatio est apud seipsam Pythiae, quatenus Parmenonem dolo possit vlcisci. D.

*Quid? quid venire*] Haec Scena consilium quaerentis ancillae tenet, quemadmodum se possit vlcisci. Deinde admonitionem, vt Chremes cum nutrice ingreditur. E.

Quidnam? qui referam illi sacrilego gratiam,  
 Qui hunc supposuit nobis? CH. moue vero ocius  
 Te, nutrix. SO. moueo. CH. video, sed nihil  
 promoues.

5 PY. Iamne ostendisti signa nutrici? CH. omnia.  
 PY. Amabo, quid ait? cognoscitne? CH. ac  
 memoriter.

PY.

2 *Quidnam?*] Sic Cicero (Verr. IV, 3.), *Sed earum rerum artificem, quem? quemnam? recte admones, Polyclezum esse dicebant. Qui referam]* Qui, quomodo, vel vt. D. Omnes fere codd. collocant, *referam sacrilego illi.* B.

3 *Qui hunc supposuit nobis?*] Proprie *supposuit.* Nam vt *subduci* dicuntur, quae nolimus amittere, ita *supponi* quae non desideramus. Sic Plautus (Casin. Grex versu 7.), *Ei pro scorto supponetur hircus vinctus nauatea. Moue vero ocius te, nutrix]* Vero, pro interiectione posuit stomachantis. D.

*Qui hunc supposuit]* Frequentes huiusmodi suppositiones ab antiquis introducuntur: sed frequentiores in Comoediis, quam Tragoediis. Vlpianus ad illum Demosthenis locum *κατὰ Μειδίας. τὰς ἀποβή- τως ὡς περ ἐν τραγωδίᾳ, τὰς τὰς γούας]* πλείους, inquit, εἰσὶν ἐν ταῖς κωμωδίαις ὑποβολιμαῖοι, ἢ περ ἐν ταῖς τραγωδίαις. Itaque sic in Plauti Truculento meretrix alienos dolores sibi supposue-

rat, Stratophanem militem dolis vt duceret. In Capteius. Cateru. 2. — *neque vlla amatio, nec pueri suppositio. Moue vero ocius]* Sic κινεῖν apud Theocrit. Idyll. xv, vers. 29. — κινεῖ δῆ, φέρε δᾶσσον ὕδαρ. L. Lege, *supposuiz*, versus gratia. Plautus laepe, *exposuiz, deposuiz.* B.

4 *Video, sed nihil promoues]* Hinc est illud Virgilianum (Aen. IV, 641.), *Illam gradum celerans studio properabat anili.* Scilicet non re celerat, sed studio. *Promoues]* Proficis. D.

*Nihil promoues]* Expressit tardos gradus ancillae ambulantis. Motum, inquit, corporis video, sed itineris nulla progressio est. E.

*Te, nutrix]* Mf. R. *moue vero ocius, Genetrix.* L.

6 *Amabo, quid ait? cognoscitne?]* Exhibitum spectatori est, quid post Scenam geratur, id est, agnitio puellae. *Ac memoriter]* Plus intulit quam interrogabatur: nam magna sunt signa, in quibus anilis memoria non errat. *Ac memori- ter]*

Py. Bene aedepol narras: nam illi faueo virgini.  
Ite intro: iamdudum hera vos expectat domi.

Virum bonum eecum Parmenonem incedere

10 Video. vide vt otiosus it, si Dis placet!

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.

Ibo intro, de cognitione vt certum sciam:

Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum.

## ACTVS

ter] Responſionis breuitas at-  
tulit compendium perquirenti,  
ne plura interrogaret. D.

7 Nam illi faueo virgini] Quasi dicat, illi faueo, non Chaeraeae. et simul causa est, cur illum vlciſci cupiat: quia ſcilicet multum illi fauet. D.

9 Virum bonum] Εἰς αὐτὴν. Eecum Parmenonem incedere vido] Res odio dignior, nouitate ſcilicet inceſſus. D.

10 Vido vt otioſus it] Inuidet illi ſecuritatē, quem ſollicitum redditura eſt: non enim vlla alia erit vindicta poſt, praeter iſtam. Vide vt otioſus it] Vultu dicit, et geſtu eum eſſe ſecurum. Et mire Poeta laetum deſcribit, vt repente oſtendat eſſe commotum. Si Dis placet!] Proprium eſt exclamantis propter indignitatem alicuius rei. D.

Vide vt otioſus] Attende, inquit, vt ſecurus Parmeno ambulat, et otioſus. E.

11 Spero me habere] Pro habituram. aut ſpero pro credo, more ſuo. Meo modo] Id eſt, vt volo. D.

Spero me habere] Credo iam

me repperiſſe conſilium, quem admodum iſtum tormentis afficiam, et cruciem pro mea voluntate. E.

Vt meo in iſtu acuatur, ſequor ordinem, qui hunc excruciem meo modo, qui reperitur in cod. vet. Prifciani pag.

1143. B.

12 Ibo intro, de cognitione vt certum ſciam] Eleganter, defatigare Parmenonem non neceſſarium putat, ſed ex occasione: Nam poſt eum (Nam prius, ed. Argent.) dicit ſe ire intro: exitura autem, vt ipſum in timorem coniciat. D.

Ibo intro] Pergam intro, vt cognoſcam an puella cognoſcatur. E.

De cognitione] Cognitiones ſiue agnitiones crebrae in Comoediis: quod Placid. Laſtantius obſeruauit in Stat. Theb. libr. v, 718. Mire, inquit, Comoediae contigit agnitio filiorum. Vidend. Ariſtoteles περὶ ποιητικῆς. L.

13 Cum Faerno reponendum puto, Poſt exeo, vt ſupra III, 2. Simul imperabo. poſtea continuo exeo. B.

## ACTVS QVINTI SCENA IV.

PARMENO. PYTHIAS.

**R**EVISO, quidnam Chaerea hic rerum  
gerat.

Quod si astu rem tractauit, Di vosram fidem!

Quantum, et quam veram laudem capiet Parmeno!

Nam vt mittam, quod ei amorem difficillimum, et

5 Carissimum ab meretrice auara: virginem

Quam

1 *Reuiso quidnam Chaerea, &c.] Astu, pro astute, modo aduerbium est; alias nomen: vt, An in Astu venit? D.*

*Reuiso, quidnam] Haec Scena allocutionem tenet serui gloriantis, quod consilio tantum beneficium dederit, vt amorem ei difficillimum explicauerit, cuius partes enumerat, quod eum confecit sine molestia, sine sumtu, sine dispendio. Illud maxime prouidisse gloriatur, vt adolescens meretricum ingenia moresque cognosceret, vt, cum cognouisset, semper odisset. E.*

2 *Di vosram fidem] Modo non inuocantis est, sed admirantis; et est figura ἐπιμονή per ἐκφώνησιν facta. D.*

*Quod si astu] Seruius in Virgil. Aeneid. xii, 694. L.*

4 *Nam vt mittam, quod et amorem difficillimum et carissimum] Quom dicere deberet, quod ei amorem et difficillimum et carissimum confeci: primo quasi oblitus dicti superioris,*

transit ad virginem: deinde addit causam ex abundantia. Quod si dixisset, *amorem confeci*: posset intelligi *confeci*, expediui, perfecti. At vero *virginem confeci*, quid intelligemus, nisi hoc vnum, quod insultat Parmeno confectam virginem: quasi dicat superatam atque deuictam? Nam proprie hoc verbum conuenit gladiatoribus iis, qui grauissimis vulneribus occubuerunt. Sic Cicero in Catilinam (II, II.) *Gladiatorum illi confecto et saucio*. Conuenit ergo seruilibus verbis, et velut iocose verniliterque iactanti, rem confectam esse in puella virgine, et non exhibere Chaeraeae damnum vel negotium. D.

*Pro omittam recte Bemb. et duo vet. e nostris habent mittam. B.*

5 *Ab meretrice auara: virginem quam amabat] Ἀποσιώπησις secunda. Difficillimum, quia virginem quam amabat; Carissimum, quia a meretrice*

auara

Quam amabat, eam confeci sine molestia,  
Sine sumtu, sine dispendio. tum hoc alterum,  
Id vero est quod ego mihi puto palmarium,  
Me reperisse, quo modo adolescentulus

10 Meretricum ingenia et mores posset noscere:  
Mature ut quum cognorit, perpetuo oderit.  
Quae dum foris sunt, nihil videtur mundius,  
Nec magis compositum quicquam, nec magis ele-  
gans:

Quae, cum amatore suo quum coenant, liguriunt.

15

auara (Leg. Difficillimum, quia  
a meret. auara. Carissimum,  
quia virginem quam amabat). D.

Hunc et seq. versum emenda  
ita: *Carissimum, a meretrice  
auara virginem Quo amabat,  
eum confeci* etc. Nam ita ha-  
bes, quod Donatus de verbo,  
*confeci*, postulauit. Deinde  
Eugraphius quoque legit e-  
um. B.

8 *Id vero est*] *Vero*, nisi or-  
natiuum esset, nihil significa-  
ret (cur non? nam signif. *hauit  
dubie, nimirum*, et omnino ha-  
bet vim affirmandi. Z.) *Pal-  
marium*] Palma dignum. D.

*Puto esse palmarium*] Hoc  
est, quod ego arbitror mihi esse  
gloriosum, ibi palmam debere  
sumi. E.

*Puto palmarium*] Glossar.  
*Palmarium* ἀξιωμακόν. Priscian.  
lib. 2. L.

10 *Meretricum ingenia*] O-  
ptime, non *meretricis* dixit, sed  
potius *meretricum*. D.

11 *Mature*] Cito et ante  
tempus. *Ut cum cognorit*] Sua-  
uiter non, *Nouerit*, sed *Co-  
gnorit*, dixit: quod est plenae  
perspicaciae. *Mature ut cum  
cognorit*] Bene addidit *Mature*.  
Fere enim cito cognouisse ob-  
fuit: sed id ad illecebram fuit  
quod \* cognitus est cito (For-  
te, *Fere enim sero cogn. obfuit;  
quippe id ad ill. fuit, quod ni-  
mis cognitum est sero* Z.). D.

12 *Quae dum foris sunt*] A-  
pud amantes scilicet. *Nihil  
videtur mundius*] Bene *Vide-  
tur*: non enim sunt. D.

13 *Nec magis compositum  
quicquam*] Bona varietas. Nam  
haec omnia per *magis* aduer-  
bium profert: nec omnia per  
comparatiuum gradum. *Nec  
magis elegans*] More suo, ne  
diceret compositius aut elegan-  
tius: ut supra, *Hoc nemo fuit  
minus ineptus, magis seuerus*. D.

14 *Quae cum amatore suo  
quum coenant*] Vnum *Cum*,

Hh

prae-

15 Harum videre illuuiem, sordes, inopiam,  
 Quam inhonestae solae sint domi, atque auidae cibi:  
 Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.  
 Nosse

praepositio est: alterum coniunctio. et dicitur haec figura *λειπότης*. *Liguriunt*] ἀπὸ τῆς *λιγυροῦ*, quod secundum Graecos suaue intelligitur. *Liguri* dicitur, qui eleganter et more senum multo fastidio suauiora quaeque degustat. D.

*Liguriunt*] Vt supra dixi, leuiter cibos tangunt. cui contrarium *abligurrire*, quod significat absumere. E.

*Cum amatore suo quum coenant, liguriunt*] V. C. *Cum amatores suos vocant, lig.* quae lectio non mala. *Liguriunt*, *λιγυρεύει*. Et *Ligurius, gulosus, casillo λήκος*. Gloss. L.

Illud suo, recte Faernus eiecit. Sed verum totum esse spurium multis de causis existimo. Primum enim *Liguri* semper secundam producit, nec potest, qui est error Donati, proficisci a gr. *λιγυρῶν*, quod de suauitate soni tantum dicitur, nunquam de sapore. Deinde *ligurrire* significat, edacem esse, cibi auidum; quod vero a sensu huius loci abhorret. Tum *coenant* hic acuit vltimam, fatis inuenuste. Adde, quod *Amatore suo*, stulte fit dictum pro *Amatoribus suis*: illud enim de vna dicitur, non de pluribus. B.

Meretricis foris coenantis

mores egregie expressit Lucianus in loco, quem dudum laudauit Daceria, in Dial. Crobylae et Corinnae: Ἦν δέ ποτε καὶ ἀπέλθῃ ἐπὶ δεῖπνον λαβῆσα μίσθωμα, ἕτε μεθύσκειται, καταγέλασον γὰρ, καὶ μισῶσιν οἱ ἄνδρες τὰς τοιαύτας, ἕτε ὑπερεμφορεῖται τῷ ὄψῃ ἀπειροκάλως, ἀλλὰ πρατῶνται μὲν ἄκρις τοῖς δακτύλοις, σιωπῇ δὲ τὰς ἐνθέσεις ἐκ ἐπ' ἀμφοτέρας παραβύεται τὰς γνάθους· πίνει δὲ ἡρέμα, ἔ χαλδὸν, ἀλλ' ἀναπαυομένη. Cf. Heaut. III, I, 48. Z.

15 *Harum videre ingluuiem*] Ordo erat, *Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam, quam inhonestae solae sint domi*: id est, cum solae sint, vt inhonestae, atque auidae cibi: quae quum foris sunt, coenant scilicet. D.

Pro, *ingluuiem*, i. e. cibi auiditatem, legi debere *illuuiem*, seu, *inluuiem*, et codd. bonorum auctoritas, et sensus ratio suadet. Nam non modo *illuuiem* et *mundities* sibi solent opponi, sed et cum sequatur *auidae cibi*, ad vitandam tautologiam, praefendum est *illuuiem*. B.

17 *Quo pacto ex iure*] Ex pro *cum* positum est, a deest *madidum*, aut *macceratum*, aut *emollitum*. Nam apparet et sordidum esse, et quasi atrum durumque panem, qui ex iure hester-

Nosse omnia haec, salus est adolescentulis.

Py. Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus,

20 Vlciscar: vt ne impune in nos illuferis.

Proh fidem deum! facinus foedum. o infelicem adolescentulum!

O sce-

hesterno sit comedendus. Cui contrarium Sallustius (Iug. 44.) posuit, de deliciis militum loquens, *Panes enim in dies mercari*, inquit. *Ex iure besterno panem atrum vorent*] Hoc est, vt quidam volunt, ex antiquitate mucidum: quasi dicat, panem mucidum hesterno iure accipientes deglutiant. D.

*Quo pacto ex iure*] Expresfit meretricum sordes. Si quidem praeter caetera et *ius* dixit *besternum*, (quod significat aquam pinguem) quod ab amatore tulerunt; aut domi fuerit ac remanserit, quod foris coenauerint. E.

18 Lege, *saluti est*, vti suauitas soni, et linguae ratio postulat. B.

19 *Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, vlciscar*] Miro artificio Poetae, et ab initio non placatur Pythias, nec in gratiam redit Chaereae. Et insuper nunc mire a Parmenone irritatur magis: vt per eam Parmeno terreatur, et per Parmenonem ingredi ad Thaidem cogatur senex: et demum per senem nuptiae confirmentur. Haec ergo artificibus et eruditis, caetera spectatoribus Poeta exhibet. D.

20 *Ne impune in nos*] Ne sine poena nobis iniuriam feceris. E.

Dele, *in*, cum duobus codd. Sic enim *illudere* occurrit Heaut. iv, 4, 19. et Phorm. v, 8, 22. B.

21 *Proh fidem deum*] Vim magnam ostendit, deorum implorans fidem: quasi in hoc negotio nihil possit (*profiti*, cod. vterque) humanum consilium.

*Proh fidem deum*] Simulata perturbatione sui, Parmenonem terret Pythias. *Proh fidem deum*] Haec singula pronuncianda sunt pauido et attonito vultu. *Foedum*] Crudele. Sallustius (Catil. 15.), *Foedi oculi*. *O infelicem adolescentulum*] Plus est, miseriam adolescentis dicere (*Plus est, miseriam iam adolescentis*, Mf. H. Si quid mutandum est, lege; *P. e. de miseria* etc. Z.) Pythiam, quam irasci ei. D.

*Pro deum fidem!*] Dum progreditur Pythias, fingit adolescentem Chaeream intus captum, et pro moecho deprehensum, quo facilius Parmeno terreatur. E.

Omnes libri, excepto Bem-bino, collocant; *Proh deum fidem*.  
Hh 2 dem.

O scelestum Parmenonem! qui istum huc adduxit, PAR. quid est?

PY. Miseret me: itaque ut ne viderem, misera huc effugi foras.

Quae futura exempla dicunt in eum indigna? PAR. o Iuppiter,

25 Quae illaec turba est? numnam ego perii? adibo. quid istuc, Pythias?

Quid ais? in quem exempla fient? PY. rogitas, audacissime?

Perdidisti istum, quem adduxti pro Eunucho adolescentulum,

Dum

dem. recte. Seruius ad Aen. 11, 502. sic laudat; *Prob decum atque hominum fidem.* B.

Ab hoc versu nouam exorsa est scenam Daceria. Z.

22 *O scelestum Parmenonem*] Ut verba sunt, periit profecto miser adolescens, quum in eodem peccato irascitur Parmenoni Pythias, non Chaereae. D.

23 *Miseret me*] Haec omnia quasi secum loquitur: et fingit se nescire, quod assistat Parmeno. D.

24 *Quae futura exempla dicunt in eum indigna?*] Graues poenae, quae possunt caeteris documento esse, *exempla dicuntur.* *In eum indigna?*] Modo per *indigna*, foeda, crudeliaque significat. Ut Virg. (VI, 162.) — *atque illi Misenum in litore sicco, Ut venere, vident indigna morte peremum.* D.

*Exempla*] *Exemplum* dicit

grauem poenam, scilicet quae caeteris esse possit ad exemplum: nam alias dicit, *vierque in te exempla edent.* E.

25 *Quae illic turba est?*] Quae loquitur: aut quam ostentat ex vultu ac dictis (*An, quam loquitur? an, quam ostentat ex vultu?* Mf. H.), sed apparet, vultum (*ex vultu*, Mf. B.) Pythiae turbam dicere. ut in Andria, *Sed quid Pamphilum exanimatum video? Vereor quid fiet: operiar, ut sciam nunc, quidnam haec turba tristitiae adferat.* D.

26 *Rogitas, audacissime?*] Torum hoc terribile est in gestu ac vultu Pythiae, et nimis vsitatum et femineum. D.

27 *Perdidisti istum, quem adduxi, &c.*] Artificiose non accusat, quid peccauerit aduersus Thaidem, quasi ex poena adolescentis plus doleat, quam irascatur Parmenoni. D.



Dum studes dare verba nobis. P A R. quid ita?  
aut quid factum est? cedo.

P Y. Dicam: virginem istam, Thaidi quae hodie  
dono data est,

30 Scis eam hinc ciuem esse, et fratrem eius esse ap-  
prime nobilem?

P A R. Nescio. P Y. atqui sic inuenta est: eam iste  
vitiauit miser.

Ille ubi rescivit factum frater violentissimus.

P A R. Quidnam fecit? P Y. colligauit primum  
cum miseris modis. P A R. hem!

Colli-

28 *Dum studes dare verba nobis*] Bene, *Studes dare*: neque enim dedisti. *Quid ita?*] Deest *dicis*: ut sit, *Quid ita dicis?* D.

29 Collocatio, *hodie quae*, codicibus probatur, et gratiorem efficit versum. B.

30 *Scis eam hinc ciuem esse*] *Eam*, abundat: quemadmodum supra, *Quam amabat virginem, eam confeci sine molestia. Et eius fratrem appime nobilem?*] Haec ad terrorem et gratiam aucta sunt. Nam primo *virginem* posuit, post *ciuem*, ad vltimum *nobilis sororem*. D.

*Scis istam ciuem*] Ut vitiatore crimen increseat, dicit *virginem esse ciuem*, et eius fratrem *adulescentem nobilem*, qui facile possit confurgere. Praeterea dixit esse *violentissimum*. E.

Versus gratia reponere, *Scis eam ciuem hinc esse?* Atque pro, *eius*, sensus poscit, *eii*, quia Par-

menoni, qui ne ipsam puellam quidem, quae esset, sciret, frater eius notus esse non potuit. B.

31 *Nescio*] Perturbatus Parmeno nec negare potuit, nec consentire voluit, sed quasi defensionis loco dixit, *nescio. Atqui sic inuenta est*] Facile est ut credat, qui dicit *nescio*. Ergo Pythias non laborat, ut suadeat ciuem esse. *Atqui sic inuenta est*] Magnum horrorem incutit audienti, non accusando, sed miserando Chaeream. D.

32 *Frater violentissimus*] Hoc inuentum est, quod datur ad nobilem (quo declararetur Adeo nobilem. Vide. supra I, 2, 124). D.

Omnes codd. praeter Bemb. et vnum e Regiis, *Ille ubi id rescivit*. B.

33 *Colligauit primum cum*] Mira tarditas, ad torquendum Parmenonem: simul etiam re-

Colligauit? P. V. atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide.

35 P. A. R. Quid ais? P. Y. nunc minatur porro sese id, quod moechis solet:

Quod ego nunquam vidi fieri, neque vclim. P. A. R. qua audacia

Tantum facinus audet? P. Y. quid ita tantum?

P. A. R. annon tibi hoc maximum est?

Quis homo pro moecho vnquam vidit in domo meretricia

Prae-

lictus ad succurrendum locus. D.

Illud *hem* a codd. vett. recte abest. B.

34 *Atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide!*] Adeo violentissimus. Et recte hoc additum, ne speret auxilium a Thaide. D.

Legē versus et sensus causa, et quidem. Nam, *equidem*, in priscae scriptoribus semper est primae personae. B.

35 *Nunc minatur*] *Minatur* vt succurri possit ei, qui non sit passus. *Minatur porro sese*] Deest *facturum*. *Quod moechis solet*] Deest *fieri*. D.

*Id quod moechis solet*] Hinc intelligimus quaedam in moechos esse supplicia, vel spadari, vel aliud quidlibet ad crudelitatem siue turpitudinem. Haec Pythias reticet. E.

*Quod moechis solet*] Puta adomen adimere. Plautus Mit. Scen. vlt. Horat. lib. 2. Sat.

2, 45. *Testes caudamque salacem Demeteret ferro.* Qua poena affici postea κτηνοβάται soliti. Matt. Blaatares Hieromonach.

ὁ μέντοι πολιτικός νόμος, οἱ ἄλογεύόμενοι, φησὶ, ἦτοι κτηνοβάται καυλοκοπέσθωσαν. Soliti etiam moechi παρατίλλεσθαι. Scholiast. Aristoph. in Plutum. Horat. lib. 1. Saty. 2, 132. *Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo; Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.* Vid. obseruationes Catullian. L.

37 *Quid ita tantum?*] Nimis (*Minus*, edd. vett.) callide Pythias hunc dicit violentum: et tamen iniustum, audacemque dici non patitur, sed defendit, vt magis terreat Parmenonem. D.

38 *Quis homo pro moecho vnquam*] Causa finalis (*sit talis*), virginem ciuem apud meretricem vitiauit: mercedem offert: petitur ad supplicium. D.

*Quis*

Præhendi quemquam? PY. nescio. PAR. anne hoc nesciatis? Pythias:

40

*Quis homo pro moeobo*] Et supra isto consilio vsi sunt, vt impunitatis spem sibi in domo meretricis pollicerentur; ita et nunc arguit Parmeno, quod pro moeobo in domo deprehensus sit meretricia adolescens. E.

*Pro moeobo vnquam vidiz*] Ergo cum eiusmodi lupis impune erat voluptatem capere. Vid. Augustin. de Ciuit. Dei xiv, 17. Lactantius diuin. in-stit. vi, 23. *Ne quis esset, qui poenarum metu abstineret alieno, lupanaria quoque constituit, et pudorem infelicitum mulierum publicauit.* Asterius Episc. Amaseae Homil. *An liceat homini dimittere uxorem,* pag. 73. *οἱ τοῖς τῶ βίῃς τέτῃ νομοθέταις προσέχοντες, ἀνεύθυνον καταλείπειν τῆς πορνείας τοῖς ἀνδράσι τὴν ἐξουσίαν.* Hieronym. in Epitaphio Fabiolæ: *Aliae sunt leges Caesarum, aliae Christi: aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit. Apud illos viris impudicitiae frena laxantur, et, solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria atque ancillulas libido per-mittitur.* Elegans hac de re locus Zenonis Episc. Veron. Homil. de Pudicitia: *Lubrici marini humanarum legum iniqua impunitate decepti, iustitiam veram nec ex sua ipsa voluntate noscentes, quod pari no-*

*lunt, libenter efficiunt; qui profanae libidinis deestabili furore distracti, turpibus iam non contenti latibulis, aliquotiens, prob nefas! sub ipsis obturibus matrimoniarum vesana congressione desudant.* Hinc apud Quintilian. vii, 4. quaeritur, an deprehensus in lupanari cum alterius uxore adulter sit: quia non de appellatione, sed de vi facti eius ambigitur, an omnino peccarit. Inter haec autem scorta, cauponae quoque mulieres, ministræque earum numerantur: L. fin. C. Si mancip. ita ven. et sane meretrices inter instrumenta cauponae referuntur. l. 49. §. 9. ff. de ritu nuptiar. ideoque ab istis feminis pudicitiae ratio non requiritur, quas vitae vilitas dignas legum obseruatione non credit. Imp. Constant. l. 29. C. ad L. Iul. de adult. Vlpian. l. 13. §. 2. ff. eod. Eclog. Basil. lib. lx. Tit. 37. L.

Ne, pró, acuat, et, Moebo, in Thesi deprimatur, repone, *Quis homo vnquam pro moeobo vidit* etc. B.

39 *Nescio*] Quam astute dixit *Nescio*: ne laborans ad contradicendum, amitteret fidem supplicis (*simplicis*, Ms. B.) personae, ac vera dicentis. Vult enim magis nuncii officio fungí, quam persuadentis. D.

Hh 4

Ex

- 40 Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium. PY. hem,  
 Obsecro, an is est? PAR. ne quam in illum Thais vim fieri sinat.  
 Atque adeo autem cur non egomet intro eo? PY.  
 vide, Parmeno,  
 Quid agas, ne neque illi profis, et tu pereas. nam hoc putant,  
 Quicquid factum est, ex te esse ortum. PAR. quid igitur faciam miser?

45

Pro *Prebendi*, quod in probatis reperitur libris, versus gratia cum Faerno repono, *Prendi*. Deinde legendum est, *at ne hoc nesc.* B.

40 Dico, edico vobis] Αὐτῶν-  
 σις, vt supra, *Vbi quaeram, vbi inuestigem?* Dico] Tibi, Pythias.  
 Edico] Omnibus tuis. Ergo ad vniuersos vtrumque refer-  
 tur, et Dico et edico. D.

Dico. edico] Vti iracundiam vel meretrix, vel quilibet alius temperare possit, maluit (*maulte* Z.), qui ille adolescens sit, confiteri, ne propter nobilitatem in eum aliquid constituitur. E.

41 Obsecro, an is est?] In-  
 sultantis. vt in Phormione (v,  
 7, 52.), *Hicine eras?* Nam sciebat eum esse. *Ne quam in illum Thais vim fieri sinat]*  
 Quam bene prouidet Pythias!  
 (Forte, quantum ex litteris q.  
 e. o. n. n. f. i. t. quae in qui-  
 busdam libris sunt, conuicere

licet, addenda sunt haec: *Quae equidem omnia narrat, ne seruus irrumpat ad Thaidem. Z.*)  
 D.

*Ne quam in eum Thais]* Bene adiecit *Thais*, quae eius fratrem habet amatorem. E.

42 *Atque adeo autem cur non egomet intro eo]* Pythias, *Vide, Parmeno, quid agas, ne neque illi profis, et tu pereas.* Totum hoc ad id addidit, vt fenex intromittatur ad confirmandas nuptias: sed Poeta hoc agit, personae nesciunt. D.

*Cur non ego]* Credit iam se non (*nunc*) posse succurrere. Verum quoniam Pythias mentitur, metuit ne ingressus Parmeno aliud inueniat, ideo obsistit et prohibet ne ingredi vellet, quod illi potius irascuntur, quod credunt ipsius consilio cuncta perfecta. E.

44 Nostri fere omnes, *a ze esse.* Recte: vt And. III, 2, 9. et II, 1, 35. B.

45 Quidue incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem:

Dicam huic, an non? dicam hercle: etsi mihi magnum malum

Scio paratum: sed necesse est: huic vt subueniat.

P x. fapis.

Ego abeo intro: tu isti narra omnem rem ordine, vt factum fiet.

Hh 5

ACTVS

45 Quidue incipiam?] *Facimus mediocria, incipimus ingentia. Ecce autem video rure redeuntem senem*] Choragii est administratio, vt opportune in profcenium (Leg. *Choragi fit artificio, vt opportune in profc. veniat senex*). D.

*Ecce autem video*] Supponit deliberatiuae speciem, vtrum indicet domino an non; vt oportuit, celeri consultatione, quid faciendum esset, elegit, dicens: *necessitatem esse dicendi*. Ita et honestum, et vtile semper vincitur, si modo necessitas sit, ob quam aliter quam cogitur, fieri non potest. E.

46 *Dicam huic, an non?*] Hoc non esset verisimile, nisi dubitasset. Quid enim ad Chaeream pertinet, dubitat. (Leg. DICAM H. A. N. DICAM HERCLE. *Hoc non esset verisimile, nisi dubitasset. Quod ad Chaeream pertinet,*

*non dubitat: quod ad se ipsum pertinet, dubitat*). D.

Ne versus, qui, vt caeteri, tetrameter esse debet, toto pede sit breuior, leg. *Dicam huic, annon dicam? dicam hercle: etsi etc.* B.

47 *Scio paratum: sed necesse est*] Haec causa dubitandi fuit: quod hinc Parmenonis, illinc adolescentis periculum cernitur. *Sed necesse est*] *Dicere*, subaudiendum est: vt sit, *Sed necesse est dicere*, et *ἄουδῆτως* inferendum est quod sequitur. Deest enim *propterea*, vel quid tale. *Sapis*] *Sapis* dicit, non videns quid futurum sit: sed tantum derisisse contenta. D.

48 *Vt factum fiet*] Mf. R. *fit*. L.

Pro *Omnem rem*, cum vno cod. Faernus recte legit, *Omnne*. Nam ita et versus et sensui consulitur. B.

ACTVS QVINTI SCENA V.  
LACHES. PARMENO.

**E**X ME O propinquo rure hoc capio com-  
modi:

Neque agri, neque vrhis odium me vnquam percipit.  
Vbi fatias coepit fieri, commuto locum.

Sed

1 *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi*] Annotandum, quod huius senis nomen apud Terentium non est: apud Menandrum Simon dicitur. *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi*] Firmatur (*formatur* Z.) status trepidantis senis, vt appareat, quam inopinato malo amens fieri possit: quod ipsum superius et in Parmenone seruatum est. Imparatis enim mentibus mala maiora sunt. Ergo nunc tam otiosus incedit senex, vt neque mores increpet, nec quicquam suspicetur mali, sed agat (*aiar* Z.) gratias proximae villae: cuius beneficio non scit, quid in vrbe agerent filii. Et nunc adest, vbi opus est Poetae. Et vide hanc causam fuisse, cur non ad villam diuerterit. Omnes villas comicas suburbanas esse (Ordo debet esse hic: *Et vide, omnes villas c. s. esse, et hanc causam fuisse, cur* etc.), commoditatem ipsam nunc explicat et ostendit. D.

*Ex meo propinquo*] Haec Scena narrationem continet,

quemadmodum filius eius (*Senis* Z.) in domo meretricis pro Eunucho captus: simul cum defensione et adolescentis qui captus est, et ipsius qui narrat, ne videatur ipse suis ad periculum consiliis dominum impulisse. *Ex meo propinquo*] Ex solo et vicino agro. E.

*Ex meo propinquo rure*] Charif. libr. I. L.

2 *Neque agri, neque vrhis*] Tragicus apparatus. Delicias memorat, qui pericula cogniturus est. *Odiu me vnquam percipit*] Fastidium ex abundantia est (Hoc Scholio *Sarias* explicatur. Z.). D.

3 *Vbi fatias coepit fieri*] Suffecerant ad hanc sententiam duo superiores ii versus: sed *ἐνέργεια* est senilis eloquii, faceti et garruli simul. *Commuto locum*] Mira breuitate duas res explicuit simul. *Vbi fatietas est*, deest *Nam*: vt sit, *Nam vbi fatietas coepit fieri*. Et *coepit*, pro *coeperit*. *Sarias*, odium: ab eo quod praecedit, id quod sequitur. D.

Sed estne ille noster Parmeno? et certe ipse est.

5 Quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium?

P A R. Quis homo est? ehem, saluum te aduenire, here, gaudeo.

L A. Quem praestolare? P A R. perii: lingua haeret metu.

L A. Hem! quid est, quid trepidas? fatine salue? dic mihi.

P A R.

4 Sed estne ille noster Parmeno? et certe ipse est] Et dubitauit, et firmavit postea: utpote senex, visu iam languido, atque oculis aetate defessis. D.

[Estne ille noster Parmeno] In Mf R. est omittitur. L.

5 Quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium?] Noue (Antique. Nam apud Plautum idem occurrit Z.): non, Cui praestolare: sed, Quem dixit. Aliter Tullius in Catilinam (1, 9.) Qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur. Praestolari, est praesto esse et apparere, hoc est, obsequi. D.

[Quem praestolare] Notandum quod hic per accusatium protulit, quem praestolare. At vero Cicero per datium (Catil. 1, 9.): Qui tibi ad forum Aurelium praestolentur armati? E.

[Quem praestolare] Priscian. lib. IIX. L.

6 Quis homo est?] Quare, Quis homo, quum prouiderit venientem: utrum non vult videri prouidisse, ne quid fallaciae parasse videatur? Sic et

in Andria, Quasi de improviso respice ad eum. Vel quia perturbatur exanimatus, qui dum quid apud Thaidem geratur, aufcultat, non videt senem propius accedere, quem longe viderat? An vero idcirco hoc fingit, quia quod parabat dicere de Chaerea, postquam cominus ventum est, non audet loqui? D.

Aduenisse recte habent omnes nostri, vno excepto. Deinde dele, Here, quod a tribus probatis abest, praesertim cum idem nomen paulo post occurrat. B.

7 Lingua haeret metu] Virgilius (Aen. II, 774.), Et vox faucibus haesit. D.

8 Quid est, quod trepidas?] Instandum est seni ad audienda, quae de facili nunquam fateretur Parmeno. Satisne salue?] Salue, integre, recte, commode. Plautus in Trinummio (v, 2, 53.), Bencuolens tuus atque amicus est. L E. fatin' salue? Satisne salue?] Nunc aduerbium est: producta est e litera.

PAR. Here, primum te arbitrari, quod res est, velim:

10 Quicquid huius factum est, culpa non factum est mea.

LA. Quid? PAR. recte sane interrogasti: oportuit Rem praenarrasse me. Emit quendam Phaedria

Eunu-

litera. Sallustius, *Inde ortus sermo, percontantibus virimque, satim salve (saluae sc. res) quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis agerentur (augerentur).* D.

Appone *Hem* versui priori: et in sequenti lege, *Quid est, quod tu trepidas?* Nam, tu, habent nostri plerique. B.

9 *Here, primum te arbitrari, quod res est, velim*] Quod ante narrationem confirmatio inducitur, contra morem et praecipua est: sed merito, quia perturbatus est, licet simul \* vt non possit dicere (*quia pert. est ita, licet simulet, vt etc.*). D.

*Primum te arbitrari*] Antequam crimen vel admissum aliquod facinus narraret, prius voluit, quod factum esset a se remouere. *Ne me*, inquit, *spectes*, hoc est, ne de me esse credas. Sed hoc stulte factum, nisi crimen vel facinus dixisset, purgare non debuit personam suam. Ideo senex interrogat *quid factum sit*. Et Parmeno, *Recte*, inquit, *oporruit rem praenarrasse me*. Hoc est, crimen, quod est admissum, prius oportuit dicere, et sic adhiberi in omnibus purgationem. E.

Plerique codd. *id quod res est*: vt supra IV, 6, 10. B.

10 *Quicquid huius factum est*] Ablolute vt supra, *Et quicquid huius feci, causa virginis feci*. Aut deest *rei*: vt sit, *huius rei*. Stomachose. D.

11 *Quid?*] *Quid*, interrogat. quis enim ante, crimen, quam obiiciatur, aut proponatur, neget. *Recte sane*] Docte Terentius ipse se reprehendit. Nam ordine factum nou est prae timore et conscientia. D.

12 *Emit quendam Phaedria Eunuchum*] Vide narrationem a necessariis et vrgentibus coeptam, non in se continere, nisi quod rei conditio cogit fateri. *Emit*, inquit, *quendam Eunuchum, quem dono huic daret*] Non dixit, Cui dono daret; aliter ab amoris mentione coepisset. Deinde τὸ *quendam ἐξθεμισμὸν* significat, et εὐτέλειαν ἀνδρός. D.

*Emit quendam Phaedria Eunuchum*] Cum Aethiopiissam etiam, tamen de Eunucho tantum narrat, quia ipse pertinet ad causam, et ne dominum in muneribus onerare videatur. E.



Eunuchum, quem dono huic daret. L A. cui?

P A R. Thaidi.

L A. Emit? perii hercle! quanti? P A R. viginti minis.

15 L A. Actum est. P A R. tum quandam fidicinam amat hic Chaerea.

L A. Hem, quid? amat? an scit iam ille quid meretrix fiet?

An

13 *Huic*] *Huic* more suo dixit potius, quam *meretrici*. Quinetiam interrogatus, *Thaidi* potius dicturus est, quam ut nomen dicat, quo offenditur senex. *Eunuchi* autem solius mentio necessaria est; quia dicturus est, *pro Eunucho deductum Chaeream*. D.

15 *Actum est*] Desperantis verbum. *Tum quandam fidicinam amat hic Chaerea*] Mire et necessario variauit: ille *Emit*, ut Eunuchum mittat ad Thaidem: hic *Amat*, ut deduci se pro Eunucho velit. *Quandam fidicinam*] Extenuatio criminis est: non (excidit, *dicens*, Z.) quod virginem, quod ciuem vitiauerit. D.

Pro *Hic*, repone *Hinc*, h. e. eadem Thaidis domo. Sic occurrit, *amat a meretrice, a lenone*. Vide ad v, 4, 5. B.

16 *Hem, quid? amat?*] Haec singula pronuncianda sunt, ut stuporem nimiae indignationis ostendant. *An scit iam ille quid meretrix fiet?*] Quia fidicina, meretrix est. D.

*Hem! quid? amat? an scit iam*] Licet breuiter supra Parmeno vtrumque narrauerit, vel ipsum emisse \* (Etsi Westerhousius negat, se in Mss. lacunam inuenisse: nomen tamen, *Phaedriam*, excidisse videtur Z.) meretrici, vel Chaeream amare coepisse; tamen vtriusque calamitatis sensus (Lege *sensu*, vel *sensu perurbatus* Z.), senex grauiter indignatus conuenitur; *scit iam ille, quid meretrix?* Sed ita non adolescenti crimen instituit, quod vir sit; sed quod *scit, quid meretrix fiet*. An quia (*Aut cuiusdam iam* Z.) quodam actu et calliditate, mala haec mihi ingeminata sunt, ut *aliud malum ex alio* nasceretur. Aliud enim malum computat Eunuchum; aliud, quod minor filius coeperit amare meretricem. E.

Ne, *amat*, quod in repetitione acui debet, in Thesi lateat, illud *Hem* appone priori verbi. Deinde colloca, *an iam scit ille* etc. B.

An in Astu venit? aliud ex alio malum!

PAR. Here, ne me spectes: me impulsore haec non facit.

L.A. Omitte de te dicere: ego te, furcifer,

20 Si viuo. sed istuc quicquid est, primum expedi.

PAR. Is pro illo Eunucho ad Thaidem deductus est.

L.A. Pro Eunuchon'? PAR. sic est. hunc pro moechno postea

Com-

17 *An in Astu venit*] In Astu, in urbem de Piraeo. Sic Athenienses vocabant urbem suam: vnde ipsi incolae ἀσται vocantur. *Aliud ex alio malum*] Hoc separatim dixit senex, fixis in Parmenonem oculis. D.

*An in Astu venit?*] Asconius Pedian. in II. Verr. Priscian. lib. xv. Acro ad xiv. Epist. Horat. Stephan. de Urbib. ἐλέγγο δὲ κατ' ἐξοχήν πόλις (Alexandria) καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς: ὡς ἄστυ αἱ Ἀθηναῖαι, καὶ ἀσται, καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ πρώτης λέγεται ἕρψ. I.

18 *Me impulsore haec non facit*] Ipsum accusat conscientia: non enim quod leuius est, dixit, *me sciente*: quum (sed quo Z.) plus inferat, *me impulsore*. D.

*Here, ne me spectes*] Narratio causae redit ad defensionem suam, quam supra dimiserat. E.

19 *Ego te, furcifer, si viuo*] Modo omnis saeuitia comica aut in comminatione est, aut in apparatu verborum. D.

20 *Si viuo!*] ἀποσιώπησις, *te ulciscar*; quia necessario sequitur. *Sed istuc quicquid est*] Inuenta causa, cur supplicia differantur, donec uxorem ducat Chaerea, et ipse purget Parmenonem: secundum argumenta, quae sibi ipse prospexit, iussu coaestuque fecisse, et imperio herilis filii sui, Chaereae scilicet. D.

21 *Ad Thaidem deductus est*] Vnde ductor ipse sceleratus (Bene, *deductor ipse fletur*. Edd. vett. recte). D.

Pro vulgari illo, *Thaidem* *banc*, lege, *Thaidem* *huc*; vt supra II, 3, 60. Namque et hic et illic Parmeno ante Thaidis stat ostium. B.

22 *Pro Eunuchon'*] Non interrogat, sed exhorrescit. *Hunc pro moechno postea*] Benefstudiait Terentius *pro* bis numero dicere: et *pro* Eunucho, et *pro* moechno. *Pro moechno* autem quasi excusans dixit. Nam vere in virginem Atticam, non *pro moechno*, sed moechus est. *Hunc pro moechno postea*] Benefvtrum-

Comprehendere intus, et constrinxere. L A. occidi!

P A R. Audaciam meretricum specta. L A. numquid est

25 Aliud mali damniue, quod non dixeris,

Reliquom? P A R. tantum est. L A. cesso huc introrumpere?

P A R.

utrumque *pro*: quia neque Eunuchus est, qui vitiauit virginem: neque moechus, qui in domo meretricia. Et specta quam oratorie transfulerit mentionem vitiatæ virginis. *Pro moechno*, inquit, ut culpam Chæreae sub meretricis accusatione celaret. *Hunc pro moechno*] Bene totum *pro*: quia neque Eunuchus, qui ephebus: neque adulter, qui amator. D.

*Hunc pro moechno*] Bene ita *pro moechno* dixit, quia in domo meretricis moechi crimen nullum est. E.

23 *Comprehendere intus, et constrinxere*] Quo dicto vim ingentem inferri significat Chæreae. *Comprehendere*, significat strictim (Lege, *strictum*, ob codd. et edd. vet.) aliquem in facinore deprehensum. D.

*Et constrinxerunt*] Hoc est, vinculis alligarunt. E.

24 *Audaciam meretricum specta*] Maior  $\epsilon\mu\phi\alpha\sigma\iota\varsigma$  accusationis est per pluralem numerum, quam singularem. Sic alibi: — *an potius ita me comparem, Non perperit meretricum contumelias? Audaciam meretricum*] Oratorie auertit iram senis a se,

et a Chærea: atque deriuat in meretricem. D.

*Audaciam meretricum*] Iam feruus meretricem accusare coeperat, et audaces dicere, ut exinde a crimine suo per accusationem (*Excidit aliorum Z.*) auocet dominum. E.

25 *Numquid est aliud mali, damniue?*] Bene interrogat: quia omnia inuitus feruus dicere videbatur. Et cum damnum, malum sit, de proximo collatum discernitur: et *damnum* ad emtionem Eunuchi, *malum* ad comprehensum pertinet et constructum Chæream. D.

*Num quid est aliud mali damniue*] *Mali* pertinet ad hoc, quod Chæreas pro moechno intus est deprehensus et ligatus: *Damni* ad illud, quod est a Phædræ emtus Eunuchus. E.

26 *Cesso huc introrumpere?*] In tantam formidinem coniectus est senex, ut non miremur, quod tam cito nuptias firmet ephebi et virginis: et (*ut Z.*) quamuis non honeste, tamen quia ex (*est in Z.*) ingenti metu, vel indigno matrimonio filii vitam pacisci velit. D.

Ut versus stet, lege *Reliquom*, ut quadrissyllabon. B.

P A R. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re fit malum :

Nisi quia necesse fuit hoc facere. id gaudeo,  
Propter me hisce aliquid esse euenturum mali :

30 Nam iam diu aliquam causam quaerebat senex,  
Quamobrem insigne aliquid faceret iis : nunc reperit.

## ACTVS QVINTI SCENA VI.

PYTHIAS. PARMENO.

N V N Q V A M aedepol quicquam iam diu, quod magis vellem euenire,

Mihi

27 *Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re fit malum*] Suaue est, nescire personas, quid agat Poeta. Ita non (Lege, *Nam non* : aut, *Annon fit*, deleto puncto Z.) periclitaturus Parmeno. D.

28 *Nisi quia necesse fuit*] *Necesse*, est nomen. Nam *necessus*, *necessis*, et *necessitas*, et *necessum*, lectum est. *Id gaudeo*] Scilicet, vt succurratur Chaereae periclitanti. D.

In Bemb. est, *necessus*. Praefero equidem, *necessum*, quod saepenumero apud Plautum occurrit. B.

29 *Propter me*] Plus dixit, quam si *per me* diceret. *Hisce aliquid*] Meretricibus, non adolescentibus. Et item pluraliter suo more : vt, *Audaciam meretricum specta*. Et, *Non perpeti meretricum contumelias*. D.

30 *Nam iam diu aliquam cau-*

*sam quaerebat senex*] *Nota causam*, pro occasione. D.

31 *Quamobrem insigne aliquid faceret*] Manifestius hoc Menander explicat, iampridem infestum meretrici senem, post corruptum ab ea Phaedriam : nunc demum se inuenta occasione vindicaturum. *Quamobrem*] Quamuis dixisset *causam*, intulit *quamobrem*. *Insigne aliquid*] Magnum et nobile facinus. *Faceret*] *idioti-κῶς* dixit. D.

Cum ordo verborum in alio cod. alius sit, et, *aliquid mali insigne*, satis latine dici nequeat; repono, *Quamobrem aliquid aegre fac*: vt supra IV, I, 10. et Plaut. *Cal.* III, 4, 17. vbi *aegre facere alicui* occurrit. B.

I *Nunquam aedepol quicquam iam diu*] Pythias egreditur

Mihi euenit, quam quod modo senex intro ad nos venit errans.

Mihi solae ridiculo fuit, quae, quid timeret, sciebam.

PAR. Quid hoc autem est? PY. nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem.

5 Sed vbi obsecro est? PAR. me quaerit haec? PY. atque eccum video: adibo.

PAR. Quid est, inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin'? PY. perii,

Defessa

ditur veluti irrisura Parmenonem, vt ipsa putat. Egredi autem a Poeta cogitur, vt doceat populum, quid intus egerit senex. Ergo persona cachinnans inducitur, quaerens Parmenonem: aspectuque eius, ob nimium risum, vix loqui posse (*potest*). *Nunquam aedepol quicquam*] Rarum est euenire quod velis: et quod maxime velis, id rarum magis. D.

*Nunquam aedepol*] Haec Scene continet insultationem, quod cum ingressus esset senex in domum Thaidis, quasi timidus et sollicitus de filii poena, inuenerit eum indutum veste Eunucho, quod se Pythias per dolum fecisse laudat, vt Parmeno deciperetur, ac metu territus domino indicaret, quod celare debuerat. Pulchre autem factum, quod metu quodam compulsus senex ingressus est in domum meretricis, vt filio subueniret; et sic, dum illic Chremes est, frater quoque vitatae virginis adest, et

Chaereae promissio ad nuptias completur. E.

2 *Iniro ad nos venit errans*] Non gressu errans, nec via: sed animo et opinione. D.

3 *Mibi solae ridiculo fuit*] *Soli* regulariter dicitur: *solae* non recte, sed antique, vt alibi, *Hoc ipsa in itinere alterae dum narrat, forte audiui*. D.

Etli *solae* olim dictum est: non tamen vnquam *solo* in mascul. pro *solis*. Caeterum *sciebam* placet, pro *sciebam*. B.

4 *Quid hoc autem est?*] Ridentem miratur Parmeno. *Nunc id prodeo*] Propter id. D.

5 In vet. libris Faerni et nostris verba, *me quaerit haec*, affirmatiue leguntur. B.

6 *Quid rides? pergin'?*] Ex huius verbis ostendit (*ostenditur*), quam multum rideat petulans puella. *Perii*] Proprie hic (*hoc*) verbum est aptum, quasi sit lassâ ridendo. D.

Ne claudicet versus, lege, *quid tibi est*; vt Creticus efficiatur. B.

Defessa iam sum misera te ridendo. PAR. quid ita? PY. rogitas?

Nunquam pol hominem stultiozem vidi, nec videbo: ah,

Non possum satis narrare, quos ludos praebueris intus:

10 At etiam primo callidum et disertum credidi hominem.

Quid? illicone credere ea, quae dixi, oportuit te?  
An poenitebat flagitii, te auctore quod fecisset

Ado-

8 *Nunquam aedepol hominem stultiozem vidi*] Postquam rogas dixerat, quasi narratura videbatur: et (*sed*) redit ad insultationem. D.

9 *Quos ludos praebueris intus*] Ex errore et metu nimio senis, credentis constrictum filium se offensurum in domo meretricis. D.

*Non possum satis narrare*] Ms. R. *Non pote satis narrari*. L.

Lege, ordine paulum immutato, *Non p. f. n. quos praebueris ludos intus*. B.

10 *At etiam primo callidum ac disertum credidi hominem*] Haec omnia sic in Scena pronunciata sunt, vt risu interrupti verba puellae viderentur. Maiorisque insultationis est, si is qui fatigat alterum (adde e codd. *risu*), dicat se ante de illo multo aliter sensisse. D.

*Callidum ac*, codd, et edd. vett. B.

11 *Illicone credere*] Non ideo hoc dicit, quod personae suae fidem derogat: sed quod res incredibilis fuerit, quam illi persuaserit; aut certe si credendum fuerit, non statim, neque exanimata, neque facta rei cognitione. *Illicone credere*] Obiurgatio de tempore. D.

*Quid? illicone*] Accusat Parmenonem stultitiae, primum quod credit ea, quae sibi ab ancilla, et ab amata (*amara W. alienata, seu acerbata, seu, quod exquisitius est, animata Z.*) dicerentur. Deinde quod ea, quae celare debuerat, indicauerit domino. E.

Quidam, *Quid?* tribuunt Parmenoni, sed contra codd. vett. B.

12 *An poenitebat flagitii*] Illud quod supra, a stulto: hoc quod nunc dicit, a malo fieri potuit. Illud, ab imprudente: hoc quod peius est, a sciente. *An poenitebat flagitii*] Par-

Par-

Adolefcens, ni miserum infuper etiam patri indicares?

Nam quid illi credis animi tum fuiffe, vbi veftem vidit  
 15 Illam effe eum indutum pater? quid eft? iam fcis te periiffe.

PAR. Hem, quid dixti, peffuma? an mentita es? etiam rides?

Itan'

Paruum videbatur. Ipfe alibi (Heaut. I, 1, 20.), *Quantum hic operae fiat, poeniter.* Plautus in Truculento, *Poeniterte re, quod ancillas iam?* (Locus integer Plauti II, 6, 52. eft: *Poeniterte re? quoz ancillae funt iam?*) Nimis erumpere \* (Nifi nimirum erumperes L.). D.

*An poenitebat?* An, inquit, te poenitebat eius flagitii, quod factum effer ab adolefcente \* indicare patri et prodere (*ab adolefcente, ni miserum infuper etiam indicares patri, et proderes Z.*), quo eius facinus publicaretur? E.

13 *Ni miserum infuper etiam patri indicares?*] Duo obicit: vnum, quod male confu- luerit; alterum, quod male prodiderit confilia fua. Et bene *Indicares.* Nam *indiciu* dicitur eius, qui vna peccauerit (Donato conuenit Alconius in diuin. cap. II. *Index* eft, inquit, *qui facinoris, cuius ipfe eft confcius, latebras indicat, impunitate propofita*). *Ni miserum infuper etiam patri indica-*

*res?*] Ad inuidiam Parmeno- nis, miserum dicit adolefcen- tem: eo modo quo Iuno accu- fans Venerem, ait (Aen. x, 89.) — *an miferos qui Troas Achivis Obiecit?* Sic enim agimus, quum ab his, qui falso rei funt, in auctores culpam fceleris re- mouemus. D.

14 *Nam quid illi?*] Adolef- centi fcilicet. D.

*Quid illi credis animi?*] Qua- lem, inquit, credis adolefcenti fuiffe animam eo tempore, quo fe vifum vidit a patre, quod Eunuichi vefte effer indutus? E.

Ne verfus iuguletur, repo- ne, *Nam quid illi credis riuu animi.* B.

15 *Quid eft? iam fcis te pe- riiffe?*] Hoc non ftupentibus, ac culpam patientibus dicitur (*Hoc obftupentibus ac culpam faten- tibus, recte legit Guido Iu- uen.*). D.

Lege *Quid? iam fcis.* vt v. II. *Quid? illicone.* B.

16 *Hem, quid dixti peffu- ma?*] Nunc demum intelligit Parmeno, fe effer delufum. *Etiam rides?*] Apparet eam ex

Itan' lepidum tibi visum est, scelus, nos irridere?

P Y. nimum.

P A R. Siquidem istuc impune habueris. P Y. verum!

P A R. reddam hercle. P Y. credo.

Sed in diem istuc, Parmeno, est fortasse, quod minitare.

20 Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas

Fla.

huius stomacho vehementius cachinnare. D.

Vt versus stet, aut *Hem* appone priori versui, aut cum Faerno, ex quibusdam libris, lege, dixisti. B.

17 *Nos irridere?*] *Nos* superbius dixit, quam si diceret *Me*. D.

*Nos irridere, scelus*] *Tu scelus*, hoc est, sceleratus. sic enim res ipsa ponitur pro persona. Vt Sallustius in Iugurthino (*In Catil. 14.*), *Ad hoc facinorum circum se, tanquam stipatorum, ceteruas habebat*. E.

18 *Siquidem istud impune habueris*] Subauditur, *Tum nimum* (Forte, *Tuum Nimum*, aut, *Tuum nimirum*. Nam videtur pro *nimum* Donatus legisse *nimirum*, quod etiamnum in libris quibusdam Terentii esse fertur. Z.). *Verum?*] Irridentis interrogatio. D.

19 *Sed in diem istuc*] In longam dilationem. vnde *dilatio* est dicta, diei prolatio. D.

*In diem istuc*] Videlicet, quod mihi minitaris supplicium, adhuc imminet et impendet: at tu iam punieris. E.

Faerni libri vett. et nostri plerique, *minare*. B.

20 *Tu iam pendebis*] *Iam*, nimiam velocitatem significat. D.

*Qui stultum adolescentem nobilitas*] Hoc est, peccatis notum omnibus reddis: eundem indicas. E.

Vt numeris et sententiae consulas, reponere hunc et sequi: *Tu iam pendebis, stulte, qui adolescentulum nobilitas Flagitiis, et patri indicas: uterque exempla in re edent*. Nam cur Chaeream vocet stultum, nulla subest ratio, quem intus ipsa nouerat rem bene gerere. Tum duo codd. *Et eundem patri indicas*: vnde vox aduena domesticam expulit. Deinde nisi *Patri* retineas, *uterque* est alienum. Denique omnes codd. et edd. vett. *Exempla in te*. B.



Flagitiis, et eundem indicas: vterque in te exempla edent.

P A R. Nullus sum. P Y. hic pro illo munere tibi honos est habitus: abeo.

P A R. Egomet meo indicio miser, quasi forex, hodie perii.

Ii 3

ACTVS

21 *Nobilitas flagitiis, et eundem indicas*] Duas res significat simul: et cogis flagitia facere, et facientem indicas. *Vterque in te exempla edent*] Noxia ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrentur; aut quæ documenta sint caeteris, ne delinquant, *exempla* dicuntur. Et *edent*, et *eder* legitur. *Siedent*, figuratum est: si *eder*, recte. Et plus est *Eder*, quam *dabit*. D.

*Vterque exempla in te edent*] Adolescens qui nobilitatus est flagitiis, et pater cui hoc est indicatum. E.

22 *Nullus sum*] Hoc secum Parmeno. *Hic pro illo munere tibi honos est habitus: abeo*] εἰρωνικῶς; et μεταφορικῶς, pro munere. Et honos rumigerulis (*Munerigerulis*, recte conicit Bentl. vt apud Plaut. Pseud. 1, 2, 48. *Honos habetur, cum ei qui munus dat, rum et ei qui porrat* Z.) haberi solet. D.

23 *Egomet meo indicio miser, quasi forex, hodie perii*] Proprium foricum est, vel stri-

dere clarius quam mures, vel strepere magis, quum obrodunt friuola: ad quam vocem multum se intendentes, quamuis per tenebras noctis, transigunt eos: Plautus (*Racch.* 1v, 8, 46.), *Confossioem te faciam foricina naeuia. Egomet meo indicio*] Proverbum in eos, qui ipsi se produnt. quia forex non facile caperetur, nili emitteret vocem noctu. *Quasi forex hodie perii*] Quia latere potuit, nec occidi, si taceret. D.

*Meo indicio miser*] Aufonius Symmacho: *Latebat invernugas meas libellus ignobilis; vnamque latuisset, neque indicio suo tanquam forex periret.* Hieronym. aduers. Pelagian. *Suo quasi mus proderet indicio, ampliora in vero certamine vulnera suscepturus.* Augustinus Episc. de Ordine 1, 3. *Egomet meo indicio quasi forex* (inquit) non dictum est commodius apud Terentium, quam nunc dici a me de me potest. Sed sane illud vltimum fortasse in contrarium vertetur. *Quod enim ait HODIE PERII, ego hodie forte inueniar.* L.

## ACTVS QVINTI SCENA VII.

GNATHO. THRASO.

**Q**UID nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus?  
quid inceptas, Thraso?

THR. Egone? vt Thaidi me dedam, et faciam  
quod iubeat. GN. quid est?

THR.

**I** *Quid nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus?* Reminiscere hunc esse, qui supra militi dixerat de Thaide, *Iam dudum te amat.* et rursus, *Iam tibi haec aderit supplicans vlzro.* Et hinc videbis, quos exitus habeat assentatio. Nam idem militi auctor est summae desperationis. Et animaduerte, quod semper a mensa Gnatho inuitus abstrahatur: nam et supra, quum ad litem venitur, ex verbis Thrasonis manifestum est, et Gnathonem inuitum sequi, vbi dicit, *Hancine ego vt contumeliam tantam? tam insignem in me accipiam, Gnatho? Mori me satius est.* Et bene, *Qua spe,* et *Quo consilio:* tanquam omnia expertus, et nec muneribus gratus, nec terroribus metuendus. *Quid nunc? qua spe?* Parasitus intelligit (Pro, *Qua spe Paras.* etc. leg. *Non quasi minus parasitus intelligat* Z.) quid agat miles: sed ad hoc inducitur interrogare (Forte, *interrogans* Z.) ipsum militem, vt populus audiat, quo consilio veniat ad Thaidem. *Quid nunc? qua*

*spe?* Summa desperatio est apud militem reconciliandae amicae. ad hoc (*adeo* Z.) vt aequo animo ferat admitti Phaedriam dum ipse quoque recipiatur. Nam non in fine fabulae contristandus est. *Quid inceptas, Thraso?* Incipere, magnorum facinorum est, et audaciae. D.

*Quid nunc?* Inducitur in hac Scena miles Thraso ad Thaidem reuerti velle vt recipiatur, quoniam se intelligit exclusum esse. Eius autem posterior vis est, quamquam hoc dissuadet parasitus. Sed quoniam colax est, dat consensum. E.

Pro *inceptas,* Bentl. edidit *coeptas.* Z.

**2** *Vt Thaidi me dedam* Post indicationem belli. et instructionem pugnae quid sequatur, nisi deditio superatorum? *Et faciam quod iubeat* Proprie: nam in deditioe victores iubent, victi obsequuntur. D.

Pro, *est?* malim *ais?* nam est admirantis: *ais* monosyllabon, vt passim. B.

THR. Qui minus, quam Hercules seruiuit Omphale? GN. exemplum placet!

Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput!

5 Sed

3 *Qui minus, quam Hercules seruiuit Omphale?*] Hic Terentius exprimit consuetudinem, in qua ignavis rationes criminum, et exempla suppeditant: nam sic et supra de Pyrrho. Omphale Lydiae regina fuit, quae Herculem sibi seruientem etiam ad ianificium compulit: quum ipsa (*ipſe*, sc. Herculi corrigi Barthius ad Stat.) calathum, et colum, cultusque femineos, sagittis (*cum sagittis* codd.) et claua, leonisque tegmine mutasset. *Hercules seruiuit Omphale?*] Subauditur; *et ego seruiam Thaidi?* D.

*Qui minus, quam Hercules*] Omphalen dicitur Hercules amasse vehementer, ita ut indutus muliebri habitu, opera quoque feminea faceret, et habitum suum amicae eidem daret. Ergo miles, quoniam seruiturum se esse meretrici dicere volebat, ne turpe videretur quod miles esset, et vir meretrici se subiiceret, exemplum ab Hercule suscepit. Ita enim gloriosi faciunt ut peccent, et peccandi tamen se habere profiteantur exempla. E.

*Hercules seruiuit Omphale*] Quinctilian. lib. 3. c. 10. *Quaedam vero etiam in defensionis speciem cadent, ut, si in laude Herculis permutatum cum regi-*

*na Lydiae habitum, et imperata, ut traditur, pensa orator excuset.* Vid. Apollodorus de Diis, et reliqui Mythologi. L.

4 *Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput*] *Commitigari*, est tundendo deprimi, atque deponi. *Sandalio caput*] Plus dixit *Caput*, quam si aliam partem corporis diceret verberari. Et mire, calceamento caput verberari. D.

*Commitigari videam sandalio caput*] *Sandalium* genus calceamenti est. Vtinam tibi comminui et percuti videam caput, ut vere seruire videaris. Hoc quidem paululum summissiore voce parasitus dixit. E.

*Commitigari videam sandalio*] Lueian. in dialogo de hist. scribenda: *παϊόμενον ὑπὸ τῆς ὀμφάλης τῷ σανδαλίῳ.* Locum Terentii imitatus est Augustin. Episc. contra Iulian. Pelagian. III, 5. *Timezis, ne capita vestra sandaliis mulierum committigentur.* *Σανδαλιον* galla est: ut in illo dicto, *Gallam subigo*: et *σανδαλίον gallicula.* in Vett. glossis. Sic interpretatur Rufinus Iosephum Antiq. IV, 8. *ὑπολύσσα δ' αὐτὸν ἢ γυνή τ' ἀδελφῆ τὰ σάνδαλα, καὶ πτύσσα αὐτῆ εἰς τὸ πρόσωπον*: *soluens uxorem fratris galliculas illius viri, et exspuens in faciem.* Qui

5 Sed fores crepuere ab ea. THR. Perii! quid hoc  
autem? est mali?

Hunc ego nunquam videram: et iam hic quidnam  
properans profiliit?

## ACTVS QVINTI SCENA VIII.

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATHO.  
THRASO.

**O** POPVLARES, ecquis me viuit hodie for-  
tunator?

Nemo

locus facit, vt alius eiusd. au-  
ctoris restituatur, v, 11. ha-  
tenus sic legitur: ἐκέλευσε τῆ  
ζυγικὴ ὑπολύσαι αὐτὸν προσελθῶ-  
σαν κατὰ τὸν νόμον, καὶ τύπτειν  
εἰς τὸ πρόσωπον. sed scribendum,  
καὶ πτύειν εἰς τὸ πρ. in facili est  
agnoscere: neque aliter Rufi-  
nus. L.

5 Perii, quid hoc autem est  
mali?] Eunuchi habitu Chae-  
rea, sed virili confidentia pro-  
filit, et militem velut noui ri-  
ualis terret aspectu. D.

Omnes libri crepuerunt. Ita  
versus, qui trochaicus est, con-  
stat, eliso ex quid, d. B.

6 Hunc ego nunquam vide-  
ram] Ideo Chaeream mira-  
tur. D.

Interpunge post etiam: h. e.  
adhuc: vt infra v, 8, 62. Re-  
liqua lege, Quidnam hic pro-  
perans profiliit? Pro Hic alii  
malunt Hinc, alii, Huc. Male.  
Nam hic est pronomen. B.

I O populares! ecquis me vi-  
uit hodie fortunator?] Hic  
persona Chaereae est feruens  
gaudio, vt adolescentuli est in  
prosperis rebus. O popula-  
res] Non miram, si insane ex-  
sultat nuptiis, qui iamdudum ob  
id solum, quod vitiauerat virgi-  
nem, laetabatur. D.

O populares] Exultationem  
haec Scena habet, quod Chae-  
rea consilium complere potue-  
rit suum: est ergo hic allocu-  
tio gaudentis. Laudat ergo  
Parmenonem, se, atque fortu-  
nam. Parmenonem, quod  
consilium dederit; (excidit se)  
quod aggressus est; fortunam,  
quae cuncta compleuit. Mox  
ea quae istic acta sunt narrat,  
et sibi esse sponsam, et illam  
cognitam ciuem: et meretricem  
tantum fratris esse Phae-  
driae, et militem exclusum. Id-  
circo Parmeno adiecit, Fratris  
igitur Thais tota est? Hoc cum  
miles

Nemo hercle quisquam: nam in me plane Di potestatem suam

Omnem ostendere; cui tam subito tot contigerint commoda.

PAR. Quid hic laetus est? CH. o Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium

5 Inuentor, inceptor, perfector: scin' me in quibus sim gaudiis?

Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? PAR. audiui CH. scis sponsam mihi?

PAR. Bene, ita me Di ament, factum. GN. audin' tu illum quid ait? CH. tum autem Phaedriae

Ii 5

Meo

miles audisset, vehementer in amoris flammis incensus deliberat, quid facere debeat. Sumit consilium, ut hos roget. Ac primum allocutio. Rursus interponitur Phaedria, qui exultationem gaudii sui exprimit, et de suis facultatibus gaudet: gratias agit patri, quod festiue et iocunde interueniens cuncta compleuerit. E.

Lege cum codd. nostris, *me bodie viuit fort* B.

2 *Nemo hercle quisquam*] Et interrogauit, et respondit sibi. *Nemo hercle quisquam*] παρέλαγον. tertium. D.

3 *Cui tam subito tot contigerint commoda*] Tam qualitatibus, Tot quantitatis est. D.

4 *Quid hic laetus est?*] Inuenta persona est, ad quam gesta haec narret Chaerea, ut populus et miles instruat, quid intus gestum sit. D.

5 *Inuentor, inceptor*] *Inuenire*, sapientis est: *incipere*, audacis: *perficere*, constantis. Ergo plena laudatio est; et constat, hoc Chaeream laudatiue dicere. Nam in subditis solum consilium attributurus est Parmenoni. *Scin' me in quibus sim gaudiis?* συνέψυξις. Et nota, *Scin' me*: quum sufficeret *scin'*. Ergo *me* abundat: et est figura ἀρχαϊσμός. D.

6 *Scis Pamphilam meam*] Amatorie dixit *meam*: vel potius sponsam meam, vel quam amo. *Inuentam*] Cognitam. *Ciuem*] Deest esse. *Scis sponsam mihi?*] Deest et esse. et est *sponsa* nunc participium. D.

7 *Audin' tu illum, quid ait?*] Hoc vultu mutato et turbato dicitur. D.

Lege ex codd. omnibus Faerini et nostris, *audin' tu hic quid ait?* B.

Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: vna est domus.

Thais patri se commendauit in clientelam et fidem:

10 Nobis dedit se. P A R. fratris igitur Thais tota est?  
C H. scilicet.

P A R. Iam hoc aliud est quod gaudeamus: miles pellitur foras.

C H. Tu, frater vbi vbi est, fac quam primum haec audiat. P A R. visam domum.

T H. Numquid, Gnatho, dubitas, quin ego nunc perpetuo perierim?

G N.

8 *Amorem esse omnem in tranquillo*] Bene, in tranquillo, quia mari et tempestatibus amicae mobilitas et instabilitas comparatur. Sic Horat. (Carm. 1, 5, 5.) *Simplex munditiis? heu quoties fidem Muratorumque deos flebit: et aspera Nigris aequora ventis Emirabitur insolens, Qui se fruatur credulus aurea, &c. Vna est domus*] Post Paraphilae nuptias. D.

Faerni libri et nostri comprobant hunc ordinem, *esse amorem omnem*. B.

9 *Thais patri se commendauit*] Hoc est quod profuit Phaedriae. *In clientelam et fidem*] *Clientelam*, ut ametur: *in fidem*, ut defendatur. D.

Primum nostri codd. omnes, praeter vnum, habent, *Thais se patri*: recte; ut vel ipso accentu personae dignitas intelligatur. Deinde interpunge, *commendauit: in clientelam et fidem Nobis. d. f.* B.

10 *Fratris igitur Thais tota est?*] Bene *Tota*: ut ne ex parte quidem sit militis. D.

11 *Miles pellitur foras*] Sunt gaudia ex nostris bonis: sunt gaudia ex aliorum malis, hostium aut inimicorum. Ergo vtrumque genus gaudiorum complexus est. D.

*Miles pellitur foras*] Mf. R. *pellitur*. L.

*Pelletur* omnes codd. praeter quatuor, habent; satis concinne, et ad sensum numerosque apte. B.

12 *Visam domum*] Bene domi quaeritur amator exclusus: nam neque ruri, neque in foro est. D.

13 *Perpetuo perierim*] Quia illud *periiisse* supra, temporale videbatur. *Quin ego nunc perpetuo perierim*] Hic iam militi neque seruiendi amicae, ut apparet, praebetur locus. D.

Solus Bembinus post *Gnatho* recte habet *tu*. B.

GN. Sine dubio, opinor. CH. quid commemorem primum? aut laudem maxime?

15 Illumne qui mihi dedit consilium, vt facerem: an me, qui ausus sim

Incipere? an fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit;

Quae tot res, tantas, tam oportune in vnum concludit diem?

An mei patris festiuitatem et facilitatem? o Iupiter,

Serua

14 *Sine dubio opinor*] Quia non quis dicitur perpetuo periisse. Quid enim opus hac exceptione est, quando nemo ita perit, vt temporaliter peccet, et postea fiat non perditus? Correxerit parasitus stulti dictum militis: non illum *perpetuo*, sed *sine dubio* periisse (adde, *se*) *opinari* respondens. Non est enim contrarium *Opinor te periisse sine dubio*, pro certo periisse. Confirmatur periisse miles, vt post tanta munera ex desperato supplex, ex supplice patiens rivalis existat. *Quid commemorem primum?*] Διαπόρευσις oratoria familiaris laudantibus. Cicero, *Vnde incipitur potius incipiam?* Hoc autem fit, vbi omnia et magna videntur et paria. D.

15 *Illumne, qui mihi dedit consilium*] Attribuuntur personis consilia, facta, casus, et orationes. Ergo hic laudatur consilium Parmenonis, factum Chacrae. casus fortunae, id

est, euentus, oratio senis. *Illum, qui mihi dedit consilium*] Tria sunt in vita hominum, consilia, facta, successus. Consilium, animi est: Factum, corporis: Successus, fortunae. *Illum*] Parmenonem scilicet. D.

Ne versus hiet, repono, *qui id ausus sum*. Certe *sum*, quod habet vnus cod. requiritur ab Indicatiuis *dedit, fuit*. B.

17 *Quae tot res*] Bene, *Tot res*: quasi dicat, Eunuchum pro quo duceretur, commendationem virginis, absentiam meretricis, occasionem vitii inferendi, patris interuentum in nuptias. D.

18 *An mei patris festiuitatem?*] Etiam patri laus impartienda est: nam non erat transfundendum *Festiuitatem*, qua et festiuis amatorum non obstitit, quod ignouit vt facilis: vnde *festiuitas* in dictis, *facilitas* vero in animo et factis. *Festiuitatem*] Laetitia: vt, *Festiuus dies est*. D.

Seruâ, obsecro, haec nobis bona. P H. Di vestram fidem! incredibilia

20 Parmeno modo quae narrauit. sed vbi est frater?  
C H. praesto adest.

P H. Gaudeo. C H. satis credo. nihil est Thaide hac tua, frater, dignius

Quod ametur: ita nostrae est omni fautrix familiae.

P H. Mihi illam laudas? T H R. perii! quanto minus spei est, tanto magis amo.

Obse-

19 *Di vestram fidem*] Cito interuenit Phaedria, utpote qui domi erat. D.

*Di vestram fidem!*] Ingressus Parmeno Phaedriae narrauit vniuersa, quae dixerat frater: ita cum fratrem continuo vidisset, nihil aliud dixit, quam gaudium et laetitiam se habere. Nam ostendit, se cuncta a Parmenone cognouisse. E.

Facni codd. et nostri, *haec bona nobis*. B.

A verbis Phaedriae Scenam decimam orditur Daceria. Z.

20 *Quae narrauit*] Nimius affectus in vtramque partem defectus orationis amat: est ergo ἔλλειψις: deest enim *Gaudeo* (Leg. *audio*. et illud *gaudeo* refer ad sequens Scholion). D.

21 *Satis credo*] Sic dici nota agentibus (*aientibus*) solet. Recte igitur huic dicitur, cui fiunt nuptiae, *gaudeo*: et ille sic respondet, ut amicis gratulantibus decet, *Satis credo*. *Credo*] autem ideo, quia multi se

fingunt gratulari, quum inuideant: gaudere, quum doleant. D.

*Nihil est Thaide hac tua, frater, dignius, quod ametur*] Melius nihil quod amari possit. E.

Consensu codd. repone, *haec frater, tua*. Tum ut omnes Trochaici fiant, *dignius* praepone sequenti. B.

22 Bemb. et vnus e nostris habent *omnis*: minus recte. Tum colloca, *omni est*: atque auctoritate codd. et edd. et sensus fini appone, P H. *hui*. B.

23 *Mibi illam laudas?*] Scilicet amatori eius. Et *mibi* pronuntiatione iuuandum est. *Perii! quanto minus spei est, tanto magis amo*] Hic vero est ardor insanissimus: ut Virg. (Ecl. II, I.) *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, Delicias domini*. Et profecto sic est, Sapientes spe (forte, *ratione*) maxime ad amorem coguntur: stulti forma tantum. D.

*Mibi Thaidem illam laudas?*] Vtique cum scias me amato-rem,



Obsecro, Gnatho, in te spes est. GN. quid vis  
faciam? THR. perfice hoc

25 Precibus, pretio, vt haeream in parte aliqua tan-  
dem apud Thaidem.

GN. Difficile est. THR. si quid collibuit, noui  
te. hoc si effeceris,

Quod-

rem, quodammodo superuacu-  
um est, mihi illam quod laudas.  
*Perii! quanto minus spei*] A-  
morem etiam (*et minus Z.*) con-  
citari manifestum est, et rursus,  
vt hic Terentius dixit, despe-  
ratione incendi. verum illa de-  
sperationis quadam spe ducatur  
\* quod peruenire possit am-  
mor, minus incenditur. De-  
nique hoc (*Primum enim illa  
desperatione, qua nulla plane spe  
ducatur eius, ad quod peruenire  
possit, amor minus incenditur.  
Denique hic Z*) miles, quoni-  
am recipi se in partem sperat,  
idcirco *quanto minus spei est,*  
inquit, *tanto magis amo.* E.

24 *Obsecro, Gnatho, in te  
spes est*] Mire, quasi desperatis  
omnibus auxiliis, abiecta nimis  
supplicatio inducitur. Nam et,  
*obsecro*, et, *Gnatho*, id signifi-  
cant, et, *in te spes est.* *Quid  
vis faciam?*] Non est hoc in-  
terrogantis, sed ostendentis,  
non esse quid faciat. D.

*Perfice hoc precibus*] Hic per-  
suadet Parmenoni (*Parafiso Z.*),  
vt, quocumque pacto hoc com-  
pleatur, ad meretricem possit  
admitti. E.

25 *Precibus, pretio*] Nihil

militi superest praeter precem,  
vt victo: et pretium, vt diuiti.  
Nihil aliud optat, quam sic res e-  
ant, vt persona Thaidis conueni-  
ri possit. *Precibus, pretio*] *ἀκού-  
δεται*, velut afflicta et lassā (For-  
te, *ab afflicto et lasso*) pronun-  
cianda sunt. *Pretio*] Varie:  
quia alibi dixit, *precario.* *Vt  
haeream*] τὸ *haeream* vltimum  
genus beneficii est. *In parte  
aliqua*] Non enim *Parte* dixit,  
vt aequa (*sed, aliqua, vt non  
aequa Z.*) intelligatur. *Tan-  
dem*] Et desperantis est, et dif-  
ficulter credentis. *Tandem*,  
non est aduerbium temporis:  
sed nunc *Saltem* significat. D.

26 *Difficile est*] Vultu et pro-  
nunciatione (excidit forte, *sine  
Z.*) asseueratione firmandum  
est. *Si quid collibuit*] *ἔδωκεν*:  
pro, Si quid collibitum est, ef-  
ficis. *Noui te*] Deest *Perficis*.  
Sed vbique plura gestu signi-  
ficat miles, vtpote infantissi-  
mus. D.

*Si quid conlibuit, noui te*] *εἰσώβεια* est: quicquid conlibi-  
tum est. E.

Repone *Conlibitum*'st. Nam  
in Bemb. et Donati cod. et edd.  
vett. est *collibitum.* B.

Quoduis donum et praemium a me optato: id optatum ferēs.

G. N. Itane? T. H. R. sic erit. G. N. si efficio hoc, postulo vt mihi tua domus,

Te

27 *Quoduis donum, et praemium a me optato*] *Donum*, praemium est: et *munus*, praemium. Sed *donum*, praemium diis datur: *munus*, praemium hominibus. Nam separatim, donum deorum est: praemium virorum est fortium: *munus* hominum. Et donum *munusque*, tam ante factum, quam post factum datur: praemium non nisi post factum est. *Donum*, voluntarium: praemium, debetur. Alii ergo *κουδέτως* pronunciant, primo *donum*, et sic *praemium*, quasi viam partem orationis. *Quoduis donum et praemium*] *Donum*, vt a largo homine: *praemium*, vt a praeclaro facinore. *Quoduis donum, et praemium a me optato, id optatum ferēs*] *Donum* optato, ob quod praemium accipias. *Praemium a me optato*] *Torum* militariter. Nam et *optio* dicitur, et *optari* a militibus; vt alibi (excidit locus, et nomen auctoris), *Vir fortis optet quod volet praemium*. D.

*Quoduis donum, praemium*] Noui te. si hoc effeceris, quod vis donum praemio donasse (*donari* Z.), hoc, inquam, a me

postulo: id cum optaueris, accipies. Atque vltra merita sunt *dona*; *praemium* vero est, quod quasi ob meritum datur. Proprium enim verbum est, vt: optet praemium vir fortis, quod volet. E.

Bentleius, et, omisit. Z.

Menander: Ἐύξει τὶ βάλει, πάντα σοὶ γενήσεται. W.

28 *Si hoc efficio, postulo vt mihi tua domus te praesente absente pateat*] Prouerbiale est *Praesente absente*, vt, *sursum deorsum, vltro citro*, et caetera huiusmodi: *fanda nefanda, iusta iniusta, digna indigna, velie nolit*. D.

*Si efficio hoc, postulo*] *Varia distinctio*: quidam enim sic dicunt, sic distinguunt (*esse distinguendum* Z.): *Si efficio hoc*, vt postea subiungant, *Postulo vt mihi tua domus te praesente, absente, pateat*. Parasitus nil aliud desiderat praemii loco, nisi vt sibi cibus suppeditari possit: et siue praesens miles, siue absens sit, nunquam vocatus, semper tamen ad coenam veniat. E.

Multi codd. *vt tua mihi domus*, concinnius, vt *Mibi* sit in Arsi. B.

Te praesente absente, pateat: inuocato vt sit locus  
 30 Semper. THR. do fidem futurum. GN. accin-  
 gar. PH. quem hic ego audio?

O Thraso. THR. saluete. PH. tu fortasse quae  
 facta hic sint nescis?

THR. Scio. PH. cur ergo in his ego te conspi-  
 cor regionibus?

THR. Vobis fretus. PH. scin' quam fretus? mi-  
 les, edico tibi,

Si

29 *Inuocato vt sit locus sem-*  
*per] Inuocato, non vocato si-*  
*gnificat. In etenim auget et*  
*minuit dictionem. Inuocato]*  
 Male intelligitur precibus vo-  
 cato, quum sit *αὐτομάτω*, id est,  
 etiam non inuitando, quin vl-  
 tro venire debeat suam do-  
 mum. D.

*Inuocato vt sit locus) Plaut.*  
 in Capt. I, 1, 2. *Inuocatus*  
*semper adesse solco in corui-*  
*uio. L.*

30 *Do fidem] Iuro, confir-*  
*mo, spondeo. Accingar] Non*  
*quia facile est, quod negauit*  
*supra, sed suis votis parasitus*  
*adductus est ad coenandum (co-*  
*nandum): ideo et Accingar di-*  
*xit: sic enim dicimus in mag-*  
*nis rebus suscipiendis. vt (Aen.*  
 II, 235.), *Accingunt omnes o-*  
*peri. D.*

*Do fidem futurum] Iam fi-*  
*dem promitto, spondeo. E.*

Omnibus Faerni et nostris  
 libris comprobatur ordo, *quem*  
*ego hic audio?* Recte. Nam  
*Quem*, in principio Anapaesti  
 est in ictu. B.

31 *Saluete] Supplex sine*  
*gratia et sine timore (honore),*  
*modo inimicus et infestus. Tu*  
*fortasse, quae facta hic sint, ne-*  
*scis?] Hoc totum superbe ac*  
*minaciter inquit adolescens. D.*

Faernus huic et sequentem  
 versum ex auctoritate codd. et  
 consensu restituit ita: O Thra-  
 so. T. saluete. P. tu fortasse  
 quae facta hic sunt Nescis. T.  
 scio. P. cur te ergo in his ego  
 consp. etc. B.

32 *Scio] Compendium Po-*  
*etae: ne rursus eadem diceren-*  
*tur. Conspicor] Commune ver-*  
*bum est conspicor, D.*

*Cur ergo in his] Mf. R. et*  
 V. C. *Cur te ergo in his ego*  
*conspicio reg. L.*

33 *Vobis fretus] Ethocstul-*  
*te: quis enim et rivalibus et*  
*inimicis fretum se esse dicat?*  
 Deinde *ἀνακόλοισον*, et vitiosa re-  
 sponso est: nisi enim addide-  
 ris *Sum*, erit soloecismus con-  
 ueniens loquenti, impolito ho-  
 mini et militi. *Scin' quam fre-*  
*tus?] Est ab \* ea subaudiend-*  
 dum

Si te in platea offendero hac post vnquam, quod dicas mihi,

35 Alium quaerebam: iter hac habui: periisti. G N. eia, haut sic decet.

P H. Dictum est. G N. non cognosco vestrum tam superbum. P H. sic erit.

G N.

dum est (*Esse debeas, subaudiendum est*). Miles edico tibi] Hoc contumeliose, et proprie vt militi: Miles, inquit, edico tibi. D.

Scin' quam fretus?] Etsi praefumis, inquit, de nobis, praedico, vt scias istam nos habere sententiam: quod, si te in hac platea aliquando inuenerimus, ita accipieris, vt nunquam tibi subuenire possit ista defensio, quod alium quaerebas, aut iter quod hac te habere dicas. E.

Fortasse leg. *Vobis fretum*. Scin' quam fretum? Nisi cum Donato soloecismum statuas. B.

34 Si te in platea offendero hac] Hoc est, Si vel casu inuenero. Et in platea, inquit, non circa meretricis fores. Nihil quod dicas] Nihil, pro non: vt sit, non est quod dicas mihi: id est, nihil est quod dicas, pro, vt dicas mihi. vt sit, quod, pro vt: (excidit, aut Quod Z.) pro quid dicas mihi. Certum est autem, sic veteres locutos esse. D.

35 Alium quaerebam] Aut Alium pro Quendam posuit: vt sit, quendam quaerebam, id est, aliquem. aut alium, hoc est,

non quem tu putas: hoc est, alium, non Thaidem. Sed si aliam diceret, neque commode, neque ἐμφάνως (forte εὐφάνως, aut εὐφωῶς Z.) loqueretur; praeualet enim masculinum genus. Peristi] Ordo est, postquam in platea hac te offendero, peristi. Eia] Interdum hortantis est; ergo nunc eia, correctionem significat. D.

36 Non cognosco vestrum tam superbum] Locutio annotanda: mire laudauit, vt persuadere potuisset. Vestrum tam superbum] Non, vestrum superbum. Vestrum superbum] Absolute: vt, Pol, Crizo, antiquum obrines. Ergo subaudiamus vel ingenium, vel animum, vel morem, vel institutum. D.

Non cognosco vestrum] Hoc quod respondisti, est superbum. Nam vestrum esse non cognosco, nec credo. E.

Non cognosco vestrum tam sup. h. e. non solebatis esse tam superbi; hoc tam superbum, non vestrum est, non vestri moris. Vt Plaut. Trin. II, 4, 44. Haut nosco num etc. B.

GN. Prius audite paucis: quod quum dixerō, si placuerit,

Facitote. PH. audiamus. GN. tu concede paululum istuc, Thrafo.

Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim,

40

37 *Prius audite paucis*] Mira insinuatione agit: qui non, vt consentiant, sed vt audiant, paucis petit. Et bene *Prius*, quasi non obster, quo minus faciant quod velint. Tum deinde quo attentiores existant, addidit *paucis*; deinde, *si placuerit*, facilius enim flectitur, cum quo non pugnamus, vt consentiat. *Prius audite*] Fiduciam ostentat persuasoriam rem dicturi. D.

*Prius audite paucis*] Hoc deliberatiuae species est. Deliberat Phaedria an riualem in partem meretricis recipiat. Est ergo principium ab . . . (*ira W. Forte, a concessione sumzum Z.*) collocatum, cum dixit, *si placuerit, facitote*. E.

38 *Audiamus*] Bene: non *Faciamus*, sed *Audiamus* dixit: nam prima oratoris impetratio in mala causa est, audiri meruisse. *Tu concede paululum istuc, Thrafo*] Thrafo hoc in bonam partem accepit; et ideo paret. putat enim vel turpe esse, si humiliter precetur suo nomine, seque audiente, parasitus: vel incongruum sibi,

si in os praefens a Gnathone lauderur. *Istuc, Thrafo*] Non ad se vocat: sed locum ostendit, quo abeat atque concedat. D.

Lege, *Paulum istuc*. B.

39 *Principio, ego vos*] Videt neque se odio haberi, neque (*Videt non adeo se odio haberi, sed Z.*) offendi animos audientum in militis nomine. Hoc ergo oratorie: pro eo homine in quo offenditur, eum in quo non offenditur, posuit. D.

*Principio ego vos ambos &c.*] In hoc principio rursus Gnatho, quoniam scit odio, sum (*odiosè hunc Z.*) militem interponi, se utilitatis causa id facere confitetur. Verum ne sibi consulere intelligatur tantum, cum utique alienus sit qui (*quod utique alienum est, si quis Z.*) cupiat persuadere, adiecit, *Verum si id vobis prodest, vos non facere inscitia est*. Exemplum deinde apponit ipsius sententiae, per propositionem, *Militem ego riualem recipiendum censeo*] Primum hoc deliberatum est, vt qui suadet, aliquam sententiam dicat: quem-

Kk

admo-

40 Me huius quicquid facio, id facere maxime causa mea.

Verum si idem vobis prodest, vos non facere inscitia est.

P. H. Quid est? G. N. militem ego rivalem recipiendum censeo. P. H. hem,

Reci-

admodum in Philippicis; *Quare ita censeo.* E.

*Vehementer velim*] M. R. et vett. libb. *vehementer volo.* L.

Pro *velim* codd. habent *volo.* B.

40 *Me huius quicquid facio, id facere maxime causa mea*] Deest *rei*, aut *est*: ut sit, *Me huius quicquid est quod facio, id facere maxime causa mea.*

Hic a persona discessit: et rem non odiosam pro odiosa posuit, id est, parasiticam, pro aemuli amore et commodo. D.

*Quicquid facio*] V. C. q. *faciam.* I.

Libri omnes cum edd. vett. *Faciam.* B.

41 *Verum idem si vobis prodest*] Multum attulit ad persuadendum: non esse commodum militi admitti, et suum commodum ipsorum esse commodum. *Vos non facere, inscitia est*] Oratorie, et secundum inlinuationis praecepta sic dixit. Nam remittendo et dubitando, magis flectit animos, quam si aperte ac pertinaciter asseueret. D.

42 *Militem ego rivalem recipiendum censeo*] Artificiose factis, semel intulit omne quod

durum dictu ad persuadendum erat. Nam quod *militem et rivalem* dixit, ad eam rem valet, ut magis admittendus sit, quam excludendus: et simul fiducia dicentis parat animos ad audienda quae dicet. *Militem ego rivalem recipiendum censeo*] *Rivales* dicuntur aemuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris bestiis: quae sistentes cum ex eodem rivulo haustum petunt, in praelium contra se invicem concitantur. Sic Cicero pro Caelio (cap. 8.) *Sin eris ex illo fonte rivalis*, inquit. *Militem rivalem ego*] Considera quo vultu hoc dicendum sit: et intelliges et *militem*, et *rivalem*, et *recipiendum*, et *ego censeo*, quanta significant. Non enim dixit *Thrasionem*, sed *militem*: quod nomen ad stultitiam valet. Non *socium*, sed *rivalem*: quo ostendit, quandoquidem rivalis in meretrice capiendus est, hunc potius eligendum. Nec (dele *nec* Z.) non *Excludendum*, sed *Recipiendum* dixit: ut ostenderet ad eo prodesse, ut etiam de industria retinendus sit. Non, *volo aut rogo*, sed *censeo*: ut con-

gilia.

Recipiendum! GN. cogita modo. tu hercle cum  
illa, Phaedria,

Et libenter viuis: etenim bene libenter victitas.

45 Quod des, paululum est: et necesse est multum  
accipere Thaidem,

Vt tuo amori suppeditare possit sine sumtu tuo.

Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex  
vsu tuo

Nemo

filiarius, non parasitus, videatur loqui. Nam quod ego addidit, eo dicto vsus est, quo uti solent qui plus in negotio vident. Nam sic in Phormione Iurisperiti, *Ego, quae in rem tuam fuerint, ea velim facias. Ego sedulo hunc dixisse credo. Ego amplius deliberandum censeo.* Censeo] Vide virtutem Poetae. non enim dixit *Pero*, sed *Censeo*: tanquam illis modo consulat, neque pro milite agat. D.

*Quid id est*, recte codd. quinque cum edd. vett. B.

43 *Cogita modo*] *Modo*, aut tantummodo significat: aut temporis est aduerbium. Et simul incerta distinctio est. D.

*Cogita modo, tu hercle*] Post sententiae propositionem subnectit ea quae vtilia sunt Phaedriae, ut (excidit, cum Z.) libenter capiat victum, ipsum quidem non plurima dare, Thaidem contra plurima velle accipere. E.

Recte Faernus ait, *Recipiendum* tribui debere Chaereae: Et, *Hem*, solum Phaedriae;

qui prae indignatione nihil respondeat, sed vultu consilium spernat. B.

44 *Et libenter viuis*] Id est, bonorum ciborum edax es. D.

Leg. et dist. *Vt libenter viuis* (et enim bene libenter victitas). Nam, *vt*, quod reperitur in cod. Reg. signif. *prour.* Vt tu laute, sumtuose, cum ea viuis quotidie, necesse est vt illa multum accipiat; tibi vero paululum est quod des. cf. Heaut. I, I, 116. B.

45 Tres codd. recte *paulum*, pro *paululum*. B.

46 *Suppeditare possit sine sumtu tuo.* Aut *suppeditare*, pro *suppeditari*: aut deest *se*. Vt (Aen. II, 235.), *Accingunt omnes operi.* D.

47 *Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex vsu tuo nemo est*] Locutio est ex negatiuis tertia: vt, *Agrum in his regionibus meliorem nemo habet.* *Magis ex vsu*] Pro vtilior. et *Magis oportunus*, pro oportunior. *Nemo est*] Hoc est oportunus. D.

Nemo est: principio et habet quod det; et dat  
nemo largius.

Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque et dies:

50

*Nec magis ex usu tuo*] Hoc est, nec est aliquis qui magis sit ex tua utilitate, quia *habet quod det, et largius nemo dat*. Sed ne incidat quaestio, (adde *si, vel, an Z.*) forte datorem amare incipiat meretrix, subiunxit: *Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctes et dies: Neque istum metuas, ne amet mulier: facile pellas, ubi velis*. Ad ista omni genere aptus est miles; vel ut dona det, vel ut facile contemni possit. E.

Ne ex Trochaico fiat Iambicus, priorem versum et hunc lege, *Vt tuo amori suppeditare possint sine sumtu tuo Omnia haec; magis etc.* Nam *suppeditare* hic est suppetere. Nisi malis cum duobus codd. legere *suppeditari*. B.

48 *Habet quod det*] Vt dives. *Et dat nemo largius*] Vt liberalis. D.

49 *Fatuus*] Inepta loquens. A fando *fatuus* dicitur: inde *Fauni, Fauni*: et Nymphae *Fatae* dictae sunt. *Fatuus est*] Hoc ex usu tuo. *Insulsus*] Sine sale et sapientia: aut sine saltu et facilitate. *Fatuus est, insulsus*] *Fatui* sunt, qui verbis et dictis fatui sunt: *Insulsi* vero, corde et animo. *Fatuus est, insulsus*] Sunt qui *faruum*, animo putant: *Insulsum*, dictis.

sed male. Nam *Fatui* quoque Dii sunt, qui et *Fauni* dicuntur: et non stulti, sed multum fantes, id est, loquentes. *Fatuus est, insulsus*] Haec quae nunc addidit, non ex superioribus pendent: sed cum superiora valeant plurimum: nam quia dives et liberalis, potuit obesse rivalibus: haec omnia bona in milite corrumpuntur, quod fatuus, quod insulsus, et caetera, quae ipse persequitur. *Fatuus est, insulsus*] Haec bene adduntur: quia dixit, *Et habet quod det, et dat nemo largius*. Ad rem eam valebat, ut amaretur miles a meretrice, et praeposendus omnibus esset: sed ingrata sunt mulieribus, maximeque lascivis, haec omnia quae subiicit. *Fatuus est, insulsus*] Hoc pro acervo vitiorum, cum quadam vultus improbitate prolatum (*pronunciandum* Mf. B.) est, quo magis res in medio posita esse videatur. *Tardus*] In Venerem scilicet. *Tardus*] Corpore et membris: quamquam et intellectu *tardus* vocamus, qui stulti sunt. Sed melius est sic intelligi, ut ea vitia videatur dicere, quae inamabilem faciant etiam diuitem, largumque amatorem. Nam aut verba commendant: vt (Aen. IV, 79.), *Pendetque*



50 Neque istum metuas, ne amet mulier: facile pel-  
las, vbi velis.

P II. Quid agimus? GN. praeterea hoc etiam,  
quod ego vel primum puto,

Accipit hominem nemo melius prorfus, neque pro-  
lixius.

Kk 3

P II.

*iterum narrantis ab ore.* Hic fatuus. Aut sapientia gratum facit: vt (Aen. IV, 3.), *Mul-  
ta viri virtus animo.* Hic in-  
sulfus est. Sed mihi videtur  
*fatuum* dicere, qui tantum glo-  
rietur, et blandiri amicae ne-  
sciat. *Insulfus*, qui non fit sa-  
lax, et cupidus coitus. *Tar-  
dum*, qui non facile explicet  
Venerem: quae res meretrici-  
bus odiosa est. *Sterit*] Plus  
dixit quam *dormit*. *Noctes  
que et dies*] Plus significat quam  
si diceret, *diebus et noctibus*:  
vt hoc ipso nomine consiliarii  
auctoritas inesse videatur. D.

*Noctesque et dies*] Ml. R.  
*Noctes et dies.* L.

Pro *tardus*, quod minoris est  
contumeliae, quam aut *Fatuus*  
aut *Insulfus*, repone *bardus*, h.  
e. secundum Glossas vett. ἀντισ-  
θητος, βραδύς, ἄφρων, ἀφύης, βλάξ.  
Deinde probati codd. non ha-  
bent, *que.* B.

50 *Vbi velis*] Quando, vel  
quam. D.

51 *Quid agimus?*] Initium  
consensionis, dubitatio est eius

qui negauerit. *Hoc etiam*] *Deest* vel *abest* (*Deest*, ei est, vel  
habet). *Quod ego*] Parasitus  
scilicet. *Primum puto*] *Pri-  
mum puto*, quali parasitus. D.

*Praeterea hoc etiam*] Post  
ea, quae supra commoda nar-  
rauerat, adiungit quod etiam  
sibi maxime necessarium est,  
quod nemo melius accipiat,  
quam miles. *Accipit* autem  
pascit. Virgil. (Aen. III, 353.)  
*Illos porticibus rex accipiebat  
in amplis.* E.

Verba, *Quid agimus?* sunt  
Chaeraeae, quippe qui, cum  
Thaidis amore non teneretur,  
prior ad consentiendum erat. B.

52 *Accipit hominem*] *Acci-  
pit*, pascit, inuitat: vt (Aen.  
III, 353.), *Illos porticibus rex  
accipiebat in amplis.* *Nemo me-  
lius prorfus, neque prolixius*] *Horum alterum apparatus* in-  
dicat, alterum copiam. D.

*Accipit homo nemo*] Seru.  
Aeneid. III, 353. *Rex accipie-  
bat in amplis.* L.

Lege, *homo nemo*, e fide codd.  
quorundam. Deinde vt ingra-  
tus euitetur sibilus, lege, *pror-  
fus.* B.

PH. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opu'st.

CH. idem ego arbitror.

GN. Recte facitis. vnum etiam hoc vos oro, vt me in voftrum gregem

55 Recipiatis: fatis diu hoc iam faxum voluo. PH. recipimus.

CH.

53 *Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est*] Facete dixit adolefcens rei parcus, et qui putet amorem fine damno efle oportere, quique fefellerit meretricem: non folum eiicendum non efle militem, fed etiam quouis modo fuftinendum ac perferendum. *Mirum, ni illoc homine*] Obtinuit parafitus iam quod negabatur. Primo deliberatum: vt, *Quid agimus?* poft concefsum: vt, *Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. Mirum, ni illoc*] Hic, inquit, eiufmodi eft, vt etiam cum mala conditione patiendus fit. *Idem ego arbitror*] Sane opus fuit confenfione, praecipue Phaedriae, cuius res agitur: nam ita et feruata perfona eft tarde confentientis amatoris. D.

*Mirum, ni illoc homine*] Siue quia *nemo melius accipiat, neque prolixius*, id eft, abundantius: fiue quoniam multa dona meretrici donare potefl. Ad quaecunq; hic homo neceffarius eft. E.

Muta perfonarum vicem, et prius da Chæeræe, pofterius Phaedriae, qui, vt Thaidis ama-

tor, tardior ad confenfum efle deber. Haec ipfa videretur efle Donati fententia. B.

54 *Recte facitis*] Gratiarum actio eft. *Vnum etiam hoc vos oro*] Subtiliter etiam parafitus hic fe adiungit, fuafque partes circa hos agit. *Vt me in veftrum gregem*] Iam hos laudat: et nimis parafitus eft, fi recorderis eundem dixiffe, *Facete, lepide, laute, nihil fupra. D.*

*Vt me in veftram gregem*] Etiam de fe perfuadere voluit, vt non excludatur, fed pariter cum his poffit viuere, etiam horum auxilio. E.

*Me in voftrum gregem*] Seru. Aeneid. xi, 352. *Vnum etiam donis. L.*

Ab omnibus codd. noftris et edd. vett. recte abefl, *hoc. B.*

55 *Satis diu hoc iam faxum voluo*] Vide quemadmodum ferpat paulatim etiam in eorum affentationem ex vituperatione militis. *Hoc faxum voluo*] Prouerbiu in eos, qui inextricabili labore afflicti funt. Et bene *Saxum* de ftulto milite ait: et fe ipfum Sifyphum fecit. *Hoc faxum voluo*] Velut Sifyphus apud inferos. D.

*Diu*

CII. Ac libenter. GN. at ego pro istoc, Phaedria, et tu, Chaerea,

Hunc comedendum et deridendum vobis propino.

CH. placet.

PH. Dignus est. CN. Thraso, vbi vis accede. TH. obsecro te, quid agimus?

Kk 4

GN.

*Diu hoc iam saxum*] Olim cum isto milite laboro: quem filicem ob stultitiam appellavit, vt (Aen. vi, 471.) *Quasi dura filix, aut ster Marpesia cautes.* Vbicunque enim quaedam (forte, magna Z.) stupiditas filici comparatur. E.

Concinnior est lectio codd. nostrorum, *satis diu iam hoc;* vt *Diu* in Aris sit et in mora. B.

56 *At ego pro istoc, Phaedria*] Subaudiamus *et sum bic* (Subaudi, assum, elixum): aliter non, vt parasitus ait (*Sic militem nunc, vt paras. ait Z.*). *Phaedria, et tu Chaerea*] Ambos nominat, quasi legibus paciscantur. D.

57 *Hunc comedendum*] Cum caeteris rebus, summus Poeta etiam fidem ostendit amicitiae parasiticae, exemplo Gnathonis de milite loquentis hoc modo. *Propino*] Facete sic dixit, vt parasitus, et vt qui de conuiuio loqueretur. D.

*Deridendum vobis propino*] Ms. R. *praebeo.* Sed *propino* in plerisque libb. Sic Spartian. in Antonino Philos. *Vene-*

*natam partem fratri edendam propinans.* Graeci προπίνειν ἀντι τῆ χάριζεσθαι. Scholiast. Pindari Olymp. Od. vii. Philostr. de vita Apollonii libr. 3. προπίνω σοι, Ἰαρχος, ἄνδρα Ἕλληνα. Marcellinus in Hermogen. τοῖς πολεμίοις τὰ κοινὰ προπίνειν προαιρούμενος. I.

*Propino* recte Bemb. et codd. vet. pro *praebeo.* Deinde pro *deridendum* leg. *ebibendum.*

Nam qualis propinatio, vbi nulla potus est mentio? et qualis utilitas in stulto homine *deridendo*? Vt taceam, *deridere* a vita parasitica esse alienum. Ad nostram correctionem commendandam facit Nonius v. Propinare: *Terentius Eunuchus: Hunc vobis comedendum et bibendum et deridendum propino.* B.

58 *Dignus est*] Haec verba vltima longi sermonis, eiusmodi sunt, vt miles haec audiens, laudatum se esse, et approbatum existimet. *Vbi vis*] Honorifice reuocat ablegatum cum iniuria, dicendo *Vbi vis:* quia *accede* imperatium erat: et *vbi*, nisi quando intellexeris, vitium est. D.

GN. Quid? isti te ignorabant: postquam eis mores ostendi tuos,

60. Et collaudavi secundum facta et virtutes tuas, Impetraui. THR. bene fecisti: gratiam habeo maximam.

Nunquam etiam fui vsquam, quin me omnes amarent plurimum.

GN. Dixin' ego in hoc esse vobis Atticam eloquentiam?

PH.

59 *Isti te ignorabant*] Figura ἀκυρωλογία (Διλογία. Mf. B.). Ad utrumque enim pertinet (forte excidit TE Z.), et ad laudem, et ad mores. Et hoc ambiguum. D.

60 *Secundum facta et virtutes tuas*] Et hoc ἀμφιβολον. Nam *virtutes εἰρωνικῶς* pro vitiis posuit: vt, *Nescis qui vir fiet*: et, *Ornatus esses ex tuis virtutibus*. *Facta et virtutes*] Proprie *facta* militibus adscribuntur. *Facta et virtutes*] Amarior est εἰρωνεια in vitiosos homines, quam veritas. D.

61 *Repone, bene fecisti*. Nam non coram Phaedria et Chaerea potest gratias agere Gnathoni. B.

62 *Nunquam etiam fui vsquam*] *Nunquam* et locum, et tempus significat: *Vsqum*, locum magis. *Nunquam*, pro non. Et *nunquam vsquam*, τῷ ἀεχαισμῷ, pro non vsquam, id est, nusquam. *Quin me omnes amarent plurimum*] Contrarium superiori. Quid est enim quod bene non fecerit quic-

quam, si in illo est, vt ametur? D.

Leg. *amarini*, fide codd. B.

63 *Atticam eloquentiam*] Et hoc εἰρωνικῶς, vt illa quae supra, *Atticam* dicit veram atque germanam; quia excultior eloquentia, dicitur *Attica*: et summi oratores, *Attici* appellati sunt. D.

*Dixin ego in hoc*] Quidam intelligunt hoc versu de Terentio dici, qui et Comoediam scribit, vt is in se habeat *Atticam*, hoc est, Menandri *eloquentiam*, qui fuit Atticus. Quidam de milite, vt per εἰρωνειαν dictum sit, quasi ad praesentem, vt credat se esse laudatum. Dixin ego quod miles habeat in se eloquentiam Atticorum? siquidem modo dixerat, *Nunquam etiam fui vsquam, quin me omnes amarent plurimum*. Ita vsque ad extremum melius seruata est militis gloriosi oratio. E.

Faerni libri vett. recte, *elephantiam*, h. e. leporem sermonis Attici. B.

P. H. Nihil praeter promissum est; ite hac. Ω. Vos  
valete, et plaudite.

· CALLIOPIVS RECENSVI.

64 *Praetermissum*] Et hoc  
anceps est, intellectu gemino  
ad utrumque. *Ite hac*] Quo  
vocat parasitus? an ad mere-  
tricem? an ad coenam militis,  
vt promisit? *Hunc ego come-  
dendum et deidendum vobis  
propino. Ite hac*] Comeffa-  
rum ad militem, vel ad Thai-  
dem. Si coenae interfuit me-  
retrix: quomodo post acta sunt  
omnia, cum mentio noctis non  
facta sit? Omnia post coenam  
gesta sunt: et non completa  
per rixam coena, superfuit plu-

rimum temporis ad agendum.  
D.

*Nihil praetermissum*] Omnia  
quae dixisti inuenimus in mi-  
lite: an (*aut Z.*) omnia quae  
promissimus tibi implebuntur,  
et nihil est, vel erit, praeter  
id quod diximus. E.

Faernus verborum, *Nihil  
praeter p. e.* sensum ait esse  
hunc, qui expressus sit in glos-  
semate libri Victorii, in mar-  
gine: *Omnia promisso tuc re-  
spondent, et nihil extra illud  
est.* B.

AELII DONATI V. C. ORATORIS VRBIS  
ROMAE COMMENT. IN TERENCE EV-  
NVCHVM EXPLICIT.



FRIDERICI LINDENBROGI

# OBSERVATIONES

## IN AELII DONATI. V. C.

### COMMENT. IN EVNVCHVM.

## ACT. I. SC. 2.

4 *Ignis effectum frig.*] Vid. Alexandr. *προβλήμ.*

87 *Hellanicus auctor*] Laudatur non semel Hellanicus hic ab antiquis. Val. Maxim. lib. 8. cap. 13. Val. Harpocrat. in *ἑλόπι*, et alibi. Existimem vero hunc locum ex eius historia Persica desumptum esse, in qua et de rebus Babylonicis egit, ut apud Stephanum de urbib. videmus.

## ACT. II. SC. 2.

25 *Romanus Macellus*] Ita Mss. codd. Al. *Nomanus*. Vid. Varron. de Ling. Lat. lib. 4.

*Forum cupedinis*] Apul. lib. 1. Miles.

26 *Bolonas exercent*] Arnob. libr. 2. *Quid bigarios, salinatos, bolonas, unguentarios*. Gloss. *Boloniae, μεταπράται, παλινκάπηλοι*. Gloss. Isidori: *Boloniae ipsi cetarii, qui diuersa genera piscium emunt*. Papias: *Bolonia, demozor cetariarum tabernarum, in quibus salsamenta conduntur, quas tabernas vulgo cetarias vocant*.

*Qui insitia*] *Ischia Ἴσκιαι*. Alexandr. Trallian. lib. 7. Alex. Aphrod. *προβλημάτων* lib. 1. Macrobi. Sarurn. 7. cap. 8.

## ACT. II. SC. 3.

22 *Anziqui enim Graeci*] Tale quid apud Apollon. Rhodium videre est, lib. 1v.

*A singulari gracilis*] Videtur corrigendum a *singulari gracila*. Sic enim in Terentio legit Val. Probus Institut. libr. 2. idque ut nouum hoc loco Donatum annotare voluisse puto. Aufonius tamen vulgatam lectionem imitatur.

39 *Liquet, verbum iuris*] Vid. Ascon. Pedian. contra Verrem. III. pag. 74.

85 *Ducimur quo volumus*] Vid. supra notata ad II, 2, 35.

87 *Plaustrum perculit*] Festus in voce *Plancae*.

## ACT. III. SC. I.

II *Gadirum habent*] Mf. *Gandirum*. Sed *Gadir* rectum est, atque ita Priscian. libr. v. hunc ipsum Sallustii locum laudat. Festus Auien. in orbis terrae descr. p. 610. *Gadir prima freuum solita supereminet arce, Atollitque caput geminis inserta columnis. Hacc Corinussa prius fuerat sub nomine prisco, Tarzessumque dehinc Tyrii dixere coloni. Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat. Poenus quippe locum Gadir vacat vndique*

*que septimum Aggere praeducto.* Idem in ora maritima: *Hic Gadir urbs est, dicta Tarzessus prius.*

34 *Crissando, ut Lucret.]* Locus Lucretii extat, lib. 4, 1265.

36 *Aphysicis dicatur]* Aristot. Animal. l. 7. c. 33. Cl. Aelian. de animal. l. 13. c. 11. Philostratus Icon. de Amoribus, ὁμοῖα γὰρ πῦ τὸ περὶ τῆ λαγῶ λέγομενον, ὡς πολὺ τῆς Ἀφροδίτης μέτεσιν αὐτῶ λέγεται ἔν περὶ μὲν τῆ Θήλεος, θηλάζειν τε αὐτὸν ἃ ἔτεκε, καὶ ἀποτίκτειν πάλιν ἐπὶ ταύτῳ γάλακτι· καὶ ἐπικυίσκειν δέ, καὶ ἑδὲ εἰς χρόνος αὐτῶ τῆ τόκος κενός· τὸ δὲ ἀβρῆν, σπείρει τε ὡς φύσις ἀβρῆνων, καὶ ἀποκυίσκει, παρ' ὃ πέφυκεν.

ACT. III. SC. 3.

9 *In duodecim tab.]* l. 1. §. 3. ff. de dolo malo. Vid. Gell. et Fest.

*Lucretius poeta]* Locus, quem notat, est initio lib. 4, 11. Cui similis alius apud Themist. orat. ζ. et Aufon. Epist. 17. ad Symmach. *Absynbium meum respicit; et circumliza melle tuo pocula deprehendo.*

19 *Inuendere, est crimen]* Plaut. Mil. II, 4, 47. *Pergin', scelestè, intendere, atque hanc arguere?* Eodem modo *intrabere*, contumeliam intorquere. Fest.

ACT. III. SC. 5.

18 *Pecuniae spectatores]* *Pecuniae spectatores* non sunt, qui alias III. viri monetales aeris, argenti, auri. l. 2. §. 30. de orig. iur. et Inscript. vet. quorum diligentiae erat inspicere, ne quis pecunias publicas conflatarum adulterinis artificiis imitaretur: ut ait Iul. Firmic. Astr. l. 6. c. 31. Sed sunt nummularii,

ad quos nummi probandi deferrebantur. l. 39. ff. de solut. Apul. Miles. l. 10. *Ne forte aliquis istorum, quos offirs, aureorum, nequam vel adulter reperiatur; in hoc ipso sacculo conditos eos annulo tuo praenoia, donec altera die, nummulario praesente, comprobentur.* Ipsum illud in Graecia fuit obseruatum. vnde Menander: Ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν φέρειν τὴν προῖχ', ἵνα, εἴτ' ἀργύριον καλὸν ἐστὶ, δοκιμασῆς ἴδῃ.

ACT. IV. SC. 2.

12 *Quinque lineae]* Lucianus copiose περὶ ἔρωτος. Ovidius: *Vifus et alloquium, tactus, post oscula factum.* Vetus poeta in Anthologia: *Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε· τρισόλβιος ὅστις ἀκρίει, Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ συνῶν.*

ACT. IV. SC. 3.

24 *Impudica fieri vel solo osculo]* Velut Phaedromus ait apud Plaut. Curcul. Act. I. Sc. I. Vers. 51. *Tam a me pudica est, quasi soror mea sit; nisi si est osculando quippiam impudicior.* Cui non absimile multum illud Achil. Tattii lib. 4. *ἔτι μένει παρθένος, μέχερ μόνων τῶν φιλημάτων ἐστὶ μὲ γυνή.* Quod bene animaduertens seuerus ille pudicitiae custos Pub. Maenius tristi exemplo, quod in liberto statuit, puellis omnibus praecepit, non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferenda. Val. Max. lib. 6. cap. 1.

ACT. IV. SC. 4.

20 *Lucillius in Satyra Athymidis \*]* Ita Mf. in Pith. cod. adnotatum erat; *in Satyra Atti. dili-*

*diligens ex f.* Lucillianorum fragmentorum collectores obseruauerunt, in vet. codd. legi, *Arhimudi sacci ex facie f.* Vnde tamen nil boni extricarunt.

22 *Adefionem sequor*] Mf. *Edefionium*.

*Vt ex gallis*] Ammian. Marcell. lib. xv. cap. 22. *Celsioris staturae et candidi pene Galli*. Vid. Petr. Arbit. 102. Adamant. Sophista l. 2. Isidor. xix, 23.

ACT. IV. SC. 5.

6 *Tres μετωνυμίας, Cererem*] Quinctil. lib. 8. cap. 6. *Liberum et Cererem pro vino et pane licentius, quam vt fori sceleritas ferat*. Naeuius apud Festum: *Coquus inquit, dedit Neptunum, Venerem, Cererem. significans per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem holera*.

ACT. IV. SC. 6.

30 *Violento ciuiliter*] Vlpian. l. i. §. 2. ff. Quod vi aut clam.

ACT. IV. SC. 7.

2 *Dicitur euocatio*] Duplex *Euocationis*, vel *Euocatorum* genus. De quibus hic agitur, ii proprie erant, qui subita aliqua necessitate urgente euocabantur. vt Donatus docet, et ex eo Seruius tribus locis. l. 2. Aen. 157. ad illum versum — *sacrata resoluere iura*. lib. 7, 614. — *ipse vocat pugnae*. et initio lib. 8. vbi haec dilucide explicantur. Altera *Euocatorum* notio de iis intelligenda est, qui semel missione impetrata, denuo ad nomen respondere cogebantur. Dio lib.

45. τὸ τῶν Ηυκάτων ἢ Ουόκᾶτων σύσημα (ὅς ἀνακλήτους ἂν τις εἴλλη-

νισκε, ὅτι πεπαιυμένοι τῆς στρατείας, ἐπ' αὐτὴν αὐθις ἀνακλήθησαν, ὀνομάσειεν) ἐνομιτῆθι. Sallust. in Cat. 59. prope finem. *Centuriones omnes lectos, euocatos*, &c. Falluntur ergo qui haec confundunt.

6 *Manipulum furum, coqui*] *Coqui* pro furibus olim habiti. Plautus Aulular. III, 6, 15. *Mibi omnis angulos Furum impleuisti in aedibus misero mihi: Qui mihi intromisti in aedes quingentos coquos*. Idem in Pseud. III, 2, 1. *Forum coquinum qui vocant, stulte vocant: Nam non coquinum, verum furinum est forum*.

39 *Alienam rem suam dicere*] Puta si nullam causam vel titulum possessionis suae dixerit. l. 12. l. 13. ff. de heredit. petit.

44 *Memores domorum*] Vnde haec exhortatio apud Nicetam Choniat. p. 170. *Ναὶ ἄνδρες, ναὶ συστρατιῶται, ἔτω τέκνα καὶ συλλέκτρος ἴδητε*.

ACT. V. SC. 2.

7 *Honesta locutio est*] Sic in Hecyrae Prolog. 9. *Honesta figura*. et in Phorm. Act. II, Sc. I, 40. *Honesta locutio*. atque ita apud Seruium, et Non. Marcel.

ACT. V. SC. 5.

9 *Licet semel \* vi non possit dicere*] Mf. *quidem simul vi possit dicere*.

ACT. V. SC. 8.

27 *Vir fortis optet quod uolet*] Saepe hoc apud Senecam in Controuers. Quinct. et Calpurnium in Declamationibus, et Scholiast. Hermogen.

49 *Fatui sunt*] Vid. Martian. Capell.



C. SVLPITII APOLLIN.  
PERIOCHA IN TERENT.

HEAVTONTIMORVMENON.

**I**N MILITIAM proficisci gnatum Cliniam  
Amantem Antiphilam compulit durus pater:  
Animique sese angebat, facti poenitens.  
Mox vt reuerfus est, clam patrem diuertitur  
Ad Clitiphonem; is amabat scortum Bacchidem.  
Cum arcefferet cupitam Antiphilam Clinia,  
Vt eius Bacchis venit amica, ac feruolae  
Habitum gerens Antiphila, factum id, quo patrem  
Suum celaret Clitipho: hic technis Syri,  
Decem minas meretriculae aufert a sene.  
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.  
Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit.

IO. CALPV RNII BRI XIENSIS VIRI CLARISSIMI  
IN P. SEXTI TERENTII HEAVTONTIMORVMENON  
PROLEGOMENA.

**H**aec fabula, Menandri Graeca: quae facta a Terentio Latina, nomen idem obseruauit, ne Graeci nominis euphonia perderet: quod Terentius minus laudis existimauit propria scribere, quam Graeca transferre. Nomen habet a sene se ipsum excruciante ob filii absentiam: quem amantem, duritia sua in militiam proficisci compulerat: *ἑαυτὸν τιμωρόμενος*, Latine, se ipsum excrucians interpretatur. Illud animaduertendum, omnes Terentianas fabulas ex vtroque genere mistas, praeter hanc. Nam Comoediae aut *motoriae* sunt, aut *statariae*, aut *mistae*. Motoriae, turbulentae: Statariae, quietiores: Mistae, ex vtroque actu consistentes. In hac, quae plurimum delectat

lestat et actu et stilo, primae partes sunt Menedemi et Chremetis: secundae Cliniae et Clitiphonis: tertiae Syri: et sic deinceps. Haec etiam, ut caeterae, quinque actus habet, Prologum concitatum. Nam et se purgat, et in laedendis aduersariis est occupatus. Argumentum quoque non simplicis negotii habet, nec vnius adolescentis, ut in Hecyra: sed duorum, ut in caeteris fabulis.

### ARGVMENTVM EIVSDEM.

**C**HREMES grauidae vxori olim interminatus, si puellam pareret, nolle tolli. At illa clam anui Corinthiae nutriendam dedit. Hanc adultam Clinia, inuito patre, amare coepit; cuius, duritia et assiduis iurgiis in militiam proficisci compulsus est. Postea facti patrem Menedemum adeo poenituit, ut omnia venderet, et agrum emeret, in eoque se exerceret: ut sic filii iniuriam vlcisceretur. Paulo post reuertitur Clinia, et clam patre deuertitur apud Clitiphonem, qui et ipse amabat scortum Bacchidem. Mittit arcessitum cupitam Antiphilam Clinia: cum qua et Bacchis vna venit. Hanc adolescentes Cliniae amicae simulante Syri technis. Antiphila ad matrem deducitur: cuius occasione Syrus decem minas meretriculae aufert a Chremete. Dehinc Antiphila Clitiphonis foror reperitur, et Cliniae in vxorem datur. Chremes Bacchidem a Clitiphone amari animaduertit: irascitur: minatur: sed, et Menedemo adhortante, filio ignoscit: et aliam illi dat coniugem. In *primo* Actu agitur de coniunctione senum, scilicet Menedemi et Chremetis; simul et de amicitia et familiaritate adolescentium; in qua Clitipho ardentissimus ostenditur. *Secundus* Actus continet, quemadmodum adolescentes amicas receperint; simul et Syri callidum consilium. *Tertius* Actus exprimit Syri fallaciam in Chremem, ut Bacchidem credat Cliniae esse amicam, et Antiphilam arrhaboni Bacchidi relictam esse putet pro argento, quod anum Corinthiam meretrici debere finxit. In *quarto* Actu agitur de recognitione Antiphilae, et de extorsione argenti, quod Bacchidi Clitipho promiserat. *Quintus* Actus continet omnium rerum conuersionem ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum: et quemadmodum Antiphilam vxorem Clinia duxerit: Clitipho vero, dimissa Bacchide, aliam acceperit.

---

 FABVLAE INTERLOCVTORES.

ANTIPHILA *meretrix.*  
 BACCHIS *meretrix.*  
 CHREMES *senex.*  
 GLINIA *adolescens.*  
 CLITIPHO *adolescens.*  
 DROMO *seruus.*

MENEDEMVS *senex.*  
 NVTRIX.  
 PHRYGIA *ancilla.*  
 SOSTRATA *matrona.*  
 SYRVS *seruus.*

Ex sententia Daceriae Scena est in pago suburbano. Quam si sequeris, multa loca lucem aliquam in hac fabula inde accipiunt. Veluti Act. I, Sc. 2, 17. Clitipho dicit Patri se seruulum misisse in Urbem: Syrus III, 3, 26. Clitiphoni ait, *Vab, quasi desit locus, abi sane isthac, istorsum, quo vis:* Et IV, 4, 9. occurrit villa, quae dicitur proxima fundo huic, vbi Bacchis erat, etc. Z.

P. TERENTII  
HEAVTONTIMORVMENOS.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. CORNELIO IENTVLO, L. VALERIO FLACCO AEDILIB. CVRVLIB. EGEREL. AMBIVSTVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. GRAECA EST MENANDRV. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS, DEINDE DVABVS DEXTRIS. ACTA TERTIA, M. IVVENTIO, M. SEMPRONIO COSS.

## PROLOGVS.

**N**E C V I sit voſtrum mirum, cur partis ſeni

Poeta

**I** *Ne cui ſit veſtrum mirum*] Prologus concitatus: nam et ſe purgat, et aduerſarium acriter terret. Actor quoque, ex commodo ſuo, cur hanc Comoediae actionem ſuſceperit, cauſas aſſert. *Partes ſeni*] Bene dixit, *Partes*: nam quum Comoedia quinque Actus habeat, erat, vt inquit Pedianus, perſona primarum Partium, erat et ſecundarum, et ſic reliquarum. Cic. in Diuinat. (cap. 15.) *Vt in Actoribus Graecis fieri videmus, ſaepe illum, qui eſt ſecundarum aut terziarum partium.* Erant igitur partes ſenum, erant adoleſcentum. Hinc tractum eſt, vt dicatur, meae partes ſunt, tuae partes ſunt. *Seni*] Per *ſenem* intelligit ſe ipſum, qui iam ſenio ſit conſectus. C.

Omnes hae Comoediae de Graeco translatae ſunt, a Menandro quidem quatuor, duae ab Apollodoro. Heautontimorumenos Menandri eſt; cuius prologus partitionem tenet, in qua docet, quid in quaestione ſit, id ipſum ne populus miraretur, diſſoluere. *Ne cui ſit veſtrum mirum, cur partes ſeni Poeta dederit, quae ſunt adoleſcentium*] Duas partes proponit, vnam quod contra conſuetudinem Senex Prologus proceſſit in publicum: ſolet enim iſtud officium adoleſcentibus dari. Ergo quoniam contra conſuetudinem in Prologum perſona proceſſit ſenex, idcirco hanc primam populo vult ſoluere quaestionem. E.

Contra morem hic Terentius Prologi partes Ambitio ipſi,

Poeta dederit, quae sunt adolescentium,  
 Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.  
 Ex integra Graeca, integram comoediam

5 Ho-

ipsi, totius gregis domino etiam seni dedit. Etenim ex Ad. Prol. 22. et Plaut. Trin. Prol. 16. colligitur, Prologos ab aliis esse pronuntiatos, non ab Actoribus, qui primi in Scenam veniant, primasque agant partes. B.

3 *Quod veni*] Deest, propter. C.

*Deinde, quod veni, eloquar*] Altera haec pars est. Simile autem mihi videtur huic esse principium Diuinationis (cap. I.). Namque et illic, quod subito mutata voluntate ad accusandum descenderat, mirum dixit videri, vel iudicibus, vel circumstantibus: ac propterea se primum id velle dissoluere. *Si quis vestrum, iudices, aut eorum qui adsunt, forte miratur.* Vides hic verbum nouerit semper (*mirum ab Cicerone Z.*) apponi: ita enim et hic dixit, *ne cui sit vestrum mirum.* Hanc igitur partitionem soluit, uti dicat, *cur partes seni Poeta dederit, quae sunt adolescentium.* Quod primo proposuerat, primo soluit: *Oratorem me esse voluit, non Prologum. Vestrum iudicium fecit, me actorem dedit.* Quod autem dixit, *quod veni, eloquar,* illud est: *nam quod rumores distulerunt maliuoli, multas contaminasse Grae-*

*cas, dum facit paucas Latinas, id esse factum hic non negat.* Ergo ut propositio collocata est, ita etiam solutionis est ordo seruatus. Sed nunc ad interpretationem superiorum reuertamur. E.

Errant Palmerius et Guyetus, qui, ut sensui consulatur, ordinem hic inuertunt, *Id dicam deinde; primum quod veni eloquar.* Nam hic Prologus non, ut alias, e Scena abit, sed statim Chremetis partes agit. Itaque sensus est: *Id primum dicam*] sc. cur Poeta mihi, non iuueni actori, partes Prologi commiserit. *Deinde quod veni eloquar*] h. e. Fabulam ipsam, ad quam agendam huc veni, post Prologi recitationem, peragam. B.

4 *Ex integra Graeca*] Terentius Hecyram et Phormionem ab Apollodoro transtulit, reliquas quatuor a Menandro. C.

*Ex integra Graeca integram comoediam sum hodie acturus*] Quoniam Andria ex duabus comoediis videtur esse confecta, quippe illic et Perinthia, et Andria continentur; quod quidem criminis loco aduersarius dederat. Ideo hic *ex integra,* inquit, *comoedia integram comoediam acturus sum;* ne vi-

- 5 Hodie sum acturus Heautontimorumenon:  
 Duplex quae ex argumento facta est simplici.  
 Nouam esse ostendi, et quae esset: nunc qui scripserit,  
 Et cuius Graeca sit, nisi partem maximam

Existi-

deatur ab altero tacta, aut ipse alteram tetigisse, sed unam comoediam et integram ad Latinum sermonem interpretatione mutasse. Denique ideo adiecit: *Duplex, quae ex argumento facta est simplici*: ut simplex argumentum sit, duplex comoedia: dum et Latina eadem et Graeca est. E.

*Ex integra Graeca*] Glossar. *Integra, id est, a nullo tractata Latinorum.* *Heautontimorumenon*] Horat. lib. I. Saty. 2, 18. — — *vix credere possis Quam sibi non sit amicus: ita ut pater ille Terenti, Fabula quem miserum nato vixisse fugato Inducit, non se peius cruciauerit, atque hic.* L.

In libri Bembini margine cum per alias comoedias glossata e Donato adscripta sunt, tum passim in Heautont. multa visantur, quae speciem scholiorum Donati prae se ferunt: quorum aliqua ponere non grauabimur; ut ad h. l. **EX INTEGRA GRAECA, a nullo tacta.** FAERNVS.

6 In libro Bemb. a manu prima fuit *duplici*, quod postea mutatum est in *simplici*. Quae lectio quamquam est caeterorum codd. legendum est ta-

*men Simplex quae ex argumento facta est duplici*, h. e. una fabula, sed argumentum duplex: fenes duo, adolescentes duo, amicae duae: varii profus affectus et euentus, qui tamen arte Poetae sic copulantur, ut una et simplex existat fabula. B.

7 *Et quae esset*] Id est, quo nomine vocaretur. C.

*Nouam esse ostendi*] Propterea, cum a Graeco tantum dicta est, et Latine nunc acta est. Nunc primum in Scenam procedit, idcirco dicitur *noua*, et, quae esset, supra dixit, *Heautontimorumenon*. E.

*Qui scripserit*] Sc. latine, Terentius. *Cuius Graeca*] Sc. Menandri. Nam etiam Latini scriptores nomen in Prologo interdum dicebant: quem alioqui pars magna spectatorum ignorauerit. B.

8 *Cuius Graeca sit*] Antiquum dictum. C.

*Et cuius Graeca sit, nisi partem maximam existimarem scire vestrum, id dicerem*] Duplex hic pronuntiatio (*propositio Z.*) est, *qui scripserit, et cuius Graeca sit, nisi partem maximam existimarem scire, id*: ut post inferatur, *Nunc quamobrem has partes didicerim paucis dabo.* Illud

Existimarem scire voſtrum, id dicerem.

- 10 Nunc,quamobrem has partis didicerim, paucis dabo:  
Oratorem eſſe voluit me, non prologum:  
Voſtrum iudicium fecit: me aſtorem dedit.  
Sed hic aſtor tantum poterit a facundia,

Quan-

Iud quod ſupra poſitum eſt, videtur adieſtum. Nunc redit ad partitionem ſupra collatam, cur *partes adoleſcentium ſenex ſumſerit*. E.

10 *Has partes didicerim*] Docet Poeta, diſcit Aſtor, edunt Magiſtri. C.

11 *Oratorem voluit eſſe me, non Prologum*] Officium *Prologi* ante narrationem rei ſemper eſt: verum tamen et poſt principium fabulae inducitur, vt apud Plautum in Milite glorioſo, et apud caeteros magnae auctoritatis veteres Poetas. *Oratorem*] Sic in Prologo Hecyrae: *Orator ad vos venis cum ornatu Prologi. Oratorem*] *Oratorem* audire oportere ius gentium eſt. *Oratorem* non licet iniuriam pati. Ne igitur patiatur iniuriam, non ſe *Prologum*, ſed *Oratorem* nominat. Et *Orator* eſt qui rogat: *Exorator*, qui impetrat. Alibi Terent. *Orator ad vos venio, ſinite exorator ſem*. Et *orator* eſt, cui cauſa defendenda mandatur. C.

*Oratorem me eſſe voluit, non Prologum*] Vt apud vos agerem cauſam potius, non officio ſungerer Prologorum. Prolo-

gi enim, ſicuti iam dictum, aut argumentum narrant, aut Poetae perſonam commendant, aut audientiam poſtulant: nunc autem ego apud vos aſturus ſum cauſam, et defendam, ſi quod fuerit forte in Terentium ab aduerſario, loco criminis intentatum. Ideo enim dixit, *voſtrum iudicium fecit: me aſtorem dedit. Sed hic aſtor tantum poterit a facundia, quantum ille poſuit cogitare commode, qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum*. Poeta, inquit, *me aſtorem eſſe voluit*, qui tantum in facundia excellit, et praeualet ingenio, quantum et ego qui eandem Comoediam aſturus ſum, in agendo praeualeo: ita *hic aſtor*, hoc eſt, ego, *tantum potero a facundia*, hoc eſt, non degenerabo ab eo qui cogitauit. E.

13 *Tantum*] Quasi dicat: Aſtor facundia tantum valebit ſeu poterit, quantum Poeta inuentione commoda. *A facundia*] Bene *Facundia*, non, *Eloquentia*. *Facundus* dicitur, qui bene fari poteſt. *Eloquentus*, qui et inuenit, et dicit. C.

Vt vanitas tollatur, quae ab officio Prologi abhorret, pro

- Quantum ille potuit cogitare commode,  
 15 Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.  
 Nam quod rumores distulerunt maleuoli,  
 Multas contaminasse Graecas, dum fecit  
 Paucas Latinas: factum hic esse id non negat,  
 Neque se pigere: et deinde facturum autumat.  
 20 Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi

Licere

Scd reponendum censeo *Si*, vt sit sensus; Dummodo mea facundia, h. e. vox, pronuntiatio, gestus Poetae virtutem et industriam possit aequare, quae expressa est in oratione Chremetis, quam ego postea sum recitaturus. B.

16 *Nam quod rumores distulerunt*] Id quod maleuoli vitio dant sibi, sibi laudi ascribit: seque exemplo praestantissimorum Poetarum defendit, qui idem factitauerunt. *Distulerunt*, diuulgauerunt. C.

*Nam quod rumores maliuoli*] Hic iam incipit causam dicere cur venerit, sicut supra diximus, vt purget quaestiones ipsas, et obiecta ab aduersariis soluat. *Maliuoli* autem, quod dixit, vel numero plurali, vt maliuoli rumores ipsi: vel singulari, vt sit huius maliuoli, hoc est, Lucii Lanuini. *Distulerunt*, id est, in diuersam disseminarunt. E.

17 *Multas contaminasse*] Hoc est illud quod diximus, quando hic praelocutus est, vt diceret, *ex integra Graeca integram Comediam sum acturus*

*hodie*: ita et hic, hoc sibi crimen dicit obiectum, quod Terentius multas Graecas contaminauerit Comoedias, dum paucas Latinas facit. Hoc autem crimen Terentius *non negat factum*, sed *sibi licere* demonstrat, et licere scilicet per aliorum exempla. Quemadmodam Tullius dixit: (Diuin. cap. 2.) *Adductus sum, iudices, fide, misericordia, multorum exemplo bonorum*. Et hic, *habet bonorum exemplum*. E.

Sensus videtur commendare lectionem Faerni, quam Bentleius quoque secutus est, *facit, pro fecit*. Z.

18 *Factum hic esse id*] Mf. R. *id esse factum hic*. L.

Lege cum omnibus nostris, et edd. vet. *Id esse factum hic non negat*. B.

19 *Aurumat*] Opinatur, dicit, censet. C.

*Facturum aurumat*] *Facturum* dicit et profiteretur. E.

Pro *facturum*, corrige *factum* iii. B.

20 *Habet bonorum exemplum*] videlicet Plauti, Naeuii, Ennii,

quos



Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.

Tum quod maleuolus vetus Poeta dicitur;

Repente ad studium hunc se applicasse musicum,

Amicum ingenio fretum, haut natura sua:

25 Arbitrium vestrum, vestra existimatio

Vale-

quos auctores Terentius habebat, ut in Prologo Andriae fatetur: *Qui cum hunc accusant, Naenium, Plaurum, Eunnium Accusant: quos hic noster auctores habet.* C.

22 *Tum quod maleuolus vetus Poeta*] A natura, *maleuolus*: a tempore vel inuidia, *vetus*: a signo aemulationis, *Poeta*. *Vetus*, plerumque ad laudem refertur, interdum ad vituperationem. *Vetus*, id est, cariosus, et quasi rancidus. *Maleuolus*, non criminibus, sed maledictis. C.

*Nam quod maliuolus vetus dicit*] Aliud crimen est, quod obiectum nunc proponit. quoniam Lucius Lanuinus dicit, Terentium non peritum artis musicae, ad Comoedias scribendas accessisse, praesumendo potius ingenio amicorum, non suo. E.

23 *Hunc musicum*] Videlicet Poetam elegantem. *Musicus*, Latine dicitur elegans; *μισικός* vero Graece, inelegans. *Musicum*] Quinctilianus (Instit. Orat. I, 10.): *Nam quis ignorat, Musicen, ut de hac primum loquar, tantum illis iam antiquis temporibus non studii mo-*

*do, verum etiam venerationis habuisse, ut iidem Musici et vates et sapientes iudicarentur.* Et ille apud Aristophanem (ππ. 188.) dicit, se *Musicam* nescire, praeter literas. *Musicam* appellat orbem doctrinae, literas, prima elementa. C.

24 *Amicum ingenio fretum*] Hoc idem refellit in Prologo Adelphorum: *Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles Eum adiutare, assidueque vna scribere; Quod illi maledictum vehemens esse existimant, Eam laudem hic ducit maximam, quam illis placet, Qui vobis vniuersis et populo placent.* *Amicum*] Pro amicorum, videlicet Laelii et Scipionis, quorum amicitia Terentius familiarissime usus est. C.

Lege cum omnibus fere nostris, et edd. vett. *Repente ad studium se applicasse hunc musicum.* B.

25 *Arbitrium vestrum*] Bene *Arbitrium*. Nam *arbiter* dicitur iudex, qui totius rei habet arbitrium et facultatem. horum enim arbitrio et iudicio Comoedia commendari poterat. C.

*Arbitrium vestrum, vestra existimatio*

Valebit. quamobrem omnes vos oratos volo,  
 Ne plus iniquum possit, quam aequum oratio.  
 Facite acqui sitis: date crescendi copiam,  
 Nouarum qui spectandi faciunt copiam,  
 30 Sine vitiis: ne ille pro se dictum existimet,  
 Qui nuper fecit seruo currenti in via

Deceffe

*existimatio valebit*] Hoc locutionis genus satis mirum est, cum dicit, de hac re vos iudicare poteritis, an id quod obiicitur nobis, verum sit, vt Terentius non natura sua fretus, neque ingenio, sed amicorum potius, ad scribendas Comoedias accesserit. Est namque rumor, quod (excidit, quia Z.) Terentius cum Scipione Africano familiarissimus fuit, semper istas Comoedias cogitarit (*compilarit* Z.): hoc igitur Prologus nititur soluere. Et quoniam non est erubescendum, tali viro fuisse coniunctum, idcirco minus curat hoc crimen dissoluere: dicit tantummodo, *vestrum iudicium est, et vestra existimatio*. E.

26 *Quare vos omnes oratos volo*] Hic iam sequitur officium Prologi, vt beniuolentiam petat: quae beniuolentia et in aduersarios odium concitat. quod adiecit: *Ne plus iniquum possit quam aequum oratio. date crescendi copiam nouarum rerum, qui spectandi faciunt copiam sine vitiis*] Quoniam petitio generaliter fuerat collocata, vti nouis Poetis fauerent audito-

res: adiecit *nouis*, sed qui sine vitiis Comoedias dant, illis Luscius Lanuinus nouas Comoedias profert, sed cum vitio (*conuicio*) adiecit, *Ne ille pro se dictum existimet*] Et ne Luscius Lanuinus etiam pro se petitum arbitretur. E.

*Valebit*] Prisc. lib. vii. L.

Pro *Quamobrem*, Bemb. et nostri libri vetustiores recte habent *Quare*. B.

27 *Ne plus iniquum possit*] Iustam rem petit: quae quidem, nisi ab iniustis, conceditur. C.

31 *Qui nuper fecit seruo currenti*] In hoc notatur aduersarius, qui decorum personae non seruauerit. Quid enim magis praeter serui decorum, quam vt illi *populus in via deccdat, et insano seruiat*? C.

*Qui nuper fecit seruo currenti in via deceffe populum*] Proponit vitium quod admiserit Poeta Luscius Lanuinus: quippe cum omnis Comoedia aut errorem teneat ex amatoribus, aut iniuriam meretricum, aut suppositionem filiorum, aut aliquid tale, quod ad moralitatem videtur esse coniunctum. Quod tale

Deceſſe populū : cur infano ſeruiat?

De illius peccatis plura dicet, quum dabit

Alias nouas, niſi finem maledictis facit.

35 Adeſte aequo animo : date poteſtatem mihi

Stata-

tale hic eſt, cum ſeruus currit, cum populus decedit, quod domino infano obediat ſeruus: ne potius aliena a Comoediis ſint, aperte ait ac breuiter ea, quae ſunt Comoediarum, explicemus. Omnis Comoedia aut amoris habet agnitionem, aut ſuppoſitionem amoris (*liberorum* Z.) habet, vt ex Andria, quam quidem in (*vt Andria, in qua quidem* Z.) agnitionem eſſe cognoviſimus: nam cognoviſcitur Glycerium quia (*cuius*) ciuis ſit. Suppoſitionem habet, vt apud Plautum qui eſt Truculentus: militi enim ſupponitur filius, vt exinde in meretricis affectum arguitur et ſtrictius colligetur. Ergo cum videamus haec eſſe neceſſaria in Comoediis teneri, vehementer errauit Iamvius, qui extra haec Comoediam inſtituit: et ſeruum currere, populū per viam diſcedere, quod infano ſeruiat domino. Vnde apertiffimum vitium in Comoedia reprehendit Terentius. E.

*Seruo currenti in via*] Velut Plautus Amphit. III, 4. Idem Curculion. II, 3. Proprie autem ſeruili ingenii character, per vias currere. Plautus Poenul. III, I, 19. *Liberos homines*

*per urbem modico magis par eſt gradu Ire: ſeruile eſſe ducō, ſeſtinantiā currere.* Alexis apud Athenaeum. Dipnoſ. I. I. Ἐν γὰρ νομίζω τῶτο τῶν ἀνελευθέρων εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀβρόδύμως ἐν ταῖς ἑδοῖς. Dio Chryſoſt. ad Alexandr. pag. 377. ῥόδιος ἐγὼς ἕτως ὑμῶν ζῶντας ἐν ἐλευθερίᾳ, καὶ μετὰ πάσης ἀδοξίας, ἀλλὰ παρ' ἐκείνοις ὅδὲ τὸ δραμεῖν ἐν τῇ πόλει δοκεῖ μέτριον, ἀλλὰ καὶ τῶν ξένων ἐπιπλήτῃσι τοῖς ἐκῆ βαδίζουσι. Inde Seueri Imp. dictum: *Ingennum currere, niſi in ſacro certamine, non deber.* Aelius Lamprid. in Seuero. I.

32 Forte pro *Deceſſe* leg. *Dixiſſe*, vt hoc Lauinio vitio vertatur, quod Populū in Scenam induxerit, cum ſeruo loquentem. Eſt enim in Fabulis ſeruus populū alloquatur, ſeu actor ſpectatores: nihil tamen ab illis reſponſi ſerunt. B.

35 *Adeſte*] *Adeſte*, id eſt, intenti eſtote, et auxilium ferre, more aduocati, qui clienti ad eſt. *Date poteſtatem, mihi ſtatariam agere*] Vt liceat ad exitum vſque fabulae perpetuo ſtare, ne videlicet aliqua turba fiat: vt fieri ſolet, aut ludis funambuli, aut gladiatorum. tunc enim neceſſe eſt relinquere

Statariam agere vt liceat per silentium;  
 Ne semper seruos currens, iratus senex,  
 Edax parasitus, sycophanta autem impudens,  
 Auarus leno, assidue agendi sint mihi,

40 Clamore summo, cum labore maximo.

Mea causa causam hanc iustam esse animum inducite:

Vt

Comoediae actionem. Et bene dixit *Statariam*. Agienim dicitur fabula, cum recitatur. *Stare* cum placet. Est etiam Comoediae quae dicitur *Stataria* aut *motoria*, a statariis actibus vel motoriiis. C.

36 *Statariam agere, vt liceat per silentium*] Quidam *statariam* genus esse putant Comoediae: alii, in quibus stantes, vnde hanc *statariam* nominant. Mihi enim (*autem* Z.) videtur, *statariam agere vt liceat per silentium*, ideo dixisse, vt perpetuo et stabiliter agatur haec Comoedia, neque populi aduersis suffragiis foras pellatur. Ideo adiecit, *vt liceat per silentium*, et subiungit: *Ne semper seruus currens, iratus senex, &c. assidue agendi sint mihi, Clamore summo, cum labore maximo*. Haec autem, quae nunc nominantur, propria videntur esse personarum. Nam serui officium est *currere*, senis *irasci*: parasitus autem *edax* est, *impudens* sycophanta, leno *auarus* est. ergo sunt haec propria sermonis, quae necesse habeo ex necessitate personarum complere. Debetis mihi po-

tius fauere, quam aduerso suffragio conatus facere. E.

*Statariam agere*] sc. fabulam, in qua non sunt inagni labores, vehementiores commotiones. Nam ratione commotionum, seu τῶν παθῶν, Comoedia, auctore Donato, dicitur vel *stataria*, vbi sedati et leniores dominantur affectus, vel *motoria*, quae vehementioribus affurgit motibus, vel *mixta*, in qua vtrumque illud temperatum est genus. Z.

37 *Ne semper seruus currens*] Exprimit varias personas, quae in Comoediis introducuntur, quibus ars comica valde nobilitatur. Inducitur autem *leno periurus, amator feruidus, seruus callidus, et amica illudens, et uxor inbibens, et mater indulgens, et patruus obiurgator, et sodalis opinulator, et miles praeliator, parasiti edaces, parentes tenaces, et meretrices proccaces*. C.

41 *Mea causa causam hanc iustam*] παρανομιᾶς. C.

*Mea causa causam hanc iustam in animum inducite, Vt aliqua pars laboris minuatur mihi*] Quantum ad eum, qui Como-

mo-

Vt aliqua pars laboris minuatur mihi.

Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni :  
Si quae laboriosa est, ad me curritur :

45 Sin lenis est, ad alium defertur gregem.

In hac est pura oratio. *experimini,*

In vtramque partem ingenium quid possit meum.

Si nunquam auare pretium statui arti meae,

Et cum esse quaestum in animum induxi maximum,

L1 §

50

moediam scribit, pertinet: potuit enim secundum morem ingenio vniuersa complere. Ergo quia haec pronunciaturus sum, necesse habeo silentium. Ideo, inquit, propter me hanc mihi operam exhibete, vt cum silentio attendatis. E.

44 *Si qua laboriosa est]* Iustum etenim est seni in re laboriosa fauorem praestare. C.

*Si quae,* quod est in Bembinio, exigitur a versu. Vulgo habent *Si qua.* B.

45 *Ad alium gregem]* *Gregem* cum contemptu dixit, alios actores parui faciens. *Gregem* appellat scenicorum turbam. Plautus in Prologo Afinariae (versu 2.), *Quae quidem mihi atque vobis res vertat bene, Atque huic gregi.* C.

*Si lenis,* habent Bembinus et alii. B.

46 *Est pura oratio]* Hoc est, nitida, quae facile assensum auditorum ineat. C.

*In hac pura est oratio]* Quoniam sicut (*supra* Z.) dixerat, laboriosas potius Comoedias ad se deferri, leues ad alium: ne

praeiudicium huic Comoediae fecisse videretur, quod ipse dicit illa aut exinde iam a superiori populo iudicare posset (*dicit laboriosam, et vt exinde iam a superioribus populus diiudicare p. Z.*) adiecit, *in hac pura est oratio: experimini in vtramque partem ingenium quid possit meum.* Non omnia aequalitas, modo vtrumque possunt (*Non omnia aequaliter; modo vtrumque possum Z.*): et leuia perferre, et graua complere. Ita ait *in vtramque partem:* quoniam semper in superioribus comprobastis; nunc quoque leuioribus nosse (*fauere Z.*) debetis. E.

48 *Si nunquam auare pretium statui]* Per haec verba Terentius demonstrat, quam grauis auctor sit, qui suas Comoedias probet. Sic *Horat.* (L. II, epistol. I, 81.) *Et cum respondere coneris, Quae grauis Aesopus, quae doctus Roscius egit.* C.

49 *Et eum esse quaestum]* Nonnunquam subauditur, *si, vt sit, et si eum quaestum.* C.

50 Quam maxime seruire uestris commodis:  
 Exemplum statuite in me, ut adolescentuli  
 Vobis placere studeant potius, quam sibi.

## ACTVS PRIMI SCENA PRIMA.

CHREMES. MENEDEMVS.

**Q**UAM QUAM haec inter nos nuper notitia ad-  
 modum est,

Inde

50 *Seruire uestris commodis*] Plus dixit *commodis*, quam si diceret *uoluptatibus*. C.

51 *Ut adolescentuli uobis placere studeant potius quam sibi*] Si mihi nunc honorem per silentium dederitis, facile eos (eo Z.) adolescentes compelletis, ut uobis placere potius uelint, quam sibi: quoniam officium Prologorum adolescentes sumunt, multa in Comoediis ipsi acturi sunt, ita (ut, ita Z.) factum cum mihi ex hac actione esse cognouerint, facile ipsi laborem hunc capere possint, ut uobis placeant. E.

52 *Vobis placere studeant potius, quam sibi*] *Sibi placens* αὐθάδης, αὐταίρετος. Ut Petron. cap. 126. *Nolo tibi tam ualde placeas*. Martial. v, 57. *Noli tibi, Cinna, placere*. Sic apud Querol. *Sibi sufficiens*, αὐτάρκης. L.

I *Quamquam haec inter nos*] Bene ex arte comica senex o-  
 pitulator inducitur, qui et mi-  
 seria et tristitia alterius valde

commoueatur. Simul ambo-  
 rum senum coniunctio et fami-  
 liaritas, ad id quod secuturum  
 est, non parum accommoda fu-  
 tura est. Simul exprimitur a  
 Poeta mutua miseratio, quae  
 inter senes esse solet, et oratio  
 senilis prolisa. *Quamquam  
 haec inter nos*] Exordium  
 est, et Oratori congruum.  
 Quod enim exigua notitia, aut  
 nuper incepta, vel nulla con-  
 suetudo anteaetae uitae facere  
 prohibet, id vel uirtus, vel pro-  
 pinquitas cogit. C.

*Quamquam haec inter nos*] Haec Scena continet iniustam  
 accusationem, quod grauis se-  
 nex de se exigat poenas, de-  
 fensionemque continet iustam:  
 memorat quippe ita se meri-  
 tum, ut ipse de se exigat poe-  
 nas. Quare qualitatis esse in-  
 telligimus status; et non tam  
 esse accusationem, quam obiur-  
 gationem. Huiusmodi etenim  
 in auctoribus, qui non apud iu-  
 dicem controuersiam dicunt,  
 vim debent potius intelli-  
 gere,

Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es;

Nec rei fere sane amplius quicquam fuit:

Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,

5 Quod ego in propinqua parte amicitiae puto,

Facit,

gere, quam controuersiam: non enim iudices praesunt. Sed quoniam talis est actio, ut videatur vim controuersiae continere, idcirco status hic est, et secundum istum cuncta dicuntur. Ergo in hac Scena status qualitatis est absolutae, utrum iuste fecerit, vel faciat, quod de se senex exigat poenas. Quam rem docet iuste fieri, ex eo quod se meritum dicit, propterea quia ipse filium suum, amantem adolescentum more, miserit in militiam duram, saepius accusando; inde sibi iuste imponi has ipsas, quas implet, grauissimas poenas. *Quamquam haec*] Chremes vicinus, cum conspiceret senem, eundemque olim diuitem, grauius laborare, ac tota die in opere consistere vehementer, accedit interrogans: et, ut oportet apud ignotum, longa utitur oratione, simulque sibi etiam quaestionem facit, et quasi ipse sibi respondet. Quo pacto vim ostendit eius qui interrogat, cum sit ignotus. Aliiter enim senem in dolore positum, et calamitatibus pressum, ad loc\* (*urionem edet fabulas*). Sic ex Mf. lacunam Lindembrogii suppleuit West. qui recte pro *edet* corrigi, et ad Z.)

prouocare non posset, nisi secum in se interrogans illud ita loqueretur, uti adiiceret quae ipse respondere potuisset. Ac primo purgat personam; quamuis antea familiaritas nulla fuerit, audeat tamen hodie accedere, et eum alloqui; dicit ergo, quod nimius labor, quem ipse de se exigat ille qui senex et diues est, in se taciturnitatem esse non permiserit, sed potius compulerit ad interrogandum; etiamsi parua amicitia fuisset atque notitia, ex hoc quod vicinum agrum non longe ante mercatus est. E.

3 *Nec rei sane amplius*] Nec aliquid inter nos fuit rei, ex quo facilius iungeremur. E.

4 *Vicinitas*] *Vicinia* non tam homines, qui eundem incolunt vicum, significat, quam qui prope domum tuam habitant. *Vicinitas* autem non homines, sed propinquitatem proprie vicinorum. C.

*Vel virtus tua me*] Quam honesto verbo vsus: laborem et calamitatem virtutem potius nominauit \* (adde, *quam miseriam et sordes*. Z.). E.

*Vel vicinitas*] Seru. Eclog. III, 53. L.

5 *In propinqua parte*] *Vicinitas* agrorum et domorum, quasi

Facit, vt te audacter moneam et familiariter;

Quod mihi videre praeter aetatem tuam

Facere, et praeterquam res te adhortatur tua.

Nam pro deum atque hominum fidem, quid vis tibi?

10 Quid quaeris? annos sexaginta natus es,

Aut plus eo, vt coniiicio. agrum in his regionibus

Melio-

quasi quaedam pars amicitiae est. E.

Sive *Amicitiae* in genituo accipias, siue datiuo, commodum sensum non efficies. Igitur corrigendum puto locum ita: *Quod ego esse in aliqua parte a. p.* Certe Eugraphius videtur aliqua legisse. B.

Non putauerim emendatione opus, cum commodus efficiatur sensus, si *Quod* ad vtrumque et virtutem et vicinitatem retuleris, adeo vt hic contineatur causa, cur ob virtutem Menedemi et vicinitatem sustineat facere id, quod alias munus amicitiae ac familiaritatis solet esse. Itaque *propinqua pars amicitiae* videtur esse res, seu munus, quod proxime accedit ad vim, naturam, et officium amicitiae; res, quae vicem seu locum tenet amicitiae. Sic certe Graeci dicunt ἐν μέγιστι Σέβει. Z.

6 *Audacter moneam et familiariter*] *Audacter*, quod quaedam diciturus est, veluti accusans: *Familiariter*, quod ita accedit, quasi ex notitia praeterita. E.

7 *Quod mihi videre, &c.*] Ipse partitionem suam persequitur: nam propter aetatem sic subiungit: *Annos sexaginta natus es, aut plus eo, vt coniiicio; agrum in his regionibus meliorem, neque pretii maioris, nemo habet. Meliorem* ad vsum refert: *pretii maioris*, ad opinionem populi de ipso agro. E.

9 *Nam pro Deum atque hominum fidem!*] Exclamatio vehemens est in eum, qui et fenex et diues continuo se labore defatiget, et eo magis Chremes admiratur huius laborem, nondum intellecta causa. C.

Coniunctio *aut*, post *fidem*, abest a melioribus libris. B.

11 *Vt coniiicio*] Id est, coniecturam capio. Hinc coniectura dicta est a *coniectu*, id est, a directione quadam rationis ad veritatem. Vnde etiam somniorum atque ominum interpretes, *coniectores* vocamus. C.

*Agrum in his regionibus*] Seruius Aeneid. 2. L.

Deleo, eo, et lege, *Aut plus, vt coniiicio.* B.



Meliorem, neque preti maioris nemo habet;  
 Seruos complureis: proinde quasi nemo fiet,  
 Ita tute attente illorum officia fungere.

15 Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi  
 Domum reuertor, quin te in fundo conspicer  
 Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique

Nul-

12 *Nemo*] Proquisquam. C.

13 *Lege vel cum Guyeto, Serui complures, vel Seruos non plures, vt adeo particula non eodem dicatur modo, quo ante neque. Certe vulgaris lectio locum non habet, quia complures vim gradus comparatiui non habet, qui a sensu exigitur. B.*

14 *Tute illorum officia fungere*] Nunc dicimus officiiis fungeris. *Fungor* idem est quod officium munusque ago: vt, *Fungor magistratu, fungor legatione. C.*

Omnes nostri male, *Ita attente tute. B.*

15 *Nunquam*] Deest Nam. *Tam mane*] Modo aduerbium: alibi nomen videtur: vt (Virg. Georg. III, 325.), *Iam mane nouum. (Pers. Sat. III, I.) Iam clarum mane fenestras intrat. C.*

*Nunquam tam mane, &c.*] Hic est labor ille qui fit plurimus, quo cotidie . . . (*in alio, addit Mf.*) labore constitutus, quod aut fodere inuenitur, aut aliquid facere. E.

16 *Quin te in fundo conspicer*] *Quin*, pro quod non, hoc in loco: alias pro cur non, pro etiam, pro quare, ponitur. *Is*

*fundo*] Superius dixit, *Agrum in proximo hic mercatus es. Fundus* enim ab agro continetur. De quo Cicero in quodam ioculari libello, *Fandum vero (Leg. Varro) vocat, quem possit mittere funda, Ni lapis exciderit, qua caua funda patet. C.*

17 *Denique nullum remittis*] *Nullum remittis*, ad illud pertinet quod dicit, *nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi domum reuertor. E.*

*Fodere aut arare*] Sic Varro de re Rustica lib. I. cap. 31. *Vincas nouellas fodere aut arare. Tangit autem hunc locum Terentii Cicero de Finib. initio lib. I. Etenim si delectamur, cum scribimus; quis est iam inuidus, qui ab eo nos abducat? sin laboramus: quis est, qui alienae modum statuat industriae? nam, vt Terentianus Chremes non inhumanus, qui nouum vicinum non vult fodere, aut arare, aut aliquid facere denique. Non enim illum ab industria, sed ab illiberali labore deterret: sic isti curiosi, quos offendit noster minime nobis inuicundus labor. Vid. Priscian. lib. IIX. L.*

Esti

Nullum remittis tempus; neque te respicis.

Haec non voluptati tibi esse, fatis certo scio:

20 At enim dices, quantum hic operis fiat, poenitet.

Quod in opere faciundo operae consumis tuae,

Si

Est Bentleius lectionem aut aliquid facere denique, quam reperit in vno cod. et vet. edd. et quae a Donato ad Phorm. 1, 2, 71. est expressa, sensus gratia praeferebatur putat: vulgaris tamen lectio, cum et Ciceronis auctoritate de Fin. 1, 1. et sensus praestantia comprobetur, haut dubie retineri debet. Nam ferre aliquid, seu gestare laboribus rusticis probe conuenit. Caeterum post *denique* interpungendum est. Nam Terentius hanc particulam solet in fine sententiae ponere, vt Phorm. l. 1. et Eun. 1, 2, 78. Z.

18 *Remittis, neque te respicis*] Nihil significantius de eo qui nihil sibi parcat, nec sui miseretur. Nam qui aliis *remittit* aliquid, id est condonat, is est facilis et mitis naturae. C.

*Neque te respicis*] Ad illud, vel quod senex est, vel quod diues. E.

20 *At enim dices*] Anthypophorae respondet. *Poenitet*] Id est, parum videtur. *Poenitet* enim eum qui parum putat. Alibi Terent. *Nostri nosmet poenitet*. Virgil. in Bu-

col. (11, 34.) *Nec te poenitet calamo triuissè labellum*. Cicero ad filium (Off. 1, 1.), *Quoad te, quantum proficias, non poenitebit*. C.

*At enim dices*] Optima, vt diximus, ratione, ipse sibi quaestionem facit, et vitur respondentis ratione, vt eum prouocare possit ad loquendum, qui frequenter pressus dolore conticescit. *Sed dices mihi*, inquit, *poenitet me, quantum hic operis fiat*: cui respondet, tanquam hoc sibi propositum sit: *Sed in opere faciundo quod consumis, si id consumas in exercendis seruis, plus agas*. E.

Lege cum Mureto *At enim me, quantum hic operis fiat, poenitet*. Nam praeterquam quod *dices* sensum turbat, et in codd. incertam habet sedem, nec Seruius ad Eclog. 11, 34. et Aen. 1, 552, vbi *poenitet* explicatur per *parum videtur*, illud verbum legit. B.

21 *Quod in opere faciundo*] Opera est actio, et persona ipsa quae opus peragit. Opus, finis est et fructus operae. Nonnunquam *opus* pro *opera* videtur accipi. Virgil. (Aen. VIII, 415.) *Mollibus e stratis opera ad fabrilis surgit*. C.

Si sumas in illis exercendis, plus agas.

MEN. Chreme, tantumne est ab re tua otii tibi,

Alicna vt cures; eaque, nihil quae ad te attinent?

25 CH. Homo sum; humani nihil a me alienum puto.  
Vel

22 *In illis exercendis*] Qui aliis praest, vt paterfamilias, aut imperator, plus efficit sua adhortatione quam opera. C.

23 *Tantumne est ab re tua otii tibi*] *Difficilis*, vt inquit Cicero (*Officiis* 1, 9.), *est cura rerum alienarum. Nani ea magis percipimus atque sentimus, quae nobis ipsis, aut prospera, aut aduersa eueniunt, quam illa, quae caeteris: quae quasi longo intervallo interiecto videmus: aliter de illis, ac de nobis, iudicamus. Ab re tua*] Id est, a negotiis tuis familiaribus. Dicitur etiam *ab re tua*, contra utilitatem tuam. sicut *e re tua*, et *e republica*: id est pro re tua, et pro republica. C.

*Tantumne est ab re*] Bene tanquam alienum alloquitur Menedemas, vt illi et otium esse dicat, et tantum otium a rebus suis, vt aliena curet, et ea quae ad se nihil attinent. E.

*Tantumne est ab re tua*] Augustin. *Epist.* 51. *Hinc et ille Comicus, (sicut luculentis ingeniis non defuit resplendentia veritatis) cum ab vno sene alteri seni dictum componeret: Tantumne ab re tua est otii tibi, aliena vt cures, eaque quae nihil ad te attinent?*] *Responsum ab*

*altero reddidit: Homo sum, humani nihil a me alienum puto. Cui sententiae ferunt etiam theatra tota, plena stultis indoctisque, applausisse. L.*

*Colloca, ab re tua* est. Nam sic est non modo apud Cic. lib. XII, ad Atticum, sed et in Bemb. et aliis codd. B.

24 *Eaque nihil quae*] V. C. *Ea quae nihil ad te.* Menander: ἄ μή προσήκει, μήτ' ἔχει, μήτ' ὄρα. L.

Omnes nostri cum edd. vet. habent, *ea quae nihil ad te attinent.* B.

25 *Homo sum: humani a me nihil alienum puto*] Hoc ex Platonis sententia, qui inquit: *Ortus nostri partem patriam vendicare, partem amicos.* Et vt Stoicis placet, *quae in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creantur.* Homines autem hominum causa generantur, vt ipsi inter se alii aliis prodesse possint. C.

*Homo sum; humani*] Cicero lib. 1. de Legib. *Quod si quomodo est natura, sic iudicio homines humani, vt ait Poeta, nihil a se alienum putarent.* Idem lib. de Officiis 1, 9. *Difficilis cura rerum alienarum: quanquam Terentianus ille Chre-*  
mes

Vel me monere hoc, vel percontari puta.

Rectum est, ego ut faciam: non est, te ut deterream.

MEN. Mihi sic est usus: tibi ut opus factum est, face.

CH. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet?

MEN. mihi.

30

*mes humani nihil a se alienum putat.* Seneca Epist. 95. *Iste versus et in pectore et in ore sit,* Homo sum, humani nihil a me alienum puto. Ambrosius de Officiis lib. 3. cap. 7. *Homo nihil alienum a se debet credere, quicquid humanum est.* Pontius Paulin. epist. 31. *Non enim sibi habentes habebant, sed nemo quicquam dicebat suum, et humani nihil a se alienum putabant.* Iohan. Sarisber. Epist. 197. *Amentis est, non amantis, se et sua curare duntaxat, quae aliorum sunt ducere aliena. Humanum, teste Comico, nihil caritas a se reputat alienum.* Idem Epist. 229. L.

*Humanum* hic non ad errores et peccata esse detorquendum, qui est error vulgaris, sed de sensu, qui vel ex malo vel bono quod alteri evenit, percipiatur, et omnino de cura alienarum rerum, intelligendum, quae est vera Ciceronis interpretatio, dudam ostendit Lindenbrogius. Caeterum Daceria ex loco quodam Augustini commemorat, hunc versum, cum recitaretur, spectatoribus tantopere placuisse, ut uniuersum theatrum planderet. Z.

26 *Percontari*] Id est interrogare. *Percontari* suapte na-

tura ad finem spectat coarguendi. Interrogamus, noscendi gratia: *Percontamur* vero, arguendi: quamuis tamen utroque indifferenter utamur. C.

*Vel me mouere hoc, vel percontari*] *Monere*, si sciam quod faciat (*facias* Z.): *percontari* si nescit (*nesciam* Z.). E.

27 *Rectum est, ego ut faciam*] Ad superiora pertinet sensus, ut intelligi possit: *vel percontari puta, si rectum est*; ideo quaero ut faciam; si non est rectum, ut te deterream. E.

Per interrogationem pronuncia; *Rectum est? ego ut faciam. non est? te* etc. Hoc enim est, quod *percontari* dixit. B.

28 *Usus*] Modo opus significat: alias utile: ut, opus est factum, pro facere. Sic Sallust. (Bello Catil. I.) *Nam et priusquam incipias, consulto, et ubi consulueris, mature factum opus est.* Ponitur igitur hic ablatius participii praeteriti temporis pro infinitiuo; sicut ibi *consulto*; i. e. consulere, et *facto*, i. e. facere. C.

*Mihi est usus*] Mihi sic expedit. E.

29 *Mihi*] Non repugnant sententiae Chremetis, sed se solum meruisse dicit ut crucietur. C.

30 CH. Si quid laboris est, nollem: sed quid istuc mali est,

Quaeso? quid de te tantum meruisti? MEN. elieu.

CH. Ne lacruma; atque istuc, quicquid est, fac me vt sciam:

Ne retice: ne verere: crede, inquam, mihi,

Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero.

35 MEN. Scire hoc vis? CH. hac quidem causa, qua dixi tibi.

MEN.

30 Etsi versus, vti in omnibus codd. reperitur, laborat metro: is tamen cum Guyeto non tanquam spurius et Terentio indignus est expungendus. Sed emenda vel, *Si quid labori est*: vel, quod magis placet, *Si quid laboris, nollem* etc. Nam sequitur, *Quid mali*. B.

31 *De te meruisti*] Dicimus autem *merco* et *mereor*. *Mereor de te*, est aliquid in te confesso vel bonum, vel malum. C.

Vt hianti versui succurras, pro *eheu* corrige *oieï*. Vide ad Eun. IV, 4, 47. B.

33 *Ne retice*] Bene *retice*: nam *reticemus* dolores: *obricemus* pudenda: *racemus* secreta. vt (Aen. II, 94.), *Nec racui demens*. In Eunucho, *Virgo conscissa veste lacrumans obtinet*. C.

Post *crede mihi*, h. e. comite mihi id secretum, quod retices, interpunctione maiori est opus. B.

34 *Aus consolando, aut con-*

*filio, aut re iuvero*] His tribus adhibitis, quid amplius in vera amicitia exoptandum? C.

*Aut consolando, aut consilio, &c.*] Apponit causas, cur aliena incommoda queri (*quaerere* Z.) videatur. Hoc enim quod interrogo, proderit tibi\* (Supple e Mt. *Aut enim grande malum, et consolazione te adiuuero, si subueniri potest*. RE ADIUVERO) Ita boni amici ordinem custodiuit, vt crederet se aliquo modo prodesse. \* (Quae hinc sequuntur vsque ad vers. 47. hausta sunt e cod. quo Westerh. est vsus. Z.). E.

35 *Hac quidem causa, qua dixi tibi*] Quum Menedemus tantum illud posuerat, vt diceret, *Scire hoc vis?* ille continuo repudiaret ad (*repudiauit* *banc* Z.) causam, vt diceret, Non rem scire cupio, sed hac causa scire cupio, qua dixi, vt aut consolari te possim, aut consilio, aut re adiuuare possim. E.

M m

MEN. Dicetur. CH. istos rastros interea tamen Adpone: ne labora. MEN. minime. CH. quam rem agis?

MEN. Sine, vaciuom tempus ne quod dem mihi Laboris. CH. non finam, inquam. MEN. ah, non acquom facis.

40 CH. Hui, tam grauis hos, quaeſo? MEN. sic meritum'ſt meum.

CH.

36 *At istos rastros*] Dicimus *Rastrum* in ſingulari et *Rastri* in plurali. Diſti autem ſunt a *radendo*, quod terram radant. C.

*Istos*] V. C. et Mf. R. *at istos*. L.

Omnium Faerni et noſtrorum codd. conſenſu leg. *At istos rastros*. Deinde in verſu ſequenti meliores codd. habent *adpone*, h. e. *depone*, quod in quibusdam reperitur. B.

37 *Depone*] In tempore. *Ne labora*] Id eſt, noli te vexare, aut te ita labore conficere. Interdum *ne labora* ſignificat, ne cura, noli curare. C.

Vulgo, inprimis ob verbum *labora*, opinantur, Menedemum raſtris opus feciſſe in praefentia. Sed valde placet Daceriae ſententia, quae ait, illum ex agro redeuntem veſperi hic raſtros humeris geſtare. Nam praeter picturam, quae in cod. reg. Menedemum geſtatem exhibet, ſequentia quoque illam ſententiam comprobant.

Nam Menedemus quamquam negat, ſe laborem fugere et ſibi parcere poſſe, tamen non pergit *opus facere*, ſed *ire*, vt Chremeſſolus relinquatur. *Laborare*, vt Gr. *πνεῖν*, ſign. ſibi non parcere, ſe non reſpicere, dolere animo, aut duriter ſe habere. Certe *labor* in verſu 30. non de opere faciendo intelligi debet, ſed de aegritudine, ſeu de cauſa ſummae aegritudinis. Denique Chremeſ in verſu 17. dicens *ferre*, videtur hos ipſos raſtros ſignificare. Z.

38 *Sine, vaciuom*] Mf. R. *Sine me, vac*. L.

Leg. *Sine me, vaciuom* etc. Certe *vacuum*, quod vulgo legunt, repugnat verſui. B.

39 *Non finam, inquam*] Haec magis geſtu exprimuntur. C.

40 *Hui, tam graues*] Apoſiopſis: et admiratio ponderis raſtrorum, quibus ſenex vtitur. *Hui*] Miſerantis exclamatio eſt. C.

CH. Nunc loquere. MEN. filium vnicum adolescentulum

Habeo. ah, quid dixi, habere me? imo habui, Chreme:

Nunc habeam, necne, incertum est. CH. quid ita istuc? MEN. scies.

Est e Corintho hic aduena anus paupercola:

45 Eius filiam ille amare coepit perdit, Prope iam vt pro vxore haberet: haec clam me omnia.

Vbi rem rescui; coepi non humanitus,

Neque vt animum decuit aegrotum adolescentuli,

Tra-

41 *Filium ego adolescentulum habeo*] Hic narratio incipit, cur se senex puniat. E.

44 *Est e Corintho hic aduena anus paupercola*] Et haec narratio est ad personam declarandam eius mulieris, quae puellam tulit illam, quae Chremetis filia est. Quae nunc posita narratio ad illam superiorem coniungitur et adnectitur? E.

45 *Perdite*] Bene *perdite*. Nam *perditus* est, qui in omne scelus est traditus. *Perdite*] Aduerbiū, i. e. misere et nimis vehementer, et in perditionem morum suorum. C.

*Coepit perdite*] Mf. R. *Virginem*. L.

Pro *perdite*, probanda est lectio codd. quorundam, *virginem*. Certe est nomen honestius, et tollit suspicionem vitae meretriciae. B.

47 *Coepi non humanitus*] Hic iam se arguit, quod iuste de se exigat poenas: siquidem, cum animaduertisset filium amare mulierem, non humano modo, neque vt decuit, adolescentuli animum sic tractauit, sed aperte vi et more patrum cotidie accusauit. Subiungit deinde allocutionem, qua vsus est cum accusaret filium: *Ego te meum tantisper dici volo, Dum quod te dignum est facies*. Dicit te filium meum tam diu volo, quam diu facis quod te dignum est. Sin autem non feceris, ego inueniam quod in te dignum sit facere. E.

*Vbi rem*] Mf. R. *vbi id. Humanitus*] *φιλανθρώπως*. Diomed. libr. i. L.

Plerique nostri, *Vbi id rescui*. B.

48 *Animum aegrotum*] Pro aegro dixit. Nam animus, aeger

Mm 2

ger

Traĉtare: ſed vi, et via peruolgata patrum.

50 Quotidie accuſabam; hein, tibine haec diutius

Licere ſperas facere me viuo patre,

Amicam vt habeas prope iam in vxoris loco?

Erras, ſi id credis, et me ignoras, Clinia.

Ego te meum eſſe dici tantisper volo,

55 Dum, quod te dignum'ſt, facies: ſed ſi id non facis,

Ego, quod me in te ſit facere dignum, inuenero.

Nulla adeo ex re iſtuc ſit, niſi ex nimio otio.

Ego iſtuc aetatis, non amori operam dabam,

Sed

*ger:* corpus vero, *aegrotum* dicitur. Non tamen inconuenienter id quod corpori appropriatur, attribuit animo. prouenit enim menti vel animo aegritudo ex carnis laſciuiā. C.

49 *Et via peruolgata patrum*] Patres bonis inſtitutis, aliorum exemplis, nonnunquam minis, filios ad virtutem adhortantur. C.

*Via* hic eſt monosyllabon, vt *Hec*. I, I, 16. B.

50 *Hem tibine haec*] Interiectio indignantis. C.

54 *Tantisper volo*] *Tantisper* poſtulat poſt ſe *Dum*, pro donec ſiue quamdiu. Cicero (de *Inuent.* II, 50.), *In carcere ductus, vt ibi eſſet tantisper, dum culeus, in quem dieictus deferretur, compararetur.* Sunt qui accipiant *tantisper*, pro tantummodo: ſunt qui pro interea. *Liuius* lib. 1, 3. ab vrb. cond. *Tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolome mau-*

*ſit, tantisper tutela muliebri.* Et *Tantisper* ſine *Dum* vſus eſt. C.

*Ego te meum eſſe*] Multa hic efficta ad *Plaut.* *Mercatorem* I, I, 49. vt illud, — *interdum mihi ſe colloqui, Abnuere, negitare adeo menatum ſuum.* Et mox poſt verſ. 62. *Non, vt ego, amori neque deſidiae in otio Operam dediffe.* Quod geminum cum illo *Terentii*, *Ego iſtuc aetatis* etc. L.

57 *Ozio*] Id eſt, ceſſatione et requie ab operibus. *Diurna quies vitiiis alimenta miniſtrat.* C.

Ne *nimio*, quod praecipuam emphafin habere oportet, in *Theſi* occultetur, repono, *niſi nimio ex otio.* B.

58 *Ego iſtuc aetatis*] Id eſt, cum eſſem ea aetate, qua tu es. Dicit eodem modo *Cicero* in *epiſtolis*, *id aetatis*, pro, ea aetate. *Non amori operam dabam*] Bene *ſenex* iuxta *Hora-*



- Sed in Asiam hinc abiit propter pauperiem; atque ibi  
 60 Simul rem, et gloriam armis belli repperi.  
 Postremo adeo res rediit: adolescentulus  
 Saepe eadem, et grauiter audiendo, victus est.  
 Putauit me et aetate, et beneuolentia  
 Plus scire et prouidere, quam se ipsum sibi:  
 65 In Asiam ad Regem militatum abiit, Chreme.

C.H.

tii praeceptum (Art. Poet. 173.)  
*laudator temporis acti* induci-  
 tur. C.

59 *In Asiam*] Quae est ter-  
 tia pars orbis, et prouincia in  
 ea parte eiusdem nominis.  
*Propter pauperiem*] Quia vnul-  
 quisque cupit pauperiem fuge-  
 re, tanquam magnum malum,  
 vt inquit Horatius. *Propter*  
*pauperiem*] *Paupertas* est me-  
 dioerium, *pauperies* mendico-  
 rum. C.

60 *Rem et gloriam*] Haec  
 duo potissimum a militibus stre-  
 nuis comparantur. *Res* tria  
 notat, imperium siue diuitas,  
 litem, et Venerem. *Armis*  
*repperi*] Alii Codices non ha-  
 bent cum armis belli, et tunc  
 armis belli intelligatur, i. e. per  
 praeclara gesta, quae gessi in  
 bello. C.

*Simul et rem, et gloriam*] Vt  
 vno tempore militiae labore  
 proprio, et fortunas reperirem  
 et dignitates. E.

62 *Audiendo*] Scilicet saepe  
 eadem conuicia et probra. *Vi-*  
*ctus est*] A proposito malo amo-  
 nis deflexus. Et ita laudat fi-

lium, qui in malo non fuerit  
 pertinax, vt multi sunt. *Victus*  
*est*] Non cessit aut paruit, sed,  
 quod est oppressi, victus est. C.

*Saepe eadem, et grauiter*] His onerat causam suam, quod  
 frequenter dixerit, et grauiter.  
 Tandem adolescens victus dis-  
 cesserit in militiam. E.

63 *Putauit me*] Clementis-  
 simus pater filium laudat, quod  
 non pertinax in malis, vt mul-  
 ti, fuerit. C.

Etsi Bembinus videtur habe-  
 re *sapientia*: tamen et codd.  
 fide, et sensu probatur *beneuo-*  
*lentia*. Nam vt *plus scire* re-  
 fertur ad *aetatem*, ita *prouide-*  
*re* ad *beneuolentiam*. B.

65 *In Asiam ad Regem mili-*  
*tatum*] Singula in pronuncia-  
 tione sunt collocanda (eieuan-  
 da Z.). Nam *in Asiam*, quod  
 dixit, intelligere debemus in  
 longinquum locum. *Ad Re-*  
*gem* vero hoc est, quasi ad ser-  
 uitutem. *In militia* n, vbi sci-  
 licet durus labor et periculum  
 est. E.

*In Asiam ad Regem*] Etiam si  
 Daceriae concedamus, Menan-  
 drum

CH. Quid ais? MEN. clam me est profectus;  
mensis tris abest.

CH. Ambo accusandi: et si illud inceptum, tamen  
Animi est pudentis signum, et non instrenui.

MEN. Vbi comperi ex iis, qui ei fuere conscii,

70 Domum reuertor moestus, atque animo fere  
Perturbato, atque incerto prae aegritudine:  
Assido; accurrunt serui; foccos detrahunt:

Video

drum vixisse temporibus Seleuci Regis: non tamen reprehendi possunt, qui ob usum loquendi, Regem Persarum intelligunt. Nam saepe argumentum fabularum petitur ex historia antiqui. Z.

66 *Clam me est profectus*] Hic curauit quod facile illi poterat opponi: cur ergo non, cum eum videres proficisci, \* (adde, *retinuisti?*). *Menses tres abest*] Hic dolorem suum exprimit, temporis longinquitate. E.

Magis animus paternus et affectus exprimitur, si legeris, *est profectus*: quam si cum Faerno deleueris *est*. B.

67 *Ambo accusandi*] Nec dum tota exposita est (deest, *causa* Z.) idcirco aequalem partem accusationis suae posuit Chremes, quod dixit, *ambo accusandi*. Quamquam inclinavit ut adolescentem defendere videatur, cum inquit, *est illud inceptum* videtur esse *pudentis animi signum*, et non minus obsequentis. Hoc est e-

nim quod dixit, *non instrenui*. E.

69 *Vbi comperi*] Haec oratio tota pathetica est. Et bene *comperi*, compertum est mihi, et exploratum; idem est quod scio per inuestigationem. C.

Nostri omnes, *qui fuere ei conscii*. Recte. Quippe Trochaeus in illa sede ne Graecis quidem ipsis placet. B.

71 *Atque incerto*] Fracto, vt dicimus. Certo animo, id est, forti et firmo. C.

Omnes nostri, praeter vnum, habent *Conturbato*, quod plus est quam *Perturbato*, Deinde cum, *incertus prae aegritudine*, h. e. dubius, quid faciat, vtrum aegritudini se dedat, an irae potius indulgeat ac vindictae, non satis commodum efficiat sensum: forte leg. *inerzi*, h. e. omnis consilii experti, stupenti. Praesertim cum in cod. C. C. C. a manu prima ita legatur, et in vet. cod. Acad. *incerti* inueniatur. B.

72 *Assideo*] Id est, iuxta aliquid

Video alios festinare, lectos sternere,  
 Coenam apparare: pro se quisque sedulo  
 75 Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam.  
 Vbi video haec, coepi cogitare: Hem, tot mea

Solius

quid sedeo. Nam componitur ex *ad*, quod est, iuxta, et *sedeo*. Vel compositum pro simplici. *Affideo*] *Sedemus* desidia. vt (Virg. Aen. XII, 15.), *Sedeant spectentque Latini. Residemus* otio. vt (Virg. Aen. I, 722.), *Iam pridem resides animos. Praesidemus* rei commissae, vt pro uinciae. *Affidemus* in re, quam frequenter agitamus. *Accurrunt serui*] Tale illud in Andria, *Accurrir: mediam mulierem amplectiur. Soccus derrahunt*] *Soccus* calcei genus est, dictus, vt aliqui volunt, quasi *succus*, quia calcationi fit facilis, quas pedithecas vocant. Eo autem calceamento Comoediarum Actores utebantur, quemadmodum *cothurno* Tragoedi. Usque adeo, vt pro stilo Comico poni possit, quemadmodum *cothurnus* pro stilo Tragico. C.

*Soccus derrahunt*] Dixi iam Comoedias istas esse palliatas, hoc est, ibi (*vbi*) personae sunt Graecae. Ideo ergo dixit, *soccus derrahunt* (Scholia, quae inde usque ad vers. 89. sequuntur, Westerh. suppleuit ex codd. Z.). E.

*Soccus derrahunt*] Diomed. lib. I. L.

73 *Lectos sternere*] Ex consuetudine antiqua. lectulis enim stratis antiqui coenitabant. Vnde triclinium a tribus lectis dictum. Horat. (Serm. I, 4.) *Saepe tribus lectis videas coenare quaternos.* Terent. in Adelph. *Lectulos iligneos dedit faciendos in sole, vbi poteris vos.* C.

Si *Videt*, cur versu abhinc tertio narrat, *Vbi video?* Itaque pro *video* reponendum esse censeo *Inde*. B.

74 *Coenam apparare*] Nihil significantius de sene dicere potuit, qui voluptates et comoda, quae aspernatus gratia filii narrat. Nam *apparare* est ad dignitatem quandam ac verius pompam. *Praeparare* vero, est quae utilia sunt, aut fore creduntur. C.

*Pro se quisque*] Plautus Amphitr. I, 1, 76. *Pro se quisque, id quod quisque potest ac valet, edit, ferit.* Ouid. Metam. III, 642. *Pro se quisque timet.* quomodo etiam Liuius loqui amat. L.

75 Cum mox sequatur *lenirent*, leges linguae postulant *Faciebant*. B.

76 Distingue, *Vbi video, haec coepi*. B.

Mm 4

Solius solliciti sunt causa, ut me vnum expleant?

Ancillae tot me vestiant? sumtus domi

Tantos ego solus faciam? sed gnatum vnicum,

80 Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,

Quod illa aetas magis ad haec utenda idonea est,

Eum ego hinc eieci miserum iniustitia mea.

Malo quidem me dignum quouis deputem,

Si id faciam. nam usque dum ille vitam illam colet

85 Inopem, carens patria ob meas iniurias,

Interea usque illi de me supplicium dabo,

Laborans, quaerens, parcens, illi seruiens.

Ita facio profus: nihil relinquo in aedibus,

Nec

77 Leg. *solliciti sint*, propterea quod sequitur, *Vestiant, Faciam*. B.

79 *Sed gnatum vnicum, quem pariter vti illis decuit, aut etiam amplius, eum ego eieci hinc iniustitia mea*] Quem oportuit his rebus uti, ita uti ego vtor, pari modo, aut vero amplius, quod illa aetas magis ad haec idonea fit. E.

Pro, *sed*, sententia postulat, qui, quia praecedit *faciam*, et sequitur *eieci*. B.

82 *Eum ego eieci*] *Eum* abundat. C.

83 *Malo quidem me dignum quouis deputem, si id faciam*] Si hoc faciam, uti vtar solus bonis meis, quouis malo me arbitrer dignum. E.

84 *Nam usquedum ille vitam illam colet inopem*] Quamdiu ille in militia positus habebit

vitam istam sine ope, patria carens propter iniurias meas, tandiu de me illi dabo supplicium, sic laborans et seruiens. E.

85 Ne, *Patria*, sine vilo accentu transmittatur, forte leg. *Inops, carensque patria*. B.

86 *Illi de me supplicium dabo*] *Dare alicui de se supplicium* significat, punire se ipsum illius vice. C.

87 *Parcens*] Id est, coartans et constringens solitum victum, et tanquam parcus fortunis parcendo, et eas referuando. *Illi seruiens*] Deseruiendo, conquirendo et conducendo vndique illi diuitias more boni serui. Haec sunt illa, quae senex sibi facienda decreuit. C.

88 *Ita facio*] Nunc ostendit, ad rem verba accessisse, seu esse collata. C.

Nec vas, nec vestimentum: corrafi omnia.

- 90 Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico  
Faciundo facile sumtum exercerent suum,  
Omnis produxi ac vendidi: inscripsi ilico  
Aedis mercede, quasi talenta ad quindecim

Coe-

89 *Corrafi omnia*] Omnia compilauit, vendidi. Huic contrarium est, *abradere*: et est per vim aliquid auferre. Cum autem dicere volumus, aliquem nihil omnino tam paruum reliquisse ex rebus suis, quod non alienauerit, recte dicemus, *omnia corrafi*, quasi etiam raserit parietem etc. Si ex illis radendis aliquid commodi potuerit consequi. Interdum *corradere* significat difficulter comparare. Terent. in Adelph. *Minas decem corradet*. C.

*Corrafi omnia*] Hoc est, collegi vniuersa quae venderem. E.

*Nec vas nec vestimentum*] Probus in Catholicis. L.

90 *Opere faciundo facile sumtum*] Seruos vniuersos produxit et vendidit, exceptis his qui suo opere suos sumtus tolerare possent. E.

91 *Sumtum exercent*] Virgil. Aen. VIII, 424. *ferrum exercebant*. L.

Legendum esse, *sumtum exercirent*, h. e. qui laboris sui fructu alimenta sua compensarent, qui opere suo impensas domini pensarent et resarci-

rent, recte primus vidit Palmerius. Nam *sumtum exercere* intelligi nequit. Deinde in cod. Colon. apud Palmerium est a manu prima, *exercirent*, et in altero, *exerciunt*: in margine cod. Bemb. est, *excerent*, *resarciunt*: et Paulus in Epitoma Festi: *Exercirent*, *sarciunt*, id quod ex Terentii loco sumtum esse videtur. B.

92 *Produxi ac vendidi*] Bene *produxi*: nam *producere*, foras ducere significat. M. T. in Frumentaria, *Nemo tuorum amicorum abs te productus, nemo interrogatus*. Hinc *productores* dicuntur, qui virgines abducunt, et eas ad quaestum exponunt. C.

*Inscripsi ilico aedes*] Hoc est, aedes meas locaui. E.

93 *Talanta ad quindecim coegi*] Congessi, coadunaui. Hinc *coactores* argentariorum dicuntur, qui pecunias cogunt. Talentum Atheniense paruum constat ex LX. minis seu libris. Talentum vero magnum constat ex octoginta tribus, et quatuor uncis. C.

Verba *inscripsi ilico aedes mercede* Bentleius cum Eugraphio recte accipit de locandis

Coegi: agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo.

- 95 Decreui tantisper me minus iniuriae,  
 Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser:  
 Nec fas esse, vlla me voluptate hic frui,  
 Nisi vbi ille huc saluos redierit meus particeps.  
 CII. Ingenio te esse in liberos leni puto,

100

aedibus, non vendendis. Nam Cuperus in Obseruatt. I, 17. ostendit, *Mercedem* non esse pretium rerum venditarum, sed quicquid ex agris locatis, pecunia sub vfura credita, et aliis rebus, quarum proprietas ad nos, vsus ad alios pertineat, redigamus. Huc accedere, quod pretium rei vendendae nunquam in tabula propositum fuerit. Cf. locus Digest. XIX, 2. Locati et conducti, quem Bentl. laudat. Z.

94 *Hic me exerceo*] Non hic ad voluptatem positum *exerceo*, sed ad laborem; quemadmodum Virgil. (Aen. III, 182.)  
 — *nate Iliacis exercite facis.* E.

Non male Daceria ait, imaginem Menedemi fenis se ob absentiam filii cruciantis formatam esse ex Odyss. 4, 189. seqq. vbi Laërtes ruri solus degit, miseram trahens vitam, ob Vlyssiem absentem. Z.

95 *Decreui*] Plus est *decernere* quam constituere. Et est proprie *decernere* de rebus magnis certam proferre sententiam. C.

*Decreui tantisper me*] Hoc enim iudicavi me non tantam iniuriam facere meo filio quem expuli, si et ipse miser sim. E.

*Decreui tantisper*] Cicero v, 10. de Finib. et Tuscul. 111, 27. L.

97 *Voluptate frui*] Si parentes pro filiis elaborant, quis clementior hoc sene, qui omnia commoda absente filio aspernatur? *Frui* proprie est delectationem capere ex vsu. C.

98 *Meus particeps*] Id est, heres meus, quasi nunc partem capiens bonorum meorum, vel etiam *particeps*, cui debeam credere omnia consilia mea. C.

99 *Ingenio te esse leni in liberos puto*] *Liberos* multitudinis numero dixit, cum Menedemus vnicum haberet filium. Constat enim antiquos Oratores, historiaeque, aut carminum Scriptores, etiam vnum filium filiamue, *liberos* multitudinis numero appellasse. In Hecyra *liberos* in significatione vnus filiae dixit, *Qui illum decreuerunt dignum, suos cui liberos committerent.* Sic Cicero, *En cui tuos liberos committas.* C.

- 100 Et illum obsequentem, si quis recte aut commode  
 Tractaret: verum nec tu illum satis noueras,  
 Nec te ille. hocque fit, vbi non vere viuatur.  
 Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes,  
 Nec tibi ille est credere ausus, quae est aequom patri.
- 105 Quod si esset factum, haec nunquam cuenissent tibi.  
 MEN. Ita res est, fateor: peccatum a me maxi-  
 mum est.

CH.

100 *Si quis recte aut commode*] Supra accusauerat vtrumque, cum diceret, *ambo accusandi*: modo vtrumque defendit, quod hunc *ingenio leui* (*leui*) dicit, et illum *obsequentem*, si minus aliquid (*si modo aliquis*) recte et commode tractaret. alterum nam hoc factum esse dicit, quod neuter se nouerit (Westerh. e cod. addidit, **VERVM NEC**. Hoc factum esse dicit, quod neuter alterum satis nouerit. Z.). E.

101 Plerique codd. *Neque tu illum*. Igitur ut *Ille* et *Tu* accentu eleuentur, reponere, *Vnum neque illum tu satis* etc. B.

102 *Vbi non vere viuatur*] Vbi non integre vita ostenditur, vbi non nudatur, ut quis qualis sit, agnosci queat. E.

*Hocque fit*, quod et in Bemb. reperitur, efficit versum claudum. Alii codd. *Hoc qui fit*; quidam, *Hoc ibi fit*. Repone, *Hoc quod fit*, h. e. id quod fieri solet, vbi non *vere*, h. e. recte, et ratione viuatur. Cf. Adel. v, 9, 31. B.

103 *Quanti penderes*] Quanti illum faceres. Tractum ab antiquis, qui ante signatam pecuniam, aes et argentum *penderant*. Inde *pendere poenas* dicimus, id est, dare seu luere poenas. Nam antiquorum poenae erant pecuniariae. Inde *pendere* dicimus aestimare seu liceri. Inde nihili *pendere*, id est, nihili facere. Inde parui *pendere*, *floci pendere*, *magni pendere*. C.

*Quanti penderes*] Quantum diligeres. E.

104 *Nec tibi credere ausus*] Adolescentibus gloriosum est, si modestia vtuntur et pietate in parentes, ut nihil dicant aut faciant nisi consilio parentum. C.

105 *Quod si esset factum, hoc nunquam*] Si autem tu mores tuos, aut ille tibi qualis esset, ostenderet, facile ad hoc calamitatis genus non perueniretis. E.

106 *Ita res est*] Quoniam vtrumque quodammodo accusauerat Chremes, quod neuter  
 ibi

CH. Menedeme, at porro recte spero, et illum tibi Saluom adfuturum esse hic, confido, propediem.

MEN. Vtinam ita Di faxint. CH. facient: nunc si commodum est,

110 Dionysia hic sunt: hodie apud me sis volo.

MEN. Non possum. CH. cur non? quaeso, tandem aliquantulum

Tibi

ibi (*sibi*, aut, *suos*, aut, *alteri* Z) mores ostendisset, omne crimen potius deriuat (addo, *in se* Z.) senex ac dicit, *fareor, peccatum a me maximum est*. E.

*Peccatum a me*] V. C. *Peccatum meum*. L.

Bemb. Vatic. et omnes fere nostri habent *maximum*, praeter cod. Victor. ubi, *maxime*, reperitur. B.

107 *Porro recte spero*] *Porro*, eiusdem significationis, cuius *vero* et *autem*: pro quibus *tamen* ponere non possis. Significat etiam apud *Poetas longe, cerie, postea, vltro*. *Spero* pro *credo*, *visitatum* est: siue de praesenti loquamur, siue de praeterito. Similiter *confido* pro *credo*, tum in praeterito, tum in praesenti, tum in futuro. C.

*Menedeme*] Ad personam. hoc ex illis quae supra promissit, inueniet quid adferat, scilicet consolationem. siquidem dicit: *filium adfuturum hic confido propediem*. *Confido*, hoc est, fiduciam gero. E.

*Menedeme, at porro*] *Rectius* videtur, si sic distinguatur:

*Menedeme, at porro recte spero; illum tibi Saluom adfuturum esse hic confido propediem*. L.

109 *Vtinam Di faxint*] *Faxo*, futurum tempus tantum: vel, ut alii, *promissiuum* modum ostendit. C.

Omnes fere nostri, *Nunc si est commodum*: magis ex more auctoris. B.

110 *Dionysia hic sunt*] Hoc est Bacchanalia. *Dionysii* autem, qui et Bacchus dicitur, sacra, a plerisque Graeciae urbibus triennio quoque celebrabantur. C.

*Dionysia hic sunt*] Optime factum, ut post narratam calamitatem, cui quidem praeter consolationem subuenire non poterat; tamen in eo quod ex ipso auxilio esse potuisset, vult eum ad coenam vocare; quia dicit, *hodie Dionysia sunt*, quae sunt sacra Liberi patris apud Athenas (*Atbeniensis*. Z.). E.

Prava distinctio sic est resingenda, *Dionysia hic sunt hodie: apud etc*. B.

III *Quaeso*] Primam personam indicatiui habet duntaxat.



Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.

MEN. Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,

Nunc me ipsum fugere. CH. sicine est sententia?

115 MEN. Sic. CH. bene vale. MEN. et tu. CH. lacrimas excussit mihi,

Miseretque me eius. sed vt diei tempus est,

Monere oportet me hunc vicinum Phanium,

Ad coenam vt veniat: ibo, visam si domi est.

Nihil

xat. Licet *quaesere* lectum fit apud Sallustium. cf. Priscianus Instit. Gram. x. et Tullium ad Fam. xi, 3. *Tandem*] Id est, vno verbo, quod tantam vim apud te habere velim, quantum, si diu interrogassem, et illud foret vltimum. hoc est, quod postulat Chremes. C.

Ne versus claudicaret, Faernus edidit *impellerim*. At ne tam deformem admittamus medicinam, reponamus, *qui illum ad laborem hinc pepulerim*. B.

115 *Lacrimas excussit*] Id est, lacrimas in sinibus oculorum meorum oboriri fecit, quae ex oculis manarunt, ac si forent excussae. Nani *excutere* significat commouendo aliquid eicere. Vt, *excute te puluere*, id est, te mouendo vehementer deice a te [puluere]. C.

Dacria, quae fere solet nouas exordiri Scenas, vbi vel noua persona in Scenam prodit, vel quae adhuc fuit, inde

abit, a verbis hic, *Lacrimas excussit*, secundam vult esse Scenam. Z.

116 *Vt diei tempus est*] *Tempus* supra horam significat. *Diei* archaismo abundat. C.

117 *Monere oportet*] In omnibus vet. codd. deest *oportet*. L.

Cum illud *oportet*, ab omnibus nostris libris, praeter duo recentissimos, et caeteris antiquis, teste Lindenbrogio, absit; excidit haut dubie *tempus*, adeo vt leg. *Tempus est monere me hunc vicinum Phanium*. Sic *tempus est concedere* occurrit Hec. iv, 2, 21. B.

118 Dacria opinatur, verbis *ibo*, *visam* etc. indicari, Chremetem accedere ad fores Phaniae vicini, sed statim, vbi a seruo quodam obuiocertior fuerit factus, Phanium iam domi adesse, rediisse et dixisse, *Nil opus fuit monitore*. Non male. Nam ita Scena non deserta relinquitur. Z.

Nihil opus fuit monitore: iam dudum domi  
 120 Praesto apud me esse aiunt: egomet conuiuas moror.  
 Ibo adeo hinc intro. sed quid crepuerunt fores  
 Hinc a me? quisnam egreditur? huc concessero.

## ACTVS PRIMI SCENA II.

CLITIPHO. CHREMES.

**N** I H I L adhuc est, quod vereare, Clinia: hautquaquam etiam cessant:

Et

119 *Nihil opus fuit monitore*] Hoc est, vocatore. Nam vocatores proprie dicebantur, qui ad coenas vocabant. C.

*Nihil opus fuit monitore*] Iam in domo inuentus est ille, atque mire: cupiebat illum vocare ad coenam. *monitore* ergo *opus*, inquit, *non fuit*, nuncia (*nunciant*) illum in domo esse. E.

120 *Praesto sum*] Idem est quod *adsum*; nec alteri fere verbo cohaeret, nisi verbo substantiuo et huic simplici. Nam *praesto adsum*, magis Poeticum est. *Egomet conuiuas moror*] Hoc est, in mora detineo. A quibusdam, *morari* pro expectare exponitur, sed mea sententia, magis Poetice quam Oratorie. C.

I *Nihil adhuc est, quod vereare*] Hic Cliniae, qui ex Asia redierat, ingens de amica sollicitudo exprimitur. Accedit et sodalis opitulatoꝝ Cliti-

pho, qui aduentum amici mira voluptate patri narrat. *Nihil adhuc est, quod vereare*] Clinia miserat arcessitum Antiphilam: discruciabatur quod non rediret. *Hautquaquam etiam cessant*] Id est, nondum differunt aduentum. C.

*Nihil adhuc*] Haec Scena habet Cliniae adolescentis suspicionem, quod amica sua, se absente, corrupta est. Sumit igitur per coniecturam argumenta, quae suo loco plenius apertiusque narrabimus. Ac primum quasi quoddam argumentum, seruum qui missus sit non redire, cui iam multum temporis videatur assumtum. Vnde efficitur consolatio a Clitiphone amico, cum dicit: *Nihil quod videaris esse solicius, hautquaquam cessant*, hoc est, non diutissime tardant. Verum cum intus positum Cliniam allocutus esset, Clitipho egreditur, patrem prospicit, ei com-

men-

Et illam simul cum nuncio tibi hic ego adfuturam hodie scio.

Proin tu sollicitudinem istam falsam, quae te excruciat, mittas.

CH. Quicum loquitur filius?

5 CL. Pater adest, quem volui: adibo. Pater, opportune aduenis.

CH. Quid id est? CL. hunc Menedemum nostrum nostrum vicinum? CH. probe.

CL. Huic filium scis esse? CH. audiui esse in Asia. CL. non est, pater:

Apud nos est. CH. quid ais? CL. aduenientem, e naui egredientem, ilico

Addu-

mendat officium suum, ne videatur nescio quem adolescentulum recepisse, ut merito hoc effecisse declaret. Sumit igitur exordium, quod commendat adolescentem sibi olim iam fuisse cognitum, ac se coactum amicitia eum recepisse: ideo adiecit, *Nam mihi cum eo magna ex pueritia familiaritas*. E.

Versus est trochaicus tetrameter acatalecticus. B.

2 *Tibi hic ego affuturam*] In V. C. omittuntur ista, *Hic ego*. L.

Verba, *Hic ego*, cum versum perturbent, et absint a cod. Reg. et vetere Lindenbrogii, delenda esse censeo. B.

3 *Sollicitudinem istam*] Bene *sollicitudinem* dixit: nam *sollicitudo* est quae inhaeret mentibus: *sollicitatio*, quae ab alio fit. C.

*Mittas*, pro *omittas*, comprobatur consensu codd. et versus hic similis primo efficitur. B.

4 Versus trochaicus dimeter catalecticus. B.

6 Versus et codd. probant *Quid id est?* pro *Quid est?* B.

7 *Audiui, in Asia esse*] Recte eiusmodi est oratio per infinitum. Nam non Latine dicitur, *Audiui quod in Asia est*. C.

Distingue, *audiui esse: in Asia*. Praesertim cum in libris vet. Faerni *esse*, ponatur post *Asia*. B.

8 *Apud nos est*] Recte, et non *penes nos*. Nam *penes nos est* quicquid a nobis possideretur, et in nostra potestate est, ut, *penes Principem salus nostra est*, id est, in eius potestate. *Quid ais?*] Interrogat id quod audiuit admirandus, neque facile

Adduxi ad coenam: nam mihi magna cum eo iam  
inde vsque a pueritia

10 Fuit semper familiaritas. CH. Voluptatem ma-  
gnam nuncias.

Quam vellem Menedemum inuitatum, vt nobiscum  
esset hodie amplius;

Vt hanc laetitiam nec opinanti primus ei obiice-  
rem domi!

Atque etiam nunc tempus est. CL. caue faxis;  
non est opus, pater.

CH.

cile credens. Non est interro-  
gantis, sed admirantis. C.

*Quid ais?*] V. C. Quid vis?  
*Aduenientem e nauis*] Priscian.  
lib. vii. L.

9 Leg. *Abduxi*, quod pro-  
batur cod. Bemb. et aliis. Tum,  
vt versui consulatur, dele ver-  
bum, *magna*, quod abest a codd.  
nostris vet. nec a sententia po-  
situlatur. B.

10 *Voluptatem magnam nuncias*  
] Vt Cicero in Epistolis (ad  
Diu. II, 9.): *Voluptatem ha-  
bui nimiam*. C.

*Voluptatem magnam*] Scit e-  
nim Chremes vehementer pa-  
trem esse sollicitum. Quod  
audit ergo reuersum adoles-  
centem, dicit sibi natam ma-  
gnam voluptatem. Denique  
huius voluptatis causam in a-  
nimo habens subiunxit: *Quam  
vellem Menedemum inuitatum  
amplius, vt hanc laetitiam nec  
opinanti prius obiicerem domi*.  
Vti non suspicanti, amplius et-

iam quam speret, hanc laetiti-  
am domi obiiceret. E.

11 *Hodie* et a melioribus  
codd. abest, et versum tur-  
bat. B.

12 *Nec opinanti*] Inespera-  
tum enim gaudium maius esse  
solet: quemadmodum et dol-  
or acerbior, si non *opinanti*  
obiicitur. C.

Ordo, *primus obiicerem ei  
domi*, consensu codd. compro-  
batur. B.

13 *Atque*] Hoc est, vt ali-  
quando prius diximus, extra  
Donati sententiam. *Caue faxis*  
] Volebat Chremes nuncia-  
re Menedemo rediisse filium:  
sed Clitipho prohibuit, quod  
Cliniae nondum patris volun-  
tas esset perspecta. C.

*Caue faxis*] Caue facias;  
nec enim necesse est. Nescit  
namque a patre filium deside-  
rari, ideo prohibet patrem su-  
um aliquid facere, quo vindi-  
cetur adolescens reuersus. E.

Leg.

CH. Quapropter? CL. quia enim incertum est etiam, quid se faciat: modo venit.

15 Timet omnia, patris iram, et animum amicae se erga ut fiet suae;

Eam misere amat: propter eam haec turba atque abitio euenit. CH. scio.

CL. Nunc seruolum ad eam in urbem misit, et ego nostrum vna Syrum.

CH. Quid narrat? CL. quid ille? se miserum esse,

CH. miserum? quem minus credere est?

Quid

Leg. *Satis tempori est*, h. e. fat tempestiue, mature: ut Plaut. Captiu. I, 2, 80 et 88. Nam, *satis tempus est*, significat *satis sero*, ut Hec. IV, 2, 21. Horat. Ep. II, 2, 215. Sensus autem hic poscit *satis cito*. B.

15 *Animum amicae*] Id est, timet, ne amica eum postergauerit, ac ne ex eius animo effluerit. C.

16 *Scio*] Scilicet, propter eam discessisse et id patri molestum esse. C.

*Atque abitio*] Hoc est, discessio. E.

18 *Miserum! quem minus credere est?*] *Minus*, hoc loco pro *non*, ponitur. Non est, inquit, credendum Cliniam esse miserum. Hoc ad sequentia respicit, scilicet, *Quid reliqui est, quin habeat, quae quidem in homine esse dicuntur bona? Minus credere est?*] Pro, non credendum est. Virg. (Eclog. x,

46.) *Nec sit mihi credere tantum*. Huiusmodi locutio patrum Latinis vsui est. C.

*Miserum! quem minimum*] Quoniam ille dixit, *miserum esse* adolescentem; vel quod ipse se adolescens miserum putet; negat esse hic miserum, si quidem omnia habet, quae quidem in homine dicuntur bona. Et subiungit: *Atque haec perinde sunt, ut illius animus est, qui ea possidet*] Atque haec talia sunt, qualis animus illius est, qui haec tenet. Nam qui scit uti his omnibus, bona sunt; illi vero qui non utitur recte, utique mala sunt. Simul et discessionem collocauimus, et intellectum didicimus, *Ne quid in illum plus satis faxit pater*] Hoc amplius vereor, ne aliquid amplius habeat. Quicquid satis est faciat pater (*vereor, ne quid amplius praerira, quam quod satis est, faciat p. Z.*), ideo iniustum est patri

Quid reliqui est, quin habeat quae quidem in homine dicuntur bona?

20 Parentis, patriam incolorem, amicos, genus, cognatos, diuitias?

Atque haec perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet:

Qui uti scit, ei bona: illi, qui non utitur recte, mala.

CL. Immo ille fuit senex importunus semper: et nunc nihil magis

Vereor, quam ne quid in illum iratus plus satis faxit, pater.

25 CH. Illene? sed reprimam me: nam in metu esse hunc, illi est vtile.

CL.

ostendere. Siquidem Poeta negat esse contemptum \* eacus ad hunc (*contemptum patris, sed meum, quo Z.*) laboret filius. E.

In sermone lex et mos est, ut verbum repetitum eodem, quo ante, accentu proferatur. Recte igitur codd. quos vidi, omnes collocant, *miserum se esse*. B.

19 *Quae quidem in homine dicuntur bona?*] Scilicet a vulgo. Quum tantum *animi bona*, secundum Philosophos, appellanda sint. Et hoc, illud quod supra dixit Chremes, affirmat, scilicet *Cliniam non esse miserum*. C.

*In homine dicuntur*] Ms. R. *Esse in homine dicuntur*. L.

Bentleius edidit *Quid reliquisset*. Z.

20 *Parentes, patriam*] Priscian. lib. VII. L.

23 *Senex importunus*] Quod dici solet, male generosus. quasi non opportunus. C.

Contracto *nihil* in vnam syllabam, octonarius optime stat. B.

24 *Pater*] Vel hic *pater* est nominatiui casus, et sic refertur ad Menedemum, vel est vocatiui casus, et refertur ad Chremetem. C.

25 *Ille ne?*] Chremes sermonem, quem coeperat, repressit: ut exemplo Cliniae filius terreretur. *Illene?*] Hoc clara voce pronuntiandum. *Illene?*] Id est, dicis, te timere, ne ille senex faciat aliquid in illum? Deinde Chremes se repressit per ἀποσιώπησιν, ne confirmaret Cliniam, videns bonum esse, ut in timore fouetur.

CL. Quid tute tecum? CH. dicam: vt vt erat, mansum tamen oportuit.

Fortasse aliquantum iniquior erat praeter eius libidinem:

Pateretur. nam quem ferret, si parentem non ferret suum?

Huncine erat aequom ex illius more, an illum ex huius viuere?

30 Et quod illum insimulat durum, id non est. nam parentum iniuriae

Vnius-

tur. *Sed reprimam me*] Scilicet, non ostendendo eius patris teneritudinem in eum. *Sed reprimam me*] Haec submissa voce protulit, ne audiret filius. C.

*Illene?*] Hoc vtique intelligitur propterea dictum, quia scit Chremes animum Menedemi. Haec ne proderet repressit se, et reliqua verba contexit, dicens hanc causam, quod, in metu esse filium, patri vehementer est vtile. E.

26 *Quid iure*] Quia dixerat Chremes *reprimam me*, submissa voce et apud se, interrogat filius. *Vt vt erat*] Quam bene tuetur patrum partes, qui omnino a filiis tolerandi sunt. *Mansum*] *Mansum* pro infinitiuo. Vt, *curabo adductum Pamphilum*, pro adducere, vt prius visum est. C.

*Vt vt erat, mansum*] Qualiscunque, inquit, fuit, tamen oportuit patrem sustinere. E.

27 *Praeter eius libidinem*]

Vult causam Cliniae videri deteriorum: vt ostendat parentes filiis, ob vitia eorum, asperiores esse. C.

Alii legunt *aliquanto*, alii, *aliquando*. Sed recte Bemb. *aliquantum*; quia in huiusmodi formula Comparatiuus non auget, sed minuit. Cf. Eun. 1, 2, 51. vbi est, *aliquantum auuidior*. B.

28 *Pateretur*] Id est, pati debebat, vel pati debuisset. Vt, *Faceres saepe, pro, facere debuisses*. Nisi mauis ad patrem referre, q. d. debebat patrem eius pati libidinem? Sed superior sententia melior, propter id, quod sequitur, *Nam quem ferret, si. Nam quem ferret, si parentem non ferret suum?*] Tale est illud, *Cuius saluti consulat, qui suam negligit?* C.

29 *Hunc*] Scilicet Cliniam. *Erat aequum*] Ab aequo suscipit paternam defensionem. C.

30 *Quod illum insimulat du-*

Vniufmodi funt ferme: paulo qui est homo tolerabilis,

Scortari crebro nolunt; nolunt crebro conuiuariet;  
Praebent exigue sumtum; atque haec funt tamen  
ad virtutem omnia.

Verum vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala,  
35 Necessè est, Clitipho, consilia consequi consimilia.  
Sci-

*rum, id non est*] Aliud obiectum refellit: et a statu definitiuo censet patrem non esse appellandum durum, qui filios a vitiis sua seueritate deterret. *Insimulat*] *Insimulare* significat incusare, id est, mores malos reprehendere. Vt, *insimulo illum superbiae*, id est, incuso. C.

*Nam parentum iniuriae, &c.*] Praeter hunc, morem qui est innatus parentibus, hic, *ferme paulo est, tolerabilis, praebent exigue sumtum et modice*. E.

Bembi codex dicitur habuisse *insimulant.* Recte; nempe non solum Clinia, sed et Clitipho. v. 23. B.

31 *Paulo qui est homo tolerabilis*] In libro Bembi haec interpretatio adscripta est, *Aut ei subauditur, aut eum: si ei, sic intelligimus, vniufmodi sunt ei, qui est homo tolerabilis. aut eum scortari crebro nolunt, ut sit, filium, qui sit tolerabilis. aut singularem numerum pro plurali posuit, id est, qui sunt tolerabiles.* Posteriolem rationem praefendam puto. B.

32 *Scortari*] Est frequenter

scorta ducitare. *Scortari*] Id est, ducitare. *Scortari* enim, vt Varro inquit, est *saepius meretriculam ducere*, quae meretrix a pelle *scortum* appellatur, quod vt pellicula subigatur. *Scortes* enim pelles sunt arietinae; et *scortea*, vt Festus inquit, et similiter Varro, appellantur omnia ex pellibus facta seu coriis. *Conuiuariet*] *Conuiuor* deponens verbum aut significat celebrare conuiuium, aut ad conuiuium inuitare, aut etiam frequentare conuiuia. Nonius etiam dicit inueniri *conuiuio* pro *conuiuor*, pro eo, quod est ad conuiuium inuito. Pomponius Munda: *Si Calendis conuiuant, Idibus coenant foris*. C.

34 *Verum vbi animus*] Demosth. Olynth. III. ὅποι' ἄτα ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ἦ, τοῖστων ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. L.

Multo venustius est, quod codd. multi, *Verum animus vbi*. B.

35 *Consequi consimilia*] Nam cuius animus in re mala semel cor-



Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex  
vfu fiet.

CL. Ita credo. CH. ego ibo hinc intro, vt vide-  
am nobis quid coenae fiet.

Tu, vt tempus est diei, vide sis ne quo hinc abeas  
longius.

## ACTVS SECVNDI SCENA I.

CLITIPHO.

**Q**UAM iniqui sunt patres in omnis adolescentis  
iudices! Qui

corruptus est, indies fit pe-  
ior. C.

*Hoc scitum est*] Optima oc-  
casione senex, dum aliorum  
mores et facta demonstrat, oc-  
casione filii corrigendi rep-  
perit, vt moneret. *Scitum est*,  
inquit, et perelegans *ex aliis*  
*periculum facere*, hoc est, ten-  
tamentum, quod tibi vehemen-  
ter expediat. E.

Bentleius in fine addidit  
*Hoc*. Vnde, nescio. Z.

36 *Periculum ex aliis face-  
re*] Aliquando videtur pro con-  
silio capio. Cicero ad Treba-  
tium (VII, 8.): *Cornelio nihil*  
*audeo dicere, cuius periculo tu*  
*stultus es*. C.

Versus causa lege, *peric-  
ulum*; et pro *quod* cum codd.  
reg. *quid*. Nam *quod* ad ipsum  
illud periculum modo respicit,  
*quid* ad alia similia, atque et-  
iam contraria. B.

37 *Nobis quid coenae*] Mi-  
nus dixit, quam si dixisset, *quae*  
*coena*. Sic illud (Eunuch. III,

4, 8.), *Quid hoc hominis est?*  
aliter exprimitur quam si dice-  
remus, quis hic homo est? C.

Si retines *quid coenae*, est  
genitius; sin cum nostris li-  
bris praefers *nobis coenae quid*  
*fiet*, est dativus. Sic Plaut.  
Truc. III, I, 2. *Vt bubus glan-  
dem praudio depromerem*. B.

38 *Tu, vt tempus est diei*] *Tempus*  
non solum summum est,  
sed et pars partis est; sicuti hic  
posuit, *diei tempus*, cum tempo-  
ris dies esse videatur. E.

Quaeritur, cur Chremes  
non statim secum Clitiphonem  
ad coenam abduxerit, cuius  
tempus sub Scenae superioris  
finem adesse, iam dixerat? Da-  
ceria haut male coniicit, cum  
ante coenam hanc fuerint sacra  
quaedam facienda, et forte et-  
iam cum conuiuis aequalibus  
confabulandum, patrem nolu-  
isse his rebus interesse filium. Z.

1 *Quam iniqui sunt patres*] *Solus*  
Clitipho promanuit, qui

N n 3 de

Qui aequom esse censent, nos iam a pueris ilico nasci senes:

Neque illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia.

Ex sua libidine moderantur, nunc quae est, non quae olim fuit.

5 Mihi si vnquam filius erit, nae ille facili me vteretur patre:

Nam et cognoscendi et ignoscendi dabitur peccatis locus;

Non

de patre conqueritur, vt mos est adolescentium, qui paterna praecepta moleste ferunt. C.

*Quam iniqui*] Remansit solus Clitipho, et secum conqueritur de patris hortatione. Ordo est: Quam iniqui sunt iudices patres in omnes adolescentes! E.

*Quam iniqui*] Ita in omnibus scriptis codd. hi Actus distinguuntur: quod tamen aliis displicuisse video. *Iniqui sunt patres*] Plutarch. in Puer. educatione. L.

2 *Iam a pueris*] Pro adverbio ponitur, i. e. a pueritia, vel ab ineunte aetate, vel statim vt pueri sumus, aut cum primum pueri euadimus. C.

*Nos a pueris ilico*] Qui arbitrantur iustum esse in pueritia moribus senum nasci. E.

Et si iam a Bemb et aliis Faerni libris adest: tamen idem et codd nostrorum consensu, et sententiae ratione satis comprobatur. B.

3 *Quas fert adolescentia*]

Mf. R. *Quas adolescentia finit.* L.

4 *Ex sua libidine*] Libido est quaeque voluntas temere suscepta. Apud Sallustium in Catil. (c. 7.) tamen in bonam partem capitur, *Magisque in decoris armis, et militaribus equis, quam in scortis et conuiuibus libidinem habebant.* Nunc quae est] Huic illud contrarium, *Sed nunc ea me exquirere, Iniqui patris est.* Nam, quod antehac fecit, nihil ad me atinet. Dum tempus ad eam rem rulit, suum animum vt expleret suum. C.

*Ex sua libidine, &c.*] Modum imponunt adolescentibus de moribus suis, quos nunchabent in senectute, non quos in adolescentia habuerunt. E.

5 *Mihi si vnquam filius*] Si aliquando mihi filius contingat. *Facili me vteretur patre*] Id est, valde me vteretur bono et facili patre. E.

6 *Cognoscendi et ignoscendi*] Ex affectu eorum loquitur, qui

Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.

Perii! is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!

Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu fiet.

10 Astutus: nae ille haut scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam.

Magis nunc me amicae dicta stimulant, Da mihi, atque affer mihi:

Cui quid respondeam, nihil habeo; neque me quisquam est miserior.

Nam

qui cum alicui obnoxii sint, alium habent animum quam haberent, si liberi essent. *Dabitur*] Nam qui alias erraverit, ignoscere errantibus non renuit, et eorum errata excusare. C.

*Nam et cognoscendi, &c.*] Facile, inquit, filio meo hanc facultatem dabo, ut uniuersa eius facta cognoscam; tamen si peccarit, ignoscam. E.

Pro peccatis, leg. peccati. Sic Plaut. Amph. I, I, 100. *Ignoscamus peccatum suum.* B.

7 *Per alium ostendit suam sententiam*] Superius, *Sed reprimum me: nam in metu esse hunc, illi est utile.* C.

8 *Ubi adbibit*] Id est, bibit. Nihil plus significat, nisi aliquatenus augeat praepositio, ut dicit Donatus. Quam petulans sit filius in parentem, ostenditur: cuius praecepta contemnit. C.

*Ubi adbibit plus paulo*] Plu-

tarch. de sui laudat. Ambros. de Ieiunio cap. 13. *Ibi unusquisque pugnas narrat suas, ibi fortia facta praedicat, narrat trophaea. Vino madidi et somnolenti nesciunt mente, quid lingua proferat.* L.

9 Lege, ut Scena superiori 36. B.

10 *Nae ille*] *Nae* pro certe ponitur. *Fabulam*] Nam Fabulae loco habeo eius sermonem. C.

*Surdo narret*] Hieronym. de vitand. suspecto contuber. Aristen. I, Epist. 28. *Παρά κωφόν ἀδειν.* L.

11 *Da mihi atque affer*] Verba sunt amicae, quae magis Clitiphonem stimulant, quam patris praecepta. C.

12 *Cui quod respondeam*] Expressit inopiam; siquidem non solum dixit, cui quidem nihil habeo, verum ad respondendum verba defunt. E.

Nam hic Clinia, et si is quoque suarum rerum satagit, attamen

Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciae.

- 15 Mea est potens, procax, magnifica, sumtuosa, nobilis.  
Tum quod dem ei, recte est. nam nihil esse mihi, religio est dicere.

Hoc

*Nec me quisquam*] Charif. lib. II. L.

Pro *quid* leg. cum libris aliquot, *quod*. B.

13 *Satagit*] Genitivus iungitur. *Satagit*, id est, anxius est et curiosus suarum rerum. C.

*Suarum rerum satagit*] Et si is quoque de suis rebus plurimum cogitat. E.

Pro *satagit attamen* olim lectum esse *sat agitat tamen*, patet e Charifio p. 193. *Satis*, inquit, *pro intente*; *Caro dierum dictarum de Consulatu suo: Iam apud vallum nostri satis agebant. Terentius in Heaut. Exi suarum rerum satis agitat, tamen habet bene et pudice eductam*. Rectissime. Nam sic Plaut. Bacch. IV, 3, 23. *Nunc agitas sat tute tuarum rerum*. Deinde post *exi* nunquam sequitur *attamen*, sed *tamen*. B.

14 *Pudice eductam*] Quod nos *educare* dicimus, antiqui *educere* dixerunt. C.

Vix ferre possum *Arts* posteriorem hic acuere, cum prior sit longa. Quare inducor ut credam ab Auctore esse

*rei meretriciae*, adeo ut *res omnes meretricum* comprehendat artes. B.

15 *Procax*] Instans in petendo. Virg (Aen. I, 536.) *procacibus austris*, i. e. improbis et importune flantibus. *Procax*, ut Pompeius inquit, *poscere* est. Unde *procaces meretrices*, ab assidue poscendo. Et *Proci*, uxorem poscentes in matrimonium. Itaque *Procax*, id est, petax, dispoliatrix. *Magnifica*] *Magnifice* instructa suppellectili, *magnifice* induta, *magnifice* epulans, et lauta quaerens conuiuia. Quae omnia magnum auri pondus poscunt. *Sumtuosa*] Multa impendens, et propterea multa petens. *Nobilis*] Id est, insignis, in malam partem, id est, multis nota, quia videlicet frequentes habeat amatores. C.

*Mea est potens*] Ad hoc positum, ut ex nobilitate plurimum audeat postulare. *Procax* a petendo dictum est; unde et *proci* dicuntur nuptiarum petitores. *Sumtuosa*] Ut et necessitatem sibi petendi propter suos

Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiam-  
dum scit pater.

## ACTVS SECVNDI SCENA II.

CLINIA. CLITIPHO.

**S**I MIHI secundae res de amore meo essent, iam  
dudum, scio,

Venif-

suos sumtus faciat. *Nobilis]*  
Ab omnibus nota. E.

Pro *potens* reponere *petax*.  
Nam primum *potens* male a  
*magnifica et nobili* separatur, et  
procax alienae significationis  
interuenit. Deinde idem ver-  
bum in Atticam meretriculam,  
quae non est ista Lais Corin-  
thia, non cadit. Denique Do-  
natus ad Hec. I, 2, 84. ex no-  
stro loco *petax* sumit, qui ait,  
*Procax, despoliatrix, et petax*.  
Fulgentius Mythol. II, I. *Vita ornatus petax, habendi insa-  
nata*, et 3. *Omnis vita poten-  
tiae petax*. B.

16 *Religio]* Metus vel sol-  
licitudo. Terent. in Andria,  
*Dignus cum tua istac religione  
es odio*. Inde *dies religiosi*,  
infames vel insaufi dicti: quos  
ex contraria causa propter ho-  
minis diritatem relinquam. C.

*Nam nihil esse mihi religio  
est]* Dicere, me hoc non habe-  
re, maxima mihi religio est.  
Vt Virgil. (Aen. II, 715.) *Reli-  
gio est patrum multos seruata  
per annos*. E.

*Religio est]* A. Gellius IV,  
9. L.

*Recte est]* Haec forma vtun-  
tur studiosi vrbauitatis, si palam  
negare non audent. Z.

I *Si mihi]* Hic mira aman-  
tis sollicitudo exprimitur, cui  
expectanti hora, dies, annus  
videtur. *Si mihi]* Amor res  
est suspicionis plena. Torque-  
tur igitur Clinia mora et dila-  
tione amicae Antiphilae. C.

*Si mihi secundae]* Hic illud  
est, quod supra diximus, quod  
per coniecturam Clinia credit,  
amicam se absente corruptam.  
Ae primum argumentum fecit  
ex eo, quod nullus seruus non-  
dum redit. Deinde proponit  
ipsam suspicionem: *Sed vere-  
or ne me absente hic corrupta  
sit*. Adiungit et opiniones et  
argumenta a tempore, quod est  
*occafio*: occasionem autem hic  
intelligimus, quod absens fuit  
ipse. Deinde ponit *locum* A-  
thenas, vbi magna hominum  
multitudo est et cicium, variis  
moribus vinentium. Adiu-  
gitur *aetas*, hoc est a persona,

Venissent: sed vereor, ne mulier me absente hic corrupta sit.

Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant:

Occasio, locus, aetas, mater, cuius sub imperio est, mala:

5 Cui

et a tempore, quod adolescentula; ac propterea varia ingenio. Deinde addidit, *Mater*. Hoc nomen parum est; nam adderetur (*nisi addatur* L.) *mala*. Sed ne rursus suae voluntatis et iudicii . . (adde, *esset mulier* L.): ideo adiecit, *Cuius sub imperio est: Cui nihil iam praeter pretium dulce est*. E.

2 *Venissent*] Mulier et servus. *Sed vereor, ne mulier*] Bene amantis exprimit affectum: qui semper omnia in deterius suspicatur. *Vereor*] *Vereri* dicitur, qui rationabiliter terretur; formidare, qui sine ratione. C.

Pro *venissent* repone *venisset*: vt infra v. 9. *adesset*. B.

3 *Mibi animum exaugeant*] *Augeri* dicitur *animus*, quando multa concurrunt, quibus flectitur in eam partem, in quam inclinatur. C.

In margine Bemb. Faernus hoc scholion reperit: *Quae mihi animum exaugeant, quae me terreant. animum autem dicit, quam illi praesens efficit meus sollicitam cogitationem*. Versum ego ita reponendum esse aestimo: *Concurrunt multa, o-*

*pinionem hanc quae mihi animum exaugeant*. Cum *exaugere animum*, ἀείξω, non aegritudini, sed gaudio conueniat, Palmerius et alii dudum emendarunt *exaugeant*. Sed melius est *legere animum*. Nam latine dicitur, augere damno, commodis, honoribus, laetitia etc. Deinde mutatio τῶν *opiniones* propterea est necessaria, quod quae sequuntur ad opinionis rationem non possunt recte referri. *Augere suspicionem* occurrit Eun. III, I, 46. B.

4 *Locus, occasio, aetas*] Hi loci ex arte Rhetorica etiam ad maioris rei confirmationem valerent. *Locus, occasio, aetas, mater*] Argumenta deducuntur aut a rebus aut a personis. Haec enim, causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, et caetera rerum accidentia, a personis deducuntur hoc modo. Nam similes parentibus aut maioribus suis filii plerumque creduntur: et nunquam ad honeste turpiterque viuendum. Similiter a natione quoque, patria, aetate, educatione et disciplina sumuntur. *Locus, occasio, aetas, ma-*  
ter,

5 Cui nil iam praeter pretium dulce est. CLIT. Clinia. CLIN. ei misero mihi!

CLIT. Etiam caues, ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens?

CLIN. Faciam: sed nescio quid profecto mihi animus praefagit mali.

CLIT. Pergin' istuc prius diiudicare, quam scis, quid veri fiet?

CLIN. Si nil mali esset, iam hic adessent. CLIT. iam aderunt. CLIN. quando istuc erit?

10

rer, cuius sub imperio est, mala] Subdit ea, quae augent animum, ad id credendum, videlicet, locus, quia scilicet est in in eo loco, ubi aliae sunt petulantes, et ideo contagione facilis lapsus est. Occasio, ut corumpatur, quia formosa, et multis forte iuuenibus placens ac nota. Aetas, quia iuuenilis et flore iuventutis nitens, quae plerumque lubrica est. Mater, cuius sub imperio est, mala. Iuuenal. (Sat. VI, 240.) Scilicet exspectes, ut iradat mater honestos, Aut alios mores, quam quos habet? vtilis porro Filio- lam turpi vetulae producere turpem. C.

5 Hei mihi] Hei, datiuo iungitur. Ut Virg. (Aen. II, 274.) Hei mihi, qualis erat. Hcuvero, acculatio: ut alibi Terentius, Heu me miserum. C.

6 Pro hinc omnes codd. et edd. vet. recte habent hic. Nani a patre non est a meo, sed tuo, Menedimo. B.

7 Mibi animus praefagit mali] Sic fieri consuevit, ut, quoties aliquid exspectamus, ea occurrant potius quae mentem nostram ad cogitandum aliquid mali trahant. C.

8 Pergin' istuc prius] Perfeueras ante hoc quasi certo iudicio tenere, quam scias quid in vero sit. E.

Pro scis leg. cum nostris et edd. vet. scias. Hinc, ut verus poscit, veri muta in rei. Cf. infra IV, 7, 2. B.

9 Quando istuc erit?] Non potest credere ex nimia suspitione venturam amicam. C.

Si nihil mali esset] Ad consequentiam argumentum cepit ex eo, quod non redit missus seruus. Certa mihi, inquit, suspicio est, illam esse corruptam: nam hic adessent. Quando istuc erit?] Illud enim quod dixit, Iam aderunt, hoc amanti tardum est: ideo adiecit, Quando istuc erit? E.

Iam

10 CLIT. Non cogitas, hinc longule esse? et nostri mores mulierum:

Dum moliuntur, dum conantur, annus est. CLIN.

o Clitipho,

Timeo. CLIT. respira: eccum Dromonem cum Syro, vna adfunt tibi.

## ACTVS

*Iam hic adessent*] Ms. R. et V. C. *adesset*. CLIT. *iam aderit*. L.

Lege ex nostris pene omnibus cum edd. vet. *Adesset, Aderit*. De amica enim sola sollicitus est, non de seruulis. Corrige quoque *Quando istuc iam erit?* B.

10 *Non cogitas hinc longius abesse?*] Clitipho remouet suspicionem ex animo Cliniae, et locorum interuallo, et ex cultu mulierum, quae maiorem temporis partem in se ornando conterunt. C.

Etdi vulgo habent *longius*: tamen Bembini *longule* est praefendum, h. e. aliquantum longe. B.

11 *Dum moliuntur*] Molles carnes amantur. Quare consuetum mulieribus erat, se ad tactum vnguentis praeparare. *Annus est*] Scilicet integer, et plus expectanti ex affectu. Vel numerus determinatus pro

indeterminato ponitur. *Clitipho timeo*] Vide nulla re arceri posse suspicionem ex pectore amantis. C.

*Dum conantur*] Ita potissima scriptorum codd. pars: in Regio tamen exemplari *comantur* erat. Sed alterum rectius puto, ad moram mulierum notandum. Alii libri: *Dum moliuntur, dum comuntur annus est*. Vid. Seruius Aeneid. iv. vers. 133. *Reginam thalamo cunctantem*. L.

Alii *comuntur*, pauci *comantur*, Seruius ad Aen. iv, 133. videtur legisse *cunctantur*. Sed Bemb. Basilic. Victor. et optimi quique *conantur*. Satis eleganter: Dum iturae sunt, et non eunt: dum mouent, sed nil promouent. B.

12 *Eccum Dromonem cum Syro*] Δρομητικῶς: et cum gestu nimiae laetitiae pronuncian- dum est. C.

Distingue ita: *cum Syro vna adfunt tibi*. B.



## ACTVS SECVNDI SCENA III.

SYRVS. DROMO. CLITIPHO. CLINIA.

**A**IN' tu? DR. sic est. SY. verum interea dum sermones caedimus,

Illae

1 *Ain' tu?*] Haec Scena plena est timoris et suspicionis: sed persona seruilis utriusque succurrit. Serui autem in fronte Scenae ex abrupto colloquantur, tanquam pergentes in incepto colloquio, quod vltro citroque in via conferebant. *Ain' tu?*] Hoc sic lege, vt intelligas multa verba praecessisse. περιγενεσις dicitur, quando Poeta significat, sermonem alterius personae praecessisse. Quid autem dixerit Dromo, non est curandum: nam iste est abruptus sermo ex communi viae colloquio. *Sermones caedimus]* *Caedere*, vt vult Nonius, vltra caeteras significaciones interdum significat commiscere, allegatque Lucilium dicentem: *Tineae omnia caedunt*, i. e. commiscet, vt ipse interpretatur. Nostro autem hic proposito maxime conuenit. C.

in domo patris esse possit. Quae res an fieri possit, deliberationis vim tenet. Ita prior causa in controuersia est, secunda in deliberatiua. aut controuersia est ex coniectura. Ergo partibus tractabitur, hoc est, vt dicta et affectus, quod πᾶθος Graece dicunt, suggerant argumenta: sicut suis locis explanabimus. *Dum sermones caedimus]* *Caedere sermones* dicitur, qui frequenter et plurimum loquitur. E.

*Dum sermones caedimus]* Vel *Serimus*. Vid. Seruius Aeneid. vi. vers. 169. *Multa inter sese vario sermone seiebant*. L.

Bentleius verba *Verum — relictae* ipsi quoque Dromoni tribuit. Sane idem mihi videtur. Nam primum alienum est, Syrum interrogantem, *ain' tu?* repente interrompere respondentis orationem. Deinde Dromo vel taedio narrandi, vel cura amicae herilis melius illa proferre putandus est. Vt taceam sequentem responsionem Syri, *minime mirum* etc. Z.

*Ain' tu?*] Haec Scena exfoluit illam suspicionem, quam Clinia habuit. Et haec coniectura deinde rursus habet aliam causam, quod amicam Clitiphonis adduxerit feruus, ita vt

Illae sunt relictæ. CLIT. mulier tibi adest; audin', Clinia?

CLIN. Ego vero audio nunc demum, et video, et valeo, Clitipho.

SY. Minime mirum; adeo impeditæ sunt; ancillarum gregem

5 Ducunt secum. CLIN. perii! vnde illi sunt ancillae? CLIT. men' rogas?

SY.

2 *Mulier*] Non *Antiphila*, aut *amica*: sed sic dixit, quasi illi qui desperauerat redituram. C.

*Mulier tibi adest*] Quia ita locutio serui fuerat, vt diceret, *relictæ mulieres*. E.

3 *Ego vero audio*] Verba sunt respirantis, et ad se redeuntis. *Ego vero audio nunc demum*] Cum prius languerem prae timore, et consternatus effem, mei sensus non recte sua exercebant officia. C.

Pro *video* repone *viuo*. Nam non modo nondum *Antiphilia*, pone *relictam*, viderat, sed et *viuit* et *valet* saepenumero apud Plautum coniunguntur. Cf. nostrum infra III, I, 21. B.

4 *Minime mirum*] Serui non videntes adolescentes pergunt in sermone incepto. Mulieres a natura tardae in incessu sunt: sed hic additur causa tarditatis, scilicet *ancillarum gregem ducunt secum*, ac si duceretur vnus grex ouium. *Minime mirum*] Scilicet si *relictæ* sunt. C.

*Minime mirum: adeo impeditæ*] Mirandum non est, quod impeditæ sunt mulieres, quae et *ancillarum gregem ducunt secum*, et plurima comportant. E.

*Ancillarum greges*] Sic οἰκέτων ἀγέλας dixit Chrysofom. in Paul. ad Ephes. cap. 5. Hom. 20. Indecorum nimirum iam olim visum matronis, sine comite in publicum prodire. Quae res in tantum luxum excreuit, vt parum esset, nisi (vt loquitur Ammian. Marcell. libr. xiv.) familiarum agmina, tanquam praedatorios globos post terga trahentes, conspicerentur. Vidend. Plautus Mercator. II, 3. l. I. §. 2. l. 15. ff. de iniur. et famos. Aristenaet. lib. I. Epist. 9. Sed hac de re alibi fusius. L.

5 *Perii*] Cliniae suspicio, quod *amica* corrupta sit, ab *ancillarum grege* oritur. Has enim ab aliis amatoribus esse putat. C.

*Perii! vnde illae sunt?*] Crescit error Cliniae, vt magis credat esse corruptam, quod *ancillas* habeat et *aurum*. Haec omnia

SY. Non oportuit relictas: portant quid rerum?

CLIN. ei mihi!

SY. Aurum, vestem: et vesperascit, et non nouerunt viam.

Factum a nobis stulte est. abi dum tu, Dromo, illis obuiam:

Propera: quid stas? CLIN. vae misero mihi, quanta de spe decidi!

10 CLIT. Quid istuc? quae res te sollicitat autem?

CLIN. rogitas quid fiet?

Viden' tu? ancillas, aurum, vestem? quam ego cum vna ancillula

Hic reliqui: vnde esse censes? CLIT. vah! nunc demum intellego.

SY. Di boni, quid turbae est? aedes nostrae vix capient, scio.

Quid

omnia meretricis, non illius mulieris sunt. Sed adhuc ignorat adolescens. E.

6 *Portant quid rerum?*] Ob hoc non est securus Syrus, quod mulieres relictas sint. C.

7 *Et vesperascit, et non nouerunt viam*] Causa cur non oportuit relictas. Quis enim tutus, si quid portat, et in nocte, et in incerto itinere? C.

*Et vesperascit*] Hoc est, nox fit: a *vespere* factum verbum est. E.

8 *Abi dum*] *Dum* παρόλας. C.

9 *Vae misero mihi*] Magis suspicatur Clinia quod a Syro aurum et vestem audierit. C.

Nostri plerique omnes, et

Victor. et Faerni aliquot recte habent *Propere*. B.

10 *Lege Qui istuc?* vt Eun. iv, 6, 7. et alibi. B.

12 *Vnde ea esse censes?*] Vnde essent ista, tanquam notum esset, non explicuit. C.

13 *Quid turbae est?*] Persona seruilis, utpote fidelis heri impensis timet. *Quid turbae est?*] *Turba* primum perturbationem significat; inde *turbo turbas, perturbo, deurbo*. Dehinc multitudinem, quae fere turbatione non vacat. *Capient*] Alias deligent significat. Virgil. (Aen. I, 396.) *Aut capere, aut captas iam despectare videntur*. C.

Quid comedent? quid ebibent? quid sene nostro  
crit miserius?

15 Sed video eccos, quos volebam. CLIN. o Iuppi-  
ter! vbinam est fides?

Dum ego propter te errans patria careo demens,  
tu interea loci

Collocupletasti te, Antiphila, et me in his deserui-  
sti malis:

Propter quam in summa infamia sum, et meo patri  
minus sum obsequens:

Cuius nunc pudet me et miseret, qui harum mores  
cantabat mihi,

20

14 Pro *Seni*, omnes nostri  
et Faerni habent Sene. Col-  
loca *Quid sene erit nostro mi-  
serius?* B.

15 *Eccos quos volebam*] Ec-  
cum eccam, eccos eccas, ellum  
ellam, ellos ellas, ab ecce com-  
posita sunt: et per aduerbia re-  
solvantur, non per nomina.  
*Eccum*, ecce hic: subintelli-  
ge *virum* de quo agebamus.  
*Eccam*, ecce hic: subintelli-  
ge femiram. Ita ellum, intel-  
lige, ecce illic *virum* etc. O  
*Iupiter!*] Sic exclamat, dum  
putat ab amica esse se dece-  
ptum. C.

*O Iupiter! vbinam est fides?*] *Nec dum soluta sibi suspicione,*  
quaerit (*queritur Z.*) adolef-  
cens, se esse desertum, . . .  
(*excidit, et Antiphilam*) omisso  
amore amatoris sui in meretri-  
cios mores esse delapsam. E.

Lege ordine inuerso, *Sed  
eccos video quos vol.* ob consue-  
tudinem Terentii. B.

16 *Propter te*] Quia tua  
causa a patre sum exclusus ver-  
borum increpationibus. *Er-  
rans*] Hinc *errones* dicuntur. C.

*Interea loci*] In libro Bemb.  
adscriptum est: *Loci παράλλου:*  
*nam loci omni significationi ad-  
di solet. Ennius:* Flamma loci  
postquam conclusast turbine  
faeuo. FAERN.

17 *Collocupletasti*] Diuitem  
fecisti. E.

Male in prima syllaba acui-  
tur *Antiphila*. Ergo ex omni-  
bus fere nostris leg. *Collocu-  
pletasti, Antiphila, te et me.* B.

18 *In summa*] In querela  
amatoria consueuerunt amato-  
res ab amica decepti comme-  
morare, quae aduersa causa il-  
lius acciderint. C.

Omnes nostri, deleto *sum*,  
habent *minus obsequens*. Ma-  
le. B.

19 *Pudet me, et miseret*] *Recte:* quia post pudorem so-  
let consequi misericordia. *Pu-  
det,*

20 Monuisse frustra: neque potuisse eum unquam ab hac me expellere:

Quod tamen nunc faciam: tum, quum gratum mihi esse potuit, nolui.

Nemo est inferior me. SY. hic de nostris verbis errat videlicet,

Quae hic fumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque est, accipis:

Nam

*det*, verecundiae est. *Piget*, poenitentiae. Terent. in Adelphis, *Fratris me quidem pudet, pigetque*. Et bene *pudet*, de filio in patrem. In Andria, *Tum patris pudor. Cantabat*] Hoc est, frequenter dicebat. Et significantius dixit *cantabat*. Et antiqui *canere* pro *eloqui* dixerunt. C.

*Cuius nunc me pudet*] Patris me pudet et miseret, qui frequenter harum mores dixit mihi, et frustra monuit. E.

*Mores cantabat mihi*] Plautus Trin. II, 2, 10. *Hoc tibi quotidie canto ut caueas*. L.

20 *Ab hac*] Sic dixit, quia nondum appulerat: e. n. superius, *Me deseruisti*, dixerit. C.

*Monuisse frustra*] Mf. R. et V. C. *Monuisse frustra, dolet*. L.

Recte, ob versum, omnes collocant, *neque eum potuisse unquam*. Tum *expellere* e loco, domo, vrbe, finibus, quidem recte dicitur; at nunquam, ab amica. Ergo corrigè *aspellere*, h. e. abigere, arcere, ut Plaut.

Trin. III, 2, 46. Merc. I, 2, 5. et alibi. Glossarium vetus, *Aspellit, ἀπωθεῖ*. B.

21 *Tum, cum gratum mihi esse potuit*] Quia tunc fuisset patri obsecutus, et eius morem gessisset voluntati. C.

22 *Hic de nostris verbis*] Superius, *Portant quid rerum, et aurum et vestem dixit. Videlicet*] *Scilicet* et *videlicet* idem significare videntur quod *certe*: sed habent usum suum per amaritudinem cum derisu permixtam. Virg. (Aen. IV, 379.) *Scilicet hic superis labor est*. Quintil. *Hoc videlicet expectasti*. C.

24 *Nam et vita est*] Prima propositione volens seruus soluere errorem suspicionis Cliniae dicit, *et vita est eadem amicae, et animus ille qui circa te fuit*. Verum meminisse debemus duas res esse propositas, ut et *vita eadem* probetur, et *idem animus*. Potuit enim in eadem muliere castitas perseverare, ut esset eadem vita, non tamen idem animus:

Nam et vita est eadem, et animus te erga eadem ac fuit;

25 Quantum ex ipsa re coniecturam cepimus.

CLIN. Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est,

Quod malim, quam me hoc falso suspicariet.

SY. Hoc primum, ut ne quid huius rerum ignores; anus

Quae est dicta mater esse ei antehac, non fuit:

30 Ea obiit mortem: hoc ipsa in itinere alterae

Dum narrat, forte audiui. CLIT. quanam est altera?

SY. Mane: hoc quod coepi, primum enarrem, Clitipho:

Post,

potuit namque obliuisci amatoris sui, et non eum desiderare. Ideo adiecit: *et animus te erga eadem, ac fuit.* E.

25 *Ex ipsa re*] Ex signis quae diciturus est. C.

Solus Bembinus pro *cepimus* recte legit *fecimus*. Nam *coniecturam facere* saepe apud nostrum et Plautum occurrit. B.

28 *Anus quae dicta est mater*] Hoc contra illud est quod supra dictum a Clinia, *Mater, sub imperio cuius est, mala.* C.

*Ne quid huius rerum*] Quod nunciet seruus anum periisse, quae ei mater esse dicebatur, ad causam minime pertinebat. Ideo adiecit: *Hoc primum tibi dico, ne aliquid harum rerum ignores.* E.

30 *Ea obiit mortem*] Hoc dictum ne ab illa corruptam amicam suspicetur. *Alterae dum narrat*] Antiquum est. nos *alteri* dicimus. C.

*Alterae dum narrat*] Hic iam praemissio alterius narrationis effecta est. Nata est suspicio ut quaereretur, quae sit altera: cuius narrationem differt. Prior enim est de amica Cliniae narratio. E.

*Hoc ipsa in itinere*] Priscian. lib. VI. *Haec ipsa in itinere.* L.

Lege, *ex ipsa in itinere hoc, alterae.* Nam vulgare *itinere* ab *metrum* habet in secunda accentum: quod est contra morem veterum, apud quos quadrisyllaba eaque breuia fere primam acuunt. Igitur hic et Phorm. III, 3, 63. Terentius posuit *itere*, ab *iter*. Alii veteres a nom. *itiner* dixerunt in gen. *itineris*. B.

31 *Quanam est altera?*] Interrogat: quia nondum intellexerat amicam aduentare. C.

82 *Mane: hoc quod*] V. C. *Sine.* L.

Post, istuc veniam. CLIT. propra. SY. iam  
primum omnium,

Vbi ventum ad aedis est, Dromo pultat fores :

35 Anus quaedam prodit: haec vbi aperuit ostium,

Con-

33 *Propra*] *Propra* qui festinanter aliquid ait vel dicit. Virg. (Georg. I, 260.) *Multa, forent quae mox coelo propra-randa sereno, Maturare datur. Iam primum omnium*] Sic incipit, vt multa pudicitiae signa narraturus. Liuius in primo ab Vrbe cond. (c. I.) *Iam primum omnium satis constat.* Hic iam primum omnium est in primis vel in principio. Nam principium est primum omnium. Vel sic intelligas, iam primum omnium, i. e. ecce primum omnium, quod sequitur. C.

34 *Vbi ventum ad aedis*] Hic ergo breuiter omnia argumeta, quae a summo ad imum sunt, colligamus. Ac primum collocetur: Casta est mulier, et eadem quae fuit ante, perseverat: quod *anus processit*: quod *ostium aperuit*: quod *continuo ingressus est seruus*: quod, postquam ingressus, statim *anus pessulum rursus foribus obdit*: quod *ad lanam redit*: quod *zexentem telam studiose ipsam inuenerit*: quod *mediocriter vestitam*; quod *sine auro*: quod *ita ornatam, quemadmodum sibi ornatur*; quod *nulla mala re expolitam muliebri*: quod *capillus ab ea reie-*

*ctus circum caput fuerat negligenter*: quod *cum ancilla ea rexebat, pannis ipsa contexta.* Haec sunt quae vitam probant. Rursus subiungitur, an idem animus circa Cliniam perseueret. Ideo interrogauit: *Quid ait, vbi me nominas?* Subiungit ille: *Vbi dicimus redisse te, &c.* Ergo et hic coniectura est, an idem animus perseueret. Probamus autem quod perseueret ex eo, quod vbi te nominauimus, *mulier telam deserit continuo, et lacrumis oplet os totum sibi, vt facile scires, desiderio id fieri tuo.* Completa igitur omni re, ad alteram narrationem necessario cito deuoluitur, vt ostendat quae illa altera sit mulier, de qua ante dixerat. E.

35 *Anus quaedam prodit*] In Eunuchio de vilissima persona, *Prodi foras, male conciliante.* C.

*Anus quaedam prodit*] Solitae inter reliquum famulitium ancillae quaedam in aetate grauiora esse: quarum officium erat, de capillamento dominae in consilium ire, vt recte disponderetur, ac de forma eius iudicare. Lucian. in *Amoribus*,  
ἡρεσεν δὲ καὶ θεοπαυσίδων ὁ σὺμ-

Continuo hic se coniecit intro: ego consequor.

Anus foribus obdit pessulum: ad lanam redit.

Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clinia,

Quo studio vitam suam te absente exegerit,

40 Vbi de improviso est interuentum mulieri:

Nam ea res dedit tum existumandi copiam

Cotidianae vitae consuetudinem;

Quae, cuiusque ingenium vt sit, declarat maxume.

Texentem telam studiose ipsam offendimus;

45

μορφος ἄλλος ἐν κύκλῳ παρεῖσαι, ποικίλοις φαρμάκοις καταφαρμακεύεσθαι τὰ δυστυχῆ πρόσωπα. Iuuenal. Satyr. vi, 497. *Ejl in consilio matrona, admoaque lanis, Emerita quae cessat acu: sententia prima Huius erit: post hanc aetate atque arte minores.* Ergo in Bacchidis quoque familia anus est, qua illa siue pro cosmeta utebatur, siue pro scortationum sequestra et internuntia; vel vt illa est, de qua Apuleius Miles. ix. L.

36 Versus gratia leg. *hic se intro coniecit*, et priori versu leg. *aperit*. B.

37 *Ad lanam redit*] Haec signa sunt pudice vitam agentis. Sic in Andria, *Primum haec pudice vitam, parce, ac duriter agebat, lana et tela victum quaeritans*. C.

38 Pro *Hinc Bemb.* et alii recte *Hic*. Nam sequitur *alibi*. Pro *aut nusquam*, quod vnus tantum e nostris habet, duo *hant nusquam*: caeteri sat multi *haut usquam*. B.

39 *Vitam exegerit*] Aliter

dicitur *exigere vitam*, *exigere fabulam*, et *exigere opus*. significat enim traducere, expellere, et finire. Exemplum primi est hic; secundi vt in Andria, *An exigendae sint vobis prius*; tertium est operis, i. e. finire opus inceptum. C.

41 *Existimandi copiam*] Iudicandi. *Aestimare* enim est considerare, *Existimare* vero, iudicare. Nam prius consideramus ea quae iudicanda sunt. C.

Meliores numeri efficiuntur, si cum cod. Reg. leg. *Nam caeterum res dedit existumandi*. B.

43 *Quae cuiusque ingenium*] In Andria, *Nam qui cum ingenii consuetudine eiusmodi* &c. C.

44 *Telam*] *Tela* dicitur omnis pannus tam laneus, quam lineus. *Offendimus*] Reperimus. *Offendere* fere idem est quod reperire. C.

Victorius Var. Lect. ix, 15. ex Politiano laudat versum Menandri: Ἐξ ἰστέρις ἐκρέματο φιλοπόνως πάν. W.



45 Mediocriter vestitam veste lugubri,

Eius anuis causa, opinor, quae erat mortua:

Sine auro tum ornatam, ita vti quae ornantur sibi:

Nulla mala re esse expolitam muliebri:

Capil-

46 *Eius anuis causa]* M. Varronem, et P. Nigidium viros Romani generis doctissimos constat non aliter locutos esse et scripsisse, quam *senarius* et *domus*, qui est primus casus ab eo, quod est senatus et domus. C.

*Eius anuis]* A. Gellius Noct. Attic. iv, 16. Probus in Catholicis. Charif. lib. i. Priscian. libb. vi. et vii. *Quae erat]* V. C. *Quae tum erat.* L.

47 *Ornantur sibi]* Non vt placeant amatoribus. Honestae enim mulieres reiiciant vestium fordes, honesteque sibi vestiri cupiunt. C.

*Ornantur sibi]* V. C. *Formantur.* Hieronym. ad Gaudent. φιλόκοσμον genus feminarium est, multasque etiam insignis pudicitiae quamvis nulli virorum, tamen sibi scimus libenter ornari. Ideo nimius mundus et cultus meretrici potius, quam castae conuenit. Marcellinus in Hermogen. τὸ μὲν γὰρ ἀπλῶς καλλωπίζεσθαι, ἕπω σημεῖον πορνείας· ἢ δὲ συνέχρεια ποιεῖ τὴν ὑποψίαν. L.

48 *Nulla mala re expolitam]* Hoc est, non fucatam. *Mala* enim a similitudine mali, hoc est, pomi, nomen assumfit. Nam

id est, quod praeminet inter nasum, oculos et buccam, quod rotundum est, et in speciem mali. *Muliebri]* *Res muliebris* est fucus, quo mulieres molles vtuntur ad expurgandam cutem. ne rugescat, seu soluatur in rugas, quod senescentibus contingit. C.

*Nulla mala re]* Plerique omnes, quos vidi, scripti codd. *Nulla malam re* etc. atque explicatur *mala*, id est, *maxilla*. Plaut. Mostel. I, 3, 101. *Quid cerussa opus est?* P. H. *nam qui malas oblinam.* Ergo genuina erat Antiphilae, non fucata aut purpuriffo lita facies. *Res muliebres* vocat pigmenta et reliquas offucias, quibus mulieres sese vngere consueuerunt, vt pulchriores videantur. Nam vt ait Pomponius IC. l. 21. §. 1. *Etiā quo elegantiores sunt et mundiores, vnguntur feminae:* Zeno Veron. Sermone de Continentia, *Colorem de pyxide mutantur* etc. Ideoque inter mundam muliebre referuntur vnguenta, vasa vnguentaria, et si quae similia. Vlpian. l. 25. §. 10. ff. de auro, argento. Lucianus in Amoribus, καὶ ἄτερ ἐκ φαρμακοπύλας πυξίδων ὄχλον, ἀγγεῖα μετὰ πολλῆς κικκοδαμο-  
νίας.

Capillus passus, prolixus, circum caput

50 Reiectus negligenter, CLIN. Syre mi obsecro.

Ne me in laetitiam frustra conicias. SY. anus

Sub-

νάς· ἐν οἷς ὀδόντων σμικτικά δυνάμεις, ἢ βλεφαρα μελαίνουσα τέχνη διασπυρίζεται. Videndus totus locus: nam vnus omnium reſtiffime hanc muliebris formae interpolationem describit: et Zeno Veronenf. Serm. de pudicitia, de Spiritu et corpore. Hieronym. Epist. ad Paulin. pag. 118. L.

Sex ex vetustioribus *Malam*: duo cum edd. vet. omittunt *Essè*. Guyetus delendum vt spurium, versum putabat; nos, corrigendum ita: *Nulla mala re interpolazam muliebri*. Per *malam rem muliebrem* intelliguntur pigmenta, vt cerussa, stibium, purpurissum etc. vid. Ouid. Rem. A. 351. Lucret. IV, 1168. Plaut. Trin. II, 4, 153. *Interpolare* autem, auctore Nonio, est nouam formam e veteri fingere. Hoc verbum apud Plautum de pigmentis adhibetur. Most. I, 3, 105. et 116. Cf. Plaut. Ampli. I, 1, 161. Vbi est: *Illic homo me interpolabit, meumque os finger de- nuo*. B.

49 *Capillus*] *Capillum* dicit more suo crinem incultum. *Capillus passus*] Id est, sparsus. Virg. (Aen. I, 484.) *Crinibus Illiades passis*. Sunt quaedam verba, quae a diuerso veniunt

praesenti: sed in praeterito confunduntur: sicuti a patior, ita a pando passus descendit. Ideo legendum est in Passione Christi: *Qui expassis manibus*, non *expansis*. C.

Pro *Passus* leg. *sparsus*, quod non modo aliquot codd. habent, sed et auctoritate Aufonii Idyll. XII, firmatur: *Totum opus, ait, hoc sparsum, crinis velut Antiphilac: Pax*. Et Propert. II, I. *Seu vidi ad frontem sparsos errare capillos*. Tum pro *Prolixus* rep. *promissus*. Vid. Festus in *Promissus Capillus*, et Nonius v. *Promittere*. B.

50 *Pax!*] Aduerbiū Graecum, vt ait Priscianus. C.

*Reiectus negligenter*] Priscianus *Reiectus negligenter; pax!* quae vera est lectio: vt hinc scire possimus, cur Aufonius in Technopaegnio dixerit: *Totum opus hoc sparsum, crinis velut Antiphilac; pax!* ad hunc enim Terentii locum omnino respexit. L.

Leg. *Reiectus negligenter, pax*. Dictioni *Pax* in Bemb. margine hoc scholion adscriptum est: *Tranquillantis, admirantis et sollicitudinem admirantis*. Male. Nam *pax* est silentium imponentis. B.

Subtemen nebat. praeterea vna ancillula

Erat; ea texebat vna, pannis obsita,

Neglecta, immunda illuue. CLIT. si haec sunt,  
Clinia,

55 Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior?

Scin' hanc, quam dicit sordidatam et sordidam?

Magnum hoc quoque signum est, dominam esse ex-  
tra noxiam;

Quum cius tam negleguntur internuncii:

O o 4

Nam

52 *Subtegmen*] i. e. filum, quod in tela texenda stamen intercurrit. C.

Pro *Subtegmen* libri antiqui recte habent *Subtemen*; quod in Scholio Bemb. explicatur, *subtemen dictum ab eo quod subeat stamen*. B.

Terentius fere ad verbum expressit hic illud Menandri, quod laudat Victorius V. L. IX, 15. Καὶ Σερραπιδῆς ἦν μίαν ἄντη συνύφανεν, ἑσπαραῶς διακειμένη. W.

53 *Pannis obsita*] Sic in Eunucho, *Pannis amissae obsitum*. Ita *pannis obsita* dicitur, ut ager obsitus spinis. C.

54 *Immunda illuue*] *Proluues* et *illuues* significantiam habent parem, et immunditia est. Virg. (Aen. III, 216.) *Foedissima ventris Illuues*. C.

55 *Ita uti credo*] V. C. *Ita uti hic dicit*. L.

56 *Sordidatam et sordidam*] *Sordidus* a natura dicitur. *Sordidatus* vero fit urgente necessitate. Vel habitu *sordidatam* et veste, corpore *sordidam* et

illuue *sordidatam*, refertur ad illud, *pannis obsita*. *Sordidam*, ad illud, *neglecta, immunda illuue*. C.

*Scin' hanc*] Mf. R. *Scin' tu hanc*. L.

57 *Extra noxam*] Hoc est culpam. *Noxa* etiam significat damnum. Sueton. in Caesare (cap. 81.), *Spurinumque irridens, et ut falsum arguens, quod sine ulla sua noxa Idus Martiae essent*. C.

58 *Internuncii*] *Internuncii*, qui nuncia serunt ad amatores, et referunt ad amatas. Quos aliqui *gymaegogos* dicunt a ducendis mulieribus. Vtrum bene, nec ne, ipsi viderint. C.

Scholiastes Bembini, *Internuncios pro seruis posuit, sed sententia haec ita est, qui non negligerentur, si essent internuncii*. Caeterum omnes nostri, praeter unum, ita verba collocant: *Cum tam negliguntur eius internuncii*. Corrige, *negligitur eius internuncia*. Nam seruos nullos habuit Domina. B.

Nam disciplina est eisdem, munerarier

60 Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam.

CLIN. Perge, obsecro te, et caue ne falsam gratiam  
Studeas inire. quid ait, vbi me nominas?

SY. Vbi dicimus redisse te, et rogare vt  
Veniret ad te: mulier telam deserit

65 Continuo, et lacrumis opplet os totum sibi:

Vt facile scires desiderio id fieri tuo.

CLIN. Prae gaudio, ita me Di ament, vbi sim nescio.

Ita timui. CLIT. at ego nihil esse sciebam, Clinia.

Age-

59 Nam disciplina est] Praeceptum in Arte Amandi (I, 351.), vt amatores prius ancillas corrumpant. C.

Dubitant interpretes de *Iisdem*. Forte leg. *Nam disciplina est secta*. Gellius xx, I. *Scies enim me pro disciplina sectae quam colo, inquirere potius, quam decernere*. B.

60 *Affectant*] *Affectare* est prouum animum ad faciendum habere. Vt dicit Festus. Laurentius dicit, *affectare* esse affectu et conatu alterius virtutem aemulari, quam assequi nequeas, refragante natura. Seruius autem hic interpretatur *affectant*, viam praeparant; quemadmodum et illud Virgilianum, Georg. iv, 562. *viamque affectat Olympo*, interpretatur, ille praeparat sibi diuinos honores, seu disponit. C.

*Ancillas primum*] Hieronym. ad Gaudent. *Solent lasciuui comitali iuuenes blandimentis, affabilitate, manusculis aditum sibi*

*per nutrices ad alumnas quaerere*. Vid. Ouid. de arte amandi. Lysias in Apol. *Qui affectant*] Seruius Aeneid. III, 670. Iunius Philarg. Georg. iv, 562. L.

61 *Falsam gratiam*] Scilicet mentiendo. Nam ipso rescito gratia inita frustaberis. C.

64 Placet cum Bemb. *legere desinit* pro vulgari *deserit*. Nam *deserere telam* est abire; aufugere a tela; sed *desinere* est intermittere. B.

65 *Opplet os*] Nam ex nimio gaudio interdum lacrymae prouenire solent. Apuleius (Metam. I.): *Tunc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium prouenire. Nam vt lacrymae saepiculae de gaudio procedunt; ita et in illo nimio pauore risum nequiuui continere*. C.

66 Ne syllaba huic versui supersit, corrige *scias*, et pronuncia, vt monosyllabon. B.

68 Verbum *sciebam* Scholiales Bemb. interpretatur, *Quod timebas*. FAERN.

Agedum vicissim, Syre, dic quae illa sit altera.

70 SY. Adducimus tuam Bacchidem. CLIT. hem!  
quid, Bacchidem?

Eho scelestè, quo illam ducis? SY. quo ego illam? ad nos scilicet.

CLIT. Ad patremne? SY. ad eum ipsum. CLIT.  
o hominis impudentem audaciam! SY. heus,  
Non fit sine periculo facinus magnum et memorabile.

CLIT.

69 *Agedum*] *Age* singularem numerum desiderat: *Agite* pluralem: *Agedum* vero utrumque. *Quae est illa altera?*] Interrogat non immemor verborum Syri, *O Clitipho: post istuc veniam.* C.

70 *Hem! quid?*] *Hem* interiectio est nouas res nec opinie audientis. C.

*Adducimus tuam*] Quo facilius blandiri adolescenti possit, adiicit *Tuam.* E.

Et si Donatus ad Adel. iv, 4, hic legit *Abducimus*: tamen ob consensum codd. retinendum putamus *Adducimus.* B

71 *Ebo*] Interiectio admonentis attentionem, et ut sistatur gradus, poscentis. *Quo illam ducis?*] Hoc cum timore pronuntiandum. Timet ne pater illius amicam cognoscat. C.

*Quo illam ducis?*] V. C. *abducis.* L.

72 *O impudentem audaciam!*] Bene *audaciam*: quae proprie est temeritas. C.

Vt versus quadratus et plenus sit, leg. cum codd. omni-

bus nostris et edd. vett. sub finem, *Heus tu!* B.

73 *Heus tu! non fit sine periculo facinus*] Sententia generalis, quae et feruis conuenit. C.

*Heus! non fit sine periculo*] Quoniam interrogatus feruus, quo duceret Bacchidem, respondit, *ad patrem.* Quod aegre ferens adolescens, cum indignatione audacem feruum pronunciauit: continuo ille respondit, *Facinus magnum et memorabile fieri nunquam posse, sine aliquo periculo.* Ita in hoc quoque periculum est, cum patre praesente, in domo futura sit meretrix. Tamen studet, ut nihilominus celari possit. E.

*Non fit sine periculo*] Contra Iuuenal. Satyr. xiv, 224, *Nullus enim magni sceleris labor.* Vbi Scholiastes hunc Terentii locum laudat. L.

Pro *memorable* leg. *commemorabile*; quia in codd. quibusdam legitur *nec memorable.* Nam olim *Com* et *Con* vna litterula, C nempe inuersa scri-

CLIT. Hoc vide; in mea vita tu tibi laudem is  
quaesitura, scelus:

75 Vbi si paululum modo quid tete fugerit, ego pe-  
rierim.

Quid illo facias? SY. at enim. CLIT. quid e-  
nim? SY. si finas dicam. CLIN. sine.

CLIT. Sino. SY. ita res est haec nunc, quasi  
cum. CLIT. quas, malum, ambages mihi

Nar-

bebatur. Igitur facile potuit  
excidere. Caeterum huc per-  
tinet illud Menandri apud Gel-  
lium II, 23. Μέγα καὶ περιβόη-  
τον ἔργον. B.

74 Hoc vide!] Sic dicere  
solemus his, qui res maximas  
aggrediuntur. C.

Hoc vide; in mea vita] Sce-  
lus, quam astutus ad gloriam.  
Siquidem meo periculo tu tibi  
comparare vis laudem! E.

Post scelus signum interro-  
gandi figendum est. B.

75 Vbi si paululum] Verba  
proprie alicuius committentis  
alteri cum periculo vel res suas  
vel salutem. C.

Parum modo fugerit] In quo  
negotio si te fefellerit aliqua  
consilii pars, ego continuo pe-  
rierim. E.

Pro *tere* Bentleius edidit  
*re. Z.*

76 At enim] Aliquid sup-  
plendum. Syrus dicere vole-  
bat, aut in ea re non esse pe-  
riculum: aut se effecturum  
quod intendit. Sed illius ser-  
monem Clitipho interrupit. C.

Quid illo facias?] Quid de-  
inde facturus es? At enim]  
Pendens oratio hac intercessio-  
ne efficitur adolescentis: qui  
non patitur cum ambagibus  
circuire. Ideo enim dicit,  
Quid enim? E.

Lege Quid illa facias? h. e.  
Bacchide. Quid cum mere-  
trice agas in domo patris?  
Tum leg. si finis, dico. Duo  
codd. enim habent Dico. B.

77 Ita res est haec nunc, qua-  
si cum] Haec oratio imperfecta  
est: utpote a Clitiphone, qui  
impatiens audiendi est, inter-  
rupta. Recusat enim Clitipho  
pericula: et vult amica sine his  
potiri, quod Syrus fieri posse  
negat: quia necesse est, si a-  
mare vult, ut admittat pericu-  
la. Ergo subintelligendum est,  
quod hic velit compos esse vo-  
ti sui sine periculo: quemad-  
modum si aliquis sine belli pe-  
riculo velit consequi victoriam,  
aut aliquid tale: ut sit prouer-  
bium vsitatum in ignavos, qui  
sine labore consequi volunt  
quod optant. Ita res haec]

Aur

Narrare occipit? CLIN. Syre, verum hic dicit; mitte: ad rem redi.

SY. Enimuero reticere nequeo: multimodis iniurius, 80 Clitipho, neque ferri potis est. CLIN. audiendum hercle est: tace.

SY. Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici: Tuum

Aut comparisonem quandam voluit inducere, et non patitur Clitipho, qui negotium audire et rem solum vult; aut, quia simile quaerebat, et extra rem est, ideo ille ambages dicit; aut quia hoc fecus ac contemnens dicit. Haec] An Bacchis, an Antiplula, incertum. Est enim hic oratio imperfecta a Clitiphone interrupta. Nunc quasi quid velit dicere, nescitur, interruptione impediente. Et ideo liberum est unicuique subintelligere, quod placeat. Malum] Aduerbiū est interpositae indignationis. C.

Ita res est] Hic nunc voluit seruus quasi quandam similitudinem dare, vt sic ostenderet, quale sit illud consilium quod ipse disposuit. Sed quoniam similitudo cum datur, quidam est in oratione circuitus, idcirco adiecit (adde, Clitipho, aut, adolescens L.). Quas, malum, mihi ambages narrare occipit? Denique et alter adolescens hoc intellexit, vnde adiecit: Syre, verum hic dicit, mitte ista quaeso. Scilicet externa et per similitudinem translata. Vnde

admonuit eum, quod dixit, atque ad rem redi. E.

78 Mitte; ad rem] V. C. Mitte ista: atque ad. L.

79 Enimuero reticere nequeo: multimodis iniurius, Clitipho, es] Vnde iam tacere non possum. Bene indignationem suam seruus extulit, quo facilius sibi adolescentem per suam iracundiam praepararet. E.

Scribe iniurius. B.

80 Neque ferri potis est] Pro, non potest. C.

Audiendum hercle est: tace] Ms. R. audiendum hercle est, tace. CLIT. Quid est, vis, fors fuit an legendum: Quid est, vis amare etc. L.

Post Tace nostri omnes addunt. CLIT. Quid est? nisi quod vnus id habeat loco τ̄ Tace. Sed vulgaris lectio est retinenda. Nam Clinia, qui ex vultu videt Clitiphonem esse interpellaturum, silentium praebere iubet. B.

81 Vis potiri] Potior a potis descendit: ideo illi in significatione est simillimum. Dicitur enim, sum compos animi, aut rationis, quod haec habeo. Vis, quod des illi, effici] Pro inuenire positum. C.

Tuum esse in potiundo periculum non vis: haut  
stulte fapis:

Siquidem id sapere est, velle te id, quod non potest,  
contingere.

Aut haec cum illis sunt habenda, aut illa cum his  
amittenda sunt.

85 Harum duarum conditionum nunc vtram malis, vide:  
Etsi consilium, quod cepi, rectum esse et tutum scio.

Nam

82 *Haut stulte fapis*] Εἰσω-  
νικῶς. Id enim velle sine pe-  
riculo, quod fieri non potest,  
est insipientis. C.

*Haut stulte fapis*] Non stul-  
te, inquit, fapis, et cum ames,  
et potiri desideres, et pecuni-  
am dari, interea tu nullum pe-  
riculum velis sustinere. Hoc  
autem stultitia est protinus *vel-  
le id, quod non potest, contin-  
gere*. E.

84 *Aut haec*] Scilicet peri-  
cula. *Cum illis*] Inuidiose *il-  
lis*, cum in vna sit. Sic in Eu-  
nucho, *Non perperi meretricum  
conzumelias*. C.

*Aut haec cum illis sunt*] Aut  
enim debent fructum et poti-  
undi vtilitatem cum periculo  
sustinere: aut pariter et com-  
moditas omittenda est, si peri-  
culum deuitatur. E.

Versus probat lectionem  
Bembini, *Mirrenda* pro vulgari  
*Amittenda*. B.

85 *Harum duarum conditio-  
num*] Hoc sic insert Syrus, vt  
tandem velit consilium suum  
anteferri. *Harum duarum con-*

*ditionum*] Aut velle pericula  
cum amica, aut amittere eam  
vna cum periculis. *Conditio*,  
est actio in aliquem, vel denun-  
ciatio. *condicere* enim prisca  
lingua, est denunciare. *Con-  
ditio* vero sine *c*, vt hic est le-  
gendum, est conuentio certam  
legem in se continens. Alibi  
Terent. *Accepit conditionem,  
dehinc quaestum occipit*. Dici-  
tur etiam *bonae conditionis*:  
ita vt referas ad fortunas, non  
ad mores, id est, diues est. Est  
enim *conditio* inter plura eli-  
genda, fortis oblata electio.  
*Conditionum*, id est, optionum,  
electionum. C.

*Harum duarum nunc*] De  
duabus illis propositis conditio-  
nibus aut periculum, aut fru-  
ctum capiat, aut si periculum  
fugiat, vtilitatem etiam pariter  
contemnat. Ex his, inquit,  
quamlibet conditionem eli-  
gat. E.

86 *Scio hoc consilium*] Inci-  
tare adolescentem cupit, ne  
frustra operam perdiderit, quod  
meretricem adduxit, itaque  
osten-



Nam apud patrem tua amica tecum sine metu vt fit, copia<sup>3</sup> fit.

Tum, quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inueniam via:

Quod vt efficerem, orando furdas iam auris reddideras mihi.

90 Quid aliud tibi vis? CLIT. siquidem hoc fit. SY. siquidem, experiundo scies.

CLIT. Age age, cedo istu: tuum consilium: quid id est? SY. adsimulabimus,

Tuam amicam huius esse. CLIT. pulchre: cedo quid hic faciet sua?

An

ostendit tutum consilium esse, quod suscepit: *vt apud patrem amica sit sine metu*, et argentum, quod promissum est, inueniri possit. E.

Nostri, *Et si hoc consilium*. Sed vt *Consilium* syllaba vltima cum *Hoc* coalescat, repone *Et si consilium hoc, quod* etc. B.

89 *Quod vt efficerem*] Superius, *Vis, quod des illi, effici*. Id *efficimus*, quod cum magno conatu et molimine facimus: vixque per nos sinem accipit. C.

90 *Siquidem*] Syrus repetit verbum Clitiphonis quod per id eum dubitare videat. C.

*Siquidem hoc fit*] Quam cito est motus adolescens, quando vtrumque est (*esse seruus*) dixit praeparatum, et vt amica in domo patris sine metu sit, et argentum ei quod debitum

est, reddi possit. *Experiundo scies*] Ipsa actione expertus agnosces. E.

Ne *Siquidem* in repetitione diuerso accentu proferatur, repone, *Quid aliud tibi vis? Siquidem hoc fiet. Siquidem experiundo scies*. Nam *Alis* pro *Alius* vetuste dictum vett. Grammatici docent omnes: *Alis* in Catullo occurrit: *Alid* pro *Aliud* saepe in Lucretio. Tum *fiet* sensu ipso comprobatur. B.

91 *Adsimulabimus tuam amicam*] Callide Clitiphonis amica, Cliniae esse simulatur, vt Antiphila ad Sofratam deducatur, quae postea agnosceretur filia Chremetis: qua cognita, et altero consilio inuento a Syro, extorquebitur argentum a Chremete, quod Clitipho Bacchidi promiserat. C.

An ea quoque dicitur huius, si vna haec dedecori est parum?

SY. Imo ad tuam matrem abducentur. CLIT. quid eo? SY. longum est, Clitipho,

95 Si tibi narrem, quamobrem id faciam: vera causa est. CLIT. fabulae:

Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.

SY. Mane, habeo aliud, si istud metuis: quod ambo confiteamini

Sine periculo esse. CLIT. huiusmodi, obsecro, aliquid repperi. SY. maxime.

Ibo obuiam hinc: dicam, ut reuertantur domum. CLIT. hem!

100

93 *Dedecori est parum?*] Turpe est habere vnam amicam, nedum duas. C.

94 *Quid eo?*] Cum interrogatione: quasi dicat, Quid tum, si ad matrem deducetur? C.

Lege cum codd. *deducetur*. B.

95 *Fabulae!*] Recte *fabulae*: quia neque verae sunt, neque verisimiles. C.

96 *Nihil satis firmi*] Nullam rationem video firmitatis in consilio, ut debeam talem metum suscipere, ut apud patrem amica mea sit. E.

97 *Mane. habeo aliud*] Hoc irridens dicit; vult enim obuius ire meretrici, et dicere ut domum reuertatur (*reuertantur*. Ed. Leidensis). Aliter e-

nim incitari adolescentis animus non potest, qui fastidiosus coepit esse per copiam, nisi id quod cupit denegetur. E.

Verfus et sententiae gratia repono: *Mane, habeo aliud, si iste est metus, quod a.* B.

98 *Huiusmodi, obsecro, aliquid*] Quam stulte amans inducitur credere Syrum, qui iocatur, iam habere aliquid, quo potiatur amica sine periculo. C.

*Huiusmodi obsecro*] V. C. *Istiusmodi*. L.

99 Pro *Hinc*, quod est inceptum, rescribe, *Huic*, h. e. Bacchidi. Sic quoque extat in cod. Meadino. Tum lege *Reuertatur*. Nam Antiphila non potest vna intelligi; alioqui Clitia non tacuisset. B.

100 Quid dixti? SY. ademtum tibi iam faxo omnem metum;

In aurem vtramuis otiose vt dormias.

CLIT. Quid ago nunc? CLIN. tune? quid boni est. CLIT. Syre, dic modo

Verum. SY. age modo: hodie fero, ac nequicquam voles.

CLIN. Datur: fruare dum licet: nam nescias

105 Eius sit potestas posthac, an nunquam, tibi.

CLIT. Syre, inquam. SY. perge porro, tamen istuc ago.

CLIT.

101 *In aurem vtramuis*] Loco prouerbii, in eos, qui securi et otiosi vitam ducunt. Talis sententia et apud Menandrum, quae Latine sic exprimitur: *In aurem vtramque, quum quidem dotata est, cubet.* Per aurem dextram dextrum latus designat, per sinistram vero latus sinistrum. C.

*In aurem vtramuis*] Basilii Magni πρὸς τὸς νέεσι ἐπ' ἀμφω καθεύδουσι. Plaut. Pseudol. I, I, 121. *De isthac re in oculum vtrumuis conquiescito.* C. Oculum vtrum, anne aurem? P. S. *At hoc peruulgatum est minus.* L.

Menander apud Gellium II, 23. ἐπ' ἀμφοτέρων ἢ ἐπὶ κλινῆς ἢ μέλλων καθεύδῃσιν. Ita nos locum corruptum emendandum censemus. Z.

102 *Quid ago nunc?*] Dubius et circa pericula, et citra amicam, quaerit consilium.

*Quod boni est*] Nam boni est velle abscedere lasciuas mulieres. Et hoc totum dicit ridendo eum. C.

*Tune? quid boni*] Praecisa haec oratio ordine tali: *Tune? quod boni est, fruare, dum licet.* Rursus alia praecisa: *Nam nescias*] Cuius ordo est; *eius sit potestas, posthac nunquam.* E.

103 *Age modo*] Sic pronuntiandum est, vt Syrus discedat, et dicat amicae Clitiphonis, vt domum reuertatur. *Ac nequicquam*] Id est, frustra voles, quoniam statim reuocabis voluntatem, et impedies, quo minus dicam verum, vt prius fecisti. Vel si *ne* et *quicquam* sint duo verba, tunc sic construe, *Ac ne, i. e. non voles, non permittes, quicquam* scilicet dici a me. Nam impedies, vt prius. C.

106 *Syre, inquam*] Interea Syrus ad mulieres se conferebat, quem abeuntem Clitipho primo

CLIT. Verum hercle istuc est: Syre, Syre, inquam, heus heus Syre.

SY. Concaluit. quid vis? CLIT. redi, redi. SY. adsum, dic quid est?

Iam hoc quoque negabis tibi placere. CLIT. imo, Syre,

110 Et me, et meum amorem, et famam permitto tibi. Tu es iudex: ne quid accusandus sis, vide.

SY.

primo paululum reuocat; deinde ipso calefcente magis ac magis amore, et Syro pergente, vehementissime reuocat. *Syre inquam*] Trepide Syrum reuocat iam decedentem. *Tamen istuc ago*] Quod coepi, scilicet vt dicam amicae, vt domum redeat. C.

107 *Verum hercle istuc est*] Verba creduli et trepidi amanti et concedere nolentis Syro, vt quod constituerit peragat. C.

Totus locus sic est constituendus inde a versu 102. *Clit.* Quid ago nunc? *Clin.* tune? quod boni — — *Clit.* Syre, dic modo Verum. *Syr.* Age modo: hodie fero ac nequicquam voles. *Clin.* Di dant, fruaré, dumlicet: nam nescias — — *Clit.* Syre, inquam. *Syr.* perge porro, tamen istuc ago. *Clin.* Eius sit potestas posthac, an nunquam tibi. *Clit.* Verum hercle istuc est. Syre, Syre, inquam, heus heus Syre. Ad didi notam — vt verba Cliniae interrumpi indicarem, totamque ei orationem sic oportere

continuari: *Quod boni Di dant, fruaré dumlicet: nam nescias, eius sit potestas posthac an nunquam tibi.* B.

108 *Concaluit*] Bene de amore *concaluit.* In Eunuchó, *Accede ad ignem hunc, iam calesces plus faris.* *Concaluit*] Id est, amoris igne ardescit, quapropter me sic reuocauit. *Adsum*] Hoc dicit, postquam paululum rediit, ac prope Clitiphonem fuit. C.

*Concaluit*] Calore subito concitatus est. E.

111 *Ne quid accusandus*] *Ne quid, deest ob vel propter.* Et est admonitio aliquid alicui trepide committentis. C.

Cum intelligi nequeat, quomodo Syrus sit *iudex*, aut cur videat, *ne accusandus sit*; quis enim accusare solet iudicem suum? pro *iudex* reponendum esse existimo *inlex*, h. e. tu me in hoc periculum illicis; caue ne accusandus sis, neue quid praeter opinionem accidat. Sic Plaut. Afín. 1, 3, 68. *Escq est meretrix, lectus inlex est, amatores aues.* B.

Sy. Ridiculum est, te istuc me admonere, Clitipho;  
Quasi istuc minor mea res agatur, quam tua.

Hic si quid nobis forte aduersi euenerit,

115 Tibi erunt parata verba: huic homini verbera.

Quapropter haec res neutiquam neglectu' est mihi:  
Sed istunc exora, vt suam esse assimulet. CLIN.  
scilicet

Facturum me esse: in eum iam res rediit locum,

Vt

113 *Quasi istuc minor mea res agatur*] Securius commitimus his ad quos non minus pertinet quod agendum, quam ad nos. *Quasi*] Quasi dicat, videris ita admonendo me putare, quod minus mihi ex ea re impendat periculum quam tibi. Vel quod minus ad me spectet, quam ad te, id caute fieri. Nam cum Horatius (ep. l. I, xviii, 84.) inquit, *Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet*, intelligitur sic, tibi imminet periculum proxime ardente te vicino pariete; vel negotium de incendio parietis vicini ad te pertinet. Nam *res* in eo dicendi genere capitur pro negotio. Praeterea haec particula *quasi* hic capitur ironice, vt saepe, praecipue cum iungitur cum *vero*, etiam sine *vero*. Exemplorum plena sunt omnia. C.

*Quasi ista minor*] In hoc consilio magis mihi periculum propositum est, quam tibi. *Nam si aliquid aduersi contigerit, vi-*

*bi verba sunt praeparata, mihi vero verbera.* Vnde hanc rem negligere omnino non possum. E.

Repone, *Quasi istuc mea res minor agatur.* B.

115 *Huic homini verbera*] Amabant veteres de proximo familia dicere. Cic. (in Verrem IV, 12.), *Minus carum putatur fore quod de armario, quam quod de sacrario fuisset ablatum.* *Homini huic*] Δεικτικῶς haec dixit, se ipsum ostendens. *Homini huic*] Id est, mihi. Nam *hic* dicitur de persona loquentis; *iste* de persona audientis; *ille* de persona remota ab utroque. C.

116 *Haec res*] Immo est maxime mihi curae; nam res mea agitur, et in ea periculum mihi commune tecum impendet. C.

*Neglectu' est mihi*] Ms. R. *neglectui.* L.

118 *In eum iam res rediit*] Intelligit Clinia, cum apud illum sit hospes, necessitatem sibi impositam, vt hoc quod ab ea petitur, negare (excidit non /.)

Vt sit necesse. CLIT. merito te amo, Clinia.

120 CLIN. Verum illa ne quid titubet. SY. Perdocta' sit probe.

CLIT. At hoc demiror, qui tam facile potueris  
Persuadere illi, quae solet quos spernere!

SY. In tempore ad eam veni, quod rerum omnium' sit  
Primum: nam quendam misere offendi militem

125

possit, vt assimulet amicam suam esse meretricem. E.

In ordine verborum variant codd. Sed vnus recte habet, *in eum res rediit iam locum.* B.

Menander: *Τεία γὰρ ἐστὶ δέσποτα, δι' ἧν ἅπαντα γίνεσθαι, ἢ κατὰ νόμον, ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ γὰρ τρίτον εἶδει τινί.* W.

119 Pro vulgari *Necesse*, Bembinus habet *necessus*. Igitur, quia in illa sede spondaeus trochaeus est potior, repono *Necessum*. B.

120 *Ne illa quid titubet*] Subaudi timeo. *Tiubare* proprie est pedibus non valentis insiltere, quales sunt ebrii. Ad animum quoque transfertur quoties ab animo verba dissentiant. Veretur igitur Clitipho, ne quid temere effundat quo se indicet. *Perdocta' sit probe*] Aut *per* poetice abundat, aut *probe*. C.

122 *Quae solet quos spernere!*] *Quos*, id est, quales amatores. Virg. (Aen. iv, 536.) *Quos ego sum toties iam dedignata maritos.* C.

123 *In tempore ad eam*] In

occasione. Vt (Aen. iv, 423.) *Sola viri molles aditus et tempora noras.* E.

*In tempore ad eam*] Aufon. in Pittaco: *Romana sic est vox, Venito in tempore: Vester quoque ille Comicus Terentius Rerum omnium primum esse tempus auzumat, Ad Antiphilam quovenerat seruus Dromo. Nullo impeditam, temporis seruans vicem.* Dromoni attribuit partes Aufonius, quae Syri sunt, memoriae, vt puto, lapsu. L.

124 *Miserum quendam offendi*] Recte *miserum* dixit, vt ostenderet non admissum, arte, scilicet meretricis. C.

*Quendam offendi militem*] Haec fuit occasio, quod voluit *miserum* militem de negatione sua in amorem amplius suscitare. E.

*Misere offendi*] Ms. R. *miserum offendi ibi militem.* L.

Scholias tes Bem. *Misere*, explicat, *nimis: quia omne nimium non bonum. Alibi: Eam misere amat.* FAERN. Equidem legendum puto; *Nam miserum quendam offendi ibi militem.*

- 125 Eius noctem orantem: haec arte trahebatur virum,  
 Ut illius animum cupidum inopia incenderet:  
 Eademque ut esset apud te hoc quam gratissima.  
 Sed heus tu, vide sis, ne quid imprudens ruas:  
 Patrem nouisti, ad has res quam sit perspicax:  
 130 Ego te autem noui, quam esse soleas impotens:  
 Inuersa verba, euerfas ceruices tuas,

Gemi-

tem. Nam omnes nostri sic legunt, sed sine *Ibi*, quod tamen reperitur in aliis, ubi *misere* est. Certe *Miserum*, h. e. parcum, tenacem, ut infra III, 2, 15. sensus postulat. Nisi enim parcus esset, cur *arte* traebaret? Si prodigus, meretrix statim noctem dedisset. B.

126 *Inopia*] Scilicet sui. Ouidius (*Amor.* III, 4, 17.) *Nizimur in ueritum semper, cupimusque negata.* C.

127 Recte Faernus probat Bembini *gratissimum* pro vulgari *gratissima*. Cui eadem aduerbialiter sumendum videtur, uti quoque a Scholiaste Bemb. explicetur, *Eademque, antiquae posuit pro una.* Sic Scaurus apud Charisium tradit, *eadem* apud veteres sine adiectione *via* esse adhibitum. B.

128 *Heus!*] Hic *heus* admonentis. C.

130 *Impotens*] *Impotens* est suorum appetituum minime inoderator. Nam is *impotens* dicitur, qui suis affectibus ac animi passionibus non potest modum adhibere, ac eas cohibe-

re, sed ab illis victus trahitur quocumque ferant et rapiant eum. C.

131 *Inuersa verba*] Omnia ponit quae ab amante vecorde fieri solent. *Inuersa verba*] Id est verba praepostere et in contrarium pronuntiata. Est enim *inuertere*, quasi in contrarium vertere et praepostere verba pronuntiare: ut pro lauo uola. *Euerfas ceruices*] *Ceruix* seu *ceruices* posterior pars colli, ubi origo est omnibus nervis. unde homo *durae ceruicis* dicitur, quasi indomabilis, et quasi duri capitis, et durae mentis. *Euerfas ceruices*] Contrarium est, *erectas ceruices*. Et significat illum flecti et domari ab amica. *Ceruices* numero multitudinis dixit. Quintilianus (*Instit. Or.* VIII, 3.): *Ceruicem uideatur Hortensius primus dixisse. Nam veteres pluraliter appellant. Euerfas*] *Ceruix* enim est posterior pars colli. Ponitur pro superbia seu contumacia quadam ac rigore mentis, ut, vir *durae ceruicis*, i. e. indomabilis, et mentis ri-

Gemitus, screatus, tussis, risus abstine.

CLIT. Laudabis. SY. videfis. CLIT. tutemet mirabere.

SY. Sed quam cito sunt consecutae mulieres!

135 CLIT. Vbi sunt? cur retines? SY. iam nunc haec non est tua.

CLIT. Scio, apud patrem: at nunc interim. SY. nihilo magis.

CLIT.

gorem prae se ferens, tanquam nemini caput inclinare velit. *Euertere* interdum significat destruere, *κτ*, euertere urbem, i. e. destruere et eam demoliri ac dissipare, ac etiam subuertere. Interdum euertere significat prosternere, et facere, vt, quod stabat, nunc prostratum iaceat. Et ab hac significatione manauit praecedens; nam euertitur urbs, cum moenia, quae prius stabant, diruuntur. Item mulier quaerens drachmam euertit totam domum, i. e. inquirendo illam omnia quae in domo sunt, iacit huc et illuc, et a suo ordine dimouet. Item in iure saepe dicitur. C.

*Euerfas ceruices*] Quod iactantis et superbi est penitus. E.

*Inuersa* Scholiafles Bemb. explicat, *antiqua, figurata*. Et *Euerfas, deiectas*. FAERN.

132 *Screatus*] A. screo, as, are, quod significat screatus peccatoris et praecordiorum eiicere ex ore. *Tussis*] Id est, tusses, hoc est, contusiones. C.

*Gemitus, screatus*] Haec omnia adolescentuli faciunt, quotiescunque videre, aut videri volunt ab his, quas desiderant; ita sub quodam metu, vt quasi, dum aliud necessitate conficiant, sic impleant voluntatem (Faernus sic edidit: *Haec adolescentuli faciunt, quotiescunque amicum suam videre et ab ea videri volunt; vt per haec signa, quae res necessitatis sunt, impleant voluntatem. L.*) E.

133 *Vide fis!*] Vultuose pronunciandum est. C.

135 *Cur retines?*] Impatentia amantis ostenditur. Nam visa amica, Clitipho verba Syri obliuioni tradiderat. C.

136 *Apud patrem*] Obseruabo id quod me admonuisti. *At nunc interim*] *Αποσιώπησις* amantis: vt sit, sine interim paulisper cum amica ludere. *Nihilo magis*] Vult Syrus eum perpetuo modestum, ne si inceperit, non possit se abstinere, etiam patre vidente. C.



CLIT. Sine. SY. non finam, inquam. CLIT.  
quaeso paulisper. SY. veto.

CLIT. Saltem salutare. SY. abeas, si sapias.

CLIT. eo.

139 Quid istic? SY. manebit. CLIT. o hominem felicem! SY. ambula.

## ACTVS SECVNDI SCENA IV.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRVS.

**A**EDEPOL te, mea Antiphila, laudo et fortunatam iudico:

Id

138 In duobus antiquissimis libris Faerni, Bembino et Vaticano est *sapias*, quod versui bene conuenit. Nostri omnes mendose *Sapis*. B.

139 *Quid istic?*] *Istic* pro iste. C.

I. *Aedepol te mea Antiphila*] Non potuit melius conditionem meretriciam exprimere, quam per eam quae meretrix esset: quae tamen nomini meretricio fauet, cum alibi reprehendantur meretrices, nihil aliud ex amore adolescentium quæerere, quam pecuniae extortitionem, hic quoque iocunda amantium congressio signantissime exprimitur. *Aedepol*] Per Castorem, et Pollucem, ornatua sunt iurandi, apta feminis. C.

*Aedepol te, mea*] Haec Scena comparationem continet earum mulierum quae amicae

sunt, ita ut vni seruiant, et earum quae plurimis sui corporis exhibent potestatem. Et ne videantur meretrices iniustae, defensio est, et quasi forma quaedam hic controuersiae continetur. Res (*reae* Z.) enim fiunt meretricis (*meretrices* Z.) quum iniustae sunt amatoribus suis et aduersae, dum plurimum petant. Quam rem purgans meretrix, dicit se hoc, quod faciunt, facere necessitate, ne, cum aetas abierit, et senectute extincta pulchritudo discesserit, inopia maneat, nisi antea quaesierint lucrum, quo possint sustentare decrepitam ac miseram senectutem. *Laudo, et fortunatam iudico*] Vehementer te beatam felicemque iudico, cum id egisti, ut mores tuae formae conuenirent. Ut oportuit, iam defensionem suam videtur meretrix exorsa;

Id quum studuisti, isti formae vt mores consimiles forent :

Minimeque, ita me Di ament, miror si te sibi quisque expetit.

Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.

5 Et quum egomet nunc mecum in animo vitam tuam confidero,

Omnium-

liquidem scit quod oporteat fieri, et laudat eam, quae cum pulchritudine tenet integram castitatem. E.

2 *Formae vt mores consimiles forent*] Mores enim pudici, gratiores esse solent in pulchro corpore. Virgil. (Aen. v, 344.), *Grator et pulchro veniens e corpore virtus*. C.

3 *Sibi quisque expetit*] Recte *expetit*; cum eam a pudicitia commendet. *Expetimus* enim tantum ea, quae honesta sunt, et plane bona. Vnde de rebus *expetendis* a Philosophis scriptum: quae scilicet peti debent. C.

*Minimeque, ita me Di*] Etenim non valde miror, si, cum his moribus et hae sis pulchritudine, ne (dele. *ne* Z.) non sit aliquis qui te diligit, et te sibi petat. E.

4 *Oratio*] Quod dixeris, cum vno velle aetatem traducere. Antiqui etiam pauca verba orationem dixerunt. C.

*Nam mihi, quale*] Namque mores tuos mihi sermonibus indicasti. E.

5 *Et cum egomet*] Hic iam reparat accusationis defensionem, quae in se esse possit; dicitque merito, huiusmodi mulieres, quae vni feruiunt, hoc est, quae se separant a vulgo, recte scilicet et bene facere: nec minus mirabile esse, quod meretrices malae sunt. Hoc enim dixit: *Et vos esse istiusmodi, et nos non esse, haut mirabile est*. Vobis enim cum sit voluntas cum vno viro semper esse, debetis seruare bonitatem: nos autem bonas esse non finunt hi, cum quibus rem habemus. Nam propter pulchritudinem nostram amatores esse volunt, qui continuo mutant voluntatem, si fuerit forma mutata. Ergo, nisi prospectum ante fuerit, *desertae* et cum inopia in senectute *viuimus*. Vnde sic purgatum, quod male audire potuisset, non iuste malas esse meretrices. E.

Omniumque adeo vostrarum, vulgus quae ab se  
segregant:

Et vos esse istiusmodi, et nos non esse, haut mira-  
bile est.

Nam expedit bonas esse vobis: nos, quibuscum est  
res, non sinunt:

Quippe forma impulsivi nostra nos amatores colunt.

10 Haec ubi imminuta est, illi suum animum alio con-  
ferunt.

Nisi si prospectum interea aliquid est, desertae  
vivimus:

Vobis cum vno semel ubi actatem agere decre-  
tum est viro,

Cuius

6 *Volgus quae abs se segregant*] Hoc est, neque promif-  
sue quoque recipiunt. C.

8 *Nam expedit bonas esse vobis*] Quia cum solo vivitis. Nec potest esse verus amor, nisi inter duos qui sibi inuicem fidem seruent: iuxta illud (Seneca in Agam. v, 259.): *Nec regna nec caedae socium pari valent.* Vbi noranda est haec structura: *mibi expedit esse bonum, et, mibi expedit esse bono.* C.

Quamquam omnes libri habent *bonas*: consuetudo tamen linguae requirit *bonis*, ut Phorm. v, 2, 1. B.

9 *Quippe forma impulsivi*] Et hic amor est gratia voluptatis tantum. Et bene *impulsi*: Nam haec omnia nox, vinum, amor, adolescentia, ab *impulsivis* parte dicuntur, non a ratiocinationis. *Amatores co-*

*lunt*] Bene amatores. Amator fingere potest: *Amaus* vere amat. *Colunt*] *Colere* est inferioris personae ad superiorem: nonnunquam superioris ad inferiorem. Virg. (Aen. I, 16.) *Posthabita coluisse Samo.* C.

10 *Imminuta* habet Bemb. Sed omnes nostri *immutata*. Recte; quia in tali sede Spondeus Trochaeo est melior. B.

11 *Nisi si prospectum*] *Prospectimus* futura: *Diudicamus* praesentia. *Desertae vivimus*] Ab his, qui ob amorem frequentes erant. C.

Lege, *Nisi prospectum interea a nobis est, des. v.* Nam *si* abest a plurimis: et pro *aliquid*, quod hic plane ineptum est, repone *a nobis*, quod reperitur in quibusdam libris. B.

12 Pro vulgari *simul* rescribe *semel*. Tum post *viro* inter-

Cuius mos maxime est confimilis voftrum, hi fe ad vos applicant:

Hoc beneficio vtrique ab vtrifque vero deuincimini,  
 15 Vt nunquam vlla amori vefthro incidere poffit calamitas.

ANT. Nefcio alias: me quidem femper fcio feciffe fedulo,

Vt ex illius commodo meum compararem commodum. CL. ah!

Ergo,

terpunge. Nam hic est fenfus; vbi decreuiftis in matrimonio vos victuras, non in quaefu meretricio, hi fe ad vos applicant, cuius (fiue quorum) mos est confimilis. Mutatio eft numeri; vt Eun. Prol. *Si quisquam eft — — in his: notante et ibi hoc laudante Donato.* B.

13 *Confimilis voftrum*] Moribus veftrum, pro, moribus veftris. Sic enim antiquis loqui placuit, mores veftrum, pro, mores veftri, vt recentioribus placet. C.

*Cuius mos maxime est*] Verum his moribus fe fociant vobis, qui habent hunc morem et fimilem voluntatem. E.

14 *Hoc beneficio vtrique ab vtrifque vero deuincimini*] Quafi diceret, fic ambo obligatis vos mutuo beneficio intemperate fidei feruandae. Et hoc dictum eft illi fimile: *Vterque vtrique funt cordi.* Vbi Laurentius affirmat ab oratoribus potius, effe dicendum, *vterque alteri eft cordi.* C.

15 *Incidere poffit calamitas*] In Euncho, *Noftri fundi calamitas.* Proprie *calamitatem* rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc eft culmum ac fegetem. C.

*Vt nunquam vlla amori vefthro incidere poffit calamitas*] Vt femper inter vos amor valeat, neque fenectute aut vlllo morbo difcidium poffit exiftere. E.

16 *Nefcio alias*] Verba mulieris commendantis fe a fide in virum. C.

*Nefcio alias: me quidem*] Quid agam vehementer ignoro: illud certum eft, nunquam meum me commodum fine illius commodo comparaffe. E.

17 *Compararem*] Conftitu-erem. Vt alibi: *Quam inique comparatum eft. Ab!*] Ci-amofo interieftio hoc in loco ad gaudium fpectat. Nec potuit vox accommodatior dari, amatori prae nimio amore fere infanienti ad primum cum amica congreffum. C.

Ergo, mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in patriam facis.

Nam dum abs te absfum, omnes mihi labores fuere, quos coepi, leues:

20 Praeterquam, tui carendum quod erat. SY. credo.

CL. Syre, vix suffero.

Hocine me miserum non licere meo modo ingenium frui?

SY.

18 *Reducem*] Id est, incolumem, post varia pericula, quae subii eundo in Asiam et redeundo. Nam ut Seruius inquit, *Reduces* dicuntur proprie, qui pericula euadunt. Facis itaque me *reducem*, i. e. defunctum: periculis reuertentem in patriam. C.

*Ergo, mea Antiphila*] Adolefcens venientem amicam inuuetur, et secum loquitur, quod eius amore factum sit, ut in patriam reuerteretur. E.

19 *Nam dum abs te absfum, omnes mihi*] Cum enim abs te discessi, vniuersos labores leues arbitratus sum, excepto hoc, quod te carebam. E.

20 *Credo*] Syrus non se loco mouerat, respondet verbis Clitiphonis, quicum loquebatur, ut eum aliquo ambulatum abire cogeret. *Vix suffero*] *Vix*, difficultatem significat. Et aliquando pro *non* ponitur. Ouid. (Heroid. 1, 4.) *Vix Priamus tanti, totaque Troia, fuit.*

Lucilius, *Carcer vix carcere dignus. Suffero*] Sustineo, alias suppono. C.

Tan. Faber verba, *Syre — frui?* Clitiphoni, qui in Polit-scenio scilicet auscultans, introrumpat in Scenam, osculaturus Bacchidem, tribuenda censet. Sed satis absurde. Nam *hoc ingenium*, h. e. puellam tali ingenio praeditam, Clitipho non potest vocare meretricem, cuius forma quidem, sed non ingenio erat percussus. Deinde quod Syrus respondet, *ut vidi patrem tuum esse habitum*, de Menedemo, non Chremete dicitur. B.

21 *Hocine me miserum non licere meo modo ingenio frui*] Sibi bonum ingenium inquit puellae habere: mihi et (*autem* Z.) non finit pater. Ita hoc ingenio bono amicae meo modo frui non licere, vehementer ingemisco. E.

*Ingenium* pro *ingenio* anti-que dicitur. Nec adeo est, quod plurium codd. lectionem *ingenio* sequamur. Caeterum

SY. Immo, vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit.

BAC. Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos? ANT. ah, retine me, obsecro.

BAC. Amabo, quid tibi est? ANT. disperii, perii misera. BAC. quid stupes,

25 Antiphila? ANT. videon' Cliniam, an non? BAC. quem vides?

CL.

*ingenium* hic eodem sensu dicitur, quo supra And. I, 5, 40. B.

22 *Immo, vt patrem tuum vidi esse habitum*] Cum non possit per se Syrus Clitiphonem abigere, ad minas patris confugit, quem fingit iratum. *Vidi esse habitum*] Vario modo homines *habiti* atque affecti esse possunt: quibus secundum Academicos aliud atque aliud videtur. *Etiam duras dabit*] Subintelligendum est vel *lites* vel *partes*. In Eunucho, *Duras partes fratris praedicas*. Et *partes duras μεταφορικῶς* ab actoribus scenicis. Vel *Duras dabit*, hoc est, durum se praebebit. Vel absolute *duras*, vt dicimus *bonas* ei dedit, vel dabit poenas. Cic. *Quamprimum adueniens dedit*. C.

*Diu etiam duras dabit*] Diu etiam durus . . . . (ad hoc) existet. E.

In margine Bemb. teste Faerno, ad verba *Duras dabit*, haec adscripta est interpretatio: *Hoc est, durum se praebebit, vel ab-*

*solute, duras, vt dicitur bonas ei dedit, vel dabit poenas*. Cicero: *Quamprimum adueniens dedisti. et in Verrinis: Verum illa est prae\**. *Habitus*, si locus est sanus, intellige *valentem, corpulentum, diu victurum*. Verum talis habitus Menedemo labore et moerore tamdiu macerato non conuenit. Praeterea quid sit *duras dabit*? a qua omnibus interpretibus haeret. Nos versus non, vti Guyeto visum est, vt spurium delendum putamus, sed corrigendum ita: *Immo, vt patrem tuum vidi, partes diu etiam duras dabit*. B.

23 *Intuitur nos*] Ab eo, quod est intueor, intuetur, et intuo intuitur. *Ab! retine me*] Antiphilae prae nimia laetitia, viso Clinia, animo male esse coepit. Nam et animus vna cum corpore nonnunquam deficit nimio moerore: sic et interdum nimio gaudio. C.

25 *Videon' Cliniam, an non?*] Tanta laetitia erat Antiphilae, vt et si amatorem agnosceret, de eo tamen dubitaret. C.

CL. *Salue, anime mi.* ANT. o mi exspectate, *salue.* CL. vt vales?

ANT. *Saluum aduenisse gaudeo.* CL. teneone te, *Antiphila, maxume animo exoptata meo?*

29 SY. *Ite intro: nam vos iam dudum exspectat senex.*

## ACTVS TERTII SCENA I.

CHREMES. MENEDEMVS.

**L** V C I S C I T hoc iam, cesso pultare  
ostium

Vici-

26 *Anime mi]* Mollis oratio, et feminea, multis implicata blandimentis. *Mi*, vim blandimenti habet, nam significat meus. *Clinia, salue]* Illa ad maiorem gratiam, amantem proprio nomine appellauit. *Salue*, modo admirantis interiectio est. C.

Verba *Salue anime mi* priori versui sunt apponenda. Tum cum omnibus nostris codd. leg. *O mi exspectate Clinia, salue.* B.

27 *Teneone te?*] Prae nimio amicae desiderio, cum dubitatione loquitur. Sunt qui legant, *Teneone te;* vt referatur ad fidem, ita vt dubitet, an a se alienata sit, an in fide persistat. C.

*Saluum aduenisse]* Ms. R. *Venisse.* L.

28 *Animo exoptato]* Ms. R. *exspectata.* L.

Pro *exoptata*, recte *exoptatum* legendum putat Faernus,

qui ait, saepe a librariis litteram, syllabam, et verbum prius esse omissum, si idem statim esset secutum. B.

I *Lucescit]* Veri amici officium pulcherrime a Terentio in hac Scena exprimitur: in qua amicus amico simul, et gaudii insperati, maximo cum affectu, nuncium, et consilium affert. *Cesso]* Aliquis *cessare* dicitur, id est, tardare ad aliquid celeriter peragendum. Virgil. (Aen. VI, 51.) *Cessas in vota precesque.* *Cessat* desidiosus: *Requiescit* defessus. C.

*Luciscit hoc iam]* Notandum ex hac Comoedia, quod in nulla alia licet reperiri, vt biduum tempus in Comoedia sit. Omnes enim vno die actus suos explicant, ex eo ipso quo cuncta effici possunt, vt aut nuptiae celebrentur, aut cognitio fiat expo . . . (supple, *sizi, aut borum* Z.) aliquid. at hic bidui

Vicini? primum e me vt sciat sibi filium  
Rediisse; etsi adolescentem hoc nolle intellego.  
Verum, quum videam miserum hunc tam cruciarier

5 Eius habitu, celem tam insperatum gaudium;  
Cum illi nihil pericli ex indicio fiet?

Haut faciam. nam, quod potero, adiutabo senem.

Ita vt filium meum amico atque aequali suo

Video inferuire, et socium esse in negotiis:

10 Nos quoque senes est aequom senibus obsequi.

M E N.

dui rationem versari intelligimus. Ergo dixit *Luciscit hoc*. Habet haec Scena allocutionem, in qua ostendit se prope-rare, vti Menedemo nunciet filium redisse: quamquam hoc nolit adolescens, cum patris sui nesciat voluntatem. E.

*Hoc*, inquit Faernus, absolute ponitur pro coelo. *Luciscit* habet cod. perantiquus; caeteri *lucescit*. B.

Daceria quod contendit hinc reliquam Comoediam actam esse postridie mane, nec exemplis idoneis, nec rei natura potest comprobari. Z.

2 *E me* Bemb. sed omnes nostri *ex me*. Recte. B.

4 *Miserum hunc*] Cum affectu. Nam proprium veri est amici laetari rebus prosperis amici, et dolere aduersis. C.

Pro *cruciarier* Bentleius edidit cum Faerno *excruciarier*. Z.

6 *Cum illi*] Deest, praesertim. *Ex indicio*] *Indicium* proprie est oris et linguae. C.

*Cum illi nihil periculi*] Vt celem tam insperatum gaudium, cum ipsi adolescenti nihil periculi fit ex eo, quod indicatur. E.

Nostri omnes *Cum illi periculi nihil ex etc.* B.

7 *Nam quod potero*] *Quod* pro Quantum. *Senem*] Plus habet affectus, quum si diceret Menedemum. C.

*Quod potero*] V. C. *qua potero, adiuuabo senem*. L.

*Quod*, h. e. quantum, habent optimi libri, pro *quam*, quod in quibusdam reperitur. B.

8 In duobus antiquissimis libris Faernus reperit *Item vt*. Sed nostri omnes *Ita vt*. B.

10 *Nos quoque senes est aequom senibus obsequi*] Iuxta illud prouerbum vfitatissimum, *Pares cum paribus facillime congregantur*. Naturaliter enim adolescentes adolescentibus, senes vero senibus potius inferuiunt et obsequuntur. C.



MEN. Aut ego profecto ingenio egregie ad miseras  
Natus sum; aut illud falsum est, quod volgo audio  
Dici, diem adimere aegritudinem hominibus.

Nam

**II** *Aut ego profecto*] Id est, ex his duobus necesse est alterum tantum (*tamen*) esse verum. Sed senex ex nimio filii desiderio dubitat de eo quod omnibus approbatissimum est. *Ingenio*] Hoc est, natura. *Ingenium* naturalis est sapientia. Salust. in Cat. (c. 8.) *Ingenium nemo sine corpore exercebat. Ingenium* quoque veteres dixerunt ex sua sponte vel natura. Virg. (Ge. II, 177.) *Nunc locus aruorum ingenii: quae robora cuique. Egregie ad miseriam*] Egregium dicitur, quod ex grege eligitur. Sed hic *egregie*, valde, nimis. Non est ergo ad laudem positum. C.

*Aut ego profecto*] Haec Seneca persuasionem habet, quemadmodum pater filium suscipiat, et falli se perseruos sinat; neque tanta facilitate utatur, ne corruptis filius moribus vivat, si semel facilitatem erga se patris agnoscat. Tenebit ergo diuisiones, ut omnis deliberatiua ab utili et honesto similiter fieri possit. quae omnia suo loco plenius explicabimus, ne tantum ea quae obscura sunt dicamus. E.

In Bemb. est *egregio ad miseras*. Nostri omnes, excepto vno, *Miseriam*. Hoc praefendum puto, ut intelligatur moeror, aegritudo; sin *Mise-*

*rias* legeris, vna egestas, morbi et aliae calamitates comprehenduntur. B.

**13** *Diem adimere aegritudinem hominibus*] Seruius Sulpicius ad Ciceronem (ad diu. IV, 5.), *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* C.

*Diem adimere*] Diphilus: *Λύπης δὲ πάσης γίνεται ἰατρὸς χρόνος.* Sulpicius ad Ciceron. lib. IV. Epist. 5. *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* Sed in primis scitum Epicleti dictum apud Stobaeum Serm. 240. *τὸς ἄφρονας ὁ χρόνος, τὸς δὲ φρονίμους ὁ λόγος τῆς λύπης ἀπαλλάττει.* Hinc Tullius Epistol. ad Titium lib. V, 16. *Familiar. Quod allatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus vetustate tollit: id nos praecipere consilio prudentiaque debemus.* Et Seneca ad Lucill. Epist. 67. *Finem dolendi qui consilio suo non fecerit, tempore inueniet.* Symmach. lib. 2. Epist. 6. *Solet quidem aegritudines animi ratio mitigare. Sed fortunae nostrae tantum vulnus est, ut ei ne sua quidem delinificet suada facundia cicatricem possit obducere. Fors fuit an dies longa quandoque bellet laxatum dolorem.* Si-  
qui-

Nam mihi quidem cotidie augefcit magis

15 De filio aegritudo: et quanto diutius  
Abest, magis cupio tanto, et magis defidero.

CH. Sed ipsum foras egressum video: ibo, alloquar.  
Menedeme, salue: nuncium apporto tibi,  
Cuius maxime te fieri participem cupis.

20 MEN. Num quidnam de gnato meo audisti, Chreme?

CH. Valet atque viuit. MEN. Vbinam est, quaeso?

CH. apud me domi.

MEN.

*quidem malis omnibus finis de tempore venit.* Ouidius ad Gallion. lib. IV, II, 13. de Ponto: *Finis tuncque tuum, si non ratione, dolorem Ipsa iam pridem suspicor esse mora.* L.

Vix credibile est, *Diem*, quod in emphali esse debet, sine accentu quasi mutum transmissum esse a Poeta. Fortasse locus constituendus est ita: *Aut ego profecto ingenio egregio ad miseriam sum, aut illud falsum est, vulgo quod dici audio, Diem tandem adimere aegritudinem omnibus.* Certe ingenio sum occurrit Phorm. I, 3, 20. B.

17 *Adibo* alii; minus recte; praesertim cum *ad* mox sequatur, ut infra, *Syrus est prendendus, atque adhorzandus mihi.* Ad quem locum Bemb. glossema: *Prebendendus, deest ad: sed ideo praetermisit, quia dicturus erat,* adhortandus. FAERN.

18 *Nuncium apporto tibi]* *Nuncius* et res ipsa et *nuncius* dicitur. C.

*Nuncium apporto]* Bene ge-

neraliter in nuncio votum futurum esse promisit, ut animus cupidus probari possit, cum non aliud suspicatur, quam quod in desiderio fuerat collocatum. Deinde subiungit: *Num quidnam de gnato meo audisti, Chreme?* E.

19 *Cuius maxime]* Bene *maxime.* Quis enim nuncius illi gratior esse poterat, quam filii? C.

20 *Num quidnam de gnato meo]* Quia omnis illius sollicitudo circa filium erat, idcirco statim de eo suspicatus est, nondum facta mentione. C.

21 *Valet atque viuit]* Prothysteron in sensu est. Si enim *valet*, necessario *viuit*: non, si *viuit*, *valet*. Ergo *viuit et valet* dicendum erat. Et bene utrumque iunxit. Nam multi viuunt, sed non bene valent. C.

*Valet]* Temperauit primo nuncium, ut cresceret gaudium. Nam primo *valet atque viuit*, inquit, quod utique diuersum esse

MEN. Meus gnatus? CH. sic est. MEN. venit? CH. certe. MEN. Clinia

Meus venit? CH. dixi. MEN. eamus, duc me ad eum, obsecro.

CH. Non volt te scire se redisse etiam; et tuum

25 Conspectum fugitat propter peccatum: hoc timet, Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit.

MEN.

esse manifestum est. Nam *valemus* cum integra salute sumus: *viuimus* cum spiritum ducimus. *Vbinam est*] Parum credit gaudii, quod sibi salus filii nunciatur. Nunc de loco quaeritur. Ipse quippe qui eius absentiam dolere videatur \* (*Nunc de loco quaerit ipso: quippe qui ob eius absentiam dolore cruciatur maxime. Z.*). E.

*Apud me domi*] V. C. *Apud me domi est. L.*

Omnes nostri, *Hic apud me domi.* Repono: *Apud me hic domi. B.*

22 *Meus gnatus!*] Magis cum admiratione quam cum interrogatione legendum. *Clinia meus venit!*] Addidit et nomen: quod fieri consuevit in his quos diu optauimus, et nondum venisse credimus. C.

*Meus gnatus?*] Cum iterum quod cupiebat senex audisset, tanquam parum credat, interrogationem repetit. Denique percussis omnibus cum confirmationem nuncii audisset, persequerat gaudium: ideoque adiecit, *Duc me ad eum, obsecro. E.*

23 *Dixi*] Denunciatio est confirmandae sententiae, nec mutandae, translata de foro et caudicis. Cicero (in Verrem II, 30.): *Praeco dixisse pronunciat. Dixi*] Hoc verbum in fine additum, superiora confirmat. Et est proprium his qui perorauerunt causam. Quintilianus (Instit. I, 5.): *Dixere quoque, quamquam id Antonius Rufus ex diuerso ponit exemplum, de pluribus patronis praeco pronunciat. Dixi*] Sic dixit, quasi iam obtunderetur a Menedemo. C.

24 *Et tuum conspectum fugitat*] Plus est quam *fugit*. Et *fugitat* dixit, ut ostenderet filium vehementer timere. C.

25 Corrige prauam distinctionem ita: *Conspectum fugitaz: propter peccatum hoc timet. B.*

26 *Adaucta sit*] V. C. *si. L.*

Bemb. et Victor. *antiqua illa.* Quae Faerno elegantior videtur collocatio. Nostri omnes, *illa antiqua.* Nescias utrum malis. B.

MEN. Non tu ei dixisti, vt essem? CH. non.

MEN. quamobrem, Chreme?

CH. Quia pessume istuc in te, atque in illum  
consulis,

Si te tam leni et victo animo esse ostenderis.

30 MEN. Non possum: satis iam, satis pater durus  
fui. CH. ah!

Vehemens in vtramque partem, Menedeme, es nimis,  
Aut largitate nimia, aut parsimonia.

In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incidēs.

Pri-

27 *Non tu ei dixisti, vt essem?*] *Vt*, aliquando certam qualitatem significat, et nonnunquam incertam. Alibi, *Vt erat gesta*. C.

*Num tu ei dixisti, vt essem?*] Num tu ei dixisti, quemadmodum nunc essem? E.

28 *Quia pessume istuc*] Consilium et parentibus omnibus et filiis salubre: 'patres enim nimia largitate et clementia liberos corrumpunt. Illi vero, nimia licentia deteriores facti, patribus moerori, tibi vero detrimento sunt. C.

*Quam pessime in te*] Hic iam incipit suaforia illa, quae animum patris componit, vt circa filium temperet lenitatem, aut largitatem nimiam, aut parci-  
tatem. Vtroque genere peccas; dum aut (*nunc Z.*) nimium largus es, vt ante nimium parcus. Ex hoc (*excidit fir Z.*), vt in vnum malum ex diuersis moribus venias. E.

Ex *Illum* eliditur vnum l, vt

sit dactylus in quarta fede senarii. B.

29 *Si te tam*] V. C. *Qui te tam*. L.

Recte Faernus collocat, *Et victo esse animo*, ne animo in Theli delitescat. B.

30 *Non possum*] Hoc est animi victi, et clementis. Interdum ad nimiam indignationem spectat: vt illud Satyrici (Iuuenal. Sat. III, 60.), *Non possum ferre, Quirites, Graecam urbem*. *Satis iam satis*] Haec reduplicatio magnam habet vehementiam. *Ah! vehemens*] Bene dixit, *vehemens*, de eo qui non seruaret modum. *Ve* enim particula, sicuti quaedam aliae, tum intensionem, tum minutionem significat. Ergo *vehemens*, a *mentis vi* atque impetu dicitur. C.

31 Lege, quo meliores fiant numeri, Vehemens vtramque in partem. B.

33 *In eandem fraudem*] *Fraus* pro dolo et poena antiquis accipiebatur. C.

Primum, olim potius, quam paterere filium  
 35 Commeare ad mulierculam, quae paululo  
 Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,  
 Proterruisti hinc. ea coacta ingratiis  
 Postilla coepit victum volgo quaerere.  
 Nunc cum sine magno intertrimento non potest

40

34 *Primum olim potius*] Hoc tibi initium mali fuit, quod non filium permisisti ad mulierculam commeare. (Hoc crimen;) quod tunc paulo videbatur esse contenta, cum omnia grata esse potuerunt, quae filius faceret. At tu iniustitia cum adolescentem tuis sermonibus terruisti, exinde illa coacta necessitate, ingratiis coepit victum sibi quaerere. E.

35 *Mulierculam*] Minus est, quam si diceret, aut *mulierem*, aut *meretricem*, utpote quae erat contenta paruo. Et *muliercula* dicitur cum contemptu, quasi paupercula. C.

Pro *commeare* pone frequentatiuum *commetare* versus gratia. Hoc obsoletum verbum occurrit Plaut. Capt. 1, 2, 82. et apud Nonium. B.

37 *Coacta ingratiis*] Hoc est, inuita. Et bene *coacta* et *ingratiis*. Nam aliquis *ingratiis* dicitur aliquid facere, qui inuitus et coactus praeter voluntatem facit. C.

38 *Postilla coepit victum volgo quaerere*] Sic in Andria, *Lana ac tela victum quaeritans*. Et recte *victum*, et non *cibum*

protulit. *Cibus* est enim, qui delicatis praebetur: *Victus*, in paruis aridisque alimoniis est constitutus. Virg. (Aen. III, 649.), *Victum infelicem, baccas lapidosaque corna*. *Postilla*] Antiquum est: nos autem dicimus *postea*. *Quaerere*] Melius dixisset *quaeritare*. *Quaerit* enim, qui ad plenum et perpetuum reponit: *Quaeritat*, qui vix quotidie inquirendo victum inuenit. C.

39 *Sine magno intertrimento*] Id est damno. *Detritum*, secundum Varronem, a detritu dicitur: quod ea quae trita sunt, minoris pretii sunt. *Intertrimentum* ab eo quod duo quae inter se trita et diminuta. A quo etiam *intertrigo* dicta. C.

*Nunc cum sine magno intertrimento*] Vnde modo sine magno damno haberi non potest. *Intertrimenta* autem sunt, quae intus terendo damna perficiunt. E.

*Sine magno intertrimento*] Gloffar. *Intertrimentum* ἀπορία. Scaeuola *intertrituram* dixit. l. 43. §. 1. ff. de pign. act. L.

*Intertrimento*] Scholiastes Bemb. *Inter et De tantundem*

Q q

signi-

- 40 Haberi, quiduis dare cupis. nam, vt tu fcias,  
 Quam ea nunc inſtructa pulchre ad perniciem fiet:  
 Primum, iam ancillas ſecum adduxit plus decem,  
 Oneratas veſte atque auro: Satrapes ſi fiet  
 Amator, nunquam ſufferre eius ſuntus queat,  
 45 Nedum tu poſſis. ME. eſtne ea intus? CH. ſitrogas?

Senſi:

*ſignificant ad augmentum oſtendendum. Hinc dicitur, interfectus. FAERN.*

40 *Quiduis dare cupis*] Et hoc eſt nimiae largitatis. C.

*Quiduis dare cupis*] Scio enim quodcumque deſideras dare. E.

41 *Nunc*] Pro *multo*, alias pro *minimo* eſt, et ſic dixit quod ſupra *vehemens in viramque partem*. Ergo accipi poteſt pro qualitate ſententiae. C.

*Quam ea nunc inſtructa*] Verum vt poſſis intelligere, quemadmodum nunc illa meretrix inſtructa ſit aduerſus filium tuum, et ad quam perniciem adiecta. E.

42 *Primum, iam ancillas*] Et hoc eſt ſignum illam probe inſtructam ad expilandum amatores. *Plus decem*] Dixit quemadmodum dicimus, *magis decem*, in quibus *magis* et *plus* ſunt aduerbia. Solemus tamen ſaepeſ apponere *quam*, vt, *adduxit ſecum plus quam decem*. Verum auctorum uſus ſemper eſt ſequendus. C.

43 *Satrapes*] *Satrapes* a

Graecis prouinciae praefectus dicitur. C.

*Oneratas veſte atque auro*] Parum dixerat, *ancillas decem*, quae res tantum in numero collocata videbatur: adiecit *oneratas veſte atque auro*, vt pudori ſit ancillas tales ita veſtitas leui cibo paſcere, aut certe ſeruili. *Satrapes ſiet*] Apud Babylonios ſatrapae appellantur diſtiſſimi, et ſatellites regum. E.

Scribe *Satrapa*. Nam primum cod. 900. annorum habet *Satrapas ſi ſiet*, vt Eun. iv, 7, 19. idem, *Armas ſapientem decet*. Deinde ob analogiam linguae, v. e. a πομπής ſit lat. *poeta*. Hinc Gloſſarium vetus Cyrilli: Σατραπής, *Satrapa*. B.

45 *Nedum tu poſſis*] *Nedum*, hoc loco negatiuae ponitur: vt *Non crederem tibi obolum, nedum pro te effunderem ſanguinem*. Iam Chremes Bacchidem credit Cliniae eſſe amicam. Et obſerua Terentianam conſuetudinem, qui inducit nihil ſapere eos qui falluntur. Eſt argumentum a maiori ad minus, nam ſi non poſſit maior, idem nec minor. C.

**Sensi**: namque ei vnam coenam atque eius comitibus

**Dedi**: quod si iterum mihi sit danda, actum fiet.

Nam, vt alia omittam, pytiffando modo mihi

Quid, quid vini absumsit! sic hoc, dicens; **Asperum**,

50 **Pater**, hoc est; aliud lenius fodes vide.

Reliui

46 **Sensi**] Hoc cum dolore dicere solemus in his, in quibus detrimentum ingens passi sumus. C.

**Sensi**] *Cum gemitu pronuntia*. Schol. Bemb. Caeterum ob consensum codd. et versus rationem leg. **Sensi**: nam vnam eĩ coenam. B.

47 **Actum fiet**] *Actum* est dicitur de ea re, de qua iam lata sit sententia, et est verbum desperantis. C.

48 **Pytiffando modo**] Bene **pytiffando**. Nam **pytiffare** proprie est parce vinum gustare, quasi tentandi gratia. Tale est verbum quo Plautus (Maenech. II, 2, 29.) vtitur, **cyarisso**; tale est et **graecisso**. **Pytiffando**, id est, expressis labris expuendo, dum saporem vini probat. C.

**Pytiffando modo mibi**] Quantum vini absumserit vide, dum pytiffat. Proprie autem **pytiffare** dicitur, quod gustare, (excidit *et*) quasi cum quadam probatione expuere. Denique adiecit: *Sic hoc dicens, asperum pater, hoc est, aliud lenius, fodes, vide*. E.

**Pytiffando**] Diomed. lib. II. L.

**Pytiffando**] Scholiastes Bemb.

*Expressis labris spuendo, dum saporem vini probat*. Caeterum alii per duplex s scribunt: nos vero sequendam putamus scripturam Bembini et cod. 900. annorum, per vnum s; quoniam versus certe ita ad Graecorum numeros accedit. B.

49 **Sic hoc dicens, asperum**] Id est austerum. Secundum Plinium tria vini sunt genera, *austerum, dulce et tenuc*. C.

**Pater**] Scholiast. Bemb. *Et hoc ei displicet, quod eum meretrix Patrem appellet*. Caeterum recte Faernus ordinem verborum hunc esse ait, *dicens*, sc. Bacchis. *sic hoc*, sc. est; quia *sic hoc est* dicere solemus, cum quid vel improbemus vel mediocre esse ostendamus. B.

Pro **Quid, quid**, Bentleius cum Faerno recte non nisi vnum **Quid** edidit. Z.

50 Male pro **aliud** quidam malunt *illud*. Omnia enim dolia relinuntur, dum **aliud** quaeritur: at si *Illud*, iam habet, quod placet; nec plura dolia sollicitantur. Caeterum pro **Vide** Nonius v. **Asperum**, **Para** habet. Male. Nam **Vide**, ex tua cella, **Para**, ex taberna pete. B.

Reliui dolia omnia, omnes ferias.

Omnes follicitos habui: atque haec vna nox.

Quid

51 *Releni dolia*] Ut inquit Plinius (H. N. XIV, 20.), *In Italia resina vino condendo maxime probatur Bruttia: circa Alpes ligneis vasis condant, circumlisque cingunt. Picantur autem proximus a canis ortu: de hinc perfunduntur marina aqua aut salsa, ac leui cinere famenti asperguntur. Dum igitur vina aperiuntur, dolia reliuuntur. Reliui* Id est perforaui. quae perforatio fieri non poterat, nisi prius auferreretur aut lutum, aut limus, aut argilla, aut pix, aut resina, aut gypsus, quibus linebantur dolia, aut picabantur seu incrustabantur. *Linere* est picare, id est, pice aliquid linere seu vngere, seu mauius incrustare, et alicui rei suppositum aliquid superducere, ut parietem linimus calce aut gypso, id est, incrustamus; dolium linimus pice etc. Et quemadmodum retegere significat tegmen auferre, sic *relinere* significat bitumen amouere, quo aliquid prius linitum erat. Et ita *releni dolia omnia* significat, absterse lutum vel terram tenacem ab omnibus doliis, ut in ea coena vinum varium apponeretur. Praeter autem praedictam significationem *linere* significat etiam deturpare. Inde *Litura*, ae, id est, deturpatio facta atramento du-

cendo lineam per falsa scripta, ut fieri solet. *Omnes ferias*] *Seria*, dolium: et proprie vas fictile de limo oblongum. Perseus (Sat. II, 10.), *Et o si Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule!* Inde *Seriola*. Perseus (Sat. IV, 29.), *Seriolae veteris metuens deradere limum.* C.

*Reliui dolia omnia*] *Linire* est contegere et operire: contrarium est *reliui*, id est, aperui. E.

*Reliui dolia*] Ita Diomedes hunc locum legit lib. II. L.

Bentleius cum Faerno *releuit* edidit. Rectius. Nam nisi certe legas *relini*, forma *relini* videtur abhorrere ab analogia linguae. Z.

52 *Sollicitos habui*] Variis officiis et ministeriis distractos: nihil significantius dicere potuit. Quid enim aliud est *sollicitare*, quam suo loco mouere? Solum autem quin significet locum, quis dubitat? quem exules quoque dicantur ex solo patriae suae pulsi. *Sollicitos* igitur *habuit* omnes domesticos, qui hinc et inde administrandum distabantur. C.

*Omnis follicitos habui*] Hoc est, ebrios. Significat enim *sollicitos*, id est, solo citatos, quod ebriis contingit, quibus

non



Quid te futurum censes, quem assidue exedent?

Sic me Di amabunt, vt me tuarum miseritum' sit,

55 Menedeme, fortunarum. MEN. faciat quod lubet:

Sumat, consumat, perdat. decretum' sit pati:

Dum illum modo habeam mecum. C. si certum' sit tibi

Sic

non sunt firma vestigia, sed motu corporis citi sunt. E.

Pro *habui*, et sententiae et versus causa repono *habuit*, sc. Bacchis, et me et totam familiam fastidio suo et elegantia sollicitos et exercitos habuit. B.

53 *Quem exedent?*] Plus dixit, quam si, *cuius res*, dixisset. C.

*Quem assidue exedent*] Quem quotidie comedent, vel certe frequenter. E.

54 *Sic me Di amabunt*] Pro ament. *Vt me tuarum miseritum est*] Bene *miseritum*. Nam secundum nonnullos, *miserari* est flere et lamentari: *miserari* vero, miserationes alienis casibus exhibere. C.

*Vt me tuarum fortunarum*] In meo damno magis misericordiam pro te passus sum, et pro fortunis tuis. E.

Pro *ita* in omnibus codd. est *sic*. Verbum *amabunt* a Schol. Bemb. explicatur per *ament*. B.

55 *Faciat quod lubet*] Indulgentissimus pater, et qui vehementissime filium desiderabat; licet damna audisset, tamen omnia se dicit filio permittere velle, dummodo ipsum habeat in potestate. E.

56 *Sumat, consumat, perdat*]

Quis hoc patre indulgentior?

Sed hoc contingere solet dum vnicus est gnatus. *Sumat*]

Accipiat. Alias *sumere* est eligere. Sallustius in Iugurth.

(cap. 85.) *Sumat aliquem ex populo monitorem officii sui.*

*Perdat*] Quod maius est, et quod finem consumendi habet, tertio loco posuit. C.

57 *Si certum' sit tibi*] Hic iam persuadet, vt illud quod supra diximus, velit adolescentis animo veluti nesciens dare, cum

artibus serui inductam pecuniam dat, et ad luxuriam ministrat. Denique ipsum contili-

um suum quod sit, proponit: *Falli te suas technis per seru-*

*uum*. An fieri possit, adiungit: *Subsensit illos hoc quoque agere.*

Ex eo enim quod iam agunt et praeparant, fieri potest. De-

inde ab vtili adiunxit: *Et tibi perdere talentum hoc pacto*

*satius est, quam illo minam.*

Melius est velut insciens (*Mel-*

*lius est, vt insciens vel L.*) plurimum perdas, quam sciens mi-

nimum; cum ex hoc filius quod licentiam agnouerit, iam ei

lubebit maiora committere. Dein adiungit ab honesto, *Nunc*

*de*

Sic facere, illud permagni referre arbitror,  
Vt nescientem sentiat te id sibi dare.

60 M E M. Quid faciam? C H. quiduis potius, quam  
quod cogitas;

Per alium quemuis vt des: falli te finas  
Technis per seruolum: etsi subsensi id quoque,  
Illos ibi esse, et id agere inter se clanculum.  
Syrus cum illo vestro confusurrat: conferunt

65 Consilia adolescentes: et tibi perdere

Talen-

*de pecunia agitur*] Ostendit honestum, et vtile declarauit. Denique perseuerat circa id ipsum, vt dicat: Cum enim intellexerit animum tuum, te prius vitam tuam proditurum, et omnem pecuniam, quam abs te filium dimittas: vide *quam fenestram* ad turpitudinem, ad luxuriam, nequitiamque patefeceris, hoc est, quantam ianuam dederis, peccatorem perire (*quantam ianuam dederis peccatorum, tu rem perire, et*). *Ipsam non poteris pari*] Statim tu interire bona, et filium viuere luxuriose et malis operibus non patieris. E.

58 Pro *id* versus poscit *illud*, quod in probatis reperitur codd. B.

59 Vel leg. cum Palmerio et Guyeto *vt nescientem sentiat*; vel: *Vt nescientem censcat*. B.

61 *Per alium quemuis vt des*] Quod salubrius praeceptum parentibus dari potest? Nulla enim re adolescentes magis corrumperentur, quam nimia parentum indulgentia. C.

62 *Technis*] Id est fallaciis. *Subsensi*] Bene *Subsensi*. Nam *sub*, est temperamentum plenae pronuntiationis, vt, *subri- stis, subridet*: non ad plenum tristis, aut ridet. Et quum quinque sint sensus: duo sunt, visus et auditus, quod nos magis sensibiles habemus, quam pecora. Cicero, *Non solum videam, sed etiam audiam*. Dubus ergo rebus scimus, aut ratione, aut sensu: quibus maxime praestamus caeteris animalibus. Ergo senex dicit se sensu sensisse seruulos fraudem parare. C.

63 Coniunctionem *et* codd. optimi et versus et sententia repudiant. B.

64 *Conferunt consilia*] Συγγεῖνοι τὰ βουλευματα Plaut. Rudent. II, 3, 8. *Omnes sapientes conferre decet*. L.

Omnes libri antiqui recte habent *Confusurrant*, i. e. Syrus et ille vester. B.

65 Versus et sensus commendant lectionem cod. Bemb. Con-

Talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.  
Non nunc de pecunia agitur : sed illud, quomodo  
Minimo periculo id demus adolescentulo.

Nam si semel tuum animum ille intellexerit,

- 70 Prius proditurum te tuam vitam, et prius  
Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium : hui!  
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris?  
Tibi autem porro ut non sit suaue vivere.  
Nam deteriores omnes fimus licentia.

- 75 Quodcunque incidit in mentem, volet: neque id

Qq 4

Put-

*Confilia ad adolescentes*, h. e. vna ferunt, referunt ad adolescentes. B.

70 Ad hunc versum Schol. Bemb. egregie ita: *Minor est pecunia quam vita; sed in oratione potiora nobis sunt, de quibus agitur.* FAERN.

71 *Quam abs te amittas filium*] *Amittas* pro *dimittas* dixit. Nam quod nos dicimus *amittere*, antiqui etiam dicebant *amittere*, ut Virg. (Aen. III, 148.), *Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios.* Sallustius (Fragmentum), *Pactione amissa, publico consilio.* C.

72 *Ad nequitiam*] Bene de adolescente, *nequitiam* dixit: *nequitia* enim est luxur vitae prodigum atque effusus. Ovidius (Fast. I. 414.), *Nequitia est, quae te non finire esse senem.* C.

Sensus postulat pronomen. Igitur leg. *Quantam eii fenestram.* B.

74 *Nam deteriores omnes fimus licentia*] Sententia proprie seni conueniens. Et *deteriores*, signantissime protulit. *Deteriores* enim homines licentia a bono ad malum vertantur. Est enim peius a malo, quod in usu est, et creberime frequentatur: *Deterius* vero, a bono: ut minoris sit meriti quam quod placet. Virgilius tertio Georg. (e memoria laudauit locum, qui est Aen. VIII. 326.) *Deterior donec paulatim ac decolor aetas.* C.

Pro *simus* Bentl. edidit *sumus*. Minus eleganter. Z.

75 *Quodcunque incidit*] Mf. R. et V. C. *Quod cuiuscunque.* L.

Hunc et sequentem versum tanquam spurios repudiandos esse censeo. Nam non modo magna variarum lectionum seges in illis est, ut sit in nothis; sed et a ferie orationis abhorrent. B.

Putabit prauom, an rectum fiet, quod petet.

Tu rem perire, et ipsum non poteris pati.

Dare denegaris: ibit ad illud ilico,

Quo maxime apud te se valere sentiet;

80 Abiturum se abs te esse ilico minabitur.

MEN. Videre verum, atque ita vti res est, dicere.

CH. Somnum hercle ego hae nocte oculis non vidi meis,

Dum id quaero, tibi qui filium restituerem.

MEN. Cedo dextram: porro te idem oro vt facias, Chreme.

85

76 *Putabit*] *Putamus* enim instantia: *Reputamus* praeterita. *Putare* proprie purgare est. Et *arbores* et *vites* dicimur *putare*: hinc *putare* est cogitare: quia cogitando superflua mente recidimus. Est autem *putare* eius, qui simplicitate pectoris aberrauit. Cicero (orat. pr. Ligar. cap. 10.), *Lapsus est: non putauit. Rectum fit*] Nam, vt inquit Cicero ad Herenn. (libr. III, cap. 2.) *Rectum est, quod cum virtute et officio fit.* C.

78 *Ibit illico ad illud*] Sibi veluti remedium suscipiet, et (vt) abiturum se esse minetur, maxime cum scit apud te se plurimum valere. E.

Pro *Denegabis* optimi libri habent *Denegaris.* B.

*Quo maxime*] Ms. R. *Qui maxime.* L.

80 *Minabitur*] *Minatur* etiam filius parenti, dum se ca-

rum animaduertit, et discessum simulat. C.

*Minabitur*] Ms. R. et V. C. *minabitur.* L.

Conuenientius versui nostri omnes *Minabitur.* B.

81 *Videre verum atque ita*] Videre mihi verum dicere, et ita quemadmodum res est. E.

Liber Bemb. habet *vera*; cui adscriptum est, *Vera, vtilia: Sallustius.* Sed locus Sallustii vetustate detritus est. FAERN. \*

82 *Somnum oculis non vidi*] Somnum oculis meis non cepi, quaerens quemadmodum filium reddam. E.

83 *Qui*] Quomodo: et est sermo comicus. *Restituerem*] *Redditur* cupientibus, vt domino seruus. *Restituitur* cupiens, vt patriae ciuis. Et *redditur* et *restituitur* cupiens cupientibus: vt patri filius. C.

84 *Cedo dextram*] *Cedo* est verbum defectiuum duas tantum

85 CH. Paratus sum. MEN. scin', quid nunc facere te volo?

CH. Dic. MEN. quod sensisti illos me incipere fallere,

Id vt maturent facere: cupio illi dare,

Quod volt: cupio iam videre. CH. operam dabo: Syrus estprehendendus atque adhortandus mihi.

90 A me nescio quis exit: concede hinc domum,

Ne nos inter nos congruere sentiant.

Paululum negoti mihi obstat: Simus et Crito

Qq 5

Vicini

tum personas habens secundas in singulari et in plurali, quod significat, *Da* vel *Date*. Probat Nonius, nitens dicto Enniano, cuius haec verba sunt: *Cedite manus vestras, measque accipite, et iunctis manibus confirmetur foedus*. Quod exemplum clarius possit adduci illo: *cedo igitur dextram*. Nos enim aut oraturi aut confirmaturi quicquam alicui eius dextram poscere solemus. C.

Nostri libri meliore ordine, *Porro te oro idem vt*. B.

86 *Incipere fallere*] V. C. *Incipere velle fallere*. L.

88 Bentleius edidit *Cupio ipsum iam videre*. Certe sensus egregie commendat illud *ipsum*. Z.

89 *Apprehendendus*] In And. *zuis pater me modo apprehendit*. *Prebendendus*] Deest *ad*. Sed ideo praetermisit, quia dicturus erat, *Adhortandus*. C.

Illos tres versus, *Syrus est* — *sentiant*, ad finem huius Scenae apponendos puto. Nam primum non apparet ratio, cur Menedemus in Scena restiterit, iussus domum abire (Verba enim, *operam vt tibi darem* ad Menedemum dicuntur). Deinde nec intelligitur causa, cur Syrus, qui, secundum ordinem vulgarem, exiit priusquam Chremes abiret, tamdiu in Scena otiosus et mutus fuerit. Denique plane contra morem Terentii est, Menedemum statim post verba, *operam vt tibi darem*, iniussum a Chremete, a se nihil causae dicentem, abire domum. B.

91 Pro *congruere*, h. e. concorditer vivere, quod et versus et sensus condemnat, *reponne consensire*. B.

92 Leg. ex nostris omnibus et edd. vet. *Paulum hoc negoti*. Nam statim narrat, quid illud *Hoc* sit. B.

Vicini nostri hic ambigunt de finibus :

Me cepere arbitrum : ibo ac dicam, vt dixeram

95 Operam daturum me, hodie non posse iis dare.

Continuo hic *Adero*. MEN. ita quaeso. Di voftram fidem!

Ita comparatam esse hominum naturam omnium,  
Aliena vt melius videant et diiudicent,

Quam

93 *Vicini nostri hic ambigunt de finibus*] Litem vicini habent de limitibus. E.

*Hic ambigunt*] V. C. *Hinc ambigunt*. L.

94 *Me cepere arbitrum*] *Arbiter* dabatur his, qui de finibus regendis ambigerent. Dicitur enim *arbiter* iudex: quod totius rei habeat arbitrium et facultatem. Boethius: *Regendorum finium arbitri esse dicuntur, qui finalia litigia discernunt. Vt si fuerit orra contentio de finibus, eorum dirimatur arbitrio. Cepere*] Id est, elegerunt. vt Cicero: *aut capiendus auxilio locus*. C.

*Me cepere arbitrum*] Me iudicem esse voluerunt. E.

96 *Ita, quaeso*] Dicitum abeunte Chremete. C.

Cum illud *Adero ita* efficiat verbum profeleusmaticum, Nostro insolentem, praesertim cum inter duos colloquentes diuidatur: pro *adero* lege *adsum*; vt alibi, *Post continuo huc exeo*. B.

97 *Ita comparatam esse &c.*] Sensus hic est: Satis miror cur prudentius sapit Chremes.

An ita natura hominum comparata est, vt melius videant ea quae aliena sunt, quam quae sunt sua? An hoc ideo fit, quia, dum nos in re nostra sumus, aut gaudio impedimur, aut aegritudine animum occupatum adprehendendas, vel respueudas res adhibere non possumus? E.

*Ita comparatam esse hominum*] Lactantius Firmian. de falsa sap. cap. 4. *Nemo potest de se recte iudicare, quod nobilis Poeta testatur: Ita enim comparatam esse hominum naturam omnium, vt aliena melius videant et diiudicent, quam sua?* L.

98 *Aliena melius vt videant, et iudicent quam sui*] Huic illud Cic. libro primo Officiorum (cap. 9.) contrarium est: *Est enim difficilis cura rerum alienarum: quamquam Terentianus ille Chremes, humani nihil a se alienum putat. Sed tamen, quia magis ea percipimus, atque sentimus, quae nobis ipsis aut prospera, aut aduersa eueniunt, quam illa, quae caeteris:*  
quae

Quam sua? an eo fit, quia in re nostra, aut gaudio  
100 Sumus praepediti nimio, aut aegritudine?

Hic mihi quanto nunc plus sapit, quam egomet mihi:

CH. Dissolui me ocius, operam vt tibi darem.

## ACTVS TERTII SCENA II.

SYRVS. CHREMES.

**H**AC ILLAC circumcurſa, inuenien-  
dum'ſt tamen

Argen-

*quae quaſi longo intervallo in-  
teriecto videmus: aliter de il-  
lis, ac de nobis, iudicamus.* C.

Menander: οὐδεις ἐφ' αὐτῆ  
τὰ κακὰ συνορᾷ, Πάμφιλε, Σιφῶς,  
ἑτέρου δ' ἄσχημονέντος ἔψεται. W.

99 Colloca Re in noſtra. B.

101 Melior accentus fit, vbi  
cum libris collocas, *Hic mihi  
nunc quanto plūs.* B.

102 *Dissolui*] Excusaui. qua-  
ſi qui foret promiſſione ligatus  
ſua. C.

*Dissolui me ocius*] Cito re-  
uertens ab eo quo ierat Chre-  
mes, dicit ſe ex eo negotio  
ſolutum, et amico operam tra-  
ditorum. E.

Pro *ocius* lege cum optimis  
libris *ozioſus*, et diſtingue poſt  
*me.* B.

Faernus, qui verſus traiectos  
eſſe nōn vidit, pro *tibi* corre-  
xit *huic.* Z.

I *Hac illac circumcurſa*] In-  
cundus error, in quo herus a  
ſeruo decipitur, quem credit

alteri fallaciam intendere, dum  
ſibi tenditur: et ſic eum ag-  
greditur de fallacia in alterum.

*Hac illac*] Hoc dicit ſeruus ad-  
monens ſe ipſum. C.

*Hac illac circumcurſa*] Ser-  
uus argentum deſiderans, quod  
dare meretrici poſſit, tamen  
hoc quod loquitur, non vide-  
tur domino praefenti eſſe ſuſ-  
pectum. Quoniam enim ſu-  
pra dixerat ſeruus, Syrum quaſi  
in Menedemum dolos tende-  
re, vt argentum meretrici per  
fallacias quaereretur, ideo in  
ſenem generaliter diſtum. De-  
nique hoc ſuſpicatus Chremes,  
quod ſi (*quaſi* Z.) in Menedemum  
ita fiat, dixit: *Num me ſefellit  
hoſce id ſtrueret?* forteſſe ille *Cli-  
niae ſeruus tardus eſt*, ideo no-  
ſter Syrus hanc prouinciam  
ſumſit, hoc eſt, iſtud offici-  
um ſuſcepit, vt ipſe quaerat argen-  
tum. E.

Argentum ipſum compellat  
Syrus, vernili ſacetia. Ergo  
emen-

Argentum: intendenda in senem est fallacia.

CII. Num me sefellit hosce id struere? videlicet  
Ille Cliniae seruus tardiusculus est:

5 Idecirco huic nostro tradita est prouincia.

SY. Quis hic loquitur? perii! numnam haec au-  
diuit? CH. Syre. SY. hem.

CH. Quid tu istic? SY. recte equidem. sed te  
miror, Chreme,

Tam mane, qui heri tantum biberis. C. nihil nimis.

SY. Nihil narras? visa vero est, quod dici solet,

10

emenda, *Hac illac circumchrysa: inueniendum es tamen.* Cf. infra IV, 2, 1. B.

2 *Intendenda*] Verbum a venatoribus translatum, qui retia *intendunt* ad feras capiendas. Quia ergo parat senem fallere, *intendenda* dixit. Vel a sagittis atque arcu. *In senem*] Cum stomacho seruili *senem* dixit. In Andria, *Quantum intellexi modo senis sententiam.* C.

*Intendenda in senem*] Hoc pluribus verbis Plautus extulit, Bacchid. IV, 4, 42. *Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina, Ut senem hodie doctum docte fallas, aurumque auferas.* L.

3 *Num me sefellit*] Idem superius. *Exi subsensi id quoque, illos ibi esse.* Et hic est error, credi senem Menedemum, dum Syrus de Chremete ipso intelligit. C.

4 *Versus gratia scribe, Ille Cliniae seruos tardiusculus.* Sic alibi, *Hospitai, Phaedriai.* B.

5 *Prouincia*] Onus dicitur cuiuslibet rei gerendae. Nam acquisitae bello longe ab Italia regiones *Prouinciae* dictae sunt, a *porro*, vel a *procul vincendo*: ad quas Praetores quia cum officio mittebantur, officia quoque *prouinciae* nominantur. C.

7 *Recte*] Ioco vult Syrus deflectere orationem in aliud, et subterfugere heri reprehensionem. C.

*Te miror, Chreme*] Te valde miror mane vigilare, qui heri tantum biberis. E.

Ex nostris libris leg. *Recte, equidem te demiror.* *Recte* est hic *nihil*. vt Eun. II, 3, 50. Hec. III, 2, 20. B.

8 *Tam mane*] Ἐξ ἑσπης, deest, *vigilare*, aut tale quid. C.

*Nihil nimis*] Non multum. E.



10 Aquilae senectus. CH. heia. SY. mulier com-  
moda et

Faceta haec meretrix. CH. sane. SY. idem visa  
est tibi?

Et quidem hercle forma luculenta. CH. sic fatis.  
SY.

10 *Aquilae senectus*] Plini-  
us lib. 10. (cap. 3.) Natur. Hi-  
storiae, de aquilis haec refert,  
*Oppertunt non senio, nec aegri-  
tudine, sed fame, in tantum su-  
periore accrescente rostro, ut  
aduncitas operiri non queat.*  
Igitur aquila, tantum in senec-  
tute bibit, vel de praeda san-  
guinem fugit: ex quo prouer-  
bium in senes, qui plus bibunt,  
quam comedunt. Plinius (N.  
H. XIV, 22.), de ebrio inquit:  
*Hinc pallor et genae pendulae,  
oculorum ulcera, tremulae ma-  
nus.* Diuus Hieronymus de a-  
quila inquit: *Aquila cum seni-  
erit, grauantur ipsius pennae  
et oculi, quaeritque fontem et  
erigit pennas, et colligit in se  
calorem, et sic oculi eius sanan-  
tur, et in fontem se ter mergit,  
et ita ad iuuentutem redit. E-  
ia!*] *Eia* interdum hoitantis  
est, nunc correctionem signifi-  
cat. *Mulier commoda*] A com-  
mendatione meretricis inceptit,  
vt melius persuadeat Cliniam  
deperire hanc, cum sit amica  
Clitiph<sup>o</sup>.is. C.

*Aquilae senectus*] Aiunt aq-  
uilam in senectute, quod ei rostri  
superior pars vetustate et iu-

cremento curuata foramen in-  
cludat, ad cadauera accedere,  
et sic sanguinem in potum su-  
mere, et quodammodo biben-  
do viuere. Hoc igitur ait ser-  
uus domino, quasi bibendo to-  
tum tempus hesternae coena e-  
gerit, *visa vero est quasi aq-  
ilae senectus.* E.

*Aquilae senectus*] *Κετῆ γῆρας.*  
Zenob. et reliqui adagiogra-  
phi. L.

11 *Faceta*] Bene de mere-  
trice *faceta* dixit. Nam *face-  
tus* est, qui facit verbis quod  
vult. Potest etiam referri ad  
formam corporis, vt significatio  
vocabuli indicat. C.

Et si Bemb. legit *tibi*: tamen  
ob codd. omnes caeteros lege  
*idem visa est mihi*, et tribue ipsi  
Chremeti. B.

12 *Forma luculenta*] Non  
solum *commoda* et *faceta mulier*,  
et (*sed et Z.*) speciosa forma,  
*ita non vt olim, sed vti nunc,  
sane bona.* Hic intelligi datur,  
quod senex sciat eandem ante  
fuisse castam, ante pauperem,  
nunc vero meretricio more vi-  
uentem. Ideo adiecit seruus,  
non quemadmodum antea bo-  
na, sed vti nunc sibi ipsi com-  
pararetur, sane bona. E.

SY. Ita non vt olim, sed vti nunc, sane bona:  
Minimeque miror, Clinia hanc si deperit.

15 Sed habet patrem quendam auidum, miserum, at-  
que aridum,

Vicinum hunc: nostin? at quasi is non diuitiis  
Abundet, gnatus eius profugit inopia.

Scis esse factum, vt dico? CH. quid ego nesciam?  
Hominem pistrino dignum. SY. quem? CH.  
istunc seruolum

20

13 *Ita non vt olim*] Prae-  
rita semper praesentibus prae-  
feruntur, et magis commen-  
dantur. C.

Palpatur seni, temporis acti  
laudatori, quasi illo iuvene for-  
mosiores fuissent homines,  
quam nunc sunt. B.

14 *Deperit*] Id est, arden-  
ter amat. Nam amator eius  
amore, quam amat, *perire* dici-  
tur. Nam *perditus est*, qui  
insano est captus amore. In-  
de dicimus, *deperio illam*. C.

15 *Aridum*] Translatio a  
terra, quae nihil profert. C.

16 *At quasi is non diuitiis  
abundet*] Ex more inopiam ma-  
le meritis adiecit. E.

17 *Profugit*] Superius, *In  
Asiam ad Regem militatum ab-  
iit*. Hinc *profugus* dictus pro-  
prie, qui procul a sedibus suis  
vagatur. C.

18 *Quid ego nesciam?*] Vt  
facilius seruum dominus inci-  
tare posset, quod cupiebat ser-  
uo adiutorem eum esse, ad ten-

dendam in Menedemum falla-  
ciam propter argentum, fingit  
se irasci seruo Cliniae, *Homi-  
nem*, inquit, *pistrino dignum*:  
cui iungitur, *qui passus id fieri*.  
Callide seruum, tanquam igno-  
ret quid fieri debuisset, inculat,  
vt maiorem suscipiat volunta-  
tem. Qui fallendi dominum  
hunc ipsum cum \* (Ex cod.  
Westerh. et coniectura locum  
ita restituendum puto, *ab eo  
fallaciae argumenta collegerit,  
cupiditate incensus est* Z.) de-  
nique sibi hoc praeparans,  
sic postea dixit, *Laudas, qui he-  
ros fallunt*. E.

Vt sententia et sermo sit sa-  
nus, pro *nesciam* ego cum Pal-  
merio legendum censeo, *ni  
sciam?* h. e. *Quidni ego sci-  
am?* Cf. Adel. IV, 5, 28. B.

19 *Hominem pistrino di-  
gnum*] Ambigue, an de Dro-  
none, an de Syro, a quo bene  
annotarentur senum vitia. Et  
secum haec dixit. C.

- 20 Dico adolescentis. SY. Syre, tibi timui male.  
 CH. Qui passus est id fieri. SY. quid faceret?  
 CH. rogas?  
 Aliquid reperiret, fingeret fallacias.  
 Vnde esset adolescenti, amicae quod daret,  
 Atque hunc difficilem inuitum seruaret senem.
- 25 SY. Garris. CH. haec facta ab illo oportebat, Syre.  
 SY. Eho quaeſo, laudas qui heros falunt? CH.  
 in loco  
 Ego vero laudo. SY. recte sane. CH. quippe quia  
 Magnarum saepe id remedium aegritudinum est:  
 Iam huic mansisset vnicus gnatus donui.
- 30 SY. Iocone an serio illaec dicat, nescio:  
 Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.  
 CH.

20 *Syre, tibi*] Et sic secum. Id est, ne quid mali accideret tibi. nam iam mihi nescio quid praesagit animus mali. C.

24 *Difficilem*] Morosum. *Seruaret senem*] Bene *seruaret* dixit de eo qui penitus se perderet, et continuis ex cruciaret laboribus. C.

26 *Eho! quaeſo*] *Eho* modo interiectio est interrogantis; alias admirantis alias ad se vocantis. *In loco*] Opportune. C.

*In loco vero laudo*] Bene adiecit *in loco*, ne perpetuam malefaciendi licentiam feruis daret. E.

27 *Quippe quia magnarum*] Nam quia fallunt tempore, maximum saepe remedium est, ne grauior aegritudo videatur. E.

In antiquissimis libris est

*Quippe qui.* Recte. Schol. Bemb. ait, Περὲλλον: abundat qui. B.

28 *Quia magnarum saepe id remedium aegritudinum est*] Ipsum fallere in tempore, quidam de officiis scribentes, rectum putauerunt. Nam Medici aegrotos saepe fallunt. C.

29 *Iam huic*] V. C. Nam huic. L.

Versus causa reponere *Huic iam mansisset.* B.

30 *Iocone an serio illa*] An consilio isthaec dicat, an ioco, intelligere non possum: vnum tantummodò intelligo, quod mihi ad hoc, quod disposui, cumulat voluntatem. E.

Lege cum duobus nostris *Ille haec dicat.* B.

31 *Quo lubeat magis*] Id est, magis

CH. Et nunc quid expectat, Syre? an dum hinc denuo

Abeat, cum tolerare huius sumtus non queat?

Nonne ad fenem aliquam fabricam fingit? SY. stolidus est.

35 CH. At te adiutare oportet adolescentuli

Causa. SY. facile equidem facere possum, si iubes: Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo.

CH. Tanto hercle melior. SY. non est mentiri meum.

CH. Fac ergo. SY. at heus tu, facitodum eadem haec meminervis,

40

magis placeat heros a seruis decipi, quod ut viderit, saeuat in me, et me in pistrinum dedat. C.

32 *Et nunc quid expectat?*] Hic iam dum accusat adolescentis seruum, hortatur suum dominus, qui ipse hos dolos tendat. Denique adiecit: *At te adiutare oportet adolescentuli causa.* E.

Pro *At nunc* rectius Bemb. et alii vet. habent *Et nunc.* B.

33 Pro *Abeat* reponit *Abigar* sc. herus filium, sententia postulante. Et pro *Huius* nostri omnes, *Illius.* B.

34 *Aliquam fabricam*] Translatio ab his, qui expugnaturi oppida, machinamenta belli ad id praeparant. *Stolidus est*] Superius, *Ille Cliniae seruus rardiusculus est.* Et proprie *stolidus* est, qui proxime accedit ad naturam sensumque pecudum. C.

36 *Facile equidem facere possum, si iubes*] Peritiam suam circa huiusmodi rem declarauit seruus: sed dixit, metuere domini voluntatem, et posse se facile, si ipse voluerit imperare. E.

37 *Calleo*] Id est, callide scio. C.

*Calleo*] Peritus et doctus sum. E.

38 *Non est mentiri meum*] In promissione dicit, non in fallendo. C.

39 *At heus tu!*] Iam prouidet fallaciae, quam mente conceperat: quo facilius mereatur veniam, [si quid struxerit in herum. C.

*Facitodum eadem haec*] Iam praeparat sibi dominum: monetque ut meminervis, si quando haec omnia eueperint, sicut humana sunt omnia, uti et filius eius possit ista perficere. E.

40 Si quid huius simile forte aliquando euenerit,  
Vt sunt humana, tuus vt faciat filius.

CH. Non vsus veniet, spero. SY. spero hercle  
ego quoque:

Neque eo nunc dico, quod quicquam illum senferim:  
Sed si quid, ne quid. quae sit eius aetas, vides.

45 Et nae ego te, si vsus veniat, magnifice, Chreme,  
Traetare possim. CH. de istoc, quum vsus venerit,  
Videbimus quid opus sit: nunc istuc age.

SY. Nunquam commodius vnquam herum audi-  
ui loqui,

Nec quum malefacerem, crederem mihi impunius

50

42 *Non vsus veniet*] Non hoc continget, neque fieri potest. E.

43 *Neque eo nunc dico*] Bene purgat id (*purgant*) quas immiserat suspiciones, ne vero iam credat adolescentem filium pater talia vel facere vel cogitare. Dixitque se seruum ex suspicione ista metuere, quod eius aetas iam talis, vti si necessitas vt Chremetem ita ducat et traetet, quemadmodum nunc senex videtur hortari. E.

Pro *Quod* vulgari, recte liber Bembinus, *Quo*. B.

44 *Sed si quid, ne quid*] *Ἀποσιώπησις*. quasi dicat, *Si quid euenerit. Quae sit eius aetas, vides*] Quae amoris est obnoxia. C.

45 *Et nae*] Provalde. *Vsu veniat*] *Vsu venire* significat *euenire*, vt saepe licet videre in Epittolis Ciceronis. *Magni-*

*fice*] Bene *magnifice* dixit, memor verborum Chremetis, qui supra dixit, *Heros falli a seruis aliquando esse remedium magnorum aegritudinum*. C.

46 *Traetare*] Superius, *Quo pacto id fieri soleat, calleo*. C.

*De istoc, cum vsus*] Si quid tale contigerit, tunc videbimus, quod necessitas coget facere. E.

47 Pro *Quid* meliores nostri melius, *Quod*. B.

49 *Ne quum malefacerem*] Nisi cum me senex adhortatur. E.

Pro *Malefacerem*, quod reperitur in nostris, probanda est Mureti emendatio *Malefacere*, deleto commate. Caeterum post verba *istuc age* domum abit Chremes; et tres sequentes versus per se Scenam constituent. Nam dum Syrus solus secum eos pronunciat, Chre-

R r

mes

50 Licere. quisnam a nobis egreditur foras?

ACTVS TERTII SCENA III.  
CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

**Q**UID istuc, quaeso? qui istic mos est, Clitipho?  
itane fieri, quaeso?

CL. Quid ego feci? CH. vidine ego te modo  
manum in sinum huic meretrici

Infe-

mes interim filium cum Bacchide deprehendit, et iratus in Scenam redit, filio quoque euocato. B.

50 *Quisnam a nobis egreditur foras?*] Πιστασκουή alterius Scenae. C.

1 *Quid istuc, quaeso?*] In hac Scena Syrus hero persuadet, quod multum facit ad extorquendum argentum. *Quid istuc?*] Viderat Chremes filium ludentem cum Bacchide, quam Cliniae esse credebat. Et bene expressit obiurgationem paternam saepe repetendo. C.

*Quid istuc?*] Haec Scena locum communem tenet in cum, qui hospitis sui amicam corrumpat. Pater tamen non sicuti cur tanquam communi \* at (*Pater tamen non hic vitetur tanquam communi loco, et 'L.*) ita respondet filius tanquam negans, vt magis coniecturae causa sit, quam communis locus. Verum patrem tanquam communem locum dicentem

accipiamus, hoc primum generaliter cum inuidia: deinde cum interrogatus esset, quidnam fecisset, ille continuo non factum sed vere factum protulit, dicendo, *Vidine ego?* vt a probatione exordiretur, et post ostenderet crimen, quod manum adolescens in sinum meretricis inferebat. E.

Bentleius cum Faerno recte edidit *Itane fieri oportet?* Nam repetitum *Quaeso* minus gratum est. Z.

2 *Huic meretrici*] Plus intulit, quam si dixisset *mulieri*. C.

*Manum in sinum*] Plaut. *Afinar. 1, 3, 71. Papillam pertractare.* Et in *Pseudol. 1, 1, 66. Papillarum horridularum oppressiunculae.* Aristenact. lib. 1. Epist. 21. ἔπτεισαι τῶν μαζῶν. Sic ex eadem disciplina Venereorum nepotulorum sunt molles manuum compressiones, incitamentum puta interioris voluptatis. Achilles Tatius *Amor. lib. 2. τότε δὲ πρόσαγε τὴν δευτέραν μηχανὴν, θίγε χεῖρὸς, θλίψον*

Inferere? SY. acta haec res est. perii! CL. me-  
ne? CH. hisce oculis, ne nega.

Facis adeo indigne iniuriam illi, qui non abstineas  
manum.

5 Nam istaec quidem contumelia est,  
Hominem amicum recipere ad te, atque eius ami-  
cam subagitare:

Vel heri in conuiuio quam immodestus fuisti! SY.  
factum. CH. quam molestus!

Vt

Ἐλπίων δάκτυλον, Ἐλπίων τένανσον.  
Hinc apud Plautum in Afin.  
IV, 1, 32. in lege, quam iuue-  
nis amasiae suae dederat, ita  
quoque cautum fuit: *Neque  
cum descendat, inde det cuius  
manum.* Ne amator forsan a-  
lius τοῖς ἐκείνης δακτύλοις τὴν ἑαυ-  
τῆ περιπλέξας, vel sic saltem ma-  
nu falaci libidinaretur. Ariste-  
naet. libr. 1. Epist. 9. Themist.  
Orat. 3. Laudat autem hunc  
Terentii locum Iulius Rufinia-  
nus Rhet. in Epiplexi. L.

3 *Acta haec res*] Verbum  
desperantis. Timebat enim  
Syrus, ne ob hoc fallacia eius  
detegeretur. *Mene?*] More  
filiorum, quod commiserat, pa-  
tri audacter negat. *Hisce ocu-  
lis*] Δεικτικῶς et cum emphasi.  
C.

*Acta haec res est*] Syrus ser-  
uus credit senem inuenisse fi-  
lium amare meretricem, quae  
res antea per dolum celabatur:  
ideo vehementer metuit. E.

Pro *inferere* Bemb. habet *in-  
gerere*, quod minus placet.

Certe Naso Amor. II, 15, ha-  
bet, *Et laeuam iunicis infer-  
uisse manum.* B.

4 *Facis adeo indigne iniuri-  
am illi*] Bene pater post obiur-  
gationem, ad admonitionem  
transit. C.

5 *Istae quidem contumelias*  
Supra quidem *iniuria* dixerat,  
verum adiecit *contumelias sunt.*  
Est enim *iniuria*, quasi cum vi-  
olentia aliquid in corpus effi-  
citur: *Contumelia* vero, cum  
praeter violationem corporis  
est. Et violatio opinionis, *e-  
ius amicam subagitare.* Hoc  
est crimen quod supra posuit.  
*Subagitare* autem, perfectio-  
nem ipsam libidinis intelligen-  
mus. E.

6 *Amicam subagitare*] V. C.  
*Subigitare.* Acro in Horat.  
lib. 1. Sat. 2. L.

Veterrimi quique nostri scri-  
bunt, *Subigitare*, h. e. lasciuus  
contrectare. B.

7 *Vel heri*] Ingerit aliud  
malefactum inter admonitio-  
nem, vt solent patres. *Fa-*

Vt equidem, ita me Di ament, metui, quid futurum denique esset!

Noui ego amantium animum: aduertunt grauiter, quae non censeas.

10 CL. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum, pater.

CH. Esto: at certe concedas hinc aliquo ab ore eorum aliquantisper.

Multa fert libido: ea prohibet facere tua praesentia.

Ego

*atum*] Fatetur seruus, eum fuisse immodestum in vino. Nisi etiam capiatur *factum* sicut *actum est*, vt sit desperantis dictum. C.

*Vel heri in vino*] Hoc ex antecedentibus argumentum colligens dixit: *Noui ego amantium animos, aduertunt grauiter, quae non censeas*. Ita enim mos est amatoribus (excidit *vt Z.*), ampliora suspicentur, quam tu haut poteris suspicari. E.

*In conuiuio*] Mf. R. *in vino*. quod non displicet. L.

Pro *Conuiuio* Bemb. et nostri omnes *Vino*. B.

8 *Vt equidem metui*] *Vt* pro quantum, vel pro qualiter. Virg. (Ecl. VIII, 41.) *Vt vidi vt perii*. C.

9 *Aduertunt grauiter*] Quia in amore omnia suspecta sunt. C.

Leg. cum Palmerio *Noui ego amantis: animum aduertunt grauiter, quae etc.* Nam *aduertere* per se apud Nostrum et

Plautum non hoc sensu occurrit; at *animum aduertere* passim. B.

10 *Mibi fides*] Arcta familiaritas, cum alter de altero in re Venerea nihil suspicatur. C.

Leg. cum vno e Regiis, vt Trochaicus sit aequae ac caeteri, *At fides mi apud hunc est*. B.

11 *Esto*] Verbum concedentis. *Concedas aliquo*] Et hoc quaerit Syrus, vt abigatur Clitipho ab amica, ne Chremes eius esse animaduertat. C.

*Esto: at certe*] Hic mandat pater, vt discedat a domo filius: aliter enim negat fieri posse, vt impudentia adolescentis comprimi possit. Dicit enim multa libidinem velle, eamque sub cuiusque praesentia se minus audere complere. E.

Cum *Concedas* secundum vulgarem lectionem duplici sit accentu, non satis venuste: leg. *at certe vt hinc concedas aliquo: praesertim cum tres vett. habeant Certe vt concedas*. B.



Ego de me facio coniecturam: nemo est meorum  
amicorum hodie,

Apud quem expromere omnia mea occulta, Cliti-  
pho, audeam:

15 Apud alium prohibet dignitas; apud alium ipsius  
facti pudet;

Ne ineptus, ne proteruos videar. quod illum fa-  
cere credito.

Sed nostrum est intelligere, vtcunque atque vbi-  
cunque opus sit, obsequi.

Sy. Quid istic narrat? CL. perii! Sy. Clitipho,  
haec ego praecipio tibi? Ho-

13 *Ego de me facio conie-*  
*cturam]* Patres conantur mo-  
nere filios aut proprio exem-  
plo, aut aliorum. C.

*Ego de me facio]* Hoc est,  
ita ex me suspicor: nam ne-  
mo est amicorum, apud quem  
vniuersa velim exponere, at-  
que narrare ea, quae occulta  
habeo. quippe aut in summa  
honestate amicus, et id quod-  
cunque cogito, eius dignitate  
deterreor, ne indicem: aut ipsa  
certe res, propter sui turpita-  
dinem, eam narrationem com-  
primit. Hoc est quod dicit,  
*ipsius facti pudet; ne ineptus,*  
*ne proteruos videar*, si cum eo  
loquar, qui habet maximam di-  
gnitatem. E.

Si recepta lectio admittitur,  
est sambicus tetrameter hyper-  
catalectus statuendus. Sed cum  
nullus eiusmodi alibi extet, nec  
Musicae rationes id patiantur;  
repono, *De me ego facio*. B.

15 Vulgo *piger*, sed Bemb.  
recte *puder*. B.

16 *Ne ineptus, ne proteruos]*  
*Ineptus* quoad dignitatem. Ci-  
cero in II. de oratore (cap. 4):  
*Nam qui aut, tempus quid po-*  
*stulet, non videt, aut plura lo-*  
*quitur, aut se ostentat, aut eo-*  
*rum quibuscum est, vel dignita-*  
*tis, vel commodi rationem non*  
*habet, aut denique in aliquo ge-*  
*neris aut inconcinnus, aut mul-*  
*tus est, is INEPTVS, esse dici-*  
*tur.* *Proteruos* dicitur impor-  
tunus, qui alteri est impedi-  
mento, vel si per impotentiam  
mentis obuium cubito feriat,  
aut contumelia sibi cedere co-  
gat. C.

17 Ne sententia hiet et sit  
sine cemento, repono, *Sed no-*  
*strum est intelligere; atque ut-*  
*cunque, ubicunque opus est, ob-*  
*sequi*. B.

18 *Quid istic?]* Syrus secum lo-  
quitur, timens suae fallaciae. C.

Hominis frugi et temperantis functu's officium.

CL. tace sodes.

20 SY. Recte sane. CH. Syre, pudet me. SY. credo; neque id iniuria:

Quin mihi molestum'st. CL. pergis hercle? SY. verum, dico quod videtur.

CL. Nonne accedam ad illos? CH. eho, quaeso, vna accedundi via est?

SY. Actum'st: hic prius se indicarit, quam ego argentum effecero.

Chreme, vin' tu homini stulto, mihi auscultare?

CH. quid faciam? SY. iube hunc

25 Abire hinc aliquo. CL. quo ego hinc abeam? SY. quo lubet: da illis locum:

Abi

19 *Frugi*] Vtilis et necessarius: a *frugibus*, quae quod his fruuntur dictae sunt. Inde *fructus* et *frumentum*. *Fru* autem est vesci: a *frumine*, quae est summa pars gulae. *Sodes*] Est aduerbium blandientis. *Tace sodes*] Ab illo consilio longe alienus Clitipho illum sermonem interruptit, nec audire voluit. C.

21 *Quin mihi molestum'st*] *Quin* pro *etiam*. *Mibi* habet emphasin. *Mibi*, qui non sum pater. *Pergin'*] Irascitur Clitipho seruum aduersus se loqui. C.

Nostri omnes *Pergin'*? Recte; modo *Heracle* Syro tribuas, et *Quin* apponas praecedenti versui. B.

Cuperus Obseruat. I, 19. contendit ita legendum esse,

*Pergin' hercle*. SYR. *Verum?* dico quod videtur. Quasi dicat, itane? et tu rogas hoc? Particulam enim *Verum?* elegantissime ita concise initio orationis poni, et idem valere, quod *itane?* vt And. IV, 4, 30. Z.

22 *Eho!*] Hoc loco admonentis est. *Vna via*] Scilicet honesta: nec impudice agas. C.

23 *Actum'st*] Semper desperantibus hoc verbum datur. *Hic prius*] Haec secum loquitur. C.

Vulgo *Effero*; sed Bemb. recte *Effecero*, h. e. confectum reddidero. B.

24 *Vin' tu homini stulto auscultare mihi?*] Quemadmodum in prouerbio est: mihi si vis, stulto homini auscultare licet, hoc est, obaudire. E.

Abi deambulatum. CL. deambulatum! quo? SY.  
vah! quasi desit locus.

Abi sane istac, istorum, quouis. CH. recte di-  
cit: cenfeo.

CL. Di te eradicent, Syre, qui me hinc extrudis.  
SY. at tu pol tibi istas  
Posthac comprimito manus.

30 Censen' vero? quid illum porro credis facturum,  
Chreme,

Nisi eum, quantum tibi opis Di dant, feruas, ca-  
stigas, mones?

CH. Ego istuc curabo. SY. atqui nunc, here, hic  
tibi asseruandus est.

Rr 4

CH.

26 *Deambulatum! quo*] Be-  
ne impotentia amantis expri-  
mitur. nec pater, nec Syrus,  
nec deliberatio ante facta re-  
mouere poterant Clitiphonem  
ab amica. C.

28 *Eradicent*] Funditus ac  
radicitus te euellant, et te me-  
dio tollant. Dum haec cum  
indignatione proferret, percuf-  
sit Syrum. C.

*Istas posthac comprimito*]  
Quoniam pater dixerat, *vidi*  
*ego te manus modo meretrici*  
*huic in sinum inferere*: ideo ser-  
uus ait, *istas ergo manus com-*  
*primito tibi*. E.

Hunc et sequentem versum  
sic constitue, *Di te eradicent,*  
*qui istinc me extrudas, Sy-*  
*re.* | *At tu tibi istas post-*  
*hac comprimito manus.* Ita  
prior non est hypermeter. Il-  
lud *Pol* in libris plane non re-

peri, et vniuersi habent *Istinc*.  
Et *extrudas* in vno vet. repe-  
ri, quod etiam est in cod. Pa-  
latino Fabricii. B.

29 *At istas comprimito ma-*  
*nus*] Subtinet percussorem:  
ne surgat in tragicum cothur-  
num. C.

30 *Quid illum porro*] Vel  
indignatus seruus haec dicit,  
vel seruili more astute tractat  
feneam. C.

*Censen' vero?*] Subblandi-  
tur domino per obsequium  
seruus, cum de adolescente  
quasi quendam metum habere  
se dicit. Vide iam, inquit;  
qualis sit, qualem futurum pu-  
tas, *nisi cum, quantum tibi fa-*  
*cultatis numina concedunt, ser-*  
*uas, mones, atque castigas?* E.

32 *Atque nunc, here*] Bene  
praesens tempus in metu po-  
nit, vt ille sciat iam filium, ne-  
scio quid, moliri. E.

CH. Fiet. SY. si sapias: nam mihi iam minus, minusque obtemperat.

CH. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egisti, Syre? aut

35 Repperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?

SY. de fallacia

Dicis? st, inueni nuper quandam. CH. frugi es: cedo quid est?

SY. Dicam: verum, vt aliud ex alio incidit. CH. quidnam, Syre?

SY. Pessuma haec est meretrix. CH. ita videtur.

SY. immo si scias.

Vah!

33 *Minus minusque*] Et hoc pulchre videtur adiectum, quo si qua in culpa inuentus fuerit filius, continuo iam videatur seruus esse purgatus, quod eius imperium filius contemnat. E.

34 *Quid tu?*] Bene amato filio de fallacia erga Menedemum exquirat. *De illo*] Sic dicere solent, qui de re aliqua peragenda inter se loquuntur. C.

35 Pro *Repperisti* repone *Aut est*, i. e. habes. Nam seq. est, *Dicis? est*, quod reperitur in codd. bonis. Nam *st*, quod Faernus e coniectura posuit, prorsus ineptum videtur; quia, cum soli sint in Scena, silentio opus non est. B.

37 *Vt aliud ex alio incidit*] Multa esse fingit, vt verissimilius sit quod finxerit. C.

*Verum aliud ex alio*] Hoc videtur obscurum quidnam sit,

sed ex his quae consequuntur, inanifestum fiet. Nam interrogatus a domino quid esset, respondit: *pessima haec est meretrix*. ita quod hic pessime de meretrice pronunciatum est, supra contrario dictum, *commodo facta haec est meretrix*. Ergo iure dictum, *aliud ex alio incidit*. E.

38 *Pessuma haec est meretrix*] Contrarium illud quod superius dixit, *Mulier commoda, et faceta, haec est meretrix*. Sed hoc loco *pessumam* appellat: utpote quae teneat virginem, quam Syrus *illi relictam arrhaboni* fingit; et haec est valens causa ad extorquendum argentum. C.

*Immo si scias*] Vidit dominum seruus quasi consensum commodasse, non quo verum indicium de meretrice \* (*Videns hic Dominum seruus quasi*

Vah! vide quod inceptet facinus. Fuit quaedam anus Corinthia

40 Hic: huic drachmarum argenti haec mille dederat mutuam.

CH. Quid tum? SY. ea mortua est: reliquit filiam adolescentulam.

Ea relicta huic arraboni est pro illo argento. CH. intelligo.

SY.

*consensum commodasse ad Menedemum fallendum, non quo verum indicium de meretrice prodatur Z.)* ideo adiecit: *Vide quod inceptet facinus.* E.

39 *Inceptet]* Incipere et inceptare magnorum est facinorum et audaciae. In Eunuchō, *Quid inceptas, Thraso?* C.

*Fuit quaedam anus]* Hoc consilium dicit se seruus aduersus Menedemum sumfisse, quo possit pecuniam ab eo exprimere, quae meretrici daretur. Verum hoc consilium in hoc prouenit, ut profit vehementer Clitiphoni. Namque fingit nunc Antiphilam, quae amica sit Cliniae, apud meretricem ac quandam anum Corinthiam arrabonis nomine collocatam: et nunc velle ad Menedemum pergere, ut ab eo pecuniam accipiat, quae data sit pro puella: ut si eandem redimeret, maxima inde lucra possit accipere. Sed hoc displicet domino consilium. Verum prouenit ad aduentum (*euentum Z.*) futurum. Nam cum cognita fuerit, quod filia sit Chremetis,

iam fiet necessarium, ut meretrici hoc sine (*ab ipso Z.*) Chremete debeatur argentum. E.

Et si plerique nostri habent, *Hoc vide:* tamen lectio Petrensis, *Vah! vide* est praeferenda. Caeterum alii, *inceptat*, pro *inceptet*. Vtrumuis probe. B.

40 *Drachmarum]* Drachma pondus est, constans, ut vult Priscianus, ex tribus scrupulis, seu deceni et octo siliquis. Sumitur etiam pro genere quodam monetae, propterea quod numismata antiquitus ponderabantur. *Mille]* Hic *mille* singularis est numeri et substantiuum, de quo multa Gellius. Iungitur autam semper genitiuo, propterea quia substantiuum est. Sed *mille* adiectiuum et numeri pluralis substantiuo iungitur in similitudine generis, numeri et casus. C.

42 *Arraboni]* Pignori, hoc loco intelligas. *Arrabon* dicitur merces, corollarium: et est quod prius datur, ut reliquum reddatur. C.

*Arraboni]* Pignori. E.

Rr 5

SY. Hanc secum huc adduxit, ea quae est nunc apud uxorem tuam.

CH. Quid tum? SY. Cliniam orat, sibi uti id nunc det; illam illi tamen

45 Post daturam mille nummum poscit. CH. et poscit quidem. SY. hui!

Dubium id est? CH. ego sic putavi: quid nunc facere cogitas?

SY. Egone? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse captam ex Caria, Ditem

43 *Mille nummum*] Tale et illud, *mille hominum occiditur*: et antiquum est. Cic. in VI. in Antonium (cap. 5.) *Qui L. Antonio mille nummum ferret expensum. Hui!*] Et caetera huiusmodi generis sane sunt aduersus eos, quibus irascimur. C.

Repone, *eam quae est*. Alii habent *ad uxorem*; alii, *apud*; quod placet. B.

44 Locus *Quid tum?* — — *facere cogitas*, interpretes valde torquet, et torquent ipsum iidem. Faernus quidem *poscit* interpretatur per *pollicetur* aut *offert*. Sed contra usum loquendi. Equidem legendum esse censeo ita: *Quid tum?* SY. *Cliniam orat, sibi ut id nunc det: illa illi tamen* | *Post datum iri mille nummum praes fit.* CH. *et praes fit quidem?* SY. *hui,* | *Dubium id est?* *ego sic putavi.* CH. *quid nunc facere cogitas?* Fingit enim Syrus, Antiphilam arraboni Bacchidi relictam esse pro mille drachmis: Bacchidem, quae hic

Cliniae amica fingitur, eam summam a Clinia praesente pecunia petere: se, ut a Menedemo hanc summam auferat, porro ficturum esse, captam esse a Caria Antiphilam, ditem in sua patria et nobilem: si Menedemus pro captiva eam mille drachmis emerit, magnum fore mox lucrum, cum a parentibus vel cognatis redimeretur: eas mille drachmas Bacchidi dandas esse: et Antiphilam in domo Menedemi futuram, ubi filius familias Clinia facile et tuto cum ea consuescere posset. Igitur opus erat, ut Bacchis Antiphilam abalienaret, et Menedemo traderet. Ergo *illa*, i. e. Antiphila: *Praes fit*, h. e. arraboni: *illi* sc. Cliniae. *Ex pssit*, i. e. praes fit, culpa librariorum factum est *poscit*. Verba *Ego sic putavi* sunt Syri, ut recte cod. Bemb. B.

46 *Dubiumne id est?*] Quod meretrix auara poscat. C.

47 *Ibo: dicam*] Se astutum fin-

Ditem et nobilem: si redimat, magnum inesse in ea lucrum.

CH. Erras. SY. quid ita? CH. pro Menedemum nunc tibi ego respondeo;

50 Non emo. SY. quid ais? optata loquere. CH. atqui non est opus.

SY. Non opus est? CH. non hercle vero. SY. quid istuc, miror. CH. iam scies.

Mane, mane, quid est quod tam a nobis grauiter crepuerunt fores?

## ACTVS

fingit ad decipiendum Menedemum. Superius, *Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo.* C.

48 Omnes nostri, *Magnum in ea esse lucrum.* Repono, *Magnum esse in ea re lucrum*, h. e. in redemptione, non in ipsa Antiphila. B.

49 *Erras*] In praedictis verbis Syrus fingit suam esse caliditatem, qua dixerat, se decepturum Menedemum. Quam fallaciam confutat Chremes. C.

*Menedemo nunc*] In Ms. R. *nunc* deest. L.

50 *Non emo*] Hoc est, cum sermonem facies ei de emenda ea, dicet, *Non emo.* *Quid agis?*] Q. d. dicit tibi Menedemus, cur loqueris mihi de hac re? vel Chremes interrogat Syrum, quid ad eam dicat

responsionem. *Optata loquere*] Ita loquitur ille, qui cum alio loquitur, et cui is aduersatur in consilio de re peragenda. *Optata loquere*] Potest dupliciter intelligi. Vel, *loquere* pro *loqueris* dicitur, et est sensus, dicis quae tu vis, et quae sunt cordi, ut dici saepe solet. Vel *loquere* est imperatium, et tunc est sensus, Dic ea, quae ego opto, et accomoda tuos sermones meis optatis. C.

*Quid ais?* non est interrogantis, sed, ut passim, exclamantis et re inopinata percussi. B.

51 Lege ex aliquot nostris, *Non est opus?* Et pro *Quid* responde *Qui.* B.

52 Totus versus Syro est tribuendus, qui Chremen diciturum interpellat. Et ideo *a nobis*; non, ut dominus aedum, *a me*, dixit. B.

## ACTVS QVARTI SCENA I.

SOSTRATA. CHREMES. NVTRIX. SYRVS.

**N**ISI me animus fallit, hic profecto est anulus, quem ego suspicor :

Is, quicum exposita est gnata. **CH.** quid volt tibi, Syre, haec oratio?

**SO.** Quid est? isne tibi videtur? **NV.** dixi equidem, vbi mihi ostendisti, ilico,

Eum esse. **SO.** at vt satis contemplata modo sis, mea nutrix. **NV.** satis.

5 SO.

**1 Nisi me animus fallit]** Haec Scena Antiphilae recognitionem continet: ex qua inter virum et coniugem altercatio oritur: demum reconciliatio. Simul Syro offertur alia ratio extorquendi argentum. **C.**

**Nisi me animus]** Haec Scena tenet maximam controuersiam; quippe maritus dum grauidam videret vxorem, mandauit vt puellam si peperisset, extingueret. Mater puellam peperit, et exposuit. quae cum exponeretur, anulum dedit. Inuentus est apud quendam puellam anulus; interrogatur vnde sit: illa respondit, ipsum esse cum quo esset exposita. Hoc cum cognouisset senex, agnitam puellam quam extingui iusserat, ream facit vxorem, quod aduersus edictum suum fecisset. Hic primo venialis est status. Feci, sed pietate feci. Ergo primo inter se

loquuntur, an ipse anulus sit, cum quo exposita sit filia. **E.**

**2 Exposita]** Exponere est morti tradere et obicere. **Quid volt]** Chremes non se loco mouerat. **Haec oratio]** Pauca verba veteres orationem quoque dixerunt. **C.**

**3 Dixi equidem]** Haec sic respondet, vt quae nihil in hac re dubitationis habeat. **C.**

**4 At vt satis]** Sic dicimus in his rebus de quibus addubitamus, et praecipue quas iam diu non vidimus. **Contemplata]** Contemplari dictum est a templo, id est, loco qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest: quem antiqui templum nominabant. **Satis]** Multum, infinitum est: Satis vero finitum. **C.**

**At vt satis contemplata]** Sed vt satis integre pleneque perspexeris, nutrix mea. **E.**

Repone, **At satis vt contemplata.** **B.**



5 So. Abi iam nunc intro: atque illa si iam lauerit, mihi nuncia.

Hic ego virum interea opperibor. Sv. te volt: videas quid velit:

Nescio quid tristis est: non temere est: metuo quid fiet. Ch. quid fiet!

Nae ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.

So. Ehem mi vir. Ch. ehem mea vxor. So. te ipsum quaero. Ch. loquere quid velis.

10 So. Primum hoc te oro, ne quid credas me aduersum edictum tuum

Facere

5 Omnes nostri et Faerni libri, *Abi nunc iam*. Sed ne *Abi* sit Pyrrichius, *Iam* resolutum in disyllabon. B.

6 *Te volt*] Signantius dictum, quam *quaerit* aut *expectat*. C.

7 *Nescio, quid*] Deest *ob*, vel *propter*. *Non temere*] Non sine causa. *Quid fit!*] Cum stomacho pronunciantum. C.

*Metuo quid fiet*] V. C. *timео*. L.

Lege *metuo quid fit*, ob codd. et versum. B.

8 *Magno cum conatu*] Magno cum impetu vnaquaque pronunciat. E.

9 *Ehem! mi vir*] A blandimento incipit. *Mi* et *Vir*, plurimum blandimenti habent. Et *vir* maritum significat. *Virum* quoque de animalibus posse dici, Virg. in Bucolicis

(VII, 7.) ostendit. *Vir gregis ipse caper*. - *Ehem! mea vxor*] Haec repetitio a simili, indignantis est. C.

*Ehem! mi vir*] Hinc exordium sumtum, quod ab obsequio cepit, ut benevolentiam comparare posset. Deinde adiectum, quod purgationis loco ponitur, quae res ad veniam pertinet, quod tamen adhuc principium sit: *Primum hoc te oro, ne quid credas, me aduersus edictum tuum*. Denique sic adiunctum ex persona serui: *Nescio quid peccati portet haec purgatio*. Finit principium: narratio supponitur: *Memini te me esse gravidam, et mihi te maxumopere dicere, Si puellam parerem, nolle tolli?* etc. E.

10 *Primum hoc te oro*] A purgatione incipit, ne mulier con-

Facere esse ausam. CH. vin' me istuc tibi, etsi incredibile sit, credere?

Credo. SY. nescio quid peccati portet haec purgatio.

SO. Meministin' me esse grauidam, et mihi te maxumopere dicere,

Si puellam parerem, nolle tolli? CH. scio quid feceris.

15 Sustulisti. SY. sic est factum domina. ergo herus damno auctus est.

SO.

contra edictum mariti fecisse videatur. C.

*Primum hoc te]* Mf. R. *Primum hoc oro*, etc. L.

12 *Haec purgatio]* Seru. Aeneid. III, 595. L.

Faerni et nostri libri habent *portat*. B.

13 *Eiecto Esse*, lege *maximo opere edicere*, versus gratia. B.

14 *Nolle tolli?*] *Tollere*, nutrire. Iuuenalis (Sat. VI, 38.), *Tollere dulcem Cogitat haeredem*. C.

15 *Sustulisti]* *Educasti*. Hoc in alia significatione nonnunquam ponitur. *Damno auctus]* Propter dotem quae datur. Et recte *damno* dixit. Nam *damnum*, rei est: *Malum* vero, hominis. Dicimus, *Ego sum auctus damno*, et, *Damnum est auctum mihi*. Vt, *Augeo tibi diuitias*, et, *Augeo te diuitiis*. Et per passivum, *Tu augetis diuitiis*, et, *Diuitiae augentur tibi*. C.

*Ergo herus damno auctus]* Noue positum *auctus damno*,

quod ei coheres puella uenerit, quam dedit exponendam. Quia supra dixerat senex, *Sustulisti*; idcirco ait, *exponendam dedi*, quo minus videatur esse delictum. Hic iam immutatus vehementer senex, quod exposita puella esset, et exposita *aduersus edictum*. Ita cum impetum generalis accusationis sumisset, statim illa ad quaestionem descendit, et statum apertissime collocauit ueniale, cum dixit: *Si peccaui, mi Chremes, insciens feci*. Deinde supponitur plenior accusatio: *Id quidem ego, etsi tu neges, cerurum scio, te imprudentem dicere aut facere omnia* Deinde post principium accusationis subiunguntur omnia crimina, quae a summo ad imum dicuntur: *Tot peccata in hac re ostendis*. Et proponit sibi quasi quandam quaestionem mulier, quae contra imperium mariti fecisset; et dicit, se hoc pietate et materno egisse animo. E.

Versus sensum esse perturbatum, omnes consentiunt.

Aci-

So. Minime: sed erat hic Corinthia anus, haut impura: ei dedi

Exponendam. CH. o Iuppiter! tantamne esse in animo insciam?

So. Perii! quid ego feci? CH. rogitas? So. si peccaui, mi Chremes,

Insciens feci. CH. id equidem ego, si tu neges, certo scio,

20 Te inscientem, atque imprudentem, dicere ac facere omnia:

Tot peccata in hac re ostendis. nam, iam primum, si meum

Imperium exsequi voluisses, interemtam oportuit: Non

Acidalius quidem ad Paterculum corrigebat: *Sic est factum: Domina ego, herus damno auctus est.* Et si haec coniectura est ingeniosa: periclitor tamen novam aleam, et repono: *Sustulisti. S. Sic est factum: minor ergo herus damno auctus est.* Herus minor est Clitipho, qui utique sorore inuenta maclabatur dotis eius damno. Sic videtur legisse Eugraphius. B.

16 *Haut impura*] Commendatio personae cui data exponenda: ne Chremes ab ea impudice filiam educatam suspicetur. *Impurus*, est aliquo vitio maculatus: et aliquando dicitur *improbus*. C.

17 *O Iuppiter!*] Terribilis exclamatio senis, postquam audiit filiam anui datam exponendam. *Tantum inesse*] Ἐλαλειψις est quae datur iratis, subauditur *deceat*. *Insciam*] *Ins-*

*scitia* est ignorantia quaedam rerum. Hic, ut proderet se ipsam alteri in facinore, quod celatissimum esse deberet. C.

18 CH. *Rogitas*] Mf. R. et vet. codd. CH. *At rogitas?* L.

Cod. plerique, *at rogitas?* quod est maioris indignationis. B.

19 *Insciens feci*] *Prudens* est qui intelligentia sua aliquid sentit: *sciens*, qui alicuius indicio rem cognoscit. *Prudens*, per sese: *Sciens*, per alios. Cuius contrarium *insciens*, et est qui ignorat res. Et *imprudens* qui non delectum habet bonorum et malorum. *Insciens feci*] Venialis status. C.

Lege cum solo Bembino *Equidem ego*, versus causa. B.

22 *Imperium exsequi*] Primum ponit peccatum, quod contra edictum suum fecerit. *Inter-*

Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitae dare.  
At id omitto: misericordia, animus maternus: sino.

25 Quam bene vero abs te prospectum est! quid voluisti? cogita:

Nempe anui illi prodita abs te filia est planissime,  
Per te vel uti quaestum faceret, vel uti veniret palam.  
Credo, id cogitasti; Quiduis satis est, dum viuat modo.

Quid

*terentiam oportuit*] Hic ponitur participium praeteriti temporis pro infinitiuo *interimi*. Id enim fit in duobus casibus, accusatiuo et ablatiuo. C.

23 *Spem vitae*] Scilicet non oportuit simulare re ipsa, sed verbis. Huic respondetur: *Quam bene abs te prospectum est*, etc. Vnde epilogorum loco adiunctum est, quantum incommodi consecutum sit. E.

24 *Sino*] Concedo: quia animus maternus plurimum veniae meretur. C.

*Animus maternus; sino*] Mf. R. *Animus maternus, sino, te deuicit*. L.

25 *Prospectum est!*] Hic est impersonale passivae vocis, ante se habens ablatiuum, mediante *ab* vel *abs*, et post casum sui verbi. Eodem modo in Epistolis Cicero loquitur. Ait enim (ad Fam. III, 2. Edit. Ascens. *A te prouisum*. Alii mittunt *A te*. vid. Interpp.) *Quod si meis rationibus a te prospectum esse intellexero*. C.

26 *Illi Prodita*] Signantissime, *Prodita*, Socii enim de-

*ficere* dicuntur. Sallust (in Fragmentis) *Post defectionem sociorum Prodere* parentes. Virg. (Aen. I, 251.) *Vnius ob iram Prodimur. Deserere* vero, patroni. Hinc milites patriae *deseriores* dicuntur, qui patriam deserunt, quam defendere deberent. Virg. (Aen. XII, 15.) *Deseriozem Asiae. Prodere*, Festus dicit, est dare et fallere. Et bene hic capi potest eo modo. Interdum *prodere* significat differre, siue elongare, ut ita dicam. Virgil. (Aen. I, 252.) *Prodimur, atque Italiam longe disiungimur oris*. Interdum significat *indicare*, quod deberet regi, et per hoc fallere, ut *prodit me voce*, i. e. indicauit, et, quod dicitur, inepte inculpauit me. Propterea *proditores* dicuntur, qui decipiunt indicando, quod celare deberent. Filia ergo abs te *prodita* est, quasi commissa est illi anui, et per hoc decepta. C.

Lege *Nempe illi anui*. Et vers. 29. *Quid cum illisce agus? non illis*. B.

Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum  
atque aequom sciunt?

30 Melius, peius; profit, obsit: nihil vident, nisi  
quod lubet.

So. Mi Chreme, peccavi, fateor; vincor. nunc  
hoc te obsecro;

Quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior,

Vt

29 *Quid cum illis agas*] Amatores designat, qui nihil pensi habent expertes iuris et omnis aequitatis: ea sola recta putant quae illis libnerint C.

*Quid cum illis*] Sensus hic obscuritatem habet, qui talis est: Expofita tibi est filia, fufcepta ab ea quae pudorem filiae tuae venderet: sed tu cogitasti fatis esse, dummodo viveret. Ego nunc cogor eam fufcipere, sed defendere eius pudorem non possum. *Quid cum illis agam*] Sibi dicit, violata filia, nullam esse posse vindictam. E.

31 *Peccavi, fateor*] Victa mariti argumentis, crimen suum fatetur: et quo magis mereatur veniam, simplicitatis opinionem inire tentat: et hoc per deprecationem. C.

*Chreme, peccavi*] Hic iam deprecantis venia supponitur, cum dicit: *Obsecro, quanto tuus animus* etc. Quod tuus enim animus aetate maior est pietate et clementia, stultitiae meae debet in tua iustitia esse

praesidium: id est, aliquid defensionis et auxilii. E.

32 *Quanto tuus est animus nato grauior*] I. e. peritior propter plures experientias, quas potuisti habere, plus quam ego. Et bene dicit, *grauior natu*, nam maiores natu, i. e. seniores debent esse *grauiores*, i. e. moderatiores et constantiores, atque prudentiores, ob maiorem experientiam. Potest enim hic capi *natu grauior*, q. d. tuus animus potuit plura videre, quam meus, quum me natiuitate praecesserit. Nam fere mariti sunt *natu grauiores* seu maiores vxoribus suis. *Ignoscentior*] In crimine sic confesso vltimum remedium confugere ad iudicum misericordiam. C.

*Ignoscentior*] Ms. R. *Ignoscentior tanto fit.* L.

Cum versus huius sententia quae fit intelligi nequeat: corrige, *Quanto tu me es annis grauior, tanto es ignoscentior.* Posterius *Es* modi imperatiui est. B.

Vt meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid praesidi.

C. H. Scilicet equidem istuc factum ignoscam: verum, Softrata,

35 Male docet te mea facilitas multa. sed istuc, quicquid est,

Qua hoc oceptum est causa, loquere. S. O. vt stultae et miserae omnes sumus

Religiosae; quum exponendam do illi, de digito anulum

Detraho; et eum dico vt vna cum puella exponeret;

Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

40

33 *In* abest ab omnibus nostris. Recte. Nam parit hic ambiguum, vt ab *iniustitia* sono distingui non possit. B.

34 *Scilicet equidem*] Ambae hae particulae capiuntur affirmatiue ad maiorem probationem. C.

*Istuc factum ignoscam*] Hanc quidem veniam tibi dabo. Verum mea clementia multum ad peccata compelleris. E.

35 *Mea facilitas*] Recte. quia cito vxori veniam dedit. *Facilitas* illius est, qui cito iram deponit. *Clementia*, illius, qui nunquam irascitur. C.

*Sed istuc quicquid*] Peremta controuersia, ad originem res ducitur, facta a generali ad speciale argumento. E.

36 *Qua hoc oceptum*] Quasi de magna re dixit. *Vt stultae et miserae omnes sumus*] Vituperatio a sexu: mulieres enim confueuerunt esse imperitiores

viris, et multis superstitionibus detineri. C.

Lege ex cod. Reg. *Eloquere*, h. e. perge quod restat loqui. *Misera* tum erat Softrata, quod a duro marito iussa erat filiam neci dare: et vulgare dictum est, stultos omnes et miseros esse supersticiosos. B.

37 *Religiosae*] Superstitiosae. *Religiosus* etiam appellatur is, qui nimia et superstitiosa sese religione alligauerat: vt hoc loco. C.

*Quum exponendam do*] Cum dedissem puellam exponendam, anulum de digito mihi detraho, vt vna cum puella exponeretur. Et subiungit causam, si moreretur ne aliena esse a nostris bonis potuisset. Neque enim liberos, etiam mortuos, fas erat fraudari bonis. E.

39 *De nostris bonis*] Et haec erat superstitio. C.

*Ne expers partis*] V. C. *ne expertis*. L.

40 CH. Istuc recte: conseruasti te atque illam. SO.  
is, hic est anulus.

CH. Vnde habes? SO. quam Bacchis secum ad-  
duxit adolescentulam: SY. hem!

CH. Quid ea narrat? SO. ca, lauatum dum it,  
feruandum mihi dedit.

Animum non aduorti primum: sed postquam a-  
spexi, ilico

Cognoui: ad te exilui. CH. quid nunc suspicare,  
aut inuenis

45 De illa? SO. nescio; nisi ex ipsa quaeras, vnde-  
hunc habuerit,

Si potis est reperiri. SY. interii; plus spei video,  
quam volo:

Noftra

40 *Istuc recte*] Εἰς ἑωυτῶν; di-  
ctum. C.

Noftri, *Hic is est*, meliore  
accentu. B.

41 *Hem!*] Syrus timer, ne  
sibi praecripiatur auferendi ar-  
genti occasio, agnitione filiae.  
Itaque ingemit. C.

42 *Lauatum*] Secundum an-  
tiquos: nos dicimus, *lotum*.  
Ouidius Fastorum secundo,  
(Immo Fast. III, 12. Legen-  
dum autem: *Sacra lauaturas  
mane petebat aquas*). *Mane  
lauaturas sacra petebat aquas*.  
C.

43 Libri meliores *Animum*  
habent pro *Annulum*. B.

44 *Exilui*] Ostendit nimiam  
laetitiā de inuenta filia. Id-  
eo non dixit *accessi*. C.

45 Vulgo *Nisi ut ex ipsa;*

sed rectius in Bemb. *ut* abest.  
Nam *nisi* hic signif. *sed*. B.

46 *Plus spei video*] Nolebat  
tam cito cognosci filiam: ne  
ocasio praecriperetur auferen-  
di argentum. *Plus spei*] Me-  
lius est ut non ad Syrum refe-  
ras, sed ad Softratam. C.

*Plus spei video*] Hoc seruus  
cum gemitu dicit: siquidem  
fieri potest, ut cognoscatur haec  
Antiphila, quod filia domini  
fit. Quo facto vehementer  
metuit, ne incipiat Clinia ami-  
cam suam conlteri, et cognos-  
cat pater, quod meretrix ami-  
ca Clitiphonis sit. Denique  
ideo dicit, cum nomen dictum  
esset eius, cui data esset puella  
ut exponeretur, *Mirum tu illa  
salua est, et ego perii*. E.

Nostra est, si ita est. CH. viuitne illa, cui tu dederas? SO. nescio.

CH. Quid renunciauit olim? SO. fecisse id quod iusseram.

CH. Nomen mulieris cedo quod sit, vt quaeratur. SO. Philtere.

50 SY. Ipsa est. mirum ni illa salua est, et ego perii.

CH. Softrata,

Sequere me intro. SO. vt praeter spem euenit! quam timui male,

Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollendo, Chreme.

CH. Non licet hominem esse saepe ita vt volt, si res non finit:

Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam: olim nihil minus.

## ACTVS

49 *Lege mulieri.* B.

50 *Ipsa est]* Fatetur Syrus; et intererat ad quaerendas puellas domum eius (*ad quaerendam puellam nomen eius nosse*). *Mirum, ni illa salua]* Non potest credere, periisse anum, quod maxime vellet ob recognitionem Antiphilae. *Ego perii]* Quia cognita est antequam auferrem argentum. C.

51 *Omnes nostri intro hac.* Nec aliter stabit versus. B.

53 *Si res non finit]* Nam prudentis est, seruire temporii. C.

*Non licet hominem]* Non licet nobis perpetuam gerere voluntatem, maxime cum res non permittat: ita mutamus cum tempore voluntatem. E.\*

*Non licet hominem]* Homer. Odyss. 18. Cicero: *Tales sunt hominum mentes, quales pater ipse Iupiter, &c.* L.

54 *Nil minus]* Pro, non, quod auctus diuitiis esset. C.

*Lege et distingue: Nunc ita tempus fert, mi vt cupiam filiam.* Vid. Adel. v, 3, 5. And. 1, 2, 17. Hec. 1v, 2, 18. B.



## ACTVS QVARTI SCENA II.

SYRVS.

**N**ISI me animus fallit, haut multum a me aberit  
infortunium:

Ita hac re in angustum oppido nunc meae cogun-  
tur copiae;

Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati re-  
sciscat senex.

Nam quod de argento sperem, aut posse postulem  
me fallere,

5 Ni-

**I** *Nisi me animus fallit*] Re-  
cognita Antiphila, Syrus an-  
xius, nouum quaerit consilium  
de extorquenda pecunia. Et  
bené deliberantem de re ali-  
qua exprimit. Est enim dia-  
logismus acuti ingenii in mul-  
ta cogitatione versantis. C.

*Nisi me animus*] Seruus hic  
vehementer aestuat, quod ani-  
maduertit fieri posse vt puella  
agnoscatur: et ingemit quod  
sibi multum infortunium affu-  
turum sit. *Non longe*] Hoc est,  
haut multum. E.

Ne versui syllaba deficiat,  
lege *haut permultum*, aut, *haut  
perlonge*; quam lectionem Eu-  
graphius habuisse videtur. B.

**2** *Ita Hercle*] Q. d. Meus  
exercitus iam pene fusus est,  
nam coactus est et impulsus in  
angustias, vbi conteretur fac-  
ile, h. e. mei conatus adeo re-  
pressi sunt hac re, h. e. hac a-  
gnitione puellae, vt facile pos-

sint contundi ac conteri. Et  
est translatio sumta a re mili-  
tari. *Meae copiae*] Translatio  
sumta est ab Imperatore, qui  
iam pene fusus ab hostibus, se  
in aliquem tutissimum locum  
recepit. *Copiae* numero  
multitudinis et ἐπιπλοῆς de exer-  
citu dicitur. Sallustius (Catil.  
61.), *Ex omni copia Catilinae*.  
Virgil. (Aen. II, 564.) *Et quae  
sit me circum copia lustro*. Alii  
Codices habent ita: *Meae co-  
piae coguntur*, i. e. constrin-  
guntur, *in angusto oppido*, i. e.  
in aliqua munitione, in quam  
me recipere necesse fuit. C.

*In angustum oppido*] Trans-  
latio facta est ab illo cum pe-  
riclitatur exercitus, in angu-  
stum coactus. *Oppido*, valde  
significat. E.

**3** *Lege aliqui video*, vel *ali-  
qua*, h. e. aliqua via, ratio-  
ne. B.

5 Nihil est: triumpho, si licet me latere recto abscedere. Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam desubito e faucibus.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro incunda est mihi.

Nihil tam difficile est, quin quaerendo inuestigari possiet.

Quid, si hoc nunc sic incipiam? nihil est. quid, si sic? tantundem egero.

10

5 *Triumpho, si licet me latere*] Verba proprie seruatorum, quotiens vident se quod inceperant, perpetrare non posse. Et εὐφρανῶς legendum. C.

*Triumpho, si licet*] Summum gaudium est, si tutus sine vulnere discedam: hoc est, *latere recto* et custodito. Non ergo de argento cogitare debeo, quemadmodum id eripiam: sed quemadmodum tutus ipse discedam. E.

6 *Bolum*] Translatio ab animalibus quibus aufertur *praeda*. *Bolus* apud Graecos si per *o* scribitur, significat *iaculum re- tis*; si per *ω*, *glebam terrae*, vel frustum cuiusque rei. C.

*Bolum*] *Praeda*. E.

*Tantum mihi ereptum*] V. C. esse ereptum. L.

Lege ex duobus nostris, *Crucior bolum mihi tantum*. B.

7 *Comminiscar*] Fingam. Inde *commentum* dicitur. Alibi, *Atque illis hoc commentum placet*. *Ratio*] Nam innumerat vnam rationem, h. e.

modum habendae pecuniae. Quae via ubi non processit, aliam inire, h. e. excogitare necesse fuit. C.

*Quid comminiscar?*] *Quid argumenti capiam?* Et est *comminiscor*, inuenio vel recordor, cuius simplex in usu non est. E.

8 *Nihil tam difficile*] Sententia generalis sine certo auctore, quae seruis etiam conuenit. *Inuestigare* significat, quaerendo inuenire, ut probat Laurentius. Nunc enim incipit Syrus deliberare, et identidem proponit, et proposita refellit. Tandem inuenta bona ratione erumpit in laetitia. C.

*Nihil tam difficile*] Menand. ἄλωτὰ γίγνεται ἐπιμελεία καὶ πόνον ἅπαντα. Philemo: Πάντ' ἐστὶν ἐξευρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πόνον φέυγη τις, ὃς πρόσεσι τοῖς ζητεμένοις. L.

Menander apud Stobaeum Tit. 29. πάντα τὰ ζητούμενα δεῖσθαι μερίμνης, φασὶν οἱ σοφώτεροι. W.

9 *Quid, si sic?*] Qui aliquid incepturi sunt, multa propone-

10 At sic opinor. non potest. immo optume. euge!  
habeo optumam.

Retraham hercle, opinor, ad me idem illud fugiti-  
uum argentum tamen.

## ACTVS QVARTI SCENA III.

CLINIA. SYRVS.

**N** V L L A mihi res posthac potest iam interue-  
nire tanta,

Quae mihi aegritudinem afferat: tanta haec lacti-  
tia oborta est.

Dedo

ponere solent: et affirmare, et  
refellere quod sit faciendum  
vel relinquendum. *Tantun-*  
*dem*] h. e. Tantum proficiam  
in hoc faciēdo, quantum in  
alio praecedenti iamiam con-  
futato. *Tantundem egero*] Haec  
consultatio fit a Syro per  
ratiocinationem. C.

*Quid, si hoc?*] Cogitantis  
animo, quasi dum multa deli-  
berando quaerit, inuenit quae-  
dam, non placita repudiat.  
Post id quod sit optimum in-  
uenisse se dicit, vt ad se illud  
argumentum reuocare possit,  
quod omiserat. E.

Verfus causa pro *egero* lege  
*ago*. B.

10 *Sic opinor*] Nam quae  
*opinamur, putamus*: quae *puta-*  
*mus* incerta sunt. *Immo*] Illa  
ratione aliquamdiu perspecta,  
cognouit eam esse bonam, et

tunc se corrigit. *Euge!*] Vox  
laetantis eius qui optimum in-  
tulerit consilium. C.

11 *Fugitiuum argentum*] Facete et ioculariter seruili mo-  
do de *argento* tanquam de *bo-*  
*mine* dixit. C.

1 *Nulla mihi res posthac*] Nimia Cliniae laetitia exprimi-  
tur de recognita Antiphila, qua  
praepeditus vix potest adduci  
a Syro vt Clitiphoni succur-  
rat. C.

*Nulla iam mihi res*] Allocu-  
tio est Cliniae exsultantis gau-  
dio, quod sua amica sit cogni-  
ta. Ita dicit mentem suam o-  
neratam gaudio, vt nulla res  
possit intercedere, quae affe-  
rat aegritudinem. *Aegritudi-*  
*nem* dixit, pro aegrimonia, id  
est, tristitia vel infirmitate. E.

2 *Aegritudinem afferat*] Tale et illud, *Deorum vitam ade-*  
*pti sumus*. C.

Dedo patri me nunc iam, vt frugalior fim, quam volt.

S Y. Nihil me fefellit: cognita est, quantum audio huius verba.

5 Istuc tibi ex sententia tua obtigisse laetor.

C L. O mi Syre, audiffin' obsecro? S Y. quidni? qui vsque vna affuerim?

C L. Cui aeque audisti commodi quicquam euenisse? S Y. nulli.

C L. Atque ita me Di ament, vt ego nunc non tam meapte causa

Laetor, quam illius: quam ego scio esse honore quouis dignam.

10 S Y. Ita credo: sed nunc, Clinia, age, da te mihi vicissim: Nam

3 *Dedo patri me*] Plus *dedere* hoc loco, quam *obsequi*. *Dedere* se vult *patri*, quemadmodum in hostium potestatem hostes se *dedunt*. In *Andria*, *Tibi, pater, me dedo*. Quasi qui vellet contraria. Et *dedizio* in hoste fieri solet. *Frugalior*] Temperantior. Si *frugalis* non exstat, vnde descendat, vide tu. C.

*Dedo patri me*] Vti frugalitatem, id est, parcitatem, quam in me voluit, compleam. quippe cum velit eam me habere uxorem, quae sit honestis moribus, scilicet Chremetis filia. Vnde non mea causa laetor, sed potius ipsius puellae, quam diligo. E.

Distingue, *Dedo patri me nunc iam, vt*. B.

6 *O mi Syre*] A blandimen-

to incipit, vt faciunt qui quicquam speratum consecuti sunt. *Quidni?*] Quid nisi audierim? C.

*Qui vsque vna*] V. C. *qui vsque nunc*. L.

Cum Bem. lege *audiste*, vt sit iambus in quarta. B.

7 Bem. et Victor. *commode*, quod magis placet. Tum ne versus laborer, lege *Cuiquam aeque audisti*. B.

8 *Meapte*] Cum ablatiuo *παρέλκον* additum, vt *nostrapte* *Cato* tamen posuit *mibipre*, pro *mibi ipse*. C.

9 *Honore quouis dignam*] Amica etsi impudica est, dummodo amatori placeat, ab eo commendatur, amore eum impellente. C.

10 *Da te*] Duae partes orationis. Cicero: *Da te homini*.

Nam amici quoque res est videnda, in tuto vt collocetur:

Ne quid de amica nunc senex. CL. o Iuppiter!  
SY. quiesce.

CL. Antiphila mea nubet mihi. SY. ficine mihi interloquere?

CL. Quid faciam, Syre mi? gaudeo: fer me. SY. fero hercle vero.

15

*mini. Dare est quo repetas. Dedere est ad perpetuum. Damus est amicis. Dedimus tantum hostibus. C.*

*Da te mihi vicissim]* Id est, quemadmodum nunc ego verba tua audiui, ita vicissim te mihi da; vti quod necessarium est facias, ne resciscat pater, amicam filii sui esse mereatricem. E.

**II** *Nam amici]* Iusta petio: succurrendum est amico, ne quid illi incommodi accidat. *Amici]* Plus gratiae habet, quam si dixisset *Clitiphonis*. Et *amicus*, animi est: *Amator* vero, corporis. Et *Amator* est ad tempus: *amicus* qui perpetuo amat. C.

Lege et distingue, *Nam amici quoque res, est videndum, in.* B.

**12** *Ne quid de amica]* Ἀποσιώπησις. *O Iuppiter!]* Exclamatio terribilis pene ex nimio gaudio desipientis. Tanquam Syrus aliquid dixisset, quod videretur desipienti vergere in nuptiarum impedimentum. C.

*O Iuppiter!]* Περ προσφώνησιν omissis vocibus serui, secum Clinia gaudet. Parum credit sibi contigisse, quod efficitur in gaudio repentino, nisi aliquid procreatur. E.

**13** *Nubet mihi]* Hinc omnis laetitia dependet. *Interloquere?]* Hoc loco *inter* non auget, quemadmodum in verbo *intercipit, interbibit*. Est autem *interloqui*, impedire et interpellare loquentem. *Interloquere?]* Quasi *loqueris inter me*, i. e. inter meum sermonem, illum interrumpendo et in eius medium te interponendo. C.

*Siccine mihi]* Al. *ficine me.* L.

Plerique libri, *Sicine me.* B.

**14** *Fer me]* Id est, *tolera.* Tolerandus est, qui ex amore desipit, quia amor Deus est, et non voluntas: cogit enim hominem ad id quod vult. *Fer me]* Quia *amor* et *odium*, vt testatur A. Gellius (Lib. 1, c. 3.), *duae sunt ferocissimae affectiones.* *Heracle vero]* *Vero*, vt plurimum ironiae conuenit. Virg.

Ss 5

(Aen.

15 CL. Deorum vitam apti fumus. SY. frustra operam, opinor, fumo.

CL. Loquere; audio. SY. at iam hoc non ages.

CL. agam. SY. videndum est, inquam, Amici quoque res, Clinia, tui in tuto vt collocetur. Nam si nunc a nobis abis, et Bacchidem hic relinquis, Senex resciscet ilico, esse amicam hanc Clitiphonis:

20

(Aen. IV, 93.) *Egregiam vero laudem, et spolia ampla referis. Sane et vero pronuntiandi adiuumento in verbis negationem habent, licet confessionem asferre credantur.* C.

15 *Deorum vitam*] Quae laetitia plena est et felicitatis, nulla admixta tristitia. Et hyperbolicus sermo ab affectione procedens. *Frustra operam, opinor, fumo*] Quod vulgo dicitur, *cipio poenam*, cum tamen poena duntaxat dicatur de punitione. Nam, vt vult Priscianus, a *poena*, *oe* diphthongo in *u* mutata, deducitur *punio*; et ideo non est dicendum, *sumsi magnam poenam pro te*, sed potius *tua causa multos cepi* seu *sumsi labores*, aut *plurimum tua causa laboravi*. Opera autem dicitur *operatio*, *labor*, *industria*. Ideo sic intellige, *Frustra laborabo sermonem apud te facere, cum tu gaudio desipiens aures mihi non praebes.* C.

*Deorum vitam apti*] *πάρισον* siue *παραβολή*, quae sunt species *δμοιώσεως*. se quasi Deum esse asserit, vt in *Andria*: *Deorum*

*vitam propterea esse sempiternam arbitror. Apti* significat adepti. E.

*Deorum vitam apti*] Euri- pid. apud Stobaeum, Serm. 254. *Θεῶν βίον ζῆν ἀξιοῦς ἀνθρώπος ὦν.* L.

Nostri *perperam adepti*. Caeterum *apti* est a verbo *ἀπισcor*, h. e. *adipiscor*. B.

16 *Hoc non ages*] Id est, *audies*. In *Andria* *Hocine agis?* *Inquam*] Verbum hoc vim interdum maximam habet ad adhortationem. Et *videndum est*, et *vide*, magna aggressuris dicuntur. Et *inquam* vt mur nonnunquam in repetitione supra dictorum. C.

*Videndum est, inquam*] Persuadet seruus Cliniae, vt secum ducat meretricem ad domum patris, ne, si remanserit in domo, facile senex filii amicam possit agnoscere. E.

19 *Noster*] Cum stomacho. C.

Omnes libri, praeter Bembinum, habent recte *Noster*, pro *Senex*, quod est illius interpretamentum. B.

- 20 Si abduxeris, celabitur itidem, vt celata adhuc est.  
 CL. At enim istoc nihil est magis, Syre, meis nuptiis aduorsum:  
 Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? SY. quidni?  
 CL. Quid dicam? quam causam afferam? SY. quin nolo mentiare:  
 Aperte, ita vt res sese habet, narrato. CL. quid ais? SY. iubeo
- 25 Illam te amare, et velle vxorem: hanc esse Clitiphonis.  
 CL. Bonam atque iustam rem oppido imperas, et factu facilem.

Et

20 *Si abduxeris*] Recte *abduxeris*: nam *abducitur* proprie quod alienum. C.

21 *At enim istoc*] Haec res mihi videtur esse vehementer contraria. Nam quomodo rogabo patrem vt mihi filiam det, si sciat meam amicam esse meretricem? E.

22 *Quo ore*] Sic dicimus, quando aliquid pudendum committimus. *Appellabo*] Si duxero Bacchidem. C.

23 *Quin*] Immo. Cautus feruus ea admonet, quae non erunt aduersa nuptiis. C.

*Quin nolo mentiare*] Hoc ex consilio dicit feruus, vt non mentiatur, sed continuo dicat, illam filiam Chremetis se vxorem velle, et esse hanc amicam Clitiphonis. Sic enim persuasurus est postea domino feruus, tale repperisse se consilium, vt

a Menedemo filius petat pecuniam, quo quasi dicat, se velle filiam Chremetis vxorem ducere, vt ad nuptias habeat necessaria: et hoc credat senex propterea adolescentulum petere, quo per fallaciam dari possit; ita vt, cum vtrumque dixerit adolescens, per fallaciam dicere credatur. E.

Concinnius fuerit, *Quid dicam? quid causae afferam?* B.

24 Concinnius est, pronarrato reponere *narrare*. Dicitur enim erat Syrus *Iubeo*: sed Clinia admiratione percussus iuterpellauit, dicendo *Quid ais?* B.

25 *Ne Vxor* hic primam corripit, forte legi debet, *Illanc amare et velle se vxorem: esse hanc Clitiphonis*. B.

26 *Bonam atque iustam*] *Εἰς τὸν νόμον* legendum. C.

Et scilicet iam me hoc voles patrem exorare, vt celet Senem vostrum. SY. Immo, vt recta via rem narret ordine omnem. CL. hem!

Satin' sanus es, aut sobrius? tu quidem illum plane prodis.

30 Nam qui ille poterit esse in tuto? dic mihi.

SY. Huic equidem consilio palmam do: hic me magnifice effero,

Qui vim tantam in me, et potestatem habeam tantae astutiae,

Vera dicendo vt eos ambos fallam: vt quum narret senex

Voster

27 *Scilicet*] Haec particula hic indignanter poni potest, vt si quis dicat, *Et quis est qui de me male loqui possit? Scilicet* hic ponitur ironice, quasi quod dici solet, *Deus sciat*. Vt alibi: *Id populus curat*, scilicet. Et Virg. (Aen. iv, 379.) *Scilicet is superis labor est*. *Vt celet senem vostrum*] Dicimus enim, *celo tibi hanc rem*, et *celo te de hac re*. Intelligendum, *celet senem de Bacchide*. C.

*Vt celet senem vostrum*] Nesciens adolescens (excidit *cur* Z.) hoc consilium adiecit. Et (*adiecit, dicit* Z.) fortasse hoc velis, vt celet patrem Clitiphonis noster senex, quod ipse amica fit meretrix. E.

29 *Prodis*] *Prodere* proprie ad parentes refertur: sed nunquam ad eum cui res alterius demandata est, et cuius

consilio alter regitur. Alii legunt *perdis*. C.

Vulgare *Prodis* melius est, quam Bembini *Pēdis*. Cf. supra III, 1, 70. Hec. iv, 4, 50. B.

31 *Huic consilio palmam do*] Translatio a victoribus, quibus dabatur *palma*. Contrarium est huic illud: *Domanus. Palmam do*] H. e. *assentio*. More paciscentium, qui assentientes *palmam* porrigunt. C.

*Consilio palmam do*] Id est, maximam victoriam et gloriam mihi concedo, *vt verum dicendo ambos fallam*. Secundum hoc quod supra diximus, vt non credat senex noster amicam filii sui esse meretricem, etiamsi audierit. Quod fit per figuram *διασυρηδόν*, quae est eleuatio, quando auditorem vera dicendo in errorem inducit. E.

32 Nescio an pro *tantae* auctor scripserit *tantam*. B.



Voster nostro, istam esse amicam gnati, non credit tamen.

35 CL. At enim spem istoc pacto rursus nuptiarum omnem eripis :

Nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.

Tu fortasse' quid me fiat parui pendis, dum illi consulas.

SY. Quid, malum, me aetatem censes velle id assimilari?

Vnus est dies, dum argentum eripio: pax: nihil amplius.

40

34 *Non credat tamen*] H. e. reuera sciat contrarium, q. d. *in quo decipitur?* vel *erit pulcra*, vt dici solet, *deceptio!* vbi quis, vt credit, non decipitur. Quod ita erit in tuo patre, quem putas iri falsum. C.

Venustior collocatio est in Bemb. *esse istam amicam*, vt *istam* fit in accentu. B.

35 *At enim spem*] Si enim crediderit senex: amicam filii sui esse metetricem, filiam suam mihi non dabit. E.

36 *Meam esse crederet*] Necessario si Chremes Bacchidem gnati amicam non crediderit, Cliniae esse crediderit. *Committet*] Bene de filia *committet* dixit; quia proprie magna *committimus*, et ea, secundum Donatum, quae salutem in dubio habent. C.

37 *Paruipendis*] In Reg. exempl. *parum curas*: atque ita in aliis vet. codd. L.

Ne sit versus hypermeter, emenda, *Tu fors quid me fiat* etc. B.

38 *Quid? malum!*] *Malum*, interiectio est irascentis. *Me aetatem*] *Aetatem* posuit pro *diu*. Alibi: *Iam dudum: aetatem lites factae inter eos*. C.

*Quid? malum!*] Credis hoc me velle simulare (excidit, *semper*, aut *diu* Z.). *Malum* autem interiectio nihil significat, sed exclamationis continet locum. Quomodo Cicero pro Scauro: *Quae, malum, est ista ratio?* E.

39 *Vnus est dies*] Assignat tempus pro ratione. Non vult Chremetem diu credere Bacchidem Cliniae esse amicam. *Pax!*] Aduerbium comicum, et significat *tantum*. C.

*Argentum eripio. pax!*] Plautus Pseud. v, 1, 33. *Itaque dum enitor, pax! iam pene inquinavi pallium*. Aufon. Idyl.

12

40 CL. Tantum fat habes? quid tum quaeso, si hoc pater resciverit?

S Y. Quid si redeo ad illos, qui aiunt, Quid si nunc coelum ruat?

CL. Metuo, quid agam. S Y. metuis? quasi non ea potestas sit tua,

Quo velis in tempore vt te exsoluas, rem facias palam.

44 CL. Age, age, traducatur Bacchis. S Y. optume; ipsa exit foras.

## ACTVS QVARTI SCENA IV.

BACCHIS. CLINIA. SYRVS. DROMO. PHRYGIA.

**S** A T I S pol proterue me Syri promissa huc induxerunt: De-

12. Totum opus hoc sparsum, crinis velut Anziphilae: pax!

Priscian. libr. XIV. Pax πικτε-  
λῶς, aduerbium comicum, quo v-  
titur Terentius, quod similiter  
Graecum est. Erit ergo πᾶξ.  
Sed antea, vt Hesych. notat,  
πᾶξ ὑπόδημα, ἐνυποδήτων, desi-  
gnabat: Latini baxeas dixerunt.

Plaut. Menaechm. II, 3, 40.  
Quis iste est peniculus? qui ex-  
tergentur baxeae. Apul. Flor.  
2. Baxeas istas de futrina prae-  
stinare. L.

40 Pater resciverit?] V. C. senex resc. L.

41 Si nunc coelum ruat?] Verbum vsitatum in eos qui subtimidi in re peragenda, semper dicere solent, quid si hoc vel illud accideret? Et ostendit suo responso, talia dicta esse

ridicula, per hoc quod dicit, Quid si rideo. C.

Quid si nunc coelum ruat?] Stultus metus est de coelestibus metuere. Ergo stulte es in metu, et sic ponis, quod fieri omnino non potest. Vt sit argumentum ab impossibili. E.

42 Quasi ea potestas non sit] Pulchre persuadet, vt faciat hoc quod monetur, cum dicit in potestate eius futurum, quo velit tempore, vt se exsoluat. E.

43 Rem facias] V. C. et rem facias. L.

44 Age, age] Vox consentientis, et qui victus est rationibus callidi serui. Optume exit] Περὶ σκευῆ est alterius Scenae. C.

1 Satis, pol, proterue] Restat ad fallaciam et ad extorquen-

Decem minas, quas mihi dare pollicitus est. quod  
si is nunc

Me deceperit, saepe obsecrans me, ut veniam, frustra veniet:

Aut quum venturam dixerō et constituero, quum  
is certe

- 5 Renunciarit, Clitipho cum in spe pendebit animi:  
Decipiam, ac non veniam: Syrus mihi tergo poenas pendet.

C L.

quendum argentum, ut Bacchis irata a Syro placetur, et ad Menedemum transeat. *Satis pol*] Meretricis conquestio exprimitur, cuius tota indignatio dependet ex non tradita pecunia. *Promissa*] Cicero (in fragmentis), *Promissa tua memoria teneas*. Aliter accipitur, cum dicimus *promissa barba*. Nam *promittere* est polliceri: et ad magnitudinem nutrire. Plautus (Rud. II, 3, 46.), *Capillum promittam*. *Promissa*] Dicitur *promissum* et *promissio*. *Promissio* et *pollicitatio* eandem vim habent. sed *pollicitatio*, maioris asseuerationis est. *Huc induxerunt*] *Inducitur* aliquis, cum verbis alterius decipitur. In Andria, *Vide quo me inducas*. C.

*Satis, pol, proterue*] *Satis* aspere. E.

Noli post *induxerunt* pleniorē ponere distinctionē. *Decem minas quas*, h. e. *decem minae quas*. Sic And. Prol. 3. et supra IV, I, 41. B.

2 *Pollicitus*] *Pollicemur* magis sponte: *Promittimus* rogati. C.

Repone ob versum, *Dare est pollicitus*. B.

3 *Vt veniam, frustra veniet*] Pulchra permutatio eiusdem verbi per tempora, quae conuenit iratis. C.

Ratio versus requirit, ut dictio *me* praecedenti versui adscribatur. Vti codd. Faerni omnes habent. B.

4 *Aut cum venturam*] Immo potius vero *me esse venturam*\* (forte excidit, *constituero* Z.). E.

Lege cum Goueano et Guyeto *certo*, pro *certe*. B.

5 *Spe pendebit animi*] Quod est corporis, ad cruciatum animi transtulit. Supra visum est, quam torqueantur amantes in amicorum expectatione. C.

Lege *Renunciabit*, ut *Pendebit*. B.

6 *Ac non veniam*] Mirā meretricis calliditas exprimitur. Iam cogitavit, quemadmodum Syrus videatur apud Clitiphonem

CL. Satis scite promittit tibi. SY. atqui tu hanc iocari credis?

Faciet nisi caueo. BAC. dormiunt: ego polistos commouebo.

Mea Phrygia, audisti, modo iste homo quam villam demonstrauit

IO Charini? PH. audiui. BAC. proxumam esse huic fundo ad dextram? PH. memini.

BAC.

nem vanus et mendax, ex quo ab illo verberetur. *Mihi*] In meam vltionem. Virg. (Aen. 1, 136.) *Post mihi non simili poena commissa luetis. Poenas pendet*] Perfoluet. Virg. (Aen. VI, 20.) *tum pendere poenas Cecropidae iussi.* C.

*Tergo poenas*] *Tergo*, id est, dorso. Siquidem *tergum tergi* dorsum: *Tergus* vero *tergoris*, corium dicitur. E.

7 *Satis scite*] Hoc cum risu pronuntiandum. *Scite*] *Pulchre.* In Andria, *Scitus puer. Promittit*] Scilicet, *uenturam. Hanc credis?*] *Hanc*, et ad contentum et ad odium dixit. Habent enim ista pronomina quandam emphasin. C.

*Satis scite promittit*] Id est, valde eleganter promissa tibi dabit; per vtrique per . . . (*Per risum id pronuntiari, per se Z.*) intelligitur. E.

8 *Dormiunt*] Otiosi sunt et negligentes. *Pol istos commouebo*] Bene *istos*, quasi odiosos. In Eunucho, *Cum milite isto.* Virg. (Aen. IX, 94.) *aut quid peris istis?* Haec enim prono-

mina spernentis sunt, odiumque monstrantis. C.

*Dormiunt: ego pol*] Vult excitare eos, qui sibi pecuniam promiserunt, nec dederunt: vti fingat se euocatam esse a nescio quo, et velle discedere. Itaque, consentiente ancilla, fingit mendacium. E.

9 *Mea Phrygia*] Hoc est proprium meretricis, vltro excludere amantem, et alium recipere, vel se ad alium conferre. *Phrygia*] Nomen a regione, sicuti *Lesbia, Andria, Samia.* *Quam villam*] *Villa*, domus in agris, quo rustici res vehunt, et euehunt. Virg. (Ecl. 1, 83.) *Et iam summa procul villarum culmina fumant.* Vterer Varronis testimonio ex primo de Re Rustica (1, 2. *Villicus agri colendi causa constitutus atque appellatus a villa, quod ab eo in eam conuehuntur fructus, et euehuntur, cum uencunt*) ad Fundaniam, nisi notum esset. C.

Recte Faerniani et nostri libri, *audistin.* B.

IO *Ad dextram*] Inducit memorem meretricem, nec obli-

B A C. Curriculo percurrere: apud eum miles Dionysia agit.

S Y. Quid inceptat? B A C. dic me hic oppido esse inuitam, atque asseruari:

Verum aliquo pacto verba me his daturam esse, et venturam.

S Y. Perii hercle! Bacchis, mane, mane; quo mitis istanc? quaeso,

15 Iube maneat. B A C. i. S Y. quin est paratum argentum. B A C. quin ego maneo.

S Y.

oblitam ubi sit, et quid agat amans. Nam huiuscemodi mulieres nil aliud agunt, nil aliud curant, quam quomodo aliquid ab amantibus extorqueant. C.

11 *Curriculo*] Hoc loco aduerbium, alias nomen. *Apud eum miles*] Hic est de quo superius Syrus, *Nam miserum quendam offendi ibi militem, Eius noctem orantem; haec arte tractabat virum. Dionysia agit*] Aliter agit accipitur, quum dicimus agit conuiuia et Dionysia: et aliter quum dicimus, agit vitia. Iuuenalis (Sat. 1, 52.), *Haec ego non agitem?* C.

*Curriculo percurrere*] Propera et festina. E.

12 *Quid inceptat?*] Tanquam de magno facinore dixit. Nam *inceptare* et *incipere*, magnorum est facinorum. *Seruari*] *Custodiri*: vel melius *suspiciose observari*: vt illud Virgilianum (Georg. 1, 335.),

*Quod superest, coeli menses et sidera serua.* C.

*Quid inceptat?*] Mf. R. et vet. libb. *quid haec inceptat.* L.

Omnes nostri, *Quid haec coepit?* Ita Phorm. 1v, 3, 21. B.

13 *Verba his me*] Hoc est, me dicturam aliquid, vnde decipiam illos. E.

*Et venturam*] V. C. *atque venturam.* L.

14 *Mane, mane*] Haec singula verba, si diligenter notes, Syri magnam trepidationem indicant: ideo statim de argento mentionem fecit, in quo lis omnis pendebat inter Syrum et Bacchidem. C.

15 *Quin*] Pro immo hoc loco ponitur. *Quin*] Repetit Bacchis Syri verbum, vt mos est iratorum. C.

*Quin est paratum*] Intellexit seruus callidus, quod idcirco se arcessiri diceret, quod argentum quaereret. Et hac ratione ei pollicetur. *Quin ego hic*

S Y. Atqui dabitur. B A C. vt lubet, num ego in-  
sto? S Y. at scin' quid, fodes?

B A C. Quid? S Y. transeundum nunc tibi ad Me-  
nedemum est, et tua pompa

Eo traducenda est. B A C. quam rem agis? scelus.

S Y. egone? argentum cudo,

Quod tibi dem. B A C. dignam me putas, quam  
illudas? S Y. non est temere.

20

*maneo*] Qui (*Cui Z.*) argen-  
tum dari possit, et nihilomi-  
nus illud fieri, quod dispositum  
esset. Itaque et de tempore ad-  
iecit, *Atqui iam dabitur.* E.

16 *Num ego in sto?*] Fin-  
git se non magnopere curare,  
vt habeat argentum: quemad-  
modum faciunt hi qui defessi  
sunt diu petendo aliquid. *Sod-  
des*] Blandientis aduerbium. C.

Lege *Atqui iam dabitur.* Post  
verba *Scin quid fodes* subaudi  
*facias, vel facere te velim.* B.

17 *Tua pompa*] Id est, no-  
bilis comitatus, scilicet ancillae  
decem, et caeteri comites qui  
venerant. E.

18 *Eo*] Ridicule additum:  
vt sit *Eo*, loci aduerbium.  
*Quam rem agis? scelus*] In An-  
dria, *Vbi est illic scelus.* Et ad  
intellectum, non ad verba re-  
digitur. Nam et *scelus, scele-  
stus* intelligitur. Et plus dixit,  
quam, *scelestus*: vt, *Tu nihil nisi  
sapientia es.* Martial. (xi, 92,  
2.) *Non vitiosus homo es, Zoile,  
sed vitium.* *Argentum cu-  
do*] Ioculariter dixit. *Cudi-*

*tur enim pecunia,* dum imprimi-  
mitur. C.

*Egone? argentum cudo*]   
Quaeris cur te ad Cliniam trans-  
ire volo? argentum cudo: id  
est produco quod tibi dem. *Cu-  
do* proprie est compono vel  
tundo, vnde *Incus*, vbi tundi-  
tur ferrum. E.

Bembini *Ego* cum deterio-  
rem efficiat accentum r̄s *Sec-  
lūs*; cum nostris lege *Ego*. B.

19 *Quam illudas?*] In An-  
dria, *Adcone vobis videmur esse  
idonei, in quibus sic illudatis?*  
*Illudo in te*, septimo casu: et  
*illudo te*, accusatiuo dicimus.  
Dicitur quoque *illudo tibi.* *Non  
est temere*] Sic dicitur quando  
aliquid fit non sine magna ra-  
tione. C.

*Quam illudas?*] Per accusa-  
tium casum hic dictum est.  
Virgilius (Aen. II, 64.), —  
— *Certantque illudere capro.*  
per datiuum. Item ipse (Aen.  
ix, 634.) *Virutem illude su-  
perbis.* E.

*Non est temere*] Mf. R. *Non  
hoc temere est.* L.

20 BAC. Etiamne tecum hic res mihi est? SY. minime: tuum tibi reddo.

BAC. Eatur. SY. sequere hac. heus, Dromo. DRO. quis me volt? SY. Syrus. DRO. quid est rei?

SY. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos prope.

DRO. Quamobrem? SY. ne quaeras: efferant, quae secum huc attulerunt.

Sperabit sumtum sibi senex leuatum esse harunc abitu.

25 Nae ille haut scit, paulum lucri, quantum ei damni apportet.

Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapias. DRO. mutum dices.

ACTVS

20 Hic] *In bacre*, vt ad Menedemum traducar. Est enim cum interrogatione legendum, ita, vt neget, non venisse ea gratia. C.

*Etiamne* est adhuc, amplius, diutius. Non igitur aegre fert, quod cum seruo sibi res sit; sed quod tam diu et frustra; cum eius promissae decem minae non appareant. Respondet Syrus, *Minime*, diutius: Reddo tibi *tuum*, h. e. quod tibi pollicitus sum. Cf. Adel. II, 2, 41. B.

21 *Eatur*] Cito flectitur, et quia mulier et meretrix, quae trahitur minimo lucello. Et *eatur* impersonaliter, q. d. *a me*, vel *a meis ancillis*. C.

*Sequere hac*] Mf. R. *sequere me hac*. L.

23 *Quamobrem*] Dromo vt-pote tardiusculus non intelligit Syri consilium. De eo supe-

rius, *Ille Cliniae seruus tardiusculus est*. C.

*Et ferant*, quod omnes praeter Bembinum habent, a sensu repudiatur, et ortum est ab antiqua scriptura, *ecferant*, i. e. efferant. B.

24 *Sumtum sibi leuatum*] Cum discesserit tanta ancillarum multitudo, dominus credit sibi alleuatum sumtum, id est, impensam. sed nescit ex ea re damnum ad se esse venturum, dum hac re maxime ab eo extorquebitur argentum. E.

25 *Dammum*] *Dammum* rei est; *Malum* vero, hominis. Perfoluet Chremes argentum ex fallacia Syri: quod erit maius *dammum*, quam si permansisset meretrix. C.

Bentleius ita edidit, *Nae ille haut scit, hoc paulum lucri quantum eii* etc. Z.

26 *Tu nescis id, quod scis, Dro-*

ACTVS QVARTI SCENA V.  
CHREMES. SYRVS.

**I**T A me Di amabunt, vt nunc Menedemi vicem  
Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.  
Illancine mulierem alere cum illa familia?  
Etsi scio, hocce aliquot dies non sentiet:  
5 Ita magno desiderio fuit ei filius.

Verum

*Dromo*] In Eunucho, *Tu pol, si  
sapis, quod scis nescis.* Non  
possumus *nescire* quod *scimus*:  
sed ita, vt *concordia discors.*  
Virg. (Aen. xi, 695.) *sequiturque  
sequentem.* *Nescis id, quod  
scis*] Hoc est quod dicitur, *Quod  
scis, nescis.* Prouerbiale est,  
et multum apud dialecticos tra-  
ctatum: vt, *facio et non facio,*  
et *amicus sum et non sum,* et  
*audio et non audio,* et caetera  
huiusmodi. C.

*Tu nescis*] Id age, vt nescif-  
se videaris; et ille per *ὑπερβολήν,*  
*mutum me dices.* E.

**1** *Ita me Di amabunt*] Hic  
est transacta Syri fallacia, et  
tandem extorquetur argentum:  
et idem est Chremes, qui fuit  
in prima Comoediae parte.  
Miseretur enim Menedemi, et  
eius vicem dolet, credens Bac-  
chidem anicam Cliniae esse.  
C.

*Ita me Di*] Discedentibus an-  
cillis senex ingemiscit, quod  
tanta ad Menedemum multitu-  
do ventura sit: quam et ipse  
cum vnam diem sustineret, ma-

gno se dixit affectum damno.  
Nam et domina pytillando, id  
est, leuiter gustando et spuen-  
do, multum vini absumit, et  
reliqua familia. Siquidem per  
*χαρκτηρισμόν,* id est, futurae rei  
descriptionem, argumentatur  
quid sit consequens: videlicet  
filii discessio. et est *ἡθοποιία,*  
quae sit, quando loquentem,  
introducimus quamlibet perso-  
nam. E.

**2** *Tantum mali*] Proprius  
dixisset *damni*: nisi ad aegritu-  
dinem animi referas. C.

**3** *Illancine mulierem*] Hoc  
est quod supra dixi, ista prono-  
mina asserre contemptum et o-  
dium. *Cum illa familia?*] Cum  
stomacho dixit, id quod  
superius facete Syrus *pompam*  
appellauit. C.

*Illancine mulierem?*] Prisci-  
an. lib. 12. L.

**5** *Ita magna desiderio*] Vix  
inprimis explebile desiderium  
illius rei est quam diu optau-  
imus: sed eius postea in dies  
paulatim nos satietas capit. C.

*Magno desiderio fuit*] Tan-  
tum



Verum vbi videbit tantos sibi fumtus domi

Cotidianos fieri, nec fieri modum,

Optabit rursus vt abeat ab se filius.

Syrum optume eccum. SY. cesso hunc adoriri?

CH. Syre. SY. hem.

10 CH. Quid est? SY. te mihi ipsum iam dudum  
exoptabam dari.

CH.

rum desiderium filii absentis pater habuit, vt primis diebus damna a meretrice non sentiat. E.

Versum hunc spurium esse, et ex nota marginali huc irrepsisse puto; quia ab vno cod. abest, et *fuir* ineptum est pro *est*. Nam Cliniae desiderium, quem nondum senex viderat, in horas iam crescit. Adde, quod versu abhinc tertio rursus veniat *Filius*, et in fine itidem: nimis inuenuste. B.

7 *Nec fieri modum*] Quod plus est, et ad prodigalitatem accedit. C.

Pro *Cotidianos* sensus requirit aduerbium *Coridiano*, h. e. cotidie; quod occurrit Plaut. Capt. 111, 5, 66. Cic. Verr. 1v, 8. et Charisius in aduerbiis p. 177. *Cotidiano* numerat ex Afranio et Frontone. B.

9 *Eccum!*] In Andria, *Atque eccum, video*. Superius dixi, *eccum, ellum* resoluti per aduerbia, non per nomina: sed tamen secundum Donatum (ad And. 111, 3, 48.) *eccum*, quasi *ecce eum*, veteres dixerunt. *Ec-*

*cum, ellum*: quod apertius significat *ecce eum, ecce illum*. *Cesso hunc adorari*] Quasi de improviso alloqui, aggredi. In Andria: *Hicne me si imparatum in veris nuptiis Adortus esset? Adoriri* dicitur, qui ex insidiis repente inuadit. Dicitum ab eo, quod corpora agredientium exurgant subito, atque incrementum. *Hem!*] Interiectio laeti, alias perturbati. C.

10 *Te mihi ipsum iam dudum*] Laurentius Valla, Vir omnium nostrae aetatis eruditissimus, dicit, *dudum* et *iamdudum*, de paruo tempore dici, vnus horae, aut semihorae aut duarum horarum, vel ad summum quatuor. Sed Donatus illud Terentianum exponens (Eun. 1v, 5, 8.) *Iamdudum: aetatem. Lites inter eos factae*: sic inquit, Quia *iamdudum* infinitae morae est, addit *aetatem* vt ostendat multum abiisse temporis: vt factum est. *Iamdudum: aetatem*, pro longinquo tempore. Lucilius, *Vt multos, mensisque diesque: Non tamen*

CH. Videre egisse iam nescio quid cum sene.

SY. De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi.

CH. Bonane fide? SY. bona hercle. CH. non possum pati

Quin tibi caput demulceam: accede huc, Syre:

15 Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.

SY. At si scias, quam scite in mentem venerit.

CH. Vah! gloriare euenisse ex sententia?

SY.

*tamen aetatem. Aetatem, diu, longinquoque tempore ac prolixo, ut est aetas, et quae sequuntur. C.*

*Optabam, quod in Bemb. reperitur, ab antiquis Correctoribus est. Lege Exopio. Cf. And. I, 4, I. B.*

Dacera verba *Quid est?* ipsi quoque Syro tribuenda censet. Male. Melius conueniunt Chremeti cupienti audire, quid cum sene egerit. Z.

11 *Videre egisse]* Colligit hoc ex verbis Syri, a quo exoptaretur: credebat enim senex, se a seruo non optari, nisi gratia fallaciae in Menedemum. C.

*Videre egisse]* De eo quod tecum locutus sum, videris iam aliquid fecisse. Nam supra ait, *Huic nostro iradita est prouincia.* E.

12 *Ac factum reddidi]* Se-eure et cum magna audacia pronunciat: et plus est, quam si diceret, *feci.* C.

*Dictum ac factum]* Hoc est, cum dixisses, factum continuo reddidi. E.

13 *Bona hercle]* Hercle ornatuua particula. In Andria: *puer hercle'st.* Hoc loco potest esse affirmatiua. C.

Distingue sic; *Bonan fide?* SY. *Bona.* CH. *hercle non possum pati.* B.

14 *Caput demulceam]* Magni blandimenti signum, quod fit, quoties in re optata domino seruus ex sententia obsequitur. C.

*Tibi caput demulceam]* Quod solet fieri his qui placent, ut manus per caput tractu ducta, quasi quaedam videatur esse laudatio. E.

15 *Boni aliquid]* Non dicit quid: ut eum laetiozem reddat, et in spe magni boni destineat. C.

16 *Scite in mentem]* Ms. R. *Scite mihi in mentem.* L.

17 *Gloriare euenisse?]* Hoc tibi pro voluntate contigisse gloriaris? E.

SY. Non hercle vero, verum dico. CH. dic, quid est?

SY. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem

20 Menedemo dixit Clinia; et ea gratia

Secum adduxisse, ne tu id perferentisceres.

CH. Probe. SY. dic fodes. CH. nimium, inquam. SY. immo si scias.

Sed porro ausculta, quod superest fallaciae.

Sese ipse dicet tuam vidisse filiam:

25

18 *Heracle vero*] Aduerbia sunt confirmatiua. *Non hercle vero: verum dico*] Negat se gloriari, et se veridicum fateatur: vt hi, qui re magna peracta, fingunt se non gloriari: vt sint maioris fidei et auctoritatis. C.

19 *Tui Clitiphonis*] Hoc est, quod superius Syrus, *Qui vim tantam in me, et potestatem habeam tantae astutiae, Vera dicendo, vt eos ambos fallam.* Inferius Chremes non credit Menedemo Bacchidem Clitiphonis esse amicam. C.

*Tui Clitiphonis*] Hoc est, illud consilium, quod supra significatum est, vt veritas dicta nihilominus implicare possit errorem. quippe cum dicit Clinia patri, *Clitiphonis amicam esse hanc:* vt hoc dum indicat seruus, nihilominus dominus filii sui amicam meretricem esse non credat. E.

21 *Deest se;* cum prius non *se,* sed Bacchidem dixerit. Ie-

ge *Se eam iraduxisse.* vt IV, 3, 44. et IV, 4, 22. B.

22 *Immo sic satis*] Sic dixit, vt qui suspicaretur a Chremete dictum, nimium inquam, non serio, sed ioco. C.

Omnes nostri *Immo sic satis.* Recte. Cum enim laudaret fallaciam Chremes *Probe, Nimium:* Syrus ficta modestia respondet, *Sic satis;* mediocriter. B.

23 *Superest fallaciae*] V. C. *Super fallaciae est.* L.

Repone *Quid super fallaciae est.* B.

24 *Tuam vidisse filiam*] Neque hoc Menedemo creditorus est Chremes, dum dicit inferius, *Et illum aiunt velle uxorem.* C.

Lege *Se deinde dicit tuam* etc. Nam *Dicit* est in Regio, et duobus Faerni optimis. *Sese ipse* cum sit insulsam; quis enim alius hoc diceret: *reponne deinde.* vt IV, 8, 24. it. Prol. 3. B.

T: 4

- 25 Fius sibi complacitam formam, postquam aspexerit :  
 Hanc cupere uxorem. CH. modone quae inuenta  
 est? SY. eam.  
 Et quidem iubebit posci. CH. quamobrem istuc,  
 Syre?  
 Nam prorsum nihil intelligo. SY. hui, tardus es.  
 CH. Fortasse. SY. argentum dabitur ei ad nuptias,  
 30 Aurum, atque vestem, qui, tenesne? CH. comparet?  
 SY. Id ipsum. CH. at ego illi neque do, neque  
 despondeo.  
 SY. Non? quamobrem? CH. quamobrem? me  
 rogas? homini! SY. vt lubet.

Non

27 *Iubebit posci*] Id est, *pe-  
 ti. Perimus* aliquid precario:  
*Poscimus* imperiose: *Postula-  
 mus* iure. C.

*Et quidem iubebit posci*] Et  
 volet vt filiam tuam pater suus  
 postulet. quam rem cum non  
 intellexisset, cum simulata vi-  
 deretur, respondit ille, vt ar-  
 gentum filio dari possit ad nu-  
 ptias necessarium. E.

28 *Prorsus nihil intelligo*] *Prorsus*  
 pro ea quod est *omni-  
 no*. Sunt qui coniunctionem  
 velint. Vel *prorsus, certe, re-  
 cte, vere*. Et dicitur quasi *por-  
 ro versus*. Nam *prorsum* est  
*porro versus*, id est, ante ver-  
 sum. Hinc et *prorsa oratio*,  
 quam non inflexit cantilena.  
*Huius*] Interiectio mirantis. Et  
 hoc cum gestu seruili, et leui-  
 ori personae congrue dictum.  
 C.

*Tardus es*] Seruius ad Ecl.  
 x. 19. L.

Omnes nostri *Prorsus*: quod  
 est melius. Nam *Prorsus* ab-  
 iecto s trochaeus est, ad Graeci  
 metri morem. B.

29 *Argentum dabitur*] Scilicet a  
 Menedemo. Inferius  
 Chremes non immemor ver-  
 borum Syri, Menedemo dicit,  
*Et illum aiunt velle uxorem: vt  
 quum desponderis, Des qui au-  
 rum, et vestem, atque alia, quae  
 opus sunt, comparet*. C.

30 *Qui*] Pro quo. C.

31 *Nec spondeo*] Proprie di-  
 xit. *Spondet* pater puellae:  
*Despondet* pater adolescentis.  
 In Andria, *Placuit; despondi*. C.

*Neque despondeo*] Id est, non  
 promitto: vnde *sponsa* dicitur.  
 Nam et sponsio et dos a patre  
 puellae dabatur. E.

32 *Fugiuo dabo?*] A con-  
 ditione personae Cliniam vi-  
 tuperat: nam *fugiuo* proprie  
*serui*. Vnde in edicto Aedi-  
 lium

Non ego dicebam in perpetuum illam illi vt dares,  
Verum vt simulares. CH. non mea est simulatio :

35 Ita tu istaec tua misceto, ne me admisceas.

Ego, cui daturus non sum, vt ei despondeam?

SY. Credebam, CH. minime. SY. scite poterat fieri :

Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras,

Eo coepi. CH. credo. SY. caeterum equidem i-  
stuc, Chreme,

40 Aequi bonique facio. CH. atqui cum maxime

Volo te dare operam vt fiat, verum alia via.

. T t 5

SY.

lium Curulium, titulus est ser-  
uorum fugitiuorum, *Si quis*  
*fugitiuus, errone sit, noxae so-*  
*luius non sit. Homini fugiti-*  
*uo]* Dicitur homo fugitiuus et  
*seruus, fugitiuus, non Fugitiuus*  
*seruus, quia tunc est superfluum,*  
vt testatur Quintilianus (Forte  
Instit. VII, 4.) Ergo dicendum,  
*seruus fugitiuus, vel fugitiuus,*  
sine additamento. C.

*Me rogas? homini]* Ita Reg.  
exempl. sed mire variant alii  
scripti libb. quidam, *me rogas?*  
*fugitiuo dabo filiam, etc. al. ho-*  
*mini fugitiuo dabo?* L.

Pro Non? *quamobrem?* re-  
pone *Nam quamobrem.* Eun.  
v, 2, 58. *Nam quid ita? Rogi-*  
*tas?* B.

33 *Non ego perpetuo]* Virg.  
(Aen. 1, 73.) *Connubio iun-*  
*gam stabili, propriamque dica-*  
*bo.* Illa datur perpetuo; quae  
omnes annos cum marito exi-  
git. C.

Sensus postulat, *Non ego di-*  
*cebam serio, vt illam illi dares.*  
In nostris est *perpetuo.* Sed

in vetere scriptura, *ppuo, serio*  
fatis sunt propinqua. B.

34 *Non mea est simulatio]*  
Boni et sapientis viri hic sen-  
sus est, vt nunquam audeat,  
quod nunquam sit facturus.  
polliceri. E.

Lege *Non meumst simulatio,*  
h. e. mei moris, ingenii, offi-  
cii. vt *Non est mentiri ne-*  
*um.* B.

35 *Tua misceto]* Verba pro-  
bi viri, qui non vult adhaerere  
consilio alterius in re non pro-  
babili. C.

*Ita tu istaec]* Ita igitur haec  
efficito, vt sine mea persona  
haec compleas. E.

36 *Cui daturus non sum]*  
Argumentum ab aequo. Non  
aequum, non leges ipsae con-  
cedunt, vt quis pater filiam a-  
licui spondeat, deinde dene-  
get. C.

39 *Istuc Chreme]* In re non  
probabili vult inire opinionem  
optimi serui, qui domino bona  
fide morem gerat, et pro viri-  
bus obsequatur. C.

S Y. Fiat: quaeratur aliud. sed illud quod tibi  
Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,  
Id nunc reddendum est illi: neque tu scilicet

- 45 Eo nunc confugies, Quid mea? num mihi datum est?  
Num iussi? num illa oppignerare filiam  
Meam me inuito potuit? verum, illud Chreme,  
Dicunt, ius summum saepe summa est malitia.

C H.

42 Fiat: quaeratur aliud] Astute et callide, in omnibus assentitur hero: quia iam lenibus verbis extorquebit argentum. C.

Quod tibi dixi de argento] Quod supra nos diximus, ut euentus impleret consilium, hic nunc conficit: siquidem postea puella cognita est, pro qua iam debitor Chremes factus est, cum constet eam arrabonis nomine apud meretricem collocatam. E.

45 Eo nunc confugies] Id est, ad rationes, quas statim callide subiicit. Magna vis est persuasionis: quoniam non prius amouemus ea quae is responderet, a quo aliquid petimus. C.

Num mihi datum?] Sane dominus hac responsione uti posset, ut non redderet argentum. Sed seruus callidus occurrit: non potes dicere, istud non te accepisse, neque iussisse, neque inuito (excidit te Z.) filiam oppignerare potuisse. E.

47 Me inuito, potuit?] Haec pro Chremete essent, et iure non teneretur reddere id argentum. C.

Pro Verum reponere Vere. ut Adel. 1, 3. Profecto hoc vere dicunt. B.

48 Summum ius] Id enim quod datum est, utique reddendum est. Sed iure cautum est, ut filia quicquid acceperit, vel filiae nomine datum fuerit, quae in familia est, non recte datum videatur. Itaque aequitas est, ut debitum solui debeat; ius est ut sic datum reddatur. Sed ille renititur a causa quod non debeat, et fit controuersia ex negotio. Summum ius] Vulgo dicitur, Qui plus potest, peius facit. E.

Ius summum] Columell. prolog. lib. VII. Nec sane est vindicandum nobis quicquid liceat: nam summum ius antiqui putabant summam crucem. Hieronym. ad Innocent. de muliere septies icta: Et o vere ius summum, summa malitia; post tanta miracula adhuc saeuimus leges. Menand. apud Stobaeum, Sermon. 185. ὁ δ' ὀρθῶν τοῦς νόμοις Δίαν ἀκριβῶς, σπουδάντης φαίνεται. L.

CH. Haut faciam. SY. immo, aliis si licet, tibi non licet:

50 Omnes te in lauta, et bene acta parte putant.

CH. Quin egomet iam ad eam deferam. SY. immo filium

Iube potius. CH. quamobrem? SY. quia enim in hunc suspicio est

Translata amoris. CH. quid tum? SY. quia videbitur

Magis verisimile id esse, quum hic illi dabit:

55 Et simul conficiam facilius ego, quod volo.

Ipse adeo adest: abi, effer argentum. CH. effero.

## ACTVS QVARTI SCENA VI.

CLITIPHO. SYRVS.

**N** V L L A est tam facilis res, quin difficilis fiet,

Quam

50 *In lauta*] Non decet eum, qui lautae vitae sit et splendidae, in omnibus iuris rigorem obseruare. Nam qui ad vnguem ius seruant, asperi, difficiles, et tenaces multis videntur. C.

*Omnes te in lauta*] Hoc a persona persuadet, potius redere quam negare. E.

Versus causa repono, *Omnes te in lauta esse et bene acta re putant*. Certe *Ee* absorptum est ab *Et*, atque ex *re* factum est *pro*. Caeterum *bene acta re* est, ex paupere aut mediocri diuitem te factum esse.

*Acta* reperitur in vno Re gio. B.

51 *Egomet*] Senex gloriae cupidus, adeo flectitur verbis Syri, ut ad meretricem cum argento festinare cupiat. C.

55 *Simul et conficiam*] Hoc loco pro *efficiam* ponitur: quo saepius in hac significatione Cicero vtitur. Ab hoc, *Confectum*, proprie verbum conuenit gladiatoribus his, qui grauissimis vulneribus occubuerunt. Cicero in Catilinam (II, II.) *Gladiatorum illi confecto et saucio*. C.

I *Nulla tam est facilis res*] Hic

Quam inuitus facias. vel me haec deambulatio,  
Quam non laboriosa, ad languorem dedit!

Nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuo  
5 Miser aliquo extrudat hinc, ne accedam ad Bac-  
chidem.

Vt te quidem omnes Di, Deaque, quantum est, Syre,  
Cum istoc inuento, cumque incepto perduint:

Huius-

Hic exprimitur amantis constantia, qui ob nimium amorem Syro in re sua irascitur: dehinc paulo momento illum demulcet. *Quin*] Pro, quod non. *Difficilis*] Haec illud contrarium, *Nihil difficile homini volenti*. C.

*Nulla est tam facilis*] Nunc adolescens Clitipho redit, grauius ferens, quod ab amica sit exclusus. E.

*Nulla est tam facilis*] Ambros. Hexaemer. lib. v. cap. 15. *Necessitas enim, quae inuito imponit obsequium, affert plerumque fastidium. Nihil est enim tam facile, quin habeat difficultatem, quod facias inuitus*. Saluian. Massil. de gubern. Dei. lib. 1. *Sicut nihil est tam leue, quod ei non graue sit, qui inuitus facit: sic nihil est tam graue, quod non ei, qui id libenter exsequitur, leue esse videatur*. Vid. Hieron. de cereo pasch. L.

2 *Vel me haec*] *Vel*, modo non est disiunctiua coniunctio, sed pro etiam posita. Ut apud Virg. (Aen. xi, 259.) *Vel Priamo miseranda manus*. Haec

*deambulatio*] Quae facilis et non laboriosa. Nam *deambulatio* homini potius voluptatem quam laborem affert. C.

*Quam inuitus facias*] Etiam si facilis sit, ex animo facientis habet maximam difficultatem. E.

3 *Ad languorem dediz*] Plaut. Afinar. III, 2, 28. *Vbi saepe ad languorem tua duritia dedezis octo validos lictores*. L.

6 *Vt te omnes quidem Di*] Improvidus adolescens non considerat quid a Syro in rem suam peractum sit: sed omnia ad voluptatem suam refert. C.

*Illud que*, cum versum turbet, dele. Vid. ad Eun. II, 3, 10. B.

7 *Istoc inuento*] Cum contemptu atque odio haec pronunciantur. *Tuo istoc inuento, cumque incepto*] Quasi de magno facinore. Nam *inceptum*, et *inceptare*, et *incipere*, magnorum est facinorum. *Perduint*] Et antiquum est, et Plautinum. C.

Lege



Huiusmodi mihi res semper comminiscere,  
 Vbi me excarnifices. SY. i tu hinc quo dignus es:  
 10 Quam pene tua me perdidit proteruitas!  
 - CL. Vellem hercule factum; ita meritum's. SY. me-  
 ritus! quomodo?  
 Ne me istuc ex te prius audiuisse gaudeo,  
 Quam argentum haberes, quod daturus iam fui.

CL.

Lege ex vetustissimo cod. *Cum tuo isto inuenio*. Certe *tuo* magnam hic elegantiae partem facit. vt Adel. IV, 6, I. V, 4, 38. B.

8 *Comminiscere*] Pro *comminisceris*, id est, *fungis*. Hinc *commenium*. Alibi, *Atque ipsi hoc commentum placet*. C.

9 *Excarnifices*] Terribiliter *excarnifices* dixit, hoc est, *excruces*. *Excarnificare* deductum est a *carnifice*. *Carnifex* est, qui carnes ex homine facit. Nam *caro* dicta est, eo quod careat anima. Et *caro* proprie dicitur mortuorum. Virg. (Georg. IV, 255.) *Et corpora luce carentum*. Vel *caro* fit dicta quasi *cado*. Virg. (Aen. VI, 481.) *Belloque caduci Dardaniadae*. Quod iam scilicet sine anima fit, et cadat. *Itu hinc*] Et hic secure exclamat: quod iam extorsit argentum. C.

*Vbi me excarnifices*] Priscian. lib. 8. L.

Faernus edidit *In hinc quo dignus es*. Sed ne ita versus

fit vna syllaba breuior, reponere *Ibin hinc quo* etc. B.

10 *Proteruitas*] Importunitas vel petulantia. *Proteruitas*, leuior est quaedam contumelia. *Procacitas*, maior. *Petulantia* maxima. C.

*Proteruitas*] Asperitas vel superbia. E.

11 *Ita meritum*] *Meretur* quis et bonum et malum. Et *mereri* et *promereri* est praestare beneficium. Virg. (Aen. VI, 664.) *Quique sui memores alios fecerem merendo*. Et idem (Aen. IV, 334.) *Nunquam, regina, negabo Promeritam*. C.

12 *Ex te prius audiuisse gaudeo*] Sic fingimus, quando sumus collaturi beneficium in aliquem, et quicquam audimus, quod non placet, nec tamen nos inuenos reddat. C.

*Ex te prius audisse*] Gaudeo quod istuc ex te prius audiui, vnde (*quod in Z.*) me laesisti, antequam tibi argentum dedi, quod daturus fui. E.

Vt melior sit constructio, lege cum cod. Petrensi *Ne me istuc prius ex te audiuisse*. B.

- CL. Quid igitur dicam tibi vis? abisti, mihi  
 15 Amicam adduxti, quam non liceat tangere.  
 SY. Iam non sum iratus: sed scin' vbi nunc sit tibi  
 Tua Bacchis? CL. apud nos. SY. non. CL.  
 vbi ergo? SY. apud Cliniam.  
 CL. Perii. SY. bono animo es: iam argentum  
 ad eam deferes,  
 Quod ei pollicitus. CL. garris: vnde? SY. a  
 tuo patre.  
 20 CL. Ludis fortasse me. SY. ipsa re experibere.  
 CL.

14 *Quid igitur dicam*] Quid enim possum tibi dicere, cum mihi amicam adduxeris, quam non liceat tangere. Bene . . . longe factus est adolescens ab iniuria (*Bene cito remissior longe factus est adolescens ab iracundia Z.*); postquam comperit argentum iam paratum. E.

Nostri recte collocant, *Quid igitur tibi vis dicam?* Illud *abisti* cum sit ineptum; Syrus enim nusquam abierat: *reponere adisti mihi manum*. Nam *adire manum alicui* est decipere, porrecta manu aliquid, quasi daturus sis, ostentare, et cum alter accepturum se putat, retrahere. Sic occurrit Plaut. Caf. v, 2, 45. Aul. II, 8, 8. Poen. II, I, II. B.

15 *Non liceat tangere*] Nimi- us est ardor in adolescente cum videat amicam, nec tamen *tangendi* facultas datur. C.

16 *Iam non sum iratus*] Non

potest prae nimia laetitia diu- tius reticere quod fecerit. *I- ratus*] *Iratus* est ex causa: *Ira- cundus* ex moribus. *Scin' vbi nunc sit?*] Haec interrogatio gaudentis est, et cui omnia ex voto successerint. C.

18 *Perii!* Haec vox est a- mantis, aliquid mali suspican- tis. Quia amantibus omnia sunt suspecta. *Iam argentum*] *Iam* nimiam velocitatem signi- ficat. *Deferes*] In alia signifi- catione accipitur illud Olym- piadis ad Alexandrum, *Amabo*, inquit, *mi fili, quiescas, neque deferas me*. Hinc *delator*. C.

19 *Garris*] tanquam auis. Vnde *garrulus*. Et *garrire* is dicitur, qui inaniter loquitur. C.

Plerique codd. recte addunt *Es: Quod ei es pollicitus*. B.

20 *Experibere*] Antiquum est: nos dicimus *experire*. Iuvenalis (Sat. I, 170.), *Ex- periar, quid concedatur in illos*, etc. C.

CL. Nae ego fortunatus homo sum: deamo te, Syre.

SY. Qua causa id fiat, caue quicquam admiratus sis.

Sed pater egreditur, obsecundato in loco:

24 Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

## ACTVS QVARTI SCENA VII.

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

VBI Clitipho nunc est? SY. eccum me, inque. CL.  
eccum hic tibi.

CH. Quid rei esset, dixti huic? SY. dixi pleraque omnia.

CH.

21 Nae ego] Nae, id est, valde. Deamo te, Syre] Id est, valde amo. De, hoc loco auget: alias diminuit. C.

Deamo te] Id est, valde amo. E.

22 Qua causa id fiat] Ut argentum habeamus quod ad Bacchidem deferas. Obsecundato in loco] Obsecundare est omnia ad aliterius nutum facere. C.

Qua causa id fiat] Qua causa fiat, noli quaerere, tantum obtempera et obsequere. E.

Cum Mureto transpone verbus sententiae causa ita: Sed pater egreditur. caue quicquam admiratus sis, Qua causa id fiat: obsecundato in loco: Quod imperabit, etc. B.

23 Caue quicquam admiratus] Id vide, ne prae nimio gaudio admireris, id tibi patrem praecipere; sed quasi nescius

suspicionem eius a te dolo amoue. E.

24 Loquitor paucula] Paucula dixit, non pauca: et sic maiorem vim admonitio ista habitura est. Nam paucula coram patre loquetur Clitipho. C.

Loquitor paucula] Ne ex sermonibus tuis nascatur vlla suspicio. E.

Loquitor paucula] Seru. Georg. 1. vers. 187. Contemplator. L.

I Vbi Clitipho nunc est?] Egreditur Chremes cum argento. Eccum me! inque] Syrus subiicit verba Clitiphoni, quae patri respondeat. Inque] Raro alibi praeter inquam et inquit reperies. Inque] Id est, dic. C.

Deleatur Est. Nam Clitipho non potest vltimam corrumpere. B.

2 Pleraque omnia] Hic adiectio

CH. Cape hoc argentum, ac defer. S y. ii, quid stas, lapis?

Quin accipis? CH. cedo sane. S y. sequere hac me ocius:

5 Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere:  
Nam nihil est, illic quod moremur diutius.

CH. Minas quidem iam decem habet a me filia,  
Quas pro alimentis esse nunc duco datas:  
Hasce ornamentis consequentur alterae.

10

iectio in primo posita est loco. Adiectiones vero, aut in prima parte orationis, aut in ultima adieciuntur. Hic ergo *pleraque* ex abundantia positum est. *Omnia* necessario additam in ultimo, sicut *interealoci, interibi*. C.

*Dixi pleraque omnia*] Supra diximus in Andria *omnia* abundare, et *pleraque* significationem suam propriam continere. E.

3 *Quid stas? lapis!*] Hoc dictum in ignaum. Illa vero, *caudex, stipes, asinus*, instultum. C.

Pro *ii*, quod est in Bemb. alii habent *ei*, alii *hei*. Lege cum Faerno *i*. B.

4 *Quin*] Pro, *cur non*. C.

*Sequere me*] Posteaquam argentum traditum est, continuo hunc adolescentem vocat servus, ne aliquid aut ex admiratione, aut locutione suspicionis pater possit accipere. E.

5 *Opperibere*] Antiquum est, sicut *experibere*. C.

6 *Nam nihil est illic*] Pulchre adiectum, ut omnino suspicio tolleretur, non esse amicam Clitiphonis: siquidem non diu illic moraturus est. E.

7 *Minas quidem*] Inducitur tenax senex circa rem sollicitus, qui conqueritur de damno, quod illi acciderat de inuenta filia. C.

*Minas quidem decem*] Consuetudo patris semper est, ut de damnis cogitet, tamen filii det. E.

8 *Pro alimentis*] Nam crediderat anum illam oppignerasse filiam Bacchidi. C.

*Quas pro hortamentis*] Hoc est, nutrimentis. *Hortatores* enim dicuntur, qui equos nutriunt. Denique alia *hortamentis*, alia *ornamentis* contulit. E.

9 *Alterae*] Id est, *totidem*. C.

Recte Chremes opinatur, alteras decem minas pro ornamentis.

- 10 Porro haec talenta dotis apposcunt duo.  
 Quam multa iniusta ac praua fiunt moribus!  
 Mihi nunc, relictis rebus, inueniundus est  
 Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

ACTVS QVARTI SCENA VIII.  
 CHREMES. MENEDEMVS.

**M** V L T O omnium nunc me fortunatissimum

Factum

mentis siue vestimentis Bacchidi a se esse soluendas. Nam in vendendis mancipiis primum nudi corporis, dein vestimentorum habebatur ratio. Hinc Parasitus Plaut. Stich. II, 1, 18. *Nunc si ridiculum quaeret hominem quispiam, Venalis ego sum cum ornamentis omnibus.* Cf. Plaut. Curc. II, 3, 65. B.

10 Porro] Modo aduerbi-um ordinis: alias temporis. *Haec adposcunt]* Haec pluraliter pro *haec*. In Eunucho, *Continuo haec adornant, ut laeuer.* In Phormione, *Haec illaecerant itiones. Talenta duo]* In sequentibus dicet, *Duo talenta pro re nostra ego decreui esse satis.* C.

*Porro haec talenta]* Talen-  
 rum genus est ponderis, quod  
 habet in se LXII. aut LXX. li-  
 bras. E.

Pro *adposcunt* quod est in  
 Bemb. aut *adposcent*, quod cae-  
 teri habent libri, repone *ad-*

*poscet.* Nam *haec* non est pro  
*haec*, sc. minae, sed, mea filia  
 iam reperta. B.

11 *Quam multa iusta, iniu-  
 sta]* Siquidem nunc, relictis  
 omnibus rebus, quaerendus  
 mihi est aliquis, cui meo labo-  
 re inuenta dare possim, vt fili-  
 am meam ducat vxorem. E.

Cum Eugraphio, et ex con-  
 iectura G. Fabricii, probante  
 Guyeto, lege et distingue,  
*Quam multa, iusta iniusta, fiunt  
 moribus?* Cf. Adel. v, 9, 33.  
 Sensus est, Siue iusta siue iniu-  
 sta sint, moribus fiunt, et in  
 communi vita dominantur. B.

12 *Relictis omnibus]* Positis  
 omnibus aliis negotiis. C.

13 *Labore inuenta]* Proprie,  
*parta.* C.

1 *Multo omnium nunc me]*  
 Hic est iucunda expositio erro-  
 ris senis de verbis Syri, qui  
 Menedemum credit decipi,  
 dum ipse decipitur. C.

*Multo omnium]* Scena haec

Factum puto esse, gnate; quum te intelligo  
Resipisse. CH. vt errat! MEN. te ipsum quae-  
rebam, Chreme:

Serua, quod in te est, filium, et me, et familiam.

5 CH. Cedo, quid vis faciam? MEN. inuenisti ho-  
dic filiam.

CH. Quid tum? MEN. hanc sibi vxorem dari  
volt Clinia.

CH. Quaesio, quid tu hominis es? MEN. quid  
est? CH. iamne oblitus es,

Inter

actionem tenet: quippe Me-  
nedemus gaudet plurimum,  
quod filium videt et integris  
moribus, et vxorem eam velle  
ducere, quae honestissimi viri  
filia sit, et quod dixit, *quum te  
intelligo resipisse*, quasi hoc ne-  
sciat, quod eadem puella sit  
quam amauerat, quae nunc fi-  
lia sit Chremetis: aut dissimul-  
lat, quod quasi a meretrice a-  
nimum filii ad nuptias transtu-  
lerit: aut errat ex dolis serui.  
Credit Chremes interpellatum  
Menedemum esse a filio, non  
vere vt vxorem duceret, sed  
vt nuptiarum gratia argentum  
a patre susciperet. E.

Omnes nostri cum edd. vett.  
recte, *Multo omnium me nunc*.  
In Arsi enim debet esse *nunc*,  
h. e. cum te mutatum video. B.

3 *Vt errat!*] Virg. (Ecl.  
VIII, 41.) *Vt vidi, vt perii*. C.

4 *Filium*] *Filium* prius no-  
minauit, in quo omnis cura pa-  
tris erat. C.

*Serua quod in te est*] Petens  
nuptias filio suo, posteritatem  
respicit totam. E.

*Me, et familiam*] V. C. *me  
et familiam meam*. L.

6 Omnes nostri, *Hanc vxo-  
rem sibi dari*. B.

7 *Quaesio*] Modo obiurga-  
torium est. *Quid hominis es?*  
In Eunacho, *Quid istuc, inquam,  
ornati est?* Scire nos conuenit,  
cum recto casu profertur inter-  
rogatio, non esse contumelio-  
sum. Vt si dicas, *Quis hic  
homo est?* Si autem in obliquo,  
contentum significari. Vt,  
*Quid hoc est hominis? quid mu-  
lieris? quid ornatus?* C.

*Quaesio quid hominis*] Redi-  
gere vult in memoriam Chre-  
mes! Menedemo \* (Haut du-  
bie excidit, *quid inter ipsos di-  
ctum sit de fallacia* L.) Arguit  
igitur quod veluti stultus non  
intelligat, quod de dolo nunc  
agatur. E.

Frustra oneratur versus. No-  
stri

Inter nos quid sit dictum de fallacia,

Vt ea via abs te argentum auferretur? MEN. scio.

10 CH. Ea res nunc agitur ipsa. MEN. quid dixisti, Chreme?

Erravi. res acta. quanta de spe decidi!

CH. Immo haec quidem, quae apud me est, Clitiphonis est

Amica. MEN. ita aiunt. CH. et tu credis? MEN. omnia.

CH. Et illum aiunt velle uxorem, vt, quum desponderim,

15

fri omnes rotundius: *Quaeso, quid hominis es? M. quid? C. ianne &c. B.*

10 *Ea res nunc agitur ipsa]* Et ex hoc credit eos inter se finxisse, Cliniam amare Antiphilam. C.

Pro dixisti recte habet Bemb. narras. B.

11 *Sic res acta/est?]* Vt decipiaris. Et haec quidem, cum contemptu interrogat. Nam et hoc fictum esse credit. C.

Hic versus plane est delendus, vti Faerno videtur, qui fictus est ex 11, 3, 9. Non in contextu Vaticani tantum est prima dictio *Erravi* et in Bemb. plane abest. Deinde sensus et orationi series repugnat. Nam Menedemus suum errorem demum versu 16. agnoscit. Igitur quicquid praecedit, pertinet ad diffensionem fenum, vtrius adolescentis sit amica Bacchis. B.

12 *Nempe haec, quae apud te]* Vt facile docere possit se-

nem, non vere ad nuptias peti filiam suam, sed vti nuptiarum gratia adolescenti dari possit argentum, commemorat nempe, *Haec quae apud te est, Clitiphonis est amica*: vti ex his, quae apud eam gesta sunt, sciat Menedemus esse fallaciam. E.

*Immo haec]* Mf. R. *Et quidem.* deinde in vett. lib. *arrt rē haec*, legitur *isthaec*. L.

Sensus facile probat, quod Bentleius, praeeunte Faerno, personarum rationem sic ordinat: — — M. quid narras, Chreme? Immo haec quidem quae apud me est, Clitiphonis est Amica. C. ita aiunt: et tu credis omnia: Et illam aiunt velle uxorem, vt cum desponderim, Des, qui etc. 7.

13 *Ita aiunt]* Ita aiunt, de re dicimus, quam volumus esse falsam. C.

14 Pro *illum* reponere *illam*. vt supra IV, 3, 25. *Illam se amare et velle uxorem.* B.

VV 2

15 Des, qui aurum, ac vestem, atque alia, quae opus sunt, comparet.

MEN. Id est profecto: id amicae dabitur. CH. scilicet

Daturum. MEN. vah! frustra sum igitur gaudius miser!

Quiduis tamen iam malo, quam hunc amittere.

Quid nunc renunciem abs te responsum, Chreme?

20 Ne sentiat me sensisse, atque aegre ferat.

CH. Aegre! nimium illi, Menedeme, indulges!

MEN. sine:

Inceptum est: perface hoc mihi perpetuo, Chreme.

CH.

16 *Id est profecto*] Fingit se credere amico, quem fidem cognouerat. C.

*Id amicae dabitur*] Vel confirmantis pronuntiatione accipi potest, vel quasi cum affirmatione interrogantis [vt iuste conclusum sit.] Nam interrogatio interdum ad negationem, interdum ad affirmationem dirigitur. E.

Pro *vah lege ab*, quod et verus poscit, et dolenti magis conuenit. Deinde pro *Daturum* reponere *Datum iri*, vti praecedens *dabitur* postulat. *Scilicet* autem cum Infinitiuo iungi, veteres Magistri docent. B.

17 *Gaudius*] Bene de filio *gaudius* dixit, quia *gaudemus* propriis, *gratulamur* alienis. *Miser*] *Miser* est, cui animae miseria est. C.

*Scilicet daturum*] Licet da-

num intelligat senex, et deceptus de gaudio sit, tamen memor doloris pristini et calamitatis, omnia vult sustinere, quam id quod passus est, rursus pati. E.

18 *Amittere*] Pro *dimittere*, more antiquo. C.

19 *Quid nunc renunciem?*] Quid ergo vis renunciem filio abs te esse responsum, ne intelligat me hoc intellexisse, quod non vere nuptias petit? E.

21 *Aegre!*] Sic distingue, vt Chremes hanc vocem Menedemi subrideat: quippe quod filius non sit vlla in re timendus. *Indulges*] Nullum magis proprium verbum inuenire potuisset de patre, qui omnia filio permittit. C.

22 *Inceptum*] Nam quod semel *inceptum est*, non potest facile omitti. C.



CH. Dic conuenisse; egisse te de nuptiis.

MEN. Dicam. quid deinde? CH. me facturum esse omnia:

25 Generum placere: postremo etiam, si voles, Desponsam quoque esse dicito. MEN. em, istuc volueram.

CH. Tanto ocius te vt poscat, et tu id quod cupis, Quam ocissime vt des. MEN. cupio. CH. nae tu propediem,

Vt istam rem video, istius obsaturabere.

30

23 *Conuenisse*] *Conuenire* interdum significat *pacisci*: vt *Conueni tecum pro denario diurno*. Interdum significat *aliqui*. Vt, *Te conuenire cupio*, i. e. *aliqui*. Interdum significat, *casu inuenire*. Vt Cicero ad Lentulum (*Fam. I, 9.*) *Quem cum conuenisset*, i. e. *casu inuenisset*. Quandoque etiam significat, *placere, neque in controuersia esse*. Vt, *Hoc conuenit inter nos*, i. e. *de hoc nulla inter nos est controuersia*. Item dicere solemus, *de hoc negotio tandem conuenit*, i. e. *placuit deliberantibus, vt res in crastinum differatur*. C.

26 *Desponsam*] Et hoc est quod Cliniae magis placiturum est. *Hem!*] Modo interiectio laetantis: alias irascentis. C.

*Desponsam quoque esse*] *Petitionis vxorum nomina haec sunt*. Nam primum *inuenta* dicitur, deinde *paeta*, tertio *desponsata*, quarto *vxor*. Ita vt

vicinum nomen iam petitionis ostenderet circa nuptias, dixit, *Postremo desponsam quoque esse dicito*, hoc enim vicinum ad vxorem. Nam supra *paeta* dicitur. vt est apud Virgilium (*x, 722.*) — *et paetae coniugis ostro*. Denique primo Menedemus, cum audisset Chremetem, *Dic conuenisse, egisse te de nuptiis*. Quoniam conuentae nomen dixerat, quod longe est positum, quaesuit, *Quid deinde?* quasi hoc parum est: et peruenit vsque ad appellationem prope vxoris. E.

27 *Tanto ocius*] Quia si acceperit filius desponsatam Antiphilam, quam primum exposcet argentum ad exornamenta coemenda. C.

28 *Nae*] *Pro valde*. Et hoc proprie Terentianum est. *Propediem*] *Temporis aduerbium, et significat cito*. C.

29 *Obsaturabere*] Id est nimiam de filio capies facietatem.

Vv 3

Quod

30 Sed vtuti istace sunt, cautim et paulatim dabis,  
Si sapiens. MEN. faciam. CH. abi intro; vide,  
quid postulet.

Ego domi cro, si quid me voles. ME. fane volo:  
Nam te scientem faciam, quicquid egero.

## ACTVS QVINTI SCENA I.

MENEDEMVS. CHREMES.

**E**GO me non tam astutum, neque ita perspicacem  
esse, certo scio.

Sed

Quod est corporis, ad animum  
transtulit. Et sic plus hoc ver-  
bo intulit, quam si inuenisset  
proprium verbum. C.

[*Istius obscurabere*] Facile e-  
ius fastidium habere poteris. E.

30 *Sed vnti*] V. C. *Sed haec  
ista vt sunt.* L.

In Vatic. recte legitur. *Sed  
haec vt vt sunt.* B.

31 *Postulenti*] Tanquam iu-  
re: quia iure aliquid *postula-  
mus.* C.

Male vulgo legitur *postu-  
lenti.* B.

33 *Te sciente*] Recte *sciente.*  
Nam *sciens* est, qui alicuius iu-  
dicio rem cognoscit. *Prudens*,  
qui intelligentia sua aliquid  
sentit. Ergo *sciens* est per a-  
lios. C.

*Nam te sciente faciam*] Fa-  
ciam te sciente, hoc est, non  
te ignaro. E.

Alii habent *Nam te sciente  
faciam.* Quod non est praese-  
rendum. B.

**I** *Ego, me non tam astutum*]

Quia iam [ad exitum properat  
fabula, fallacia detegitur per  
Menedemum, et Cliniae Anti-  
phila desponsatur. Et est ope-  
rae pretium, videre senem, qui  
antea monebat, indigere ad-  
monitione. Et senes se mul-  
tis ludibriis illudunt vltro ci-  
troque, eousque donec aperte  
loquens Menedemus ostendit,  
Bacchidem esse Clitiphonis a-  
micam, non Cliniae. *Ego me*]  
Vt insultat senex, dum alterius  
stultitiam et tarditatem ludibrio  
habet. *Non tam astutum*]  
Haec iactationis cuiusdam spe-  
cies est, fingere se non *astu-  
rum*; dum videt alterum stul-  
torem. C.

*Ego me non tam*] Haec Sce-  
na coniecturalem statum con-  
tinet, quoniam argumentis col-  
lectum est, Clitiphonem ami-  
cam habere meretricem. Hoc  
vt probari possit, argumenta di-  
cen-

Sed hic adiutor meus, et monitor, et praemonstrator Chremes

Hoc mihi praestat. In me quiduis harum rerum conuenit,

Quae sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus:

5 In illum nihil potest: exsuperat eius stultitia haec omnia.

CH. Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere,

Tuam

centur. Denique sic fumsit exordium a persona sua et Chremetis: *Ego me non tam astutum*: hoc est acutum et perspetorem rerum. E.

*Ita perspicacem esse*] V. C. *tam persp.* in eodemque libro esse desideratur. L.

Pro certo Bentleius edidit *id.* Z.

2 *Adiutor*] Cum risu haec pronuncianda: et *adiutor* proprie in re bona, *impulsor* in re mala. C.

3 *Hoc mihi praestat*] In hoc me antecedit. SET HIC. \* ITA PAIT POCAYETA . . . ponis eum tractat (*Sed hoc παρὰ προσδοξίαν dictum est. Nam praeponeit sibi eum, irabit autem.* Cf. vers. 5. Z.) in se multa maledicta. E.

*Quiduis harum rerum*] V. C. *quod harum rerum vis.* L.

4 *Caudex, stipes*] Ista iniuriose dicuntur in stultum et hebetioris ingenii hominem,

quemadmodum ignaum, *lapidem* appellamus. Quamuis tamen idem sit: sed non plus est. C.

*Caudex, stipes &c.*] *Caudex* est truncus arboris, conuersa O in AV, fit pro *codex caudex*, sicut pro *coze cauzis*. *Stipes* similiter est truncus cuiuslibet ligni, et declinatur *stipes stipitis*. *Stipes* vero *stipis* est praebenda militum. Haec singula pronuncianda sunt per ἄσσιμον, ut stulti vis exprimi possit. E.

Pro *dicta* repone *dictae*: quae lectio postulatur a praecedente *rerum*, et confirmatur duobus codd. antiquis. B.

5 *In illum nihil*] Hoc est quod supra dixi, contra opinionem dictum: nam adiecit, *Exsuperat stultitia eius haec omnia.* E.

6 *Ohe!*] Interiectio est, saetietatem usque ad fastidium designans. *Obtundere*] *Obtundit*, qui saepe repetendo aliquid

Tuam esse inuentam gnatam: nisi illos ex tuo ingenio iudicas,

Vt nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centies.

Sed interim quid illic iam dudum gnatus cessat cum Syro?

10 ME. Quos ais homines, Chremes, cessare? CH. ebem, Menedeme, aduenis?

Dic mihi, Cliniae, quae dixi, nuncia sine? MEN. omnia.

CH. Quid ait? ME. gaudere adeo coepit, quasi qui cupiunt nuptias.

CH. Ha, ha, he. ME. quid risisti? CH. serui venere in mentem Syri

Calliditates. ME. itane? CH. voltus quoque hominum fingit scelus.

15

quid dicit. *Obrundere*] Est translatio a fabris, qui saepe repetunt tundendo aliquid malleo, et idem *obrundunt* et hebetant. C.

9 *Cessat cum Syro?*] Bene *cessat*, tanquam desidiosus. Nam *Cessant* desidiosus, *Requiescunt* defessi. C.

10 *Quos ais homines*] Hic Menedemus incipit alloqui Chremetem, ut faciem detegat. *Ebem! Menedeme, aduenis?*] Sic tanquam expectatus: et Aduentus proprie expectatorum necessariorumque dicitur. Et *hem* est particula ostendens gaudium de aduentu. C.

Ex vno Acad. abest *Chremes*:

in altero Regio additum est *per tempus*. Repone, *Quos ais homines cessare? C. ebem, per tempus, Menedeme, aduenis*. And. IV, 4, 44. *per tempus aduenis*. B.

12 *Quasi qui cupiunt*] In Andria, *Ita tum discedo ab eo, ut qui se neget filiam darurum*. C.

Veterrimi ex nostris *Adeo occepi*. B.

13 *Ha, ha, he!*] Vox nimii cachinni, et accommodata Chremeti, qui credebat Menedemum decipi in filio, et assimulate illum petere uxorem. C.

14 *Itane?*] Sic lege, ut quasi eludat Chremetem: qui passus est, se a seruo decipi.

Fin.

15 ME. Gnatus quod se assimulat laetum, id dicis?

CH. id. ME. idem istuc mihi

Venit in mentem. CH. veterator. ME. magis,  
si magis noris, putes

Ita rem esse. CH. ain' tu? ME. quin tu ausculta.

CH. mane, hoc prius scire expeto,

Quid perdidideris: nam vbi desponsam nunciasti filio;  
Continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet,

20 Sponsae vestem, aurum, atque ancillas opus esse;  
argentum vt dares.

ME.

*Fingit*] Format: si tristes sunt, laetos reddit. *Fingere* proprie est figuli, qui formas ducit ex luto. C.

*Vultus quoque hominem*] Adhuc perseverat Chremes, vt credat a Syro ad Menedemum (vel adde *fallendum*, vel *ad muta in aduersus Z.*). compositam esse fallaciam, ita vt et vultus hominem sceleratissimum fingat. E.

15 *Se assimulat*] Refertur ad id, *Vultus hominum fingit*. C.

16 *Venit in mentem*] Sic dicit, quia scit ab illo deceptum Chremetem. *Veterator!*] Vetus est in astutia. C.

*Si magis noris, putes*] Hic iam aperit veritatem Menedemus. Magis qualis sit Syrus, intelligas, si magis quae fecerit cognoscas. E.

17 *Ita rem esse*] Vultuose

pronunciandum. Quod si Chremes sciret se a Syro deceptum, vere illum *veteratorem* appellaret. *Mane*] Deceptus Chremes aliter percipit verba Menedemi, quam ipse loquatur, et ab illo imprudens eluditur. C.

*Mane, hoc prius*] Cum narrare vellet Menedemus, vt crederet Syrum aduersus Chremetem potius insidias tetendisse, intercedit et dicit, quidnam perdididerit, quod negatum a Menedemo est. Vnde se mirari vehementer dicit, quod haec non fuerit suspicatus. E.

Ne versus claudicet, lege *manedum*, quod saepe apud Plautum occurrit. B.

18 *Desponsam nunciasti*] V. C. *desponsatam*. L.

20 Versus causa reponere, *Sponsae aurum, vestem, ancillas, opus esse, argentum* etc. Certe *Atque* abest ab omnibus nostris vet. B.

ME. Non. CH. Quid non? ME. non inquam. CH. neque ipse gnatus? ME. nihil prorsus, Chreme. Magis vnum etiam instare, vt hodie conficerentur nuptiae.

CH. Mira narras: quid Syrus meus? ne is quidem quicquam? ME. nihil.

CH. Quamobrem? ME. nescio; equidem miror, qui alia tam plane scias.

25 Sed ille tuum quoque Syrus idem mire finxit filium,

Vt

21 Non] Ridicula negatio. Illa vero Virgiliana amara (Ecl. III, 2.), Non: verum Aegonnis. Quid? Non?] Cum admiratione repetit non. C.

Pro Quid lege Qui. B.

22 Hodie conficerentur nuptiae] Incipiet paulatim detegi fallacia. Nam hoc signum est, Cliniam non falso velle Antiphilam. C.

23 Ne is quidem quicquam?] *Ἀποσιώπησις* admirantis. Hoc magis mirum videtur, quod nec Syrus verba iniecerit, ad extorquendum argentum. C.

24 Alia tam plane scias] Pulchra ironia in eum, qui deceptus fit. C.

Nisi malis hic omnem sententiae venerem exstingui, verbum nescio ipsi Chremeti tribue. B.

25 Ille tuus quoque Syrus] Quem tantum *veteratorem* putas. *Finxit filium*] Refertur ad id quod Chremes supra dixit, *Voluit quoque hominum fugit scelus*. C.

Sed ille tuum quoque] Hic

iam prorumpit in narrationem. Ille, inquit, Syrus mire tuum finxit filium, vt amicam eius tu Bacchidem suspicari non possis. Haec argumenta colligit a factis: *mitto iam osculari et amplexari*. Deinde a loco, quod in ultimis aedibus retro conclauae positum sit, quo eis *introlatus est lectus*: vtique diceffio haec longe a conspectu multorum posita, ideo sumta conspicitur, vt magis facinus celaret: Deinde quod ingressi sunt *solus Clitipho et sola Bacchis*. Haec dicens a praecedentibus argumentatur, quid consecutum sit, scilicet concubitus. Vnde quia rem coniecturaliter collegerat, addit, *operuere ostium, et, Clinia haec fieri videbat?* Fieri enim non potest, vt si amica Cliniae esset meretrix, ipso praesente cum altero adolescente concluderetur. Quare probata Chremes vehementer exclamat, memor coenae datae, *Decem dierum vix mihi est familia*. Vt dicat, haut esse, vnde familiam sustentet. E.

Vt ne paululum quidem suboleat esse amicam hanc Cliniae.

CH. Quid ais? ME. mitto iam osculari atque amplexari: id nil puto.

CH. Quid est, quod amplius simuletur? ME. vah!

CH. Quid est? ME. audi modo:

Est mihi in vltimis conclaue in aedibus quoddam retro:

30 Huc est intro latus lectus; vestimentis stratus est.

CH. Quid postquam hoc est factum? ME. dictum factum: huc abiit Clitipho.

CH.

26 *Suboleat*] Tractum a fenestru odorandi. Et *sub* ibi minuit, i. e. vt nec etiam paululum appareat, vel paululum sentiatur, id scilicet, quod sequitur. C.

Recte veterrimus noster *Subolat*, vti Faernus habet. Alter *Subolet*. Caeteri *Suboleat*. B.

27 *Quid ais?*] Nonnunquam perturbati intercessoris est dicere, *quid ais?* sed hoc loco metuentis est, non interrogantis. *Mitto iam osculari*] Color rhetoricus. *Osculari*] Haec est quarta amoris linea. Nam sunt quinque: prima *visus*, secunda *colloquii*, tertia *tractus*, quarta *osculi*, quinta *coitus*. *Id nihil puto*] Sic dicimus quando habemus aliquid maius ad confirmandum. Ita dicit: Nil puto *osculari* et *amplexari*, in comparatione ad illud quod sequitur. C.

29 *Conclaue*] In Eunucho,

*Virgo in conclauis seder*. Est autem *conclaue*, separatio loci in interioribus tectis: vel quod intra eum loca multa et cubilia clausa sint adhaerentia triclinio: Et est neutrum. Festus autem ait, *conclauia* dici loca, *quae vna claue clauduntur*. Cicero autem in de Oratore (II, 86.) cepit *conclaue* pro *triclinio*, in quo epulabantur conuiuiae, loquens de Simonide, qui quum esset euocatus a duobus iuuenibus ad ianuam, interea *conclaue*, inquit, *quo epulabatur Scopas, super conuiuas corruis*. Valerius (I, 8, 7. in Extern.) autem vocat illum locum *triclinium*, cum de eodem Simonide faceret mentionem, in capite de Miraculis. C.

Versus causa praefert lectionem *Est mihi vltimis*. B.

31 *Dictum ac factum*] I. e. aequè cito factum est hoc, ac dictum.

- CH. Solus? ME. solus. CH. timeo! ME. Bacchis consecuta<sup>7</sup>st ilico.
- CH. Sola? ME. sola. CH. perii! ME. vbi abiere intro, operuere ostium. CH. hem!
- Clinia haec fieri videbat? ME. quidni? mecum vna simul.
- 35 CH. Fili est amica Bacchis, Menedeme: occidi!  
ME. Quamobrem? CH. decem dierum vix mihi est familia.  
ME. Quid? istuc times, quod ille operam amico dat suo?
- CH. Immo quod amicae. ME. si dat. CH. an dubium id tibi est?

Quem-

dictum. Ethoc sermone celeritas facti indicatur. Vel intellige quod vulgo dici solet, statim dictum, statim factum. Illud autem dicendi genus, *dictum* ac *factum* vim habet cuiusdam aut aduerbii, aut interiectionis, quod quidem sumtum est a communi loquendi modo; neque adhiberi debet verbum, quoniam eo addito vim suam perdere videtur. Melius est igitur, vt pro aduerbio aut interiectione sumatur; vt, *Me miserum! prob Deum atque hominum fidem! malum!* et alia multa. C.

33 *Sola*] Hoc magnum argumentum quintae lineae, quod *sola cum solo* fuerit. *Operuere ostium*] Ab obstando. sicut *aperio* significat recludo, sic *operio* interdum significat claudio, vti hic. C.

34 *Quidni?*] *Quid nisi?* *Vna simul*] Idem fere signant; sed hic ponitur altera earum particularum ad ornatum, vt sonior reddatur oratio. C.

36 *Familia*] Hoc loco pro *re familiari* ponitur. Vnde in iudicium venit de lite familiae Herciscundae, i. e. hereditatis. Cicero in lib. de Oratore (I, 56.), *Idem Herciscundae familiae causam agere non possit.* C.

37 *Operam dat*] Facete dictum a sene. C.

*Quid? istuc times*] Inscitia se rem probatam habere Menedemus illudit faceta satis vrbaniitate. E.

38 *Si dat*] Suspendendum, et est *ἄσχετος*, quasi dicat, nescio. *Dubium id tibi est?*] Iam credit Chremes se esse deceptum. C.



Quemquamne animo tam communi esse, aut leni putas,

40 Qui se vidente amicam patiatur suam?

ME. Quidni? quo verba facilius dentur mihi?

CH. Derides? merito mihi nunc ego succenseo.

Quot res dedere, vbi possem persentiscere,

Nisi essem lapis? quae vidi! vae misero mihi!

45 At ne illud haut inultum, si viuo, ferent:

Nam iam. ME. non tu te cohibes? non te respicis?

Non

39 *Communi et leni*] Quod si *comi*, intellige *comi* pro benigno et mansueto; nam *comes* homines dicuntur, qui errantibus viam ostendunt benigne ac non grauati. C.

*Animo tam communi*] *Communis* vt Graecis κοινός. Theogn. ἔγω κοινός ἅπας ὁ βίος, καὶ δρόφρανα πάντα. Petrus Chrysol. Serm. 164. *Quia pauper, communis est semper, patet omnibus.* L.

Repone, *Quemquamne tam animo comi esse et leni putas.* Faernus recte repudiat *communi*, non modo ob sensum, sed etiam ob quosdam libros: in quibusdam enim *comi* reperitur, in aliis fit scriptum *comi*, vt adeo pro *communi* et *comi* possit accipi. Deinde pro *aut* omnes fere nostri, *et.* B.

40 *Amicam patiatur suam*] Subaudi, *subagitari.* Et est honesta ἐλλειψις in re turpi. Virg. (Ecl. III, 8.) *Nouimus et qui re.* C.

41 *Quid ni?*] Pro, *cur non.*

Et haec verba proprie sunt deridentis. C.

*Vt facilius mihi verba dentur*] Haec facta sunt. E.

*Ab, ab, eb,* quod in libris quibusdam extat, abest recte a melioribus. Nam risus non videtur locum habere. B.

42 *Merito mihi nunc ego succenseo*] Hic iam ab argumentis, quae a Menedemo dicta sunt, alia colligit Chremes de praeterito, quod *illum in sinum meretricis viderit manum insere.* E.

Lege et distingue, *Derides? merito.* Vt *mibi nunc ego succenseo.* Sic infra v, 4, 20. B.

44 *Ni essem lapis?*] Superior, *Nam exsuperat eius stultitia haec omnia.* Et plus est quam *caudex, stipex, asinus.* C.

Versus postulat, *Nisi si essem lapis.* B.

46 *Nam iam!*] Ἀποσιώπησις. H. e. ex hoc tempore exheredabo eum, aut aliquid tale. Virgil. (Aen. I, 135.) *Quos ego!* C.

*Nam*

- Non tibi ego exempli fatis sum? C. prae iracundia,  
Menedeme, non sum apud me. ME. tene istuc loqui?  
Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,  
50 Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?  
CH. Quid faciam? ME. id quod me fecisse aie-  
bas parum:  
Fac te patrem esse sentiat: fac ut audeat  
Tibi credere omnia, abs te petere et poscere;  
Ne quam aliam quaerat copiam, ac te deserat.  
55 CH. Immo abeat multo malo quovis gentium,  
Quam

Nam iam] Affectio est illa irascentis, de qua saepe diximus. Ut quod ait Virgilius (Aen. I, 139.), *Quos ego?* E.

47 *Non ego tibi exempli]* παράδειγμα est, ad deterrendum dictum. E.

48 *Tene istuc loqui?]* Virgilius (Aen. I, 37.), *Mene incepto desistere victam.* C.

49 *Aliis consilium dare]* Hinc illud Seruii Sulpitii ad Cicer. (Fam. IV, 5.) *Denique noli te obliuisci Ciceronem esse, et eum, qui aliis consueueris praecipere, et dare consilium.* C.

*Nonne id flagitium est]* Fr. Pith. *Nonne istud st.* L.

50 *Foris sapere; tibi non]* Menander: *μισῶ σοφιστῶν, ὅτι οὐκ ἀντὶ σοφῶς.* L.

Codd. nostri omnes habent, quod versus postulat, *non posse te auxiliarier.* B.

51 *Lege, id quod tu me fecisse aibas parum.* Certe vnus ex Meadinis habet *tu.* B.

52 *Fac te patrem]* Comoediarum vice versa sunt omnia. Nam ille qui accipiebat ante consilium, nunc dare coepit. Mores enim per Comoediam expressit, et qualis humana hominum vita declaratur. E.

Repone, *Fac te esse patrem ut sentiat: fac etc.* Ita *patrem* est in ictu. Certe *esse patrem* est in cod. Acad. et Edd. vet. et, *ut*, habet cod. vet. B.

54 *Copiam]* Facere *copiam* sui quasi se familiarem exhibere, et praesentiam suam non denegare. Interdum significat concedere facultatem. *Fac ergo, ne quaerat aliam facultatem.* C.

55 *Immo abeat]* Hoc terribiliter pronuntiandum: et verba proprie rigidi et asperi patris. *Quovis gentium]* *Gentium*, in fine superflua adiunctio: sicut *interea loci.* Dat tamen quandam ἀντίθεσιν pronuntianti. C.

Alii

Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.  
 Nam si illi pergo suppeditare sumtibus,  
 Menedeme, mihi illaec vero ad rastros res redit.  
 ME. Quot incommoditates in hac re accipies, nisi  
 caues!

60

Alii codd. pro *multo* habent *porius*, quod praefendum videtur. B.

56 *Flagitium*] *Facinus*. *Flagitium* more militari dicitur, res *flagitatione*, hoc est, increpatione digna. Nam *flagitare* est perfonare, inde *flamma* et *flagella*, quod haec non sint sine sonitu et crepitu. C.

*Quam hic per flagitium*] Glossar. *Flagitium* ἀτόχημα, βία. signate, βία. nimirum ut βιάζεσθαι ἐπ' ἀσχεῖ; quo significato hic *flagitium* intelligi potest. Inde *flagitare*. Apul. Metam. ix, *Nudatum supinatamque in ventrem execrandis vredinibus flagitabant*. Cato apud Festum, *Intercubibus stupris flagitatus*, et *flagitatores*. Calpurn. Declam. 20. *Improbi flagitatores, qui detrimenta pueritiae suae muzzo dedecore compensant*. Et *Flagitiosus coitus* apud Firmicum. quamvis haec de puerorum amoribus rectius dicantur. L.

57 *Si pergam*] *Perseuerem*. alias *pergere* est ire. Multi Codices habent *sumtibus*, quod non multum placet, nisi sic dicas: *Si pergam suppeditare illi*

*flio*, i. e. inferuire, indulgere illi sumtibus dandis. Vel *sumtibus*, i. e. per sumtus. C.

Duo recte pro *illi* habent *illius*. Sic eius *sumtus*, III, I, 44. B.

58 *Vere ad rastros*] Quasi dicat, *Id quod tu Menedeme absentia filii exercebas*, hoc est, *rem rusticam, id ego inopia facere cogar*. C.

*Ad rastros res*] Ad rastros sum non dolore, sed paupertate rediturus. E.

Cum *res redit* absolute dici soleat, pro *illac* scribe *illic*, quod in cod. Regio a prima manu fuit. Dein pro *vero* omnes nostri recte, *vere*. B.

59, *Quot incommoditates*] Satis comice dixit: nam hoc nomen, leue quiddam significat: ut in Eunucho, *Immo enim vero infeliciter*. Nam *incommoda alia sunt dicenda*, *Parmeno*. *Capies*] Alibi *inimicitias caperem*. *Capere* proprie dicimus, cum id quod in nobis est, assumimus. Vnde *capere* pro eligere ponitur. C.

*Quot incommoditates*] Mf. R. et V. C. *Quot incommoda tibi in hac re capies*. L.

Vt metro consulatur, reponere,  
*Quod*

- 60 Difficilem ostendes te esse, et ignoscas tamen  
Post; et id ingratum. CH. ah nescis, quam do-  
leam. ME. vt lubet.  
Quid hoc, quod volo, vt illa nubat nostro? nisi  
quid est  
Quod mauis. CH. immo et gener, et affines placent.  
ME. Quid dotis dicam te dixisse filio?  
65 Quid obticuiisti? CH. dotis? ME. ita dico. CH.  
ah! ME. Chreme, Ne

*Quod incómodi tibi in hac re*  
etc. Certe *Quod* est in Bemb.  
et Meadiano. B.

60 Pro vulgari *Ostendis* re-  
cte Bemb. Victor. et vnus e no-  
stris habent *ostendes*. B.

61 *Et id ingratum*] V. C.  
*et id erit ingratum*. L.

62 *Quid hoc, quod volo*]  
Conuerit Menedemus sermo-  
nem ad coniugium faciendum  
Cliniae et Antiphilae. *Nisi*  
*quid est*] Honestè petit, quod  
officium est probi et honesti  
viri, q. d. Honestè peto, nolens  
impedire, quin alteri tradas, si  
videas, te melius filiae tuae  
consulturum. C.

Pro rogo nostri codd. *vo-*  
*lo*. B.

63 *Et Affines*] Vxor, *co-*  
*gnati* sunt: *Affines*, mariti.  
Vnde multi gradus sunt, et ve-  
luti rami propinquitatis, in *af-*  
*finitate* et *cognatione* dispo-  
siti. C.

*Quod mauis*] V. C. *quod*  
*malis*. L.

64 *Quid dotis dicam te di-*  
*xisse*] Proprium iuris est ver-

bum, cum dicitur dos, quod ex-  
primitur, *quid obticuiisti?* Post-  
eaquam dos petita est, Chre-  
mes diu deliberavit consilium  
quaerens, non quo summam  
quaereret dotis, \* (adde, *sed*  
*quo filium dotis nomine terreret*  
*et corrigeret* Z.) quod intelli-  
gi datur ex sequentibus. Com-  
promissa dote adiungit, *si me*  
*vis saluum*: aliter enim filium  
corrigi non posse credit, nisi  
dotis nomine omnia bona filiae  
promississe videatur, vnde cre-  
deret filius exheredem se. De-  
nique *id*, inquit, *mirari te si-*  
*mulato*, vt ad eius notitiam ve-  
niat. Quam quidem rem cum  
intellexisset (*quaesiuisset* Z.)  
Menedemus, explanat, se id-  
circo promississe, vt *animum a-*  
*dolescentis luxuria et lasciuia*  
*diffluentem inopia reuonderet*, et  
ad integram frugem necessita-  
te reuocaret. E.

In editione Bentleii pro *filio*  
est *filiae*, quod operis tribuen-  
dum esse censeo. Z.

65 *Quid obticuiisti?*] Sic di-  
xit, quali puderet Chremetem  
dicere,

Ne quid vereare, si minus: nil nos dos mouet.

CH. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis;  
Sed ita dictu opus est, si me vis saluom esse, rem,  
et filium,

Me mea omnia bona doti dixisse illi. ME. quam  
rem agis?

70 CH. Id mirari te simulato, et illum hoc rogitato  
simul,

Quamobrem id faciam. ME. quin ego vero, quam-  
obrem id facias, nescio.

CH. Egone? vt eius animum, qui nunc luxuria  
et lasciuia

Diffluit, retundam; redigam, vt quo se vortat, nesciat.

ME. Quid agis? CH. mitte; sine me in hac re  
gerere mihi morem. ME. sino,

75 Itane vis? CH. ita. ME. fiat. CH. age iam,  
vxorem vt arcessat, pareat.

Hic

dicere, quod parua dos videre-  
tur: nam *racemus* consilia: *re-  
ricemus* dolores: *obricemus* quo-  
rum nos pudet. C.

67 *Pro re nostra*] Facite *rem*  
*suam* extenuat. C.

68 Lege meliore numero,  
*Sed ita dictu est opus, si me vis*  
*saluom esse et rem et filium.* B.

69 *Quam rem agis?*] Hoc  
est quasi perturbati intercessio-  
ris. C.

70 *Illum rogitato*] Pulchra  
admonitio, vt perterrefaciat fi-  
lium. C.

72 *Luxuria*] *Luxuria* a *Lu-  
xu*, i. e. superfluitate deriuatur.  
*Lasciuia* autem designat quan-  
dam petulantiam et importuni-

tatem, exultando et delectan-  
do in sua turpitudine. Haec  
tamen differentia non obser-  
uatur; sed indifferenter illis  
duobus vtimur pro eodem si-  
gnificatu. C.

73 *Diffluit*] Perlius (Sat.  
III, 20.), *Diffluit amens.* C.

74 *Quid ais?*] *Ais* dicimus  
de iis, qui vana loquuntur. C.

Omnes nostri, *Mitte ac sine:*  
quo versus fit numerosior. B.

75 *Fiat*] Concessio irati ad-  
uersus pertinacem. C.

*Arcessat, pareat*] V. C. *prac-  
paret.* L.

Bemb. habet recte *Ac iam,*  
pro vulgari *Age iam.* B.

Hic ita, vt liberos est aequom, dictis confutabitur.  
Sed Syrum. ME. quid eum? CH. egone? si viuo, adeo exornatum dabo,

Adeo depexum, vt dum viuat, meminerit semper mei :  
Qui sibi me pro ridiculo ac delectamento putat.

80 Non, ita me Di ament, auderet haec facere viduae mulieri,

Quae in me fecit.

ACTVS QVINTI SCENA II.  
CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

**I**TANE tandem quaeso, Menedeme, vt  
pater Tam

76 *Dictis*] Quia liberi *verbis* obiurgandi sunt: serui vero *verberibus* puniendi. C.

*Dictis confutabitur*] Solis sermonibus male tractabitur. E.

77 *Sed Syrum!*] Ἀποσιώπησις, scilicet *puniam*. *Quid eum?*] Scilicet *punies*, modus interrogandi. *Si viuo*] Subiungit affirmationem. C.

*Sed Syrum!*] Cum vtique maiora tormenta seruo minatus sit, irascentis more, quod esset facturus, exprimere non potuit. *Adeo exornatum*] Id est, contum, per εἰρωσίζων. E.

Versus inprimis gratia repone, *Sed Syrum*. M. *Quid eum?* 'Ego, si viuo, eum adeo exorn.' etc. B.

78 *Adeo depexum*] Hoc veniliter more senum iratorum lege, et intellige contrarium. C.

*Adeo depexum*] Hoc est, compositum poenis et tormentis. E.

*Adeo depexum*] Non. Marcell. cap. I. L.

Lege, *Adeo pexum, vsque vt dum viuat* etc. Tres codd. optimi habent *vsque vt dum*. B.

79 Lege ex veterrimis nostris, *Pro deridiculo*: quod et versus poscit, et Plautus Tacitusque vsurparunt. B.

80 *Viduae mulieri*] Bene personam abiectam delegit, quae ludibrio habetur, et quia *mulier*, et quia viro orbata. C.

*Viduae mulieri*] Facilis enim illusio est in eam, quae et mulier et vidua est. E.

*Facere viduae mulieri*] Quintil. declam. 338. *Imbecilla res est femina, et affert infirmitati naturali non leue pondus, quod vidua est*. L.

Omnes libri rationi trochaici seruiant, *facere haec viduae*. B.

**I** *Itane tandem*] Restat ad tran-

Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris?

Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admisi miser?

Volgo faciunt. ME. scio tibi esse hoc grauius multo, ac durius

5 Cui fit: verum ego haut minus aegre patior: id qui nescio,

Nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo volo.

CL. Hic patrem adstare aiebas? ME. eccum. CH. quid me incusas, Clitipho?

Quic-

tranquillitatem rerum omnium, vt Clitipho verbis patris perterritus, in viam redeat, et vxorem ducat. *Itane*] Sic incipit, vt qui se a patre abdicationem putet. *Tandem*] Hic expletiva coniunctio. Cicero (Catil. I, I.) *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Alias ponitur pro tamen: vt, In qua ciuitate tandem arbitrare te viuere? Nonnunquam pro saltem. C.*

*Itane tandem*] Ad satisfaciendum valet haec Scena, et veniam petit. E.

Omnes nostri recte, *Quaeso est. B.*

3 *Admisi*] ἄξιαις est. plus est *admittere*, quam *facere*. Alibi, *Haec te admittere Indigna. C.*

4 *Vulgo id faciunt*] Ad purgationem peccati, si nihil aliud habemus, argumentum ab ex-

emplo aliorum sumimus, qui idem factitauerunt. Sed multo magis valet, si ab exemplo omnium sumitur. C.

*Vulgo faciunt*] Quod meretrices omnes amant adolescentes. Et argumentatur: quia, quod omnibus licet, vni licet. E.

5 *Cui fit*] Quoniam id te propius tangit, siue tua magis refert. *Haut minus aegre*] Verum amicum agit Menedemus, qui aequum ex incommodo amici dolorem capit. C.

Distingue, *aegre patior. Id qui, nescio Nec rationem capio.* Nam *id qui* est cur faciat, nescio. B.

7 *Quid me incusas*] Bene *incusas*: quia filio maior est pater. C.

*Quid me incusas*] Seru. Aen. lib. I. ad versum 410. L.

Quicquid ego huius feci, tibi prospexi et stultitiae tuae.

Vbi te vidi animo esse omisso, et suauia in praesentia

10 Quae essent, prima habere, neque consulere in longitudinem:

Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt haec posses perdere.

Vbi cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare;

Abii ad proximos, tibi qui erant: eis commisi et credidi.

Ibi tuae stultitiae semper erit praesidium, Clitipho:

15

8 *Quicquid ego huius feci*] *Huius* absolute: vt per *ἡ κλεψίω* desit *rei*. In Hecyra, *Ne quid sit huius oro*. Alibi, *Nibil me istius facturum, pater*. *Ego huius feci*] Semper grauis inceptio orationis, quae exordium sumit a pronomine. C.

*Quicquid ego huius*] Quicquid ego tale feci. E.

8 *Quicquid huius feci*] *Priscian*. lib. 14. L.

9 *Animo omisso*] *Negligenti*. Alibi, *At enim metuas ne ab re sint omissiores paullo*. *Et suauia quae essent, prima habere*] *Sallustius* (Catil. 36.), *Quae prima mortales ducunt*. *Et prima* modo ad laudem, non ad ordinem pertinet. In *Eunuch*, *Nibil prius, neque fortius*. *Suauia in praesentia*] Voluptates licet *in praesentia* sint suaves, semper tamen secum iunctam habent poenitentiam. C.

*Et suauia in praesentia*] Vt tantum praesentia cogitares,

neque de futuris curam geres. E.

11 *Cepi rationem*] H. e. inueni modum. C.

12 *Primo, tibi non licuit per te mihi dare*] H. e. tu non permisisti, tuis moribus obstitentibus. Vel, Tui mores non postulauerunt, me dare tibi bona mea, *cui decuit*, i. e. iustum fuit me dare bona mea, quia iure debebas mihi succedere, nisi obstitissent mores. C.

*Vbi decuit*] Quia primo tibi non licuit dare. Hoc enim optimum est parentibus, semper filiis bona tradere. Sed hoc cum mihi non licuerit, proximo tibi qui erat tradidi, hoc est leuiro, qui sororem tuam ducit vxorem. E.

13 *Ad proximos*] Bene *ad proximos* ad quos spectat post filium haereditas. C.

14 *Vbi tuae stultitiae sit praesidium*] Circa victum atque vesti-



15 *Victus, vestitus, quo in tectum te receptes. CL.*  
ei mihi!

CH. Satius est, quam te ipso herede haec possidere Bacchidem.

SY. Disperii! scelestus quantas turbas conciui insciens!

CL. Emori cupio. CH. prius quaeso disce, quid sit viuere:

Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc vtitor.

20 SY. Here, licetne? CH. loquere. SY. at tuto?

CH. loquere. SY. quae ista est prauitas,

Quaevae amentia est, quod peccaui ego, id obesse huic? CH. ilicet.

Ne

vestitum: et tectum habeas quo te recipias. E.

15 *Victus, vestitus*] Ostendit, quid sit illud praesidium stultitiae. *Victus* alimonia ad vitam sustentandam; *vestitus* cultus siue ornatus ad tegendum corpus. *Receptus*] Alibi, *Meum receptus filium*. Et frequentatio vsus est, quod non raro, sed frequenter poterit se recipere. C.

18 *Viuere*] Cum virtute et ratione intelligas. C.

*Disce quid sit viuere*] Latant. lib. 3. cap. 18. *De vita quereris, quasi vixeris, aut unquam tibi ratio consilizerit, cur omnino sis nazus. Nonne igitur tibi verus ille et communis omnium pater Terentianum illud iure increpauerit?* Prius disce quid sit viuere. L.

19 *Vita*] Hoc loco *actus* et *mores*. In Phorm. *Quem ego viderim in vita optimum*, id est, *in actu et moribus*. C.

20 *Quae ista est prauitas?*] Deriuatio criminis in se est. Et bene optimi serui fungitur officio. C.

*Quae ista est*] Seruus iram domini in personam suam inclinare cupiens, vt adolescenti possit succurrere, interponit haec verba. E.

Cum sequatur *amentia est*, quod omnium fere codd. fide comprobatur, pro *istast* lege *istaec*. B.

21 *Ilicet*] *Ilicet* semper finem rei significat, vt *actum est*. *Ilicet* per syncopen, quod significat *ire licet*. Sic iudices de concilio dimittebantur, suprema dicta cum praeco pronun-

Ne te admisce. nemo accusat, Syre, te; nec tu aram tibi,

Nec precatorem pararis. SY. quid agis? CH. nil succensco,

Nec tibi, nec tibi: nec vos est aequom, quod facio, mihi.

25

nunciasset. *Ilicet* ergo increpatio est, quia interloquendo impedit Chremetem narrantem. C.

22 *Nec tu aram*] Praefidium. Miseri ad aram, ut tui sint, confugere solent. Ouid. (Trist. IV, 5, 2.) *Vnica praesidiis ara reperta meis.* C.

*Nec tu aram tibi*] Quaecunque de hoc ritu dici possunt, iam alibi notata. Plutarch. περὶ δεσποδαιμ. Vlpian. lib. 17. §. 12. ff. de aedil. edict. Achill. Tatius libr. 8. καὶ τοῖς μὲν πονηροῖς αἱ τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια διδῶσιν καταφυγὴν· ἐγὼ δὲ μηδὲν ἀδικήσας, ἰκέτης δὲ τῆς Ἀρτέμιδος γενόμενος, τύπτομαι παρ' αὐτῆ τῷ βωμῷ. Cui non absimilis locus Plauti in Rudent. III, 3. Euripid. in Andromacha: ἔχει γὰρ καταφυγὴν, θεὸς μὲν πέτραν, δῶλοι δὲ βωμὸς θεῶν. Hinc etiam ἐδρίται οἱ οἰκέται, ἀπο τῆ καταφεύγειν εἰς τὸν ἑστῆαν, Etymol. magnum. L.

23 *Neque precatorem pararis*] Alibi ad precatorem abeam. Et precari aliquando idem, quod deprecari, hoc est,

a se crimen depellere. Hinc deprecatio. *Nibil succensco*] Succensere is dicitur, qui cum amare debeat, laesus irascitur. C.

*Nec precatorem pararis*] Ne, inquit, ut adsolent serui, velis et tu habere precatorem, qui pro te roget. Vobis enim non irascor, cum multa feceritis: ita aequom est et mihi vos ne irascamini. Post iracundiam apta sententia est. E.

*Nec precatorem*] De precatore Plautus in Afinar. II, 4, 9. *precatore affiet, malam rem effugies nunquam.* Idem in Epid. V, 2, 21. *Nil moror mihi precatorem.* Paulus I. C. in l. 43. §. I. ff. de aedilit. edict. et alibi saepe. L.

24 Nostri habent, *Nec tibi, nec huic.* Sed Erasmi et Faerni *Nec tibi, nec tibi* non videtur repudiandum: nempe vultu et nutu haec aguntur: primo Syrum, dein Filium intuetur; ut Plaut. Capt. II, 3, 87. *Et tua et tua ornatus reueniam ex sententia.* B.

25 SY. Abiit; vah, rogasse vellem. CL. quid? SY.  
vnde mihi peterem cibum:

Ita nos alienavit: tibi iam esse ad sororem intelligo.

CL. Adeon<sup>9</sup> rem rediisse, vt periculum etiam fame  
mihi fit, Syre?

SY. Modo liceat viuere, est spes. CL. quae? SY.  
nos esurituros satis.

CL. Irrides in re tanta, neque me quicquam con-  
silio adiuuas?

30 SY. Immo et ibi nunc sum et vsque id egi dudum,  
dum loquitur pater:

Et, quantum ego intelligere possum. CL. quid?

SY. non aberit longius.

CL.

25 *Abiit*] Quo facilius ter-  
reret, senex discessit. E.

Repone *Abiit? rogasse vel-  
lem. C. quid, Syre? S. vnde mi  
peterem cibum?* B.

26 *Tibi iam esse ad sororem*  
Mf. R. *Ita nos alienavit sibi:  
iam esse ad sororem* etc. L.

Omnes iere nostri habent  
recte *abalienavit*, vt sint Iam-  
bici. B.

27 *Vt periculum etiam fame  
mihi est, Syre?*] Quod est ex-  
tremum miseriarum. Etiam  
*fame fames* apud antiquissimos  
in quinta declinatione nomi-  
num variabatur, ex quo potest  
esse genitiuus casus: quia C.  
Caesar in libro de Analogia,  
*huius die et huius specie* dicen-  
dum putat. Sallustius in Iu-  
gurtha (cap. 97.), *Vix decima  
parte die reliqua.* Vel si septi-  
mus casus. C.

*Adeone rem*] Optimum equi-  
dem sensum ex necessitate col-  
lectum in dolore adolescens  
collocavit. quippe cum postre-  
mum omnium malorum fames  
sit. Denique (*Etenim Z.*) *ob-  
scoenamque famem, quae prima  
pericula vito?* (Aen. III, 367.).  
E.

Lege *periculum etiam a fa-  
me*; aut *periculum famc*, geniti-  
uo vetusto, vt *periculum mor-  
tis*. B.

28 *Esurituros satis*] πᾶρὰ  
προσδοκίαν quando aliter respon-  
demus, quam expectamus. C.

30 *Dudum id egi*] Scilicet  
vt adiutorem te consilio. C.

31 *Quid?*] Interrupit Syri  
sermonem Clitipho. *Non ab-  
erit*] Perficit, quod dicere in-  
ceperat, q. d. *pater, qui simu-  
lauit se abscedere et relinquere*

CL. Quid id ergo? SY. sic est, non esse horum te arbitror. CL. quid istuc, Syre?

Satin' fanus es? SY. ego dicam, quod mihi in mentem est: tu diiudica.

Dum itis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,

35 Quae propior esset, te indulgebant, tibi dabant:  
nunc filia

Postquam est inuenta vera, inuenta est causa, qua te expellerent.

CL.

*proximis sua omnia, non erit absens diu. Haec enim est fictio, ut depellaris a domo paterna.* C.

32 *Non esse horum te arbitror*] Quali cum odio horum dixit: et eo magis quod nec te filium dixit. C.

*Sic est*] Diu finxit, se nescio quid cogitare, seruus: reperit tamen astute. Consulit uti dicat hunc adolescentem (*horum parentum se Z.*) filium non esse, et quaerit argumenta, quod, antequam puella esset inuenta, hunc diligebant: postea exheredatur. Adiiicit et illud, cum matres semper pro filiis interuenire consueuerint, nunc in iracundia non rogat mater. Compellit igitur adolescentem, uti parentes roget. aut enim precibus ad misericordiam commoturus est ambos, aut suos parentes facile cognosceret. Sed conuentum ex posteriore oratione cognoscimus, cum dixit *Satis recte*. Cum enim in periculo maiore positus fuerit fili

us, tum facile parentibus potest mouere pietatem, vel pacem ab iracundo patre suscipere. *Pacem* autem dixit veniam, ut Virgil. (*Aen. iv, 56.*) *pacemque per aras exquirunt*: id est, beneuolentiam ac veniam. E.

Lege *Qui istuc*, ut saepe alias; *cur, quamobrem istuc?* B.

33 *Alii, in mente est; alii omittunt est.* sed meliores libri *in mentem est*. Sic saepe Plautus; et Noster Adel. *iv, 1, 12.* Cf. Gellium *1, 7.* B.

34 *Dum itis fuisti solus*] Satis verisimilis ratio adolescenti imprudenti et parum prouido: ideo statim subiicit: *Est verisimile.* C.

35 *Indulgebant*] Faciles erant, tibi permittentes multa, quae volebas. C.

*Quae propior*] V. C. *quae prior.* L.

36 *A duobus nostris abest Vera; in aliis sedem mutat; in vno deest Inuenta.* Cur autem *Filia vera*, cum falsam nunquam sustulerint? Repone,  
*Post-*

CL. Est verisimile. SY. an tu ob peccatum hoc, esse illum iratum putas?

CL. Non arbitror. SY. nunc aliud specta: matres omnes filiis

In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria

40 Solent esse: id non fit. CL. verum dicis. quid ergo nunc faciam, Syre?

SY. Suspicionem istanc ex illis quaere: rem profer palam:

Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces cito;

Aut scibis cuius sis. CL. recte suades; faciam.

SY. fat recte hoc mihi

In mentem venit: namque adolescens quam minima in spe fitus erit,

45

*Postquam est inuenta, inuenta vero est causa, qua etc.* Amat Terentius verba sic duplicare; supra I, 2, 32. et Hec. II, I, 45. B.

37 *Iratum putas?*] Bene iratum, ob peccatum. *Iratum* est, qui ex aliqua re lacessitus irascitur. *Iracundus*, ex parva vel nulla causa. C.

Lege, *peccatum hoc tam esse illum iratum putas?* B.

38 *Matres omnes filiis*] Menander: Ἐστὶ δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατέρος. Apul. Florid. 3. *servulus callidus, et amica illudens, et vxor inbibens, et mater indulgens.* L.

40 *Id non fit*] Mater tibi non est adiutrix: et hoc prope verisimilius. *Verum dicis*] Pri-

us autem dicebat, eum dixisse aliquid *verisimile.* C.

41 *Suspicionem istanc*] Quae turbat tuam mentem, videlicet, an sis eorum filius, nec ne. C.

Excidit ex fine versus coniunctio *aut*, vt respondeat sequenti *aut.* B.

42 *Ad misericordiam*] Quia parentes veri filiis cito ignoscunt. C.

43 *Aut scibis cuius sis*] H. e. si est verum. B.

44 *Minima in spe fitus erit*] Nam si non se esse filium crediderit, eo miserabilior videbitur patri: et citius ad misericordiam commovebit eum. *Situs*] Hic inflectitur *situs, a, um*, i. e. situatus, constitutus. C.

Faernus edidit, *nam quam*  
ado-

- 45 Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas. Etiam haut scio, an vxorem ducat; ac Syro nil gratiae. Quid hoc autem? senex exit foras: ego fugio. ad huc quod factum est

Miror, continuo non iussisse abripi me. ad Menedemum hunc pergam.

- 49 Eum mihi precatorem paro: seni nostro fidei nihil habeo. ACTVS

*adolescens maxime spe situs erit, Tam facillume patris etc.* Guyetus correxit *Spe citus*, i. e. motus, depulsus. Ego reponendum puto, *namque adolescens quam in minima spe situs erit, Tam difficillume patris pacem in leges conficiet suas.* Callidissimus enim seruus, qui hoc consilio non minus rem suam, quam Clitiphonis agit, *Sat recte*, inquit, excogitavi; spem bonam adolescenti inieci se facile ex hoc malo emerfurum; ne si animo plane deiecto sit, quiduis imperatum faciat: ille vxorem interueniat, ego crucem. Sic enim nunc perterrefactus vxorem capit, ille pacem sibi impetrat, ego poenae relinquitur. B.

45 *Pacem in leges*] H. e. secundum eas leges et conditiones, quas dare patri voluerit in ea pace ineunda. Nam cum pax inter aliquos conficitur, lex aliqua aut conditio in ea facienda solet allegari, i. e. adhiberi. Sensus ergo illius orationis est: Filius componet pacem cum patre, suo arbitrio, et

secundum eas leges et conditiones pacis, quas voluerit. C.

46 *An vxorem ducat*] Chremes discedens et patriam relinquens ducet vxorem scilicet Sostratam. *Ac Syro nil gratiae*] Tu Clitiphio ita tibi parentes reconciliabis; ego autem nil sum gratiae apud illos habiturus, h. e. nullo modo potero illis gratus esse. C.

*Ac Syro nihil sit gratiae*] Certus sum quod ex hoc consilio in gratiam est filius reuerfurus, vt fortasse etiam concedat veniam, et vxorem ducere compellat. E.

Pro *an omnes nostri anne*. Recte. B.

47 *Quid autem hoc?*] Haec vox est timentis. C.

48 *Ad Menedemum hunc*] Mf. R. *hinc nunc ad Menedemum pergam*. L.

Lege, *Miror non iussisse me abripi hinc: nunc ad Menedemum hunc pergam*. Nostri habent, *Miror non iussisse ilico arripi me: hinc etc.* B.

49 *Seni nostro fidei*] Non credam seni quasi ignofcenti, ita-

## ACTVS QVINTI SCENA III.

SOSTRATA. CHREMES.

**P**ROFECTO nisi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali:

Idque adeo miror, quomodo

Tam ineptum quicquam tibi in mentem venire, mi vir, potuerit.

CH. Pergin' mulier odiosa esse? nullamne ego rem vnquam in vita mea

5 Vo-

itaque Menedemum precatorem parabo. E.

Lege ex cod. Regio, *seni nostro nil fidei habeo.* B.

I *Profecto nisi caues*] In hac Scena continetur imago quaedam dissidii inter virum et uxorem, qui natura morosi atque difficiles sunt. *Tu homo*] Cum contemptu et stomacho pronuntiandum. Et dicit, *tu homo*, et postea subito mulierum natura redit ad lenitatem, discedente indignatione. C.

*Profecto nisi*] Coercet hic vxor maritum, quod exheredationem filii velit errore. Ex illo consilio sexus iam continuo notatur, quasi morum vitium est (Post *velim* interpunge, et caetera sic corrige, **PERGIN MULIER.** *Illo nomine femineus sexus iam continuo notatur, et quasi morum conuicium est Z.*); vt alibi: *Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas.* Aliud tamen est mulierem dice-

re per naturam, aliud per vitium (*conuicium*). E.

3 *Ineptum quicquam*] Bene ineptum. Nam *ineptum* est, quod a quouis reprehenditur. *Venire in mentem*] *Venire in mentem* veteres non recordationis causa tantum, sed etiam recogitationis (*cogitationis*) considerationisque posuerunt. C.

Bentleius edidit, *quicquam tibi venire in mentem.* Z.

4 *Pergin' mulier*] Sic solent mariti vxoribus dicere, cum illae aduersantur. Et est energia senilis. Sensus igitur est: Pergin' mulieris partes exercere et officium, quae semper vult loqui et marito repugnare. C.

Repone ex nostris fere omnibus, *Ob, pergín mulier esse? nullamne ego rem vnquam in vitá mea Voluí, quin tú in ea re mi aduorsátrix fueris, Sóstrata?* Quanto acerbius est hoc, *Mulier esse, quam si addas Odiosa?* B.

5 Volui, quin tu in ea re mihi fueris aduorsatrix, So-  
strata?

At si rogitem iam, quid est quod peccem, aut quam-  
obrem hoc faciam, nescias:

In qua re nunc tam confidenter restas, stulta? S O.  
ego nescio?

CH. Immo scis, potius quam quidem redeat ad in-  
tegrum haec eadem oratio.

S O. Oh, iniquos es, qui me tacere de re tanta  
postules.

10 CH. Non postulo: iam loquere: nihilo minus  
ego hoc faciam tamen.

S O. Facies? CH. verum. S O. non vides quan-  
tum mali ex ea re excites?

Subditum se suspicatur. CH. subditum! ain' tu?

S O. certe inquam, mi vir.

CH.

6 *Quod peccem*] Notat mu-  
lierum imprudentiam et impe-  
ritiam, quae vt plurimum igno-  
rant quae praua aut recta  
sunt. C.

*At si rogitem*] Quam stultus  
(*stulta* Z.) sis perspice. Quid  
faciam vides, cur faciam nescis,  
vnde stulte resistis. E.

Lege *At si iam rogitem*. Prae-  
terea tolle plenam distinctio-  
nem post *Nescias*: et noli seq-  
versum per interrogationem  
efferre. Deinde pro *Hoc* ex  
nostris repone *Id*, h. e. mihi  
in hac re aduerseris. B.

7 *Tam confidenter*] Recte  
*confidenter*. Nam *confidentia*  
saepius in malam: *Fiducia* ve-  
ro in bonam partem accipitur.  
Alibi, *O ingentem confidentiam!*

*Nescio*] Sic lege, vt intelligas  
contrarium. C.

*Confidenter restas*] Plaut. *Et-  
iam nunc restas, carnifex?* L.

8 *Haec eadem oratio*] In  
Reg. exempl. τὸ haec deest. L.

*Haec* in nullo ex nostris est.

Repone, *Immo scis potius. quam  
quidem redit ad integrum eadem  
oratio*. Scias an nescias, per-  
inde est. Ad integrum redit  
eadem oratio; siue scire te hoc  
dicam, siue nescire. Vua ea-  
demque oratio est in re tua,  
*Scire et Nescire*. B.

9 *De re tanta*] Scilicet in  
periculo filii. C.

Illud *ob* praecedenti versui  
appone. B.

12 *Subditum se*] Id est,  
*sup-*



CH. Confitere tuum non esse? SO. au! obsecro te, istud inimicis fiet.

Egon' confitear meum non esse filium, qui sit meus?

15 CH. Quid? metuis ne non, quum velis, conuincas esse illum tuum?

SO.

*suppositum.* Iuuenalis (Sat. VI, 601.), *Transeo suppositos.* Mulieres, quae parere non possunt, et vt placeant maritis, se grauidas fingunt, et aliquarum inopum mulierum filios supponunt, et pro suis edunt (*educunt*). *Ain' tu?*] Pro *aisne*? Et est percontatiuum verbum. C.

*Subditum se suspicatur*] Hic iam intelligendum, venisse adolescentem, et matri, hoc est, mitiori de parentibus, suam suspicionem indicasse. E.

Illud *subditum* in responso Chremetis recte vidit Faernus esse subditum, repugnante versu. Postrema ob codd. auctoritatem lege, *certe sic erit.* Caeterum T. Faber vult legi *suspicerur*, quia Softrata nondum potuerit resciscere, Clitiphonem suspicari se esse subditum, cum neque Syrum, qui id consilii dederit, neque filium conuenerit. Merae sunt nugae et naeniae. Nam Clitipho, vbi supra 43. dicit, *Recte suades, faciam*, statim domum abiit, et matri in Gynaeeo narrauit, patre in alia parte aedium agente, dum Syrus solus secum sex sequentes versus lo-

quitur. Igitur Clitipho primum domi matri rem aperuit, quam in seq. Scena 4. repetit. Quare nec Softrata vt in re noua est consternata, sed lente responderet, *Obsecro, mi gnare.* Deinde si legas *suspicerur*; si nemo indicauerit, efficitur, vt Softrata vel ipsa dubitauerit, sitne verus filius, quod plane est ridiculum; vel omnium sagarum et diuinarum anuum sit princeps et magistra. B.

13 *Ab!*] Obsecrantis. Modo blandientis et misericordiam mouentis. *Inimicis fiet*] Haec imprecatio sic vsurpatur ab Ouidio, vt illius propria sit. C.

*Tuum non esse*] V. C. *tuum non esse filium.* L.

Verba *tuum non esse* recte absumunt a cod. Bemb. Illud quoque *te* recte omittitur a cod. vet. Contra omnes habent *istuc nostris inimicis fiet.* B.

15 *Conuincas*] Verbum iudicii est. In iudiciis *conuicti* proprie dicuntur, qui causa ceciderunt. C.

So. Quod filia est inuenta? CH. non: sed quod magis credendum fiet,

Id quod est consimilis moribus,

Convinces facile ex te natum: nam tui similis est probe:

Nam illi nil vitii est relictum, quin sit et idem tibi.

20 Tum praeterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.

Sed ipse egreditur: quam feuerus! rem, cum videas, censeas.

## ACTVS QVINTI SCENA IV.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

**S**1 vnquam vllum fuit tempus, mater, quum ego voluptati tibi

Fue-

16 *Quod filia est inuenta?*] Exinde putas posse inueniri hunc esse filium meum, quod et inuenta est filia? Hoc est, eodem pacto vt et hic noster, quemadmodum et illa inuenta est, inueniri possit. E.

*Sed quod magis*] Mf. R. *Sed quo magis.* L.

Nostri omnes *quo magis.* Recte. Deinde elegantia responsi ne pereat, dele *Id.* B.

18 *Tui similis*] Nam plerumque filii consimiles sunt parentum moribus. Dicimus cum genitiuo, cum morum similitudinem, aut doctrinae ostendimus. sed dicimus, *similes tibi*, cum datiuo, cum qualitatem similem ostendere laboramus. C.

Bentl. post *te* inseruit, *esse.* Z.

19 Nostri omnes recte, *quin iidem sit tibi*, modo post *quin* inferas *id.* Caeterum pro obscuro *Relictum* malo *Immarum.* B.

21 *Quam feuerus!*] Nam facie ipsa videtur quandam probitatem ostendere: reuero, alius est. C.

*Rem, cum videas, censeas*] Cum videas, ex vultu mores eius agnoscas. E.

*Rem cum videas censeas*] Cum hominem intus noueris, censeas feuerum esse. Sarcasmus. vt Plaut. Bacc. IV, 6, 14. B.

1 *Si vnquam vllum fuit tempus*] Adhuc filius matrem sollicitam reddit, dum petit, vt parentes commonestret: et ex hoc facilius peruenitur ad tranquillitatem omnium rerum. C.

Si

Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate: obsecro,  
Eius ut memineris, atque inopis nunc te miseres-  
cat mei;

Quod peto et volo, parentis meos ut commonstres  
mihi.

5 So. Obsecro, mi gnate, ne istuc in animum indu-  
cas tuum,

Alienum esse te. CL. sum. So. miseram me.  
hocine quaesisti, obsecro?

Ita mihi atque huic sis superstes, ut ex me atque  
hoc natus es.

Et

*Si unquam ullum*] Ad com-  
mouendam pietatem commemo-  
rat praeteritos affectus, cui  
sic facilius possit ignosci. Ut  
(Aen. IV, 317.) *Si bene quid  
de te merui, fuit aut tibi quic-  
quam Dulce meum.* — E.

2 *Tua voluntate*] Quasi in-  
nuat illam de industria illum vo-  
luisse appellari filium. C.

3 *Miserescat*] Habemus *mi-  
seret, misereat, et miserescit,  
miserescat* in eadem significa-  
tione, eiusdem naturae. Ha-  
bemus etiam *miseresco is*. Vir-  
gil. (Aen. II, 145.) *His lacri-  
mis vitam damus, et miseresci-  
mus ultro.* C.

4 *Quod peto et volo*] *Peto*,  
inquit, quasi *precario*. Nam  
proprie aliquid *precario petere*  
dicimur. C.

*Quod peto et volo*] Priscian.  
lib. VII. L.

5 *Obsecro te, mi gnate*] Ver-

ba propria matris desperatae.  
C.

6 *Sum*] Haec vox simplex  
terribiliter pronunciat. *Mise-  
ram me!*] Per exclamationem  
prae dolore dicitur, q. d. *dico,  
verum est, me miseram esse*, quod  
dictum interiectionis vice fun-  
gitur. *Quaesisti?*] Excogita-  
sti, seu somnasti, ut dici solet,  
ut mihi dolorem incuteres. Vel  
*Quaesisti hoc?* i. e. inuestigasti  
et interrogasti hoc ab aliqui-  
bus, ne esses filius proprius,  
non suppositivus? C.

7 *Huic sis superstes*] Mos  
iurandi antiquus parentum. Et  
bene inducitur mater mitior  
patre, et quae *adiuvrix sis in  
paterna iniuria filio.* C.

Ne versus claudicat, ex duo-  
bus codd. repono *ut ex me at-  
que ex hoc natus es.* B.

Et caue posthac, si me amas, vnquam istuc verbum  
ex te audiam.

CH. At ego, si me metuis, mores caue in te esse  
istos sentiam.

10 CL. Quos? CH. si scire vis, ego dicam: gerro,  
iners, fraus, helluo,

Ganeo,

8 *Si me amas*] Haec verba blandientis matris sunt, et quae valde de filio sollicita sit. C.

9 *Si me metuis*] Matri dat verba suauia, patri vero aspera. Illa inquit, *si me amas*: hic, *si me metuis*. C.

10 *Quos?*] Supple, *Mores dicis esse in me*; seu *me cauere, ne sint in me*. *Gerro*, *iners*, *fraus*] Haec dicuntur in abiectilimum quemque et nullius precii hominem. *Gerro*] *Gerro*, vt *Seruius* dicit, a *gerendo*. vnde *nugigerulus*, qui nugas gerit; vel vt *Nonius* et *Festus*, a *gerris*. Nam *gerrae* sunt nugae et ineptiae, sic dictae, vt *Festus* refert, quod quum Athenienses Syracusas oblident, et crebro *gerras* poscerent, iridentes Siculi *gerras* clamitabant, quum *gerrae* prius dicerentur, vt idem *Festus* ait, crates vimineae. Propter illam irrisionem Siculorum factum est, vt *gerrae* pro nugis et contemptu dicantur. Hinc *congero*. Plaut. in *Perfa* (I, 3, 9.) *Iam pol ille hic aderit, credo, congero meus*. *Iners*] I. e. otiosus, ignauus, sine arte et industria viuendi, vt vult *Ser-*

*uius*. *Fraus*] Fraudulosus seu fraudulentus, seu culpabilis. Nam, vt inquit *Vlpianus*, *fraus est ipsa noxa*, i. e. culpa, et quasi quaedam praeparatio poenae. Interdum etiam pro poena ponitur in iure, vt ait *Seruius*. Item et *fraus* pro periculo poni inuenitur; vt, *Erit illa res, fraudi*, id est, periculo. Hoc *Seruius*. Ponitur autem hic *fraus* pro fraudulento, vt alibi scelus pro scelesto. *Helluo*] *Vorax*. Catul. in *Caesarem* (xxvii, 16.) *An parum belluatus est?* Infatiabilis, inquit *Seruius*, seu immoderate bona sua consumens, inquit *Festus*. Inde *belluor*, *aris*, i. e. effundere bona sua luxuriose ac immoderate. C.

*Gerro*, *iners*] *Gerro* est piscis nullius saporis vel momenti. aut *gerro* (*gerra*. vid. *Cuper*. *Obseru.* I, 18. Z.) dicuntur machinamenta, quae aduersus ciuitates fiebant, magno impetu cum \* deiicerent (*vt magno impetu muros deiicerent* Z.): eadem *gerras* appellabant. *Helluo*] Est inuasor, et qui plurimum consumit. E.

*Fraus*, *belluo*] *Mf. R.* *helluo*, *glusso*. L.

Ganeo, damnosus: crede, et nostrum te esse credito.

CL. Non sunt haec parentis dicta. CH. non, si ex capite sis meo

Natus, item vt aiunt Mineruam esse ex Ioue, ea causa magis

Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.

15 SO. Di istaec prohibeant. CH. Deos nescio: ego quod potero, sedulo.

Quaeris id quod habes, parentis: quod abest, non quaeris, patri

Quomodo obsequare: et vt serues, quod labore inuenerit.

Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet Dicere

II *Ganeo*] Veteres *ganeum*, meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, quod ipsa fit in terra. Hinc *ganeo* deditur, qui meretrices sequitur. *Damnifus*] Recte hoc postremum cum superioribus conuenit. *Damifus*] I. e. damni quicquid tuis parentibus afferens. vt iam fecisti, extorquendo a me per seruum decem minas Bacchidi. C.

*Ganeo*] Tabernis operam dans et conuiujs turpioribus. E.

12 *Parentis*] Scilicet qui filium amet. *Non, si ex capite sis meo*] Haec ingenti clamore pronuncianda: et sic ostendit Chremes filium non debere abdicere spem patris, etfi ab eo verba aspera audit. C.

13 *Aiunt*] Bene aiunt, dere fabulosa et ficta. C.

15 *Deos nescio*] Modus loquendi praefertim iratorum. *Enitar*] Ne infamis fiam. C.

Omnes libri habent *enitar sedulo*, praeter Bembinum, vbi *enitar* abest. B.

16 *Quaeris quod habes*] Scilicet parentes. *Quod abest non quaeris*] Hoc est, quemadmodum patri obsequaris; et est compositum ex contrarijs, quae figura dicitur ἀντιθετον, vel πᾶρισον, id est, aequatio sententiae. E.

17 *Inuenerit*] Id est, acquisiuerit. Alibi *Labore inuenta mea cui dem bona*. C.

Bentleius omisit illud *vt*. Recte. Nam corrumpit elegantiam. Z.

18 *Abducere*] Ἀποσιώπησις  
Y y hone-

Dicere hac praesente verbum turpe: at te id nullo modo

20 Pignit facere. CL. cheu, quam ego nunc totus displiceo mihi:

Quam pudet! neque quod principium inueniam ad placandum, scio,

## ACTVS QVINTI SCENA V.

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

**E**NIMVERO Chremes nimis grauitur cruciat adolescentulum,

Nimisq; inhumane. exeo ergo, vt pacem conciliem. optume

Ipsos video. CH. chem, Menedeme, cur non arcessi iubes

Fili-

honesti. Noluit dicere meretricem, praesente matre. C.

Pro *Non mihi*, quod turbat sensum, reponere *Ten mi*. B.

20 *Pignit facere*] V. C. *Puduit facere*. L.

Bemb. et alii aliquot, *Facere puduit*: tres ex nostris *Puduit facere*: caeteri *Pignit facere*. B.

21 *Principium inueniam*] M. R. *principium incipiam*. L.

Bemb. *incipiam*. at in Vat. et Basilic. *incipiam*. Forte leg. *captem*: vt captare occasionem, tempus, et alia. B.

1 *Enimvero Chremes*] Interuenit persona, cuius gratia pax concilietur: ita vt omnia tranquilla sint et composita, prout Comoediae finis postulat. E-

*nimvero*] Hoc loquitur Menedemus solus apud se. *Enimvero*] Nonnunquam principium est aliquid per iram dicturi. C.

*Enimvero Chremes*] Procedit Menedemus, vt omnis persona in postrema parte praesens sit. Venia datur filio, vt cunctus error possit absolui. Adhuc tamen perseverans Chremes conuenit Menedemum, vt filiam ducat (adde *filius*, aut, *Clinia*. Z.). E.

3 *Hem*] Interiectio percipientis eum, quem volebat. *Arcessi*] Bene *arcessi*: quia proprie *arcessitur* vxor, dum ad virum ducitur. C.

Filiam, et quod dotis dixi, firmas? S O. mi vir,  
te obsecro,

5 Ne facias. CL. pater, obsecro, vt mihi ignoscas.  
ME. da veniam, Chreme:

Sine te exoret. CH. egone mea bona vt dem Bac-  
chidi dono sciens?

Non faciam. ME. at id nos non finemus. CL.  
si me viuom vis, pater,

Ignosce. S O. age, Chremes mi. ME. age quaeso,  
ne tam offirma te, Chrone.

CH. Quid istic? video non licere, vt coeperam,  
hoc pertendere.

10 ME. Facis vt te decet. CH. ea lege hoc adeo  
faciam; si facit

Quod

4 *Mi vir*] Putat Sofrata, id quod erat fictum; esse verum, timebatque ne pater penitus exheredaret filium, omnia tribuens filiae. *Obsecro*] Nil significantius. Nam *Orare*, est placidos petere. *Obsecrare* vero, iratos rogare. C.

5 *Ne facias*] Haec timebat ne omnia bona illi traderet. C.

Bentl. omisit *vt*. Z.

6 *Sciens*] Quod peius esset, quam si nesciret. C.

Recte in Bemb. et in duobus nostris antiquis, *exorent*, vxor scilicet et filius. Tum ne versus iusto longior sit, tolle illud *Egone*. B.

7 *Si me viuom vis*] Hoc solo verbo poterat placare pa-

trem. Nam pater filii vitam omnibus rebus anteponebat. C.

Tres codd. optime non agnoscunt illud *Id*. B.

8 *Ne tam obfirma te*] I. e. Noli te tam obstinatum ostendere. Ille enim dicitur se obfirmare in aliquo proposito, qui obstinate ac pertinaciter in illo perseverat, tanquam immobilis truncus. Et est translatio sumpta a repagulo obfirmando. C.

9 *Pertendere*] In Eunucho: *Si incipies, neque pertendes gnauizer*. Alii legunt *perpendere*. C.

10 *Faciam; si facis*] Mf. R. *si id facit*. L.

Omnes nostri, *Si id facias*. Lege igitur, *Si id facis*. B.

Quod ego hunc aequom cenfeo. CL. pater, omnia  
faciam: impera.

CH. Vxorem vt ducas. CL. pater. CH. nihil  
audio. ME. ad me recipio;

Faciet. CH. nil etiam audio ipsum. CL. perii.  
SO. an dubitas, Clitipho?

CH. Immo, vtrum volt. ME. faciet omnia. SY.  
haec dum incipias, grauia sunt,

15 Dumque ignores: vbi cognoris, facilia. CL. fa-  
ciam, pater.

SO. Gnate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam,  
quam tu facile ames,

Filiam Phanocratae nostri. CL. rufamne illam  
virginem,

Caesiam, sparso ore, adunco naso? non possum, pater.

CH.

12 *Pater*] Tantum dicit hoc  
verbum, non statim volens da-  
re responsum, tanquam prius  
deliberaturus. *Nihil audio*  
Auerfus et indignatus Chremes  
haec dixit. *Ad me recipio*  
Hoc dicendi genere saepius  
*Cicero* vtitur in suis Epistolis,  
et praecipue commendatiis.  
Interdum sumitur pro *Promit-  
tere*. C.

*Ad me recipio*] Id est, ego  
facio (*faciam*) vt hic promit-  
tat. E.

14 *Immo, vtrum volt*] Per-  
missio patris ironica. C.

*Haec dum incipias*] In exor-  
dio habent haec semper diffi-  
cultatem, vbi aggressus fueris,  
facilia fiunt. E.

*Dum incipias grauia*] La-

stant. lib. 6. cap. 23. *Omnia  
grauia sunt, dum ignoras: vbi  
cognoueris, facilia.* L.

16 *Ego tibi illam*] Hic illu-  
dit, vt ioco tristitia soluetur,  
cum promittit filiam nescio cu-  
ius, admodum soedam. E.

*Pro illam*, nostri mendose  
*Puellam*. B.

17 *Rufam*] *Rufus* color et  
*ruber* idem est. De Rufo co-  
lore A. Gellius in secundo No-  
ctium Atticarum (cap. 26.)  
multa verba facit. C.

*Illam virginem*] V. C. *il-  
lam puellam*. L.

18 *Caesiam*] Idem. Gellius  
(ibidem) inquit: *Nostris au-  
tem Latinis veteribus caesia di-  
cta est, quae a Graecis γλαυκώ-  
πις dicitur, vt Nigidius ait, de  
colore*



CH. Heia, vt elegans est! credas animum ibi esse.

SO. aliam dabo.

20 CL. Quid istic? quandoquidem ducenda est, ego met habeo propemodum

Quam volo. SO. nunc laudo, gnate. CL. Archonidi huius filiam.

SO. Perplacet. CL. pater, hoc nunc restat. CH. quid? CL. Syro ignoscas volo,

Quae

*colore caeli, quasi caelia.* Dantur caesii oculi Mineruae, coerulei Neptuno. *Sparso ore, adunco naso?*] Haec duo nimiam arguunt deformitatem, et adiuuant Clitiphonem in recusatione. Indecens nasus vituperatur, sed magis in muliere. *Sparso ore]* I. e. Habentem os sparsum et latum seu extentum. *Non possum; pater]* Plus patrem commouit, quam si dixisset, *nolo.* C.

*Caesiam]* Id est, oculis obtortis (forte *glauca* Z.), vel caesuras, id est, rugas habentem; aut lenticulosam. *Sparso ore]* Id est, dissoluto, aut ore dixit vultu, et significat *sparso*, asperso, quasi maculis quibusdam infecto vultu. E.

*Caesiam, sparso ore]* Glos.

*far. φάκοψις, Lentiginosus, sparso ore.* L.

19 *Elegans est!*] Hic ad formam refertur: sed saepius ad orationem et ad verba. *Animum ibi esse]* Verba apta ei, qui sibi multum tribuit C.

*Vt elegans est!*] Id est, prudens in discernendis puellis, quia *Ibi*, id est, in hac electione totus est. Quod vero subiunxit *Arconidis filiam;* aut Bacchidem dicit, aut aliam quamlibet, ad quam adolescens contumeliis patris appulerat animum. E.

20 Cum *Quid istic*, quod consentientis est, hic locum non habeat: amplectimur Bembini *Immo.* B.

21 *Archonidi huius]* Priscian. lib. 6. L.

Yy 3


Priscia-

Quae mea causa fecit. CH. fiat. Ω. Vos valetē,  
et plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

Priscianus p. 706. laudat *Ar-* veniam etiam Syro, sed non  
*chonidi filiam*: sed non habet omnium factorum, ne infini-  
*buius*: hoc Bembrino debemus. tum esset quod petere vide-  
Nostri *Arconidis filiam*. B. tur. Et transfert in se crimen  
serui, dicens; *quod fecit, mea*  
22 Syro ut ignoscas] Petit *causa fecit*. E.

EXPLICIT CALPURNII BRIXIENSIS COM-  
MENTARIUS IN HEAVTONTI-  
MORVMENON.



GLOSSARIUM  
VOCVM QVARVNDAM  
APVD PVB. TARENTIVM.

EX VETERI CODICE.

<b>H</b> eus, Ohe, Ehodum, <i>vo-</i> <i>candi.</i>	Quam, <i>quantum.</i>
Antehac, Quoad, Posthac, <i>rem-</i> <i>poris.</i>	Maxime, <i>saepe pro libenter.</i>
Vsqum, Vspiam, Nusquam, Quopiam, <i>loci.</i>	Eccum, <i>ecce eum, vel ipsum.</i>
Amabo, Sodes, Hem, Mea tu, <i>blandientis.</i>	Ecce ipsa, <i>ecce ea ipsa.</i>
Pol, Edepol, Castor, Hercle, <i>iurandi.</i>	Hicce, <i>pro hic, hiccine, pro bic-</i> <i>ne: hiice, pro bis: istocci-</i> <i>ne, pro istone, huiusce, pro</i> <i>huius: hiiscine, pro huiusce.</i>
Eu, Euge, Eia, Age, Agedum, <i>hortandi.</i>	Illicon' <i>pro illicone.</i>
Nullus, <i>pro non.</i>	Malum, <i>interiectio.</i>
Vtut, <i>qualitercunqne. Vbiubi,</i> <i>ubicunqne. Cuicni, cuicun-</i> <i>que.</i>	Tute, <i>tu ipse.</i>
Heu, Heu, <i>dolentis.</i>	Scelus, <i>quandoque pro scelesto.</i>
Hui, Phy, Papae, <i>admirantis.</i>	Periculum, <i>pro experientia.</i>
Vaha, <i>deridentis vel indignan-</i> <i>ris.</i>	Res, <i>pro praediis vel vilitate.</i>
Atat, <i>expauescentis.</i>	Facinus, <i>quandoque factum.</i>
Ha ha he, <i>deridentis.</i>	Mala, <i>maxilla.</i>
Heu heu, au au <i>stentis.</i>	Dica, <i>scedula.</i>
Nequicquam, <i>frusträ. Neuti-</i> <i>quam, nullo modo.</i>	Angiportum, <i>via arcta.</i>
Itidem, <i>similiter.</i>	Occipio, <i>incipio.</i>
Apprime, <i>Valde.</i>	Cesso, <i>tardo.</i>
Atqui, <i>Certe.</i>	Faxo, faxim, <i>pro faciam vel fe-</i> <i>cerim. Faxint, facient, fe-</i> <i>cerint.</i>
Poris est, <i>potest: Pote, potes.</i>	Dedo, <i>do? dedim, dabo: du-</i> <i>int, dent.</i>
Etsi, tametsi, <i>pro quamuis.</i>	Sies, <i>pro sis: Sient, pro sint.</i>
Qui, <i>quare vel quomodo.</i>	Face, <i>pro fac. Adduce, pro</i> <i>adduc.</i>
	Mitte, <i>pro dimitte. Rogo, pro</i> <i>interrogo.</i>
	Offendi, <i>pro inueni.</i>

Mane,

- Mane, *pro auscultata.*  
 Opperior, *exspecto.*  
 Percontor, *inquiero.*  
 Maturo, *accelero.*  
 Obtundo, *eneco, de magna molestia.*  
 Concedo, *obedio.*  
 Exigo, *expello et sperno.*  
 Arcessor, *vocor.*  
 Vereor, *timeo*: Reuereor, *obseruo.*  
 Calleo, *callide scio.*  
 Abnuo, *nego et subtrabo.*  
 Refello, *contradico.*  
 Gannit, *latrat, inaniter loquitur.*  
 Disperii, *per deos perii.*  
 Posterdie, *pro postridie, hoc est, postero die.*  
 Astu, *astutia vel prouidentia.*  
 Astu *pro ciuitate.*  
 Misere, *interdum pro inno derate.*  
 Praeuiso, *videre desidero.*  
 Sedulo, *intento.* Vtiliter, *studiose.*  
 Ex animo, *sine dolo.*  
 Ambages, *verba frustratoria.*  
 Phalerae, *insidiosa.*
- Clientela, *seruitium, vel multitudo clientum.*  
 Conclamatum, *satis dictum.*  
 Faceffere, *libenter et cum desiderio facere.*  
 Id propterea, *propter id.*  
 Ostentare, *vane se iactare vel ostendere.*  
 Propediem, *brevi vel cito.*  
 Diem, *brevē tempus*: Aetatem, *tempus longū significat, aduerbialiter.*  
 Debacchari, *furere, a furore non cessare.*  
 Despicatus, *despectus.*  
 Aerumna, *molestia vel miseria.*  
 Flocci facere, *contemnere, despicere.*  
 Laccffere, *prouocare.*  
 Suffarcinatus, *succinctus.*  
 Iurandum, *pro iusiurandum.*  
 Exemplum facere, *id est, poemam constituere.*  
 Potesse, *potis esse, posse.*  
 Quis, *pro qui.* Quiuis, *pro quauis.*  
 Quisnam, *pro quaenam.*  
 Sycophanta, *pro comedone.*  
 Succenturiatus, *sub cenuria positus.*
-





PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

PA  
6755  
A2  
1774  
t.1

Terentius Afer, Publius  
Comediae sex

